AVREA
CLERICALIS

PALAESTRA
D. PAROLETTI.

AVREA
:ERICALIS PALÆSTRA

CONCVRSVS BENEFICIORVM,

NON SOLVM CONCVRSVS MATERIA FVSE
n omnibus necessarijs conditionibus, verùm etiam omnes modi, tùm
juirendi, tùm conseruandi Beneficia cum eorum requisitis vniuersis:
:andem quæcumq; ad optimam Beneficiorum fruitionem, & gu-
nationem conducunt, distinctè, breuiter, & dilucidè explicantur.

'IBVS, TVM EPISCOPIS, CAETERISQ; SVPERIORIBVS,
nferioribus Collatoribus, illorumq; Vicarijs in hac Palestra Iudicibus ad
onicam prouisionem faciendam. Tùm Clericis Ecclesiastica Beneficia adi-
cupientibus in eadem Palestra competitoribus ad legittimam acquisitio-
, Tùm Beneficiarijs Vniuersis ad tutam conseruationem, & rectam guber-
onem perutilis, & necessaria.

AVCTORE

APTISTA PAROLETTO LONGIANENSI I.V.D.
:edralis Ecclesiæ Brittonorieñ Canonico, Prothonotario Apo-
olico, & Illustriss. & Reuerendiss. DD. FR. IO. ROBBIÆ
Episcopi Brittonorij, & Marchionis Vicario Generali.

i locupletata Indice. Capitum altera in ipsius Operis Argumen-
to. Alphabetico altero rerum memorabilium.

BINI, Apud Mazzantinum, & Ghisonum
press. Camerales. *Superiorum Permissu.* 1643.

EX commissione Reuerendiss. Vicarij Generalis Hieronymi Albani Ecclesiæ Vrbinat. Præpositi perlegi opus de Concursu Beneficiorum Admodum Illustris, & admodum R. D. Io. Baptistæ Paroletti Longianensis I.V.D. Canonici, & Vicarij Generalis Brittonorij, necnō Prothonotarij Apostolici, & nihil in eo, quod lædat Catholicam fidem, aut bonos mores deprehendi. Quinimmo illud dignum existimaui, quod Typis impressum in omnium manus summa cum Authoris gloria, & legentium fructu, deuenire possit. In quorum fidem &c. Datum Vrbini hac die 8. Mensis Maij 1643.

Marius Viuianus Canonicus I. V. D. *Vrbinat.*

Imprimatur,

Hieronymus Albanus Vicarius Gen. Vrbini.



Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D.

TRVM BONAVENTVRAM

CÆSENATEN. EPISCOPVM.

ysius Ghiſonus Impreſſor Vrbinateñ. S.P.D.

EGO (*Illuſtriſsime Antiſtes*) *qui aliquando* Federici Bonauenturæ *Patris tui, doctiſſimi quidem Viri poſthuma Opuſcula, necnon tua perſæpè mandata, dum Vicarij Generalis munere hac in Metropoli fungereris, impreſſi, modò* am Paleſtram de Beneficiorum Concurſu *Perilluſt.*

&

& Reuerendiss. D. Io. Baptistæ Paroletti Longianensis, Canonici, & Vicarij Generalis Brittonorij, meo typo, arbitrioq; comissam impressurus, Te præ cæteris, cui Dedicationis bonor tribueretur, eligere constitui. Neq; id absq; præcipua ipsius Authoris voluptate futurum arbitror, dum eum Virum eius voluminis Tutorem, ac Defensorem inueni, quem constat ab omnibus virture præditis maximopere diligi, summoq; in precio haberi. Hic tua vtriusq; lateris nobilitas recensenda foret; quotq; muneribus belli, pacisq; amplissimis BONAVENTVRÆ, CARPINEIQ; *perfuncti sint, enarrandum: Cæterum, cùm hæc narratio infiniti penè laboris esset, aliudq; volumen huic volumini addendum; tùm etiam Soli splendores, cum illa nulli non pateant, velle tribuere viderer. Reliquis igitur, quæ assentationem potius, quam animi propensionem, ac deuotionem arguunt, prætermissis, te rebus, non verbis, prosequar, ac venerabor. Accipe proinde, qua tua est humanitas, læto vultu, serenaq; fronte, quod tibi ab amantissimo defertur munusculum. Nisi enim est omnino te dignum, quem fateor eminentissimis dignissimum; attamen est Aureum; teq; vocat in Palæstram, vt meus in te amor, atq; obsequium cum tua Humanitate pulcberrimè colluctetur. Vale.*

AD

Ad Illustrisſimum, & Reuerendiſs. D. D.

TRVM BONAVENTVRAM

CÆSENNÆ EPISCOPVM.

IMONIS BORGARVTII

Exaſtichon.

'AM bene te ſignat tua ſex in Montibus Arbor!
Iontibus in ſenis tu quoq; (PETRE) viges.

Genus, Ingenium, Bonitas, Doctrina, Poteſtas,
int Iuga conſpicui Nominis alta tui.

'eus his addat bis ternis Collibus vnum,
ollibus vt ſeptem prædominere PETRVS.

I N C E R T I

ᴀD. CLERICVM CONCVRRENTEM.

ERICE, victor eris, ſi te iſta PALESTRA docebit
AVREA, quæ Palmis omnia digna docet.

BAR-

BARTHOLOMÆI LVMINATI CANONICI,
Phylosophię, ac Sacrę Theologię Doctoris,
& Accademici Vrbini.

ELOGIVM. Ad Clericos.

Lethiferos ictus retine Christiane Miles;
Cur in cędes tuis armata manu?
Ad pœnam vocat accelerata sors in vrna,
Est pugnare Thraecum,
Contemnere vitam
Sæclum aureum pro ferreo Astrea reponat;
Ambi solicita prece.
Esto
Pro diuitijs (victurus) pro gloria certare velis,
Sacram hanc ingredere Palestram
Vbi diuinæ scientiæ thesauros aperit:
Vbi Phalanges ducit in crimina
IOANNES BAPTISTA PAROLETTVS
PAR non Alter ELECTVS
Vir insignis.
Qui
Prębet arma ad Triumphum
Allicit, Instruit, Vocat,
Ingredere
Te sic in terris diuitiæ, in Cælo gloria
manebunt.

SONET-

ETTO Del Sig. Alessandro Mambrini Dottore del.
,e l'altra Legge, Proth. Apost. Canonico di Cesena.

In lode dell'Opra.

CHI la mente far vuol sagace, e destra
Attingendo del ver sicura meta,
In questa di saper *AVREA PALESTRA*
Render si deue essercitato Atleta.
iche scerner chi può, ch'arte maestra
Ogni dubitation tosto n'acqueta,
E che ad alma, benche rozza, & alpestra
Dottrina alta capir punto si vieta.
uindi è, che se d'vn si gran studio adorno
Altri ne fia, ne i paragon il pregio
Suo ne sarà, de gl'emoli lo scorno.
rò l'Auttor gentil, terso, & egregio
Alcun spirto diuin, credo io, che intorno
Hauesse in fabricar si nobil fregio.

tri, & Adm. Reu. ac facundiss. & eruditiss. Le-
Interp. D. Io. Baptistæ Paroletto Longiapensis
D *& meritiss. Prothonot. Apost. atq; Illustriss. &*
rendiss. DD. Fr. Io. della Robbia Episcopi Brit-
rij, & Marchionis *Vicario Generali*.

MVltiplices clangore tuba per celsa canoro
Astra ferant nomen, perq; solum resonant,
andoquidem linguæ eloquio, & volumine legum
: Cælo, atq; solo clara trophęa refers.
s neget è misera monstris tellure fugatis,
.aptum, te Cęlo reddere, quicquid erat?
ueat adiungi geminis hac Terna coronis,
loc tuba præcingit carmine nostra comas.
: adeo illius studium, sapientia, mores
:ragunt dignum viuere semper eum.
icris studiosus extat, Doctorq; Sacerdos,
rator penna, voceq; promptu item.
PTISTA lux alma Domus, altrixq; paternæ,
cuiuit, & Patriæ lux generosa suæ.

b *Leonellus Tandardinus*

AVCTOR ad Lectorem in illud Iustiniani, *Omnium memivisse, & in nullo penitus errare, diuiniatis potius est, quam mortalitatis.* EPIGRAMMA.

Accipe, quem dono, Lector, tibi, grate, libellum,
Inuento forsan, qui tibi gratus erit.
Auri donatur præstanti nomine liber,
Aurum namque tibi forsitan ille dabit.
Perlege, si quid erit, quod discas, disce libenter,
Vtere consilijs ad tua facta meis.
Ingens non etenim, libro hoc, mihi queritur orbe
Fama; tui fructus, numinis atq; decus.
Da veniam, siquæ damnanda videbis in illo;
Ingenuas solus res facit ipse Deus.

Perillustris, ac Adm. R. D. Hieronymi Rubei. EPIGRAMMA.

NON licet in sortem electos (PAROLETTE) lacertis,
Colla d ù grauibus frustrà mouere viros,
Immotumq; caput fixa cum fronte tenere;
Ergò Concursus, quidq; Palæstra iuuat?
Non præceps, ait, asperat hic discordia fratres;
Miles nec sentit, corde tremente, tubam:
Nec sonus armorum superat, genitusq; cadentum;
Nec cruor, nec cædes. Victus amica præit.
Pro Cælis doceo, vt pugnet sine sanguine Cleros;
Concursus talis, nonq; Palestra iuuat?

ELEGIA. Ad Lectorem.

ECCE Palestra tibi legum vallata præaltis
Fossis, ac iuris fortis vbique fide.
Tutantur turres sinceri mœnia veri,
Quo possis tecto tutior esse dolo.
Quoue modo acquires, disces qua lege tueri
Possis partum, qua ratione regas.
Queis permittas dignis moderamina rerum,
Quiue greges Christi pascere iure queant.
Hic quoque permultas disces componere lites,
Cognosces cunctis reddere iura viris.
Ingredere ergo animi tota virtute Palestram,
Suscipiant duri corda laboris onus.
Perlege, scribe, nota semper, perdisce laborans;
Sic pugnet, pugnæ sic quoque victor eris.
Sic poteris magnos, celebresque referre triumphos;
Atque tibi palmas, absque cruore feres.

Io. Baptistæ Sacreti

RGUMENTUM OPERIS

AUCTOR AD LECTOREM.

MILITIÆ discrimen (benigne Lector) Clerici conuenisse non solum ex generali illa ratione, qua hominis vita Militia dicitur, & Regnum Cęlorum vim patetur; verum etiam peculiari quadam proprietate, qua Duces constituuntur à Deo ad regendos, & defendendos Populos in assidua pugna contra Principes, & potestates tenebrarum harum, & contra Spiritualia nequitia in Cęlestibus, quorum arma virtutes sunt, nemo est, qui ambigat vnde à Iuris Consultis Sacra Militia, milites Iure appellantur. Quare cum hoc sit officij nomen, illudq; inutile esse non deceat, eos pugnare opportet; nam, & in Triũphanti Patria Cælestis Militia Principem, illiusq; Cælestis Aulę milites cõstitutos fuisse, eosq; pugnam fecisse Sacræ Paginæ testantur. Non coronandum autem esse, nisi, qui legittimè certauerit, veritas est Apostolica, quæ licet de illa Æterna, & imarcessibili Corona, quæ in Cælis rependitur, directè intelligatur, tamen; quia exemplum à perfectiori sumendum est, quod imitari debeamus, rectè etiam, naturali ratione dictamine suadente, ad virtutis exercitationes, in quibus inter plures competitores vni brauiũ assignatur referri posse, perspicuum est. Quare cum ex Sacri Concilij Trid. dispositione *sess.24. cap.18. de Ref.* Ecclesiastica beneficia curam Animarum habentia per Concursum plurium Clericorum digniorib. conferri necesse sit, opus hoc huiusce Certaminis ratione edocens concessi, quod iure merito *PALESTRA CLERICALIS* inscribitur; quia sicut in militari Palestra currentes nosse opportet naturam, conditionem, & diuersitatem pugnæ, necessaria, & ritè, ac viriliter dimicare, & tandem parta victoria frui, ita ego hanc *CLERICALEM PALESTRAM* in tres partes ordinata distributione diuisi.

Prima Pars duodecim Capita continet, vbi explicantur.

1. Nomen deffinitio, & 12. diuisiones beneficiorum cum pluribus alijs incidentibus, atq; multis emergentibus dubitationibus.
2. Pluralitas Beneficiorum. s. quid sit, requisita ad validam, & licitam dispensationum super pluralitate vbi latè de Episcopi dispensatione ad plura, & pænæ contra plura retinentem Beneficia.
3. Quid sit Beneficiorum creatio, quot modis fiant, & creentur simplicia, Parochialia, Prioratus, Abbatiæ Collegiatæ, & Regularia, vbi abundè circa congruam, & auctoritatem creandi differitur, ac tandem quot modis acquirantur.

In 4. Quid sit Electio, Postulatio, & Nominatio, requisita singularum, & differentia.

In 5. Quid sit, & quotuplex *Iuspatronatus* vna cum conuenientijs, & differentijs, quomodo probetur, & delictibus emergentibus, quot modis acquiratur ante, & post erectionem, ac tam inter viuos, quàm causa mortis, Personęq; in *Iurepatronatu* interueniunt cum omnibus suis requisitis ex parte Episcopi, Patroni, & præsentati, *Iurępatronorum*, & quot modis *Iuspatronatus* amittatur cum suis declarationibus, & dubiorum solutionibus.

In 6. Renunciationis deffinitio, diuisiones requisita 13. diffusè hanc materiam, & connexas &c. explicantia, ac tandem illius effectus.

In 7. Permutationis deffinitio, diuisio requisita, & specialiter de permutatione coram Ordinarijs cum omnibus necessarijs conditionibus, & difficultatibus emergentibus.

In 8. Quatuor §. continentur, vbi de quatuor agitur, f. de Vnione, *Impetratione*, Optatione, & Commendatione.

De Vnione quid sit, quotuplex, quot modis fiat, quæ ab Ordinarijs fieri possint, & quæ non, atq; requisita cum declarationibus necessarijs.

De *Impetratione* deffinitio, diuisio, & requisita valde curiosa, & notanda

De Optatione diuisio, deffinitio, & requisita totam materiam explicantia

De Commendatione deffinitio, diuisio, et quomodo hodie *Ecclesiæ* ab Ordinarijs commendentur.

In 9. Deffinitio Collationis, diuisio, differentia, modi conferendi, vbi etiā sex deuolutionis species ponuntur, Primo ad Episcopum. 2. *Ad* inferiorem. 3. *Ad* Capitulum. 4. *Ad Archiepiscopum*. 5. *Ad* Papam. 6. De Papa ad Ordinarium, atq; tandem octo requisita. f. auctoritas, Tempus, Vacatio. modus, habilitas, locus solemnitas, et *Iustitia*, vbi plurima resoluuntur scitu valdè digna.

In 10. Reseruationis deffinitio, diuisio, atq. 36. genera beneficiorum reseruatorum cum suis declarationibus ad singula, vbi etiam de *Alternatiuá* diffusè, et distinctissimè agitur.

In 11. Affectionis deffinitio, diuisio, quomodo inducatur, et quō cesset.

In 12. Quid sit, et quotuplex *Concursus*, eius forma, necessitas, quænā *Ecclesiæ* per *Concursum* conferantur, et 50. *Casus*, in quibus Concursus omittitur in totum, et tres in parte.

Secunda Pars in tres diuiditur sectiones.

In prima recensentur, et explicantur conditiones necessariæ ante Concursum, et in tria Capita diuiditur.

In 1. Cap. ponuntur conditiones sex necessariæ ante *Concursum* ex parte ipsius beneficij.

1. *Vt sit Beneficium propriè* Ecclesiasticum, et per hoc multa excluduntur à *Concursu*, præsertim Pensiones, de quibus §. distinctus additur, et explicatur quid, et quotuplex sit Pensio, quæ requirantur ad illam constituen-

:ndam, quot modis extinguatur: Quis sit Iudex competens, et mo-
:vigendi cum omnibus dubitationibus hanc materiam elucidatib.
t *Parochiale*, vbi quot modis tale dicatur, et quomodo hic requratur.
ns, vbi explicatur, quibus modis vacatio contingat de iure tantum,
cto tantum, & de iure & de facto simul, atq; 18. modi vacationis ex
lo, & 18. sine delicto.
rum, vbi quomodo ius alterius hanc auferat libertatem.
tiuum, vbi traditur, quæ sint electiua, comendæ, & Consistorialia.
are, vbi de statu Beneficij differitur, & quo vltimus status attēdatur.
p. prius exponuntur pena oppositoris non probantis obiecta, &
:rrere impedientis, atq; an Episcopus possit aliquos repellere, de-
:eferuntur 12. necessariæ conditiones ante concursum ex parte
rrentium; nam concurrentes debent esse.
tum stricte, & large; quia filius nequit Patris Beneficium cōsequi,
modo hoc intelligatur, fusè declaratur.
Irregularis quacunq; irregularitate precedenti, & an reddat nulli-
Collationis, & ordinis.
i censura irretiti, vbi quinq; requiruntur. s. vt sit Censura vera, præ-
;, tempora Concursus existens, scienter, & vt Collatio fiat ab infe-
nam Papa in Bullis premittit censurarum absolutionem.
s legittima, vbi quænam ætas in quacunq; dignitate, & beneficio
atur, diligenter exponitur.
j, & hoc est essentiale in consecutione cuiuscunq; Beneficij, & quo-
modo, ac etiam pensionis.
res, nam Regularis indiget Papæ dispensatione, sed cui tunc subij-
, ibi discutitur, & etiam de Clericis coniugatis.
is idonei, vbi quæ scientiam in vno quoq; Beneficio sit necessaria, &
re declaratur; item necessitas gradus Doctoratus in dignitatibus,
atu, & quot requirautur, vt quis sit legittimè Doctor.
robi, & ibi quæ crimina repellant à Beneficiorum consecutione,
s possit auctoritas habilitare.
moniaci; quia Simonia ipso iure priuat Beneficio, vbi committi-
i ijs per sententiam modo ibi declarato, & latè de pœna exami-
m Simoniacorum.
proposito suscipiendi Ordinem requisitū, alias fructus sunt restituēdi
ntibus requisitis ibi expræssis, Item an requiratur in susceptione
& quo ordo suscipiatur in fraudē, ita vt non det fori Priuilegiū.
luralitate, de qua Parte prima Cap. 2.
persona concurrat, & Beneficium capiat, quia se pro alijs examini
ntes sunt Papali excommunicatione, ligati, & beneficijs priuati.
explicantur quinq; Conditiones necessariæ ante Concursum ex
dicentis Concursum, quæ sunt.
itas, quam habent Episcopi, Vicarij, Capitulum sede Vacante,
vel

vi Inferiores iurisdictionem Episcopalem habentes.

2. *Vicarij deputatio*, vbi referatur deffinitio, & genera Vicariorum, à quibus constituantur, quot modis, & in quibus Ecclesijs. An hæc deputatio sit de essentia Concursus congrua illius portio, & à quo præstanda.

3. *Edictum* .s. necessitas requisita, & modus.

4. *Terminus*, vbi consideratur præfixio lapsus, prorogatio, abbreuiatio, & nullitas ex omissione.

5. *Descriptio*, vbi modus, tempus, & descriptorum numerus declaratur, & an post terminum possint qui admitti.

In 2. sectione enucleantur quinq; conditiones in ipsomet Concursu necessariæ, quæ sunt.

1. *Præsentia Episcopi*, vel Vicarij an sine speciali mandato, & an Episcopus debeat examinare, discutitur.

2. *Examinatores Sinodales*, vbi explicatur necessitas cum solutione plurium difficultatum, & necessaria requisita ad constituendum Examinatores Sinodales, & quasi Sinodales, vnde resultat notitia ritè Sinodum celebrandi, & quæ ibi requirantur de necessitate, & de decentia, & quis ordo seruandus sit in sedendo.

3. *Examinatorum numerus* ternarius saltem, & ibi videtur quidam possint Examinatores adhiberi, & quando.

4. *Examen*, vbi necessitas ampliatur, & forma describitur non solum in Parochialibus, sed etiam in alijs, & ordinibus.

5. *Approbatio* cuius qualitas, tempus, modus, & votorum necessarius numerus traditur, & de accessu Episcopi, vel Vicarij agitur accuratè, & de Approbatione Regularium.

In 3. Sectione referuntur nouem necessariæ conditiones post Concursum.

1. *Electio dignioris*, vbi recensentur 20. qualitates, ex quibus dignior quis iudicatur, & pœnæ harum conditionum non seruantium .s. peccatum, restitutio, nullitas, sequestratio, appellatio, vbi etiam de Examinatorũ recusatione agitur.

2. *Collatio*, quæ quandoq; ad Papam, quandoq; ad Ordinarium, quandoq, ad inferiores spectat, modo ibi declarato.

3. *Acceptatio Collationis*, de qua monstratur quis, quo tempore, & infra quantum Tempus eam facere possit.

4. *Bulla*, vbi quid sit, quotuplex, & illius necessitas, tam in expediendo, quã in exibendo declaratur.

5. *Expressio* .s. illius necessitas, & numerus exprimendorum .i. sex ratione pluralitatis, quinq; qualitatis personæ, & 13. qualitatis Beneficij cum pluribus dubitationibus.

6. *Possessio*, vbi explicatur eius necessitas per quos capiatur tempus, modus, & an licitum sit aliquid pro ea accipere.

7. *Sacerdotij susceptio* infra annum, cuius præceptiuis, & requisita valde notanda declarantur.

8. *Fidei*

Fidei Professio, vbi demonstratur, qui nã Beneficiarij ad illam teneantur, quoties, an fiat per Procuratorem, & quæ sint pænæ omittentium.
imo *Residentia*, vbi datur deffinitio, diuisio, necessitas, quo iure, quo genere residentiæ, sub quibus pænis, & quibusdе caufis excusentur curiosè quidem, & vtiliter. 3. Pars 13. complectitur Capita, vbi explicantur.
1. Cap. 12. modi Beneficia cõseruãdi. s. subrogatio, dispẽsatio, correctio, noua prouisio perinde valore, cui prius, rationi congruit, si nulli, si alteri, si neutri, possessio analis, & Trianalis cum omnibus illorum requisitis.
2. Cap. de fructibus agitur, quid quotuplices sint, quę dispositio in vita fieri possit, & quæ successio fit in illis post mortem, tam ex Testamento, quàm ab intestato. *Item* de oblationibus, & de spolijs. s. quæ cadant, & quæ non sub spolio valde vtiliter, & distinctè.
3. Cap. materia Decimarũ pertractatur. s. deffinitio diuisio, differẽtia, qui soluere, cui, de quibus, quantam, qualem, quis sit *Iudex*, modus exigendi, pænæ non soluentium, & causæ excusantes, vnde Parochi maximam consequenter vtilitatem.
4. Cap. tractatur de Distriburionibus. s. quid, & quotuplices sint, quibus debeantur, & quibus non vbi referantur quænam iustæ sint causæ absentia, & quænam iniustæ cum suis declarationibus.
5. Cap. *circa funeralia* discutitur de officio ibi faciende, cum quibus interessentibus quo ordine, & quomodo quarta funeralium persoluatur. *Item* de loco Sepulturæ, & de iure sepeliendi cum omnibus necessarijs difficultatibus diffusè, & vtiliter.
6. traditur præcedentiæ deffinitio, & Regulæ. s. quomodo detur ratione secularitatis, Capitis, Ordinis Ecclesiæ. Temporis, & Consuetudinis, ita vt liceat cuiq; etiam armata manu defendere cum plurium casuum quotidianorum elucidatione.
7. Dodecim expẽsę Beneficiarorũ declarãtur. s. *Bullæ*, Ministri, Procuratio Cathedraticũ subsidiũ caritatiuũ, quarta decimatiorum, seminariũ, reparatio, semen, œconomus, subsidium *Triennale*, & taxa triennium, vbi etiam refertur exemptio Clericorum, & Colonorum, & in fine Appendix ponitur de valore *Beneficiorum*. s. quis sit valor, & quomodo probetur.
8. Disseritur de officijs Parochi. s. quid sit Doctrina Christiana, qui docere, et doceri debeant. An prædicare Parochus teneatur, quando, & quid, quando Curarus, Canonicus, & simplex *Beneficiatius* debeant sacrificium applicare, & quoties teneatur Curatus *Sacramenta* ministrare, modum, & an cum Vitę periculo, latè quidem, & vtiliter.
9. Intrusionis diffinitio modi, & pænæ declarãt. & an gesta p intrusũ valeãt.
10. Apperitur phibitio alienationis rerũ Ecclesiæ, sub quibus pænis, q̃ requirãtur ad illas incurrẽdas, & q̃bus casibus alienatio fit licita cũ multis declarationib. vtilissimis, potissimũ quãdo Ordinarij auctoritas sufficiat.
11. Explicatur quid sit, & quotuplex priuatio, quot modis fiat quoad Titulum, & quoad fructus tantum, illius effectus, & requisita.

In

In vltimo Cap. agitur de Confraternitatibus, & locis Pijs explicando definitionem, Priuilegia, erectionem, visitationem, auctoritatem Parochi in illis, ac tandem de illorum administratoribus, eorumq; officio.

Hæc est tota, & expedita Palestra, ingredere igitur ingredere illam (candide Lector) viriliter age, fortiter dimica.

Ingredere vt Ecclesiastici certaminis legibus instructus, fortem militem te prębeas, viriliter age, vt iam strenuus miles effectus ad victoriam contēdas, fortiter dimica, vt cōpetitoribus superatis gloriosam palmā referas.

Ingredere vt discas, viriliter age, vt fortior euadas, dimica, vt coroneris.

Ingredere, vt Actuale, certamen aggrediens Palestræ leges, & ictus sustinere valeas, viriliter age, vt oppositorum vires nequaq; pertimescens miles perfectior habearis, fortiter dimica, vt brauium dignioribus debitum reportes, et consequentibus honoribus, et commodis perfruaris.

Ingredere tandem, vt Victor egrediaris, viriliter age, vt dignior eligaris, fortiter dimica, vt Ecclesiastica Sacerdotia consequaris, hac.n. mea spectat intentio, huc mei tendunt labores, huc meæ lucubrationes dirigūt.

Accipe igitur qualecunq; munus, dexteroq; oculo inspice, perlege, vtere, faue, nam dum naturam, et modum Palestræ ediscis, et agnoscis in *Horto Deliciarum Clericalium* Vtriusq; Theologiæ ordine Alphabetico disposito, atq; methodo diuisiua contexto arma florida tibi præparo, quibus fortiter, et facilimè mira ordinis, & doctrinarum suauitate aduersariorum quorumcunq; ictibus resistere poteris. Vale.

AVCTORIS MONITA.

1. *NVmerum allegationum vberiorem omisi, & integras Rotales decisiones, & Sac. Cong. declarationes non inserui. Tùm breuitatis causa, quam sēper intendi, & resolutione procedere proposui. Tū quia ex adductis magna copia superfluere poterit. Tū ne aliorū Cōpositionibus volumen augere velle viderer.*

2. *In allegationibus Doctorum breuitatem quoq; seruaui; nam non semper totum repetis libri titulum, ac nomen Auctoris, satis enim ex materia dignosci indicaui. Ideò in alleg. Paris non semper repetij, de resignatione: sed Absolutè Paris lib. q. &c. Decisiones, & Collectanea Aloysij Ricci citaui iuxta earum titulum; sed Praxim, quæ est in quattuor partes sic citaui Ric. 1. vel 2. aut. 3. siue 4. p. resol. & sic de alijs, quæ Prudentiæ Lectoris remittuntur.*

3. *In Indice notabiliora tantùm indicaui. Tùm ne stante operis breuitate Indicē conficiendo idem volumen repeteretur. Tum quia fortè minore labore in opere ipso reperiuntur stante clara ordinis distinctione, non solùm totius operis; sed etiam cuiuslibet Capitis in plures partes diuisi, vnde ex principio eluceat omniaque in dicto Cap. pertractantur.*

AV-

AVREAE
RICALIS PALÆSTRÆ
NCVRSVS BENEFICIORVM

PTISTAE PAROLETTI LONGIANENSIS
). Canonici Cathedralis BRITTONORII, & Prothonotarij Apostolici.

PARS PRIMA.

nes faciliorem rei præbent intelligentiam, vt D. in S. bis igitur Inst. de Iust. & Iur. Ideo in pri- ius operis parte doctrinas præambulas de natu- liuersitate beneficiorum præmittere opere præ- luxi, & in duodecim capita diuidetur, & agetur.

fit, & quotuplex benefitium.
luritate benefitiorum.
eatione benefitiorum.
ectione, Postulatione, & Nominatione.
æsentatione, & Institutione in Iurepat.
nuntiatione.
rmutatione.
ione, Impetratione, & Optione.
latione.
eseruatione.
ffectione.
oncursu.

} Benefitiorum.

 Quid

Quid, & quotuplex sit beneficium. Cap. I.

De primo duplex est diffinitio .f. Nominis, & Rei: Prima vocabuli significationem exprimit; Secunda vero naturam rei
A significat. Quo ad primam. Beneficium dicitur stipēdium Clerico collatum ob ministerium Ecclesiasticum, ad instar beneficij militaris, quod à Principibus conferebatur militibus, tanquā stipendium laborum. Dicitur Ecclesia .i. conuocatio; quia cōuocat, vel ibi conuocantur fideles. Dicitur Oratorium ab exercitio orandi ibi destinato.

Dicitur etiā Sacerdotium, sed hoc potius dignitatem, & munus Sacerdotis respicit. *Azor. 2. p. lib. 4. cap. 1. q. 1.* Capella dicitur oratorium per se distinctum; Capellania dicitur Altare in aliqua Ecclesia. *Azor. lib. 3. cap. 1. ad fi.*

An autem beneficia Ecclesiastica sint de Iure Diuino, vel Positi-
B uo. Quò ad potestatē ministrādi sacramenta sunt Iuris Diuini: Quò ad bona fructuū, & distinctionem Parochiarum, iuris positiui: quia Dionisius Papa Parochias diuisit *vt in c. vnico 13. q. 1.*

Quò ad Ius exigendi fructus superfluuos Iuris Canoniti, necessarios vero seruientibus, & ministrantibus Diuini, & naturalis; quia dignus est operarius mercede sua; quod non solum de ministris pauperibus verum est; sed etiam diuitibus, quia non sunt tantum, vt alimēta, sed etiam vt merces, & stipendium laboris. *Azor. 2. p. lib. 6. cap. 1.*

Iura autem probantia, Papam in beneficijs plenam habere potestatem. *Vt cap. 12. dist. 22. cap. licet de præ. in 6. Clem. 1. vt lit. pen. ad fin.* intelliguntur de his, quæ sunt iuris positiui: potest enim Papa conferre vacantia, vacatura pure sub conditione, reseruatis alteri fructibus in totum, vel partem, & in beneficijs etiam datis, atq; illis priuare, etiā sine causa, *Seraph. decis. 254. Gonzal. ad reg. 8. cancel. §. 1. prom. nu. 36.* in illis autem quæ sunt iuris naturalis, & diuini habet tantum potestatem declarandi, & interpretandi. *cap. sunt quidam 25. q. 1.* Quinimo Papa contra ius positiuum dispensare nequit, quando ex inde destrueretur status vniuersalis Ecclesiæ, *vt per DD. d. cap. sunt quidam, & cap. 1. de const.*

Altera deffinitio, quæ rei .f. beneficij naturam declarat talis dari po-
C test. *Beneficium est Ius percipiendi fructus ex bonis Ecclesię constitutum & collatum auctoritate Ecclesiastici Superioris clerico in perpetuum ob sacrum ministerium.*

Declaro 1. beneficium esse *Ius*, quia numeratur inter incorporalia, est .n. spirituale non per se, siue per essentiam, sed quatenus ab officio spirituali dependet. *D. Thom.*

m. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. Duplex
ić ius poteſt beneficiarius ha-
e. *Primo, ad beneficium*. ſ. con-
iendum, vt cum eſt electus,
nondum poſſeſſionem habet.
ndo in beneficio. ſ. quando cũ
tione habet etiam poſſeſsio-
ı; tunc. n. plenum ius habet
:ipiendi fructus; Dominium
en bonorum Eccleſiæ eſt pe-
Eccleſiam; quia benefitia-
illa nequit alienare; *Extra-
Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ
lienan.*
o 2. tria in benefitio diſtin-
Primo obligationem ad be-
ium, & hæc non eſt benefi-
, ſed fundamentũ illius om-
ſpirituale. Secundo ius per-
ndi fructus, & hoc eſt pro-
benefitiũ. Tertio ipſos fru-
qui temporales ſunt; *Bar-
r. Eccleſ. vni. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 10.
3. quinq; requiri ad con-
ndum benefitium propriè.
) ex parte prouidentis. ſ. vt
rrigat, & conferat ſuperior
ſiaſticus, nam laicus non
Eccleſiaſticum benefitiũ
:, neq; conferre, *cap. ſi quis
cap. per laicos ibidem* ideo
ıs conſtituat redditus cle-
iam cum onere celebrãdi
ccleſiaſtici ſuperioris au-
te, non dicitur benefitium
aſticum; ſed pia donatio,
:tum, quod etiam per lai-
terit concedi, erit tamen
& temporale, nec gaude-
ona immunitate; *Barb.*

loc. cit. num. 17. 18. 20. & 31. Præ-
ſumitur tamen Eccleſiaſtica au-
ctoritas, ſi Eccleſia ædificata re-
periatur in debita forma, habẽs
dotem, & Rectorem, *Card. conſ.*
11. *num.* 6. *Rot. coram Pirnaro in
Hipporigen. Capellæ* 1613. *die* 3. *Iu-
nij & iam decẽnio edificata*, non
contradicente ordinario præſu-
mitur illius auctoritate fundata,
Ric. 1. *p. reſol.* 580. *num.* 8. 2. ex
parte prouiſi, vt. ſ. ſit clericus,
nam laicus incapax eſt benefitij
Eccleſiaſtici, *cap. cum adeo de re-
ſcriptis cap. ex litteris de tranſact.*
3. Ex parte offitij, mandatur ꝓ-
pter offitium diuinum, & ſacrum
miniſterium, *cap. fin. de reſcript.
in* 6. ideo Iudex laicus nequit de
cauſa benefitij cognoſcere, *Gonz.
p.* 1. *ca.* 2. *num.* 7. *&* 49. 4. ex mo-
do prouidendi, quia debet con-
ferri purè, & ſine pacto, vel con-
ditione, *cap. ſi quis dator, & cap.
ſi quis obiecerit* 1. *q.* 3. *cap.* 2. *de
elect. in* 6. Excipitur Papa, qui
habet plenam poteſtatem, vt di-
ctum eſt ſupra in diffinitione *no-
minis ad fin. B.* 5. Ex parte bene-
fitij, vt. ſ. ſit in perpetuum, nam
benefitium datur in titulum per-
petuum. *cap. Sanctorũ diſt.* 70. *vbi
gloſ. c. ſi gratioſe de reſcript. in* 6.
Prædicta ſunt ſubſtantialia in be-
nefitio, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.
gloſ.* 5. *num.* 16. Bene verum eſt,
quod perpetuitas de iure com-
muni eſt de eſſentia, ſicut matri-
monium carnale eſt perpetuum;
Vide *Ric.* 1. *p. reſol.* 59. non repu-

gnat tamen vt de iure particulari vel priuilegio aliqua benefitia possint esse non perpetua, *d. cap. si gratiose*, vbi glos. Garz. *l. c. num. 75. Rota coram Verospio in Gerund. personatus 17. Maij 1630. vide infra diuis. 3.*

DE 2. multæ sunt benefitiorum diuisiones.

1. Benefitium duplex est, seculare, & Regulare, *seculare* est, quod cle-
E rico seculari confertur; *Regulare* vero, regulari, *cap. cum de Benefitio cap. cum singula de preb. in 6. Clem. 1. de elect. Trid. sess. 14. cap. 10. de refor.*

In dubio oĩa benefitia præsumũtur secularia, nisi aliter probetur, q̃a S. Dionisius instituit benefitiorũ titulos, & ipse secularis erat; talia .n. præsumuntur, qualis fuit Auctor. *Barb. Iur. Eccl. Vnit. lib. 3. c. 4. num. 44.* Quatuor hic insurgunt dubitationes.

1. *An Regularia possint secularibus conferri?*

2. *An Regularia nõdum professis valide conferantur?*

3. *An Capella in Ecclesia Regulari sit in dubio regularis?*

4. *Quot modis fiat benefitiũ regulare?*

Ad 1. à Papa vtiq;, Ab ordinario vero ex causa tantum necessitatis; hoc ordine seruato, si alij eiusdem cenobij idonei existant ijs conferantur, sin minus aduocentur ex alio Cœnobio eiusdem Ordinis, alias alterius Religionis, *cap. relatum ne Cler. vel Mona.* In omnium defectum seculares subrogentur; quod etiam è conuerso procedit, nã si idonei seculares, non reperiantur, secularia tunc Regularibus conferuntur, *cap. inter quatuor de Relig. dom. Barb. l. c. num. 40.*

Ad 2. aliqui aiunt, aliqui negant, Ego distinguo. Regularia administrationem habẽtia solum professis dantur, quia in magistrum assumi non debet, qui discipulatum nõ assumpsit, *cap. cum in magistrum de elect.* Sed alias portiones regulares non solum à Papa, sed ab Ordinarijs collatoribus validè conferuntur nouitijs, & secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere teneantur Sac. Cong. *super cap. 10. Trid. sess. 14. apud Barb. l. c. num. 37. & 38.*

Ad 3. Distinguo si obtineantur per seculares clericos, præsumitur secularis alias regularis, *Garz. p. 7. in add. cap. 10. num. 37.*

Ad 4. Tribus modis .i. fundatione, 2. Apostolica auctoritate, qua
F regulare potest fieri seculare, & è contra. 3. prescriptione quadraginta annorum, siue per vnũ siue per plures benefitiarios cõtinuatorum. *cap. cum de benefitio de preb. in 6.* ità .n. regulare fit seculare, & e contra sine Pontificis dispensatione, & per vnicum actum continuatum per spatium sufficiens inducitur consuetudo, *Nald. verb. Consuetudo n. 8.*

Vt autem hoc modo benefitium seculare fiat regulare, vel è contra

sex

quiruntur conditiones, 1. *us* 40. annorum, 2. *bona fi-* . *vt possidentes* sint ibi insti- quia sine Canonica institu- non potest beneficium ob- , *reg.* 1. *de reg. Iur. in* 6. 4. *iam Rectores*, secus si vti Vi- & conductitij, 5. *Vt mini-* r tanquam seculare, vel è a, secus si ex dispensatione aris preficeretur Ecclesiæ tri. 6. *Intentio* conferentis mendi talem statum, *Barb.* .4. *num.* 68. alias & per 70. s diceretur actu regularis; abitu secularis, vel è cõtra, ficit. habitu esse tale ad cõ- ndum illum statum *Rot.* 4. *ifs dec.* f. 588. Addit. 7. quod ollatio in titulum, quia per commendationis non mu- status. *Rot.* 4. *p. nouiss. decis.* & 588.

ficium dupliciter capitur. s. riè, & impropriè. Primo habet requisita supra po- 13. *decl. diffinitionis*, D. Se- o modo caret dictis requi- Benefitia propriè sunt plu- *Papatus*, *ca.* 1. *de maled. ibi tij nostri*, vbi DD. requiritur canonica institutio, alias à ilio de Sede deijcitur, *ca. si ecunia d.* 79. 2. *Cardinalatus*, habent certos redditus ra- spiritualis officij, & fratres dicuntur, *ca. fundamenta de in* 6. *Selua p.* 1. *q.* 2. *num.* 3. vacant benefitia per assecu- m Cardinalatus, 3. *Patriar-chatus*, 4. *Archiepiscopatus*, 5. *Episcopatus*, rationibus prædictis, 6. *Dignitates*, tùm in Cathedralibus, & Collegiatis, vt sunt *Præpositus*, *Archidiaconus*, *Archipresbiter*, *Vrbanus*, *Primicerius*, qui p̄est, vt cæteri in diuinis officijs probè exerceantur, *Decanus*, qui primus inter Canonicos receptus est; *Præcentor*, seu cantor qui in cantu, & alijs præcedit, & datur aliquando *Succentor*, qui absente præcentore debet cantum incipere, *Thesaurarius*, qui prætiosa Ecclesiæ custodit, & alio nomine dicitur *Sacrista*, vel *Custos*, *Prior*. .i. qui toti præest Collegio, *Magister* Scolæ, qui debet Clericos instruere, vt intelligant, quæ in diuinis officijs recitantur, *Capellanus* maior, vel minor; hi omnes habent dignitates, vel personatum, & quorum officium non habetur in Iure, sumitur ex consuetudine, de quibus *Azor.* 2. *p. li.* 3. *in plur. capitulis*. Reperiuntur ēt dignitates extra Cathedrales, & Collegiatas, vt *Abbas* secularis, & alij. 7. *Canonicatus*, qui habet præbendam, aliàs non, *ca. in nostra de rescriptis*. 8. *Prioratus* extra Collegium canonicorum. 9. *Parochialis*. 10. *Plebania*, & *Archi*presbiteratus ruralis. 11. *Vicaria perpetua*, secus temporalis. 12. *Commenda perpetua*, saltem ad vitam, secus tẽporalis, *glos in verb. commendare in ca. nemo de elect.* 13. *Mansionaria* dicta à manendo; nam mansionarij debent sẽ-

per

per manere in Ecclesia residere, & præter Canonicos in choro psallere, & dicuntur *Assisij* quia assidue debent esse in Ecclesia, & *Portionarij*: quia habent quãdam fructuum portionem. *Azor. l. 1. cap. 10.* Procedit dumodo dentur in titulum; secus si absq; institutione, & amouibiliter, vt in nostra Cathedrali Brittonorij. 14. *Capella* perpetua auctoritate Episcopi constituta. 15. *Prestimonia*, quæ sunt annui redditus detracti ex benefitiorum fructibus, sunt benefitia, si dentur in perpetuũ titulum ob ministerium sacrum, secus si ob profanum, vt studentibus, vel pro fide militantibus, ita dicta quasi victum præstantia *Azor. l. c. ca. 7.* 16. *Hospitalia* si habeant Rectorem perpetuum auctoritate Superioris Ecclesiastici, alias secus. *Barb. Iur. Eccl. vn. lib. 3. ca. 4. nu. 65.* 17. *Regularia* omnia, quæ sunt Abbatia, Prioratus, Monacatus, Capellæ pro regularibus fundatę, & alia quæ sunt propriè benefitia secundum *Azor. 2. p. lib. 3. c. 26. q. 12.* quia habent requisita essentialia, qđ alij negant; quia non sunt perpetua, sed ad nutum ammouibilia, *Cald. cons. 26. de pręb.* Ego cum *Barb. l. c. num. 70.* sentio esse propriè benefitia aptitudineq; perpetua, nisi amoueantur; quia dãtur in titulum, obtinentes autem amouentur potius ratione obedientiæ, quàm ex natura Benefitij. *Impropriè* benefitia dicuntur, 1. *Vicaria*, & Coadiutoria ad tẽpus, quia non datur in titulum. 2. *Pensio* etiam super benefitio renuntiato, & etiam si fit ad illã ordinatus, quia morte Pensionarij non vacat, sed extinguitur, nec datur ob ministerium sacrum, sed vt alimentum, *Azor. 2. p. lib. 3. ca. 5.* 3. *Patrimonium*, quia nõ datur per collationem Ecclesiastici superioris, *Abb. ca. tuis de pręben.*

Sed an Coadiutoria cum futura successione sit proprie benefitium, videtur affirmatiue, qa habet Ius percipiendi fructus in d. Ecclesia; sed à solo Papa datur, *Glos. ca. Rector de cler. ægrot.* & ob causã perpetuã .s. cæcitatẽ, seruitutẽ, & similes, quæ sine spe sanitatis remouẽt à seruitio, & hic est stylus Curiæ à me pluries practicatus. Verius est non esse propriè benefitium; Tum quia Papa non confert eam absolutè: sed ad effectum prouidẽdi necessitati Ecclesiæ, & Coadiutor non habet Ius in re sed ad rem. *Azor l. c. ca. 2. q. 4.* Ideò dicitur Canonicus fictus, *Gonzal. gloss. 5. §. 9. num. 107.* Tum quia non tenetur ad officium, *Barbos. ad Trid sess. 25 cap. 73. de ref. num 12.* Tum quia nõ potest ad titulũ coadiutoriæ ordinari nisi habeat congruã sustentationem, & tunc vt ad titulum pensionis. *Barb. l. c. n. 30.* vbi alij.

Tandem sciendum est, Benefitia proprie sumpta, & supra enumerata

1 esse in duplici differentia, rictè, & largè capta *strictè* sūt habent omnia quinq; requisita in 3. *decl. deffinitionis* *suę D. largè* carent aliqua ex is, vt Papatus; Papa .n. non tur ab aliquo benefitiatus, soli Deo habeat subiectio-, *Barb.l.c.num.*84. Deniq; in eria odiosa stricta fit interatio; Ideò non continentur itates, & officia, nisi exprimā-ed tantum simplicia *arg. ca. e preb. in* 6. & aliquando nō prehenduntur Curata, ideò ido absolutè mandatur, vt i prouideatur de benefitio, ligitur de simplici, *ca. cum in* *praben. in* 6. vbi *Anch. nu.* 3. uorabilibus largè continē-iam dignitates, *glos. Clem.* 1. *pend.*

fitium duplex est .s. perpe-, & manuale, 1. datur libere facultate reuocandi, 2. con-ad nutum & amouibiliter, *juta regularis de sup. reg. vbi* *reuocare Manuale* fieri pos-petuum de cōsensu Patro-, certum est, *sed An è cōtra.* nat *Nau. de offic. Iud. ord. cōs.* im remanente facultate Patronū Laycum ammo-Capellanum, quia ordina-test vnire, & diuidere, & o creare, atq; extinguere *de excess. prel ca. plures* 16. inc n. non datur Ius con-layco; sed benefitium ex-ur; & fit seruitium quodam temporarium; in quo Patronus non habet amplius Ius presentandi, sed libertatem ponendi, & tollendi quem, & quoties voluerit; & adesse videtur iusta causa, id n. est maximū frenum ad continendum Capellanū in officio virtutis; Manualia autem quæ non à layco dantur; sed superioris Ecclesiastici auctoritate conferuntur, sunt vere benefitia.

Sed quomodo hoc si perpetuitas est requisitum necessariū, ca. Sanctorum d. 70. *ca. dilecto vers. praeterea de preb.* Resp. secundum *Barbos. lib.* 3. *ca.* 4. *n.* 13. debere esse perpetuum, quoad accipientem licet sit temporale ex parte dantis; Ego cum *Azor.* 2. *p. lib.* 3 *ca.* 26. *q.* 12. Sentio perpetuū dici, tum ex parte bonorum, quia bona nunquam fiūt secularia, tum quia Iura perpetuum dicunt, quod nō datur certo tempore, e. g. ad decem annos, licet sit ad nutum, *l. Iurisperitos ff. de excusat. tut.* Sunt igitur manualia benefitia propriè, & plura sunt regularia, quam secularia, sed non strictè, *ca. precepta d.* 55. *ca.* 1. *de cap. Monach.* quia tituli proprietate non gaudent, *Gamb. de pot. in reser. lib* 4 *num.* 12.

4. In Benefitijs dignitas Personatus, & offitium videntur idem significare, tanquam Sinonyma, ex textu *ca. cum accessissent de cōst.* vbi offitium d. dignitas, & Personatus, sed reuera differunt. Nā *dignitas est administratio rerum Ecclesiasti-*

clesiasticarum cum Iurisdictione, Abb. ca. de multa de preben. nu. 21. Dignitas est duplex, 1. *sublimis*. s. Papatus, & Cardinalatus, 2. *Superior* (respectu inferiorū) s. Patriarchatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus. 3. *Inferior*, & hæc tripliciter capitur.

1. Latissimè, vt Archipresbyteratus, & Plebanatus ruralis, q verbotenus tantum, & nomine dignitates dicuntur, & illis Bullæ Apostolicæ non committuntur *Massob. præsul. 3. dub. 3. num. 40.*

2. *Latè* vt Canonicatus Cathedraliū, qui dignitates dicūtur quantum ad aliquos effectus; tū quia Canonici non solum præcedunt clericis totius Diœcesis, sed etiā Abbatibus vsum Mitræ, & Bacculi habentibus, si sint capitulariter congregati, *Nau. cap. 2. de maior. & obid.* tum quia illis possunt delegari, & committi litteræ Apostolicæ *ca. statutum de rescript. in 6.* & possunt esse conseruatores mendicantiū ex Bulla Greg. XV. *De Conseru.* quæ committi nequeunt, nisi existentibus in dignitate *ca. fin. de offitio deleg. Ric. 1. p. resol. 89. & 90.* Ideò Canonicatus dicitur *quasi dignitas*, i. quātum ad aliquos effectus tantum.

3. *Propriè* vt Abbatia, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Præpositura, & aliæ in Cathedralibus, & Collegiatis.

Sed dicet quis omnes prædicta dignitates per vniuersam ferè Italiam carēt Iurisdictione, ergo cum non conueniat illis diffinitio Dignitatis, non erunt propriè dignitates?

Resp. sufficere; si de Consuetudine, vel Cōstitutione Ecclesiæ habeātur pro dignitate; *ca. Consuetudo d. 12. ca. cum olim de consuet.* & illa est maior, quæ pro tali habetur, *Massob. l. c. num. 10. & seqq.*

Personatus est prærogatiua quadā, quæ tribuit locum honorabiliorē in sessionibus, processi. et alijs actibus post dignitates. Barb. Iur. Eccl. vn. lib. 1. cap. 21. num. 25. Personatus minus est quā dignitas, quia caret administratione, largè tamē aliquando dicitur dignitas.

Personatum aliqui habent in Cathedrali, & aliqui etiam extra, vt Plebani, quia tenent nobiliorem gradum supra alios clericos plebanatus, *Azor. 2. p. lib. 3. cap. 21. q. 6.* non tamen habent dignitatem, nisi duobus concurentibus, 1. quod illa Ecclesia sub se habeat capellas, 2. quod sit Collegiata, *Barb. l. cit. cap. 18. num. 9.* contra Lambert. & alios apud eum.

Offitium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine Iurisdictione, & præminentia. DD. cap. 1. de consuetud. in 6. vt est sacrista Custos &c.

Officium de Iure non habet dignitatem, sed quando illi esset dignitas annexa, vel concurrerent in eo signa dignitatis, tunc haberet dignitatem.

Præpositura de Iure non est dignitas, sed Officium *cap. dudum il p.*

des

t. ad fin. etiam si sederet an-
innes, secus de consuetudi-
l (onstitutione Ecclesię, ta-
dignitas esset quando esset
i in Cathedrali vel Colle-
, vel haberet sub se iurisdi-
ibiliter Clerum & Capel-
ot. in Vicentina Parochialis
bruarij 1617. coram Vbaldo
;, Barb. l. c. cap. 21. num. 30.
. & 33.
: quinq; sunt dubitationes
endæ.
sit Ecclesia Cathedralis?
it Collegiata, & quotuplex?
sit Canonicatus, & quomodo
a Prebenda?
lex sit Canonicus?
Pralatus dicatur?
thedralis est Ecclesia, vbi
ra, seu Sedes Episcopalis
in signum Iurisdictionis,
ninentiæ in inferiores;
ex autem reperitur.
tolica, quæ est prima om-
des, omniumq; suprema
e, & pꝛæ, in qua Princeps
orum primus fuit Insti-
put, Pastor, & Episco-
ersalis Ecclesię.
iarchalis Patriarca. n. est
patrum Princeps, qui
e, iurisdictione, & pote-
s præcellit Prelatis. Imò
m Cardinalibus *ex cap.*
s il 1. in inscriptione de
d hoc recessit ab aula,
dinales præcedunt con-
e, & iuris ratione, quia
m corpus cum Papa,

Barb. Iur. eccl. vn. lib. 1. cap 6. num. 25. vbi in seq. refert priuilegia Patriarcharum.

Inter cætera deferunt vbiq; crucē, illamq; duplicem .s. duplici ligno geminino transuerso, quorũ superius est breuius; Archiepiscopi vero solum in sua Prouincia, & vnico ligno transuerso, quia hæc sũt insignia Iurisdictionem denotantia, Ideo extra suā Prouintiam non vtũtur Archiepiscopi, sed Patriarchis conceditur spāli priuilegio vbiq; prætérquā in Vrbe Roma vel presente Papa alibi, vel eius Legato, *cap. antiqua de priuil.* insignia verò tātum personæ denotantia dignitatē esse extra suam Iurisdictionem quilibet Prelatus deffert, vt deferre annulum caudā per ministrum &c. *Abb. d. cap. antiqua.*

Deinde sunt Iudices ordinarij Episcoporum. & Archiepiscoporum suę Iurisdictionis *d. cap. antiqua*, & ad eos appellatur omissis medijs. In subditos suffraganeorũ, habent iurisdictionem in duob⁹ casibus, sicut Metropolitani. 1. per deuolutionem in casu negligentiæ, 2. in casu appellationis, *cap. Pastoralis de offitio ordinarij.*

3. *Primitialis*, Primas differt nõ se à Patriarcha sed re sunt idem *cap. 1. & 2. d. 99. cap. duo simul de offitio ord.* Primi dicũtur Patriarchæ strictæ, *Primates large, vide plura apud Barb. l. c.*

4. *Archiepiscopalis*, & d. Metropolis. 1. aliarũ Ciuitatum Prouin-

tiæ mater, *à mitros, quod est mater, & polis .i Ciuitas ca. Cleros §. ordo d. 21.* *Archiepiscopus* est Præsul Episcoporum vnius Prouintiæ, Iudex ord. suorum suffraganeorum, eosq; potest excoïcare, suspendere, & interdicere, *d. cap. Pastoralis*, & potest omnes officiales, eorum in officio delinquẽtes punire, *cap. venerabilis de sent. excom.* Immo hec facere possunt Vicarij Generales Archiepiscoporum *ca. pñti de officio ordinarij*, Vide auctoritates Archiepiscoporum apud *Quarantanam u. Archiepiscopalis*. Episcopus est Præsul vnius Ciuitatis, & Diæcesis, est nomen grecum, .i. speculator, & super intendẽs, qui debet preesse, & prodesse, Antistes quia ante stat, Præsul, Pastor, lucerna oculus, & alijs nominibus apud *Barb. l.c. cap. 8. num. 29. & seqq.* diuersis respectibus, *vt ibi*, De his Ecclesijs vide *Azor. 2. p. lib. 9. c. 3. q. 13.*

Ad 2. Ecclesia Collegiata est illa, in qua Clerici congregãtur in sufficienti numero in modum Collegij cum signis communibus sine Episcopali Sede, Immo omnis Cathedralis est Collegiata, *cap. ne pro d. effectu de elect.* nonè contra Card. in *Clem. vt ij de etat. & qual t q. 2.* Priuilegio 3. exercitio actuum communium, qui spectant ad omnes vt vniuersos, non ad omnes, vt singulos, *vt* sigillum comune tractatus comunis massa distributionum cõmunium, deputatio officialium, &c. *Rot. Seraph. decis. 1256.* & coram oran. 20. *Maij 1585. in Asculana Parochialis.* Inter nouiter nouiss. *Farinac. decis. 422.* & in eadem coram eod. 17. *Martij 1586.* De essentia Collegialitatis tria sunt, 1. *Auctoritas* legittima, de qua infra cap. 3. de creat. benef. 2. *Numerus* Clericorum, vt .s. instituãtur, tres; nam pauciores non faciunt collegium. *l. Neratius ff. de verb. signif.* Procedit in institutione, nam si decresceret numerus etiam in vno saluatur Collegium, *cap. gratum de post Prelatorũ.*

Immo si omnes morerentur nõ periret, sed dormiret, & resurgeret alijs institutis, *Inoc. de Iure p. cap. postulati 3 modus* .s. vt constituãtur ita vt faciunt vnum corpus, & habeant sigillum, & alia supradicta cõmunia, nam si congregarentur etiam plures sine dicto modo nõ propter hoc erit Collegium. Rota coram *Mantica decis. 107.* Signa autem prędicta, & coniunctura inspiciuntur quãdo nõ apparet de initio, vel erectione *Inoc. l.c. Rota coram Penia in Brixien. S. Nazarij 13. Iunij 1605.* vbi etiam dicitur aliquas sufficere licet non omnes cõcurrant. Dicitur etiam *Conuentualis*, licèt vulgò capiatur tantum pro Ecclesia Regularium. *Azor. 2. p. lib. 9. cap. 3. q. 12. vers. Conuentualis.*

Collegiata duplex est .s. insignis, & non insignis; insignis est, cuius

Caput

...out Pontificalibus vtitur, vel ...et Iurisdictionem contentio-...,vel plures habet dignitates, ...anonicatus, pingues reddi-... grauia seruitia, quæ est in lo-...nsigni, & quæ vt insignis er-...a est, & talis visitata: Suffi-...t aliquę ex dictis coniecturis *l. l. c. q.* 4. Circumstantia loci ...non euidenter constat de in-...itate per se sola, non inducit ...nitatem, ità intelligitur Ro-...ram *Mantica decis.* 175. vbi ...uod in djiudicanda insigni-...parum facit consideratio lo-...nmo nec solus vsus mitræ, ...iculi; quia hæc indumenta ...m habentur in cōsideratio-...uoad hoc; *Rota coram Orano* ...Non insignis est quæ habet ...tum numerum Canonico-... paruam qualitatem serui-...odicos redditus, ita erecta ...tata. *Rota coram Mant. cit.* ...*anonicatus Ius habendi Stal-... locum in Choard. & vocem ...tulo proueniens ex electione, ...eptione in fratrem DD. cap. ...nesi de elect. vbi Glos.* Ad ...dum locum in choro suffi-...ceptio in frēm per Capitu-...ediante possessione data ...nicįs *capitulariter*; nam ali-...n sufficit, *cap. cum olim de re* ... ita seruat Palatiū *Casad.* ...nisi aliter sit de consuetu-...Ad vocē in Capitulo vltra ...onē requiritur ordo sal-...diaconatus. *Trid. sess.* 22. ...*eref.* Verum est in Eccle-sia Cath. Collegiata & Regulari Procedit Iure Canonicæ: nam cōsuetudine, priuilegio, vel particulari Statuto etiam sacris nō initiatus habere potest vocem. Item Prælatus Ecclesiæ Collegiatę non alij Canonici. Tandē dispensatus super ætate. Dispēsatus autem ad duos Canonicatus habet duas voces, vt ex Sac. Cong. *Barb. ad d. c.* 4. *Trid. Prabenda est Ius percipiendi fructus in Ecclesia cui seruit competens ex offitio diuino tanquam vni de Capitulo, Hoyed. de Incompatibilibus p.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. Prebenda, & Canonicatus, siue Canonia quādoq; cōfunduntur, sed strictè differunt, 1. effectu, quia Canonicatus dat Ius habendi locum in Choro, & vocem in Capitulo; Præbenda verò percipiendi fructus, vel ipsa est portio fructuū, *Az.* 2. *p. l.* 3. *c.* 11. *q.* 1. 2. Origine; quia Præbēda nascitur ex Canonia vti eius figlia, Alicubi, vt Vrbini fructus Canonicatus consistunt solis distributionibus Præbenda duplex est. prima temporalis, q̄ in temporalitate consistit, & ità est prædium assignatum cuique Canonico, vel ipsi fructus. 2. spiritualis, & est illud Ius percipiē-di fructus. Capitur Præbenda quinq; modis, 1. pro Iure percipiendi fructus ratione offitij diuini, vti vnus de Capitulo, 2. non vt Canonicus, sed vt seruiens in diuinis, 3. ratione alicuius laboris tēporalis, vt Aduocati, &c.

& ità etiam Laycus potest habere præbendam, 4. pro Prędio dato i Præbendam, 5 prò obuentionibus quæ in Ecclesia percipiuntur *H yed. l.c.num.* 100.

Ad 4. Canonici sunt duplices, 1. Cathedralis, 2. Collegiatæ. Primis delegare solet Papa causas, & litteras Apost. l cas. sunt .n. digniores secundis. Benè tamē dignitatibus Collegiatarum *cap. Statutum de rescrip. in 6. Azor. l c. q.* 2.

Item Canonicus duplex est, 1. *Prębendarius* qui habet præbendam, nam sine ea dicitur Canonicus *in erba, Io. And. cap. dilectus de pręben. vel in aere, Ripa in cap. cum M. Ferrarien. num.* 189. *de Const.* 2. *Supranumerarius*, & hic duplex 1. coaptatur in numerum Canonicorum absq; præbenda statim illi attributa; sed cum spe illius, An autem habeat vocem in Capitulo, & distributiones, & alia Iura. Aliqui affirmant, si seruiat, *Abb. d. cap. cum M*, & nouissimè *Maßob. pręlud.* 19. *dub.* 2. Alij negant quia est Canonicus nomine tantum, nisi ab ipsis Canonicis sit receptus, *Ric.* 2. *p resol.* 263. Verum est standum esse cōsuetudini quæ attenditur etiam in electione illorum, nā elligi nequeūt nisi, vbi talis viget Consuetudo, vt in aliquibus Ecclesijs. Germaniæ, Galliæ, & Italiæ, *Azor. l.c. q.* 3. 5. 6. & 13. Alter supernumerarius est, qui ab Episcopo deputatur nomine tantum, qui sedet in choro post alios Canonicos; nec vnquam inter eos ascendit, nullamq; habet spem futuræ prębendæ. Nullus supernumerarius dicitur habere benefitium, quia primus habet Ius ad rem, non in re. *Rota de præb. decis.* 25. *in nouis.* secundus nec ad rem, nec in re. si tamē alicubi quotidianas haberet distributiones, aliaq; Iura Canoniæ diceretur habere benefitium, cum ad horas teneatur. *Azor. l.c. q.* 4. Tandem Clericorum appellatione veniunt etiam Canonici in fauorabilibus, non in odiosis vt declarat *Azor. l.c. q.* 15. Sed supernumerariorum Canonicorum vsus à Iure reprobatur, vt not. *R.c.* 2. *p. resol.* 203.

Ad 5. Prælatus tripliciter dicitur 1. Proprie, qui habet Iurisdictionem ordinariam, vt Episcopi Monasteriorum Præfecti, & alij Iudices ordinarij. 2. minus proprie, qui honorificum gradum præcæteris tenent sine Iurisdictione, vt plebania, Archipresbyteri, & similes *cap.* 1. *de ætat. & qual.* 3. Late, qui curam animarum habent, vt Rectores Parochialium, *cap. tua de cler. egrot. & cap. de Rectoribus ibid. Azor. l.c. cap.* 25.

5. Benefitium duplex est. 1. *simplex* quod non est affectum vlla Iuris P qualitate, scilicet dignitate, administratione, Clero, & Iurisdictione etiā quod aliquod seruitiū exposcat vel recitandi horas in Choro, vel celebrandi certis diebus,

ius, vt Capellæ, Canonicatus &c.
1. *Curatum*, quod curam habet
animarum, & hoc tripliciter. 1. in
foro exteriori tantum, vt visitā-
di excōmunicandi, & huiusmodi
. in foro interiori tantum, vt
confessiones audiendi, & sacra-
menta subditis ministrandi, 3. in
vtroq; foro, vt Episcopi. *Vgol. de
potestate Episcopi p. 2. cap. 50. num.*
Item Curatum dicitur dupli-
cer, 1. plene vt Episcopatus, 2.
non plenè vt Parochiales, *Caiet.
summa V. Benefitium.* In dubio
beneficia præsumuntur simpli-
, & Parochialitas habet con-
se præsumptionē. *Rota Greg.
decis. 378. num. 4.* ideo debet
probari, nec probatur; ex Cura
animarum; quia potest cura esse
: parochialitate, nec per con-
sum; quia Episcopi possunt
videre per concursum etiam
non parochialibus, *d. decis. nu.
& 15.* Tria ergo sunt expli-
da.

Quomodo differant Ecclesia
Parochialis & Curata?
Et & quæ sint essentialia re-
quisita Parochialitatis?
Et & quę sunt Iura Parochia-

Curata dupliciter sumitur
stricte, & sic idem est quod
Parochialis, 2. *Large*, & sic dif-
fert, nam Curata comprehen-
dentes Iurisdictionem in
exteriori, & tales Ecclesiæ
non Parochiales, nisi habeāt
scripta requisita. Ideo *Rota*
*Pegna Concher Archipresb. 28.
Iunij* 1594. resoluit Archipręsbi-
teratum esse simplex benefitiū,
si habeat Iurisdictionem contē-
tiosam tantum, & quando non
requisit residentiam, & adducit
decl. Sac. Cong. Ideo ait nō induce-
re incompatibilitatem cum alio
benefitio de Iure incompatibili;
Parochialis habet potestatē fori
pęnitentialis, & ita describitur.
*Parochialis est quę habet territoriū
superioris auctoritate distinctum, &
populum qui ibi degat, & sacramen-
ta sumat, à certo, & perpetuo Recto-
re.* Ex his apparet, quòd omnis
Parochialis, & Curata, non è cō-
tra Card. *Clem. 1. de off. Vic. q. 1. &
Clem. 1. de preb.* Vide *Azor. 2. p.
lib. 9. c. 3. q. 13. vers. Curata.*

Ad 2. tria sunt essentialia requisita
Parochialitatis. 1. quod habeat
Q Territorium, 2. Populum, 3.
Rectorem.

Ad primum requisitum duæ sunt
necessariæ conditiones, 1. vt ha-
beat Parochiam. s. locum certis
limitibus determinatum; *Rot. no-
uiss. 2. p. decis. 52. num. 31.* nā sine
Territorio non sufficeret, quod
ibi sacramenta ministrarentur,
& ibi mortui sepellirentur; Tūc
quia ex consuetudine, & Episco-
pi concessione quelibet Ecclesia
etiam non Parochialis potest es-
se sepultuaria. 1. ius habere sepe-
liendi, *Greg. 15. decis. 387. num. 11.*
Tum quia etiam mendicantes in
suis Ecclesijs sacramenta mini-
strant, & mortuos sepeliunt; Im-
mò

mò etiam si esset Baptismalis, nã Rota resoluit ex actibus baptizandi, & sepeliendi non inferri Curam animarum, *Greg.* 15. *l.c. Seraph. decis.* 102. 2. vt sit distinctum auctoritate superioris non enim sufficeret, si de facto Rector poneret limites, & vsurparet iurisdictionem posset tamen præscribere *Hoyed.* 1. *p.ca.* 13. *n.* 55.

Ad 2. requisitum duæ conditiones necessariæ sunt, 1. vt habeat populum actu; non enim sufficit habitu, quia benefitium carens populo non est Curatum vt resol. Sac. Cong. 11. *Iunij* 1582. Ideo in impetratione Parochialis habitu tantum non esse necessariã mentionem Curæ, dixit Rota *Seraph. decis.* 936. *num.* 2. vbi sciendum est Ecclesiam posse Curam habere tripliciter, 1. *habitu tantũ*, quando. s. aliquo euẽtu Cura derelicta est, e. g. Totus populus tempore pestis discessit, & hæc erit compossibilis, cum alia Curata actu, nec infra sex menses debet vna dimitti *Trid. sess* 24. *ca.* 17. Quaranta *benefitiorum resignatio in add. concl.* 1. *ad fin.* 2. actu tantum, est quę à prima institutione non fuit sic erecta, sed postea, & sic dupliciter 1. *functione tantum*, & ita curam exercẽt Vicarij ad tempus, alio modo *titulo, & Iure*, & ita habet Rector, & Vicarius perpetuus, & illa Ecclesia est Parochialis, 3. actu, & habitu quando a prima institutione fuit erecta Curata, & continuatur. Ita Canonistæ *cap. multa de preb.* 2. conditio vt populus cogatur ab illo Rectore sacramenta sumere, & Rector ministrare. *Abb cap. de multa de prgb. Mantic. decis.* 48. *num.* 5.

Ad tertium requisitum duæ conditiones sunt necessariæ. 1. vt Rector sit certus, ideo quando sunt plures benefitiati in aliqua Ecclesia, à quibus animarum cura exercetur, nullus dicitur Rector, & Cura residet apud Episcopũ. 2. vt sit perpetuus, nam si aliqua præbenda ex fundatione, vel consuetudine Curam exerceret alicuius Parochialis in vacatione, donec de Rectore, prouideatur, illa præbenda non dicitur Parochialis; quia non attenditur, quod ex accidenti competit; sed quod à natura, *Dec. cap. ad aures de rescrip. num.* 14. *Io. And. cap. de liberatione. de off. leg.*

Ad 3. plura sunt cura Parochiæ. Primum quod ibi percipiant sacramẽta necessaria, vt supra sũt requisito 2. *cond.* 2. 2. quod ibi audiãt missam diebus festis, iuxta *Trid. sess.* 24. *cap.* 14. *de ref.* non posset tamen cogi pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, decisum refert *Zerol. p.* 1. *cap. Missa, & p.* 2. *u. Parochia*. Item Parochus celebret ante omnes alios simplices Clericos, vt infra *p.* 3. *cap.* 12. O, 3. quod ibi sepeliantur, hoc per se Parochia non probat; sed bene quando quis decedit non existẽte maiorum sepulcro,

& non

& non facta sepulturæ electione, quia tunc debent sepeliri in Parochiali *cap. ex parte de sepul.* 4. quod illi decimæ soluantur *ca.1. & cap. Pastoralis de decimis.* Hoc per se non excludit Parochialitatem, quia etiam nō Parochiali possunt acquiri, *cap. 1. de præscrip. in 6.* 5. si ibi asseruetur sanctissima Eucharistia, *ad not. in Clem. 1. de priuileg.* Regulares conseruant ex priuilegio ita Sac. Cong. apud Piasce. *p. 2. cap. 17. num. 2.* In alijs simplicibus Ecclesijs requireretur auctoritas Sedis Apostolicæ, vt decisum refert *Barbos. ad Trid. sess. 13. cap. 6. num. 3.* Ex pręscripta consuetudine ob iustam causam permitteretur, vt infra *p. 3. cap. 12.* P. 6. Quod illi soluantur debitæ oblationes, & funeralia *Trid. sess. 25. cap. 13. de ref.* Vltimo in benedictionib⁹, & alijs sacramentalibus, vt Honob. *de exam. p. 2. tract. 8. q. 26.* Benedictio.n. domorū in sabbato sancto spectat solum ad Parochum, vt infra *p. 3. cap. 2.* D. Beneficia sunt triplicia. 1. *Electiua*, quæ dantur per electionem Clericorum præcedentem, & superioris confirmationem, sequentem, *vide infra cap. 4.* 2. *Collatiua* quæ libera superioris voluntate conceduntur, *vide infra p. 9.* 3. *Mixta*, quæ habent Patronorum præsentationem, & Ordinarij institutionē, de qua infra *c. 5.* Mādos. *in reg. de Idiom. q. 2.* Quæstionis dubiæ est. *Quis ordinarius dicatur*; quia in Trid. sepissimè fit de o dinario mentio; Resp. *Ordinarium* esse illum, qui Iurisdictionem habet contentiosam esse Iure vel superioris beneficio cum vniuersitate causarum. *Ric. 2. p. resol.* 304.

Vnde apparet *ordinarium* esse 1. *Episcopum*, 2. Inferiores, vt Abbates Iurisdictionem Episcopalem habentes, qui possunt in sua Iurisdictione quę possunt Episcopi in sua Diœcesi, vt denuntiationes matrimonij remittere Confessarios admittere, & Prędicatores. Matrimonij interesse, beneficia conferre, alieno Episcopo licentiam dare in suo districtu Pontificalia exercendi, visitare, punire, & generaliter quæ comittūtur à Trid. sub nomine *Ordinarij* etiam pēis Abbatibus competunt nisi ordinis potestatem respiciant, Non tamen quæ sub nomine Episcopi, nisi iurisdictionē tantum importent. ex *Barb. lib. 1. cap. 18.* 3. Officiales Episcoporum, & Abbatum cum vniuersitate causarum ordinarij dicuntur *cap. cum ab Eccl. de off. ord.* ex quibus probetur vt quis sit ordinarius, *Rota 40. nouiss. decis 614.*

Delegatus vero dicitur, cui particularis causa cōmittitur cognoscenda vel exequenda vices delegantis representans *l. 1. in fin. ff. de eo cui mandata est Iurisd.* Ideo Trid. in pluribus casibus Episcopos facit Apostolicæ Sedis delegatos, qa in illis particulariter eius-

eiusdē Sedis facultatem tribuit.

7. Beneficium triplex est. s. Comune proprium, & Patrimoniale,

8 *Comune*, est quod superior non cogitur certis personis conferre, & dicitur etiam *liberum*, quod nō potest fieri de Iure Pat. & ita redegi in seruitutem, nec è contra *Trid. sess. 25. cap. 9. de ref.* In dubio liberū, & comune præsumitur, vt probat, *Ric. resol. 172. p. 1.*

Proprium est, quod est de Iure pat. quia de proprio alicuius erectū est, de quo infra cap 5. *Patrimoniale* est, quod ex fundatione vel Apostolica concessione vel immemorabile consuetudine conferri debet necessario clericis alicuius Ciuitatis, vel loci originarijs, vel incolis, vel descendentibus à personis talis loci, licet alibi nati essent, *Gonzal. ad reg 8. gloss 9. §. 1.* & huius generis plura reperiri in Dioc. Placent. & Caligur testitor, *Azor. 2. p. lib. 3. cap. 9. q. 4.* Patrimoniale dicitur à *Patria*, quia solum conferendū est actis, vel incolis talis Patriæ, vel à *Patre*, quia ille rei conferēdum est, sequi debet Patris originem, *Hoyed. p. 1. cap. 24. num. 86. de incompatibil.* vel à *Patrimonio*, quia fuerunt à Patribus, & maioribus instituta, vt dentur filijs, & successoribus in infinitum, & tā essent Iuspat. Laycorū, *Sanfil. delit. gra. in 5. fur. expect. sub n. 3.*

Sed re vera Iuspat. & Patrimoniale differunt, quia, 1. familiam, 2. locum respicit; Conueniunt .n. duobus, 1. in dubio Papa non cēsetur derogare, nisi exprimat, *Glos. cap. 2. de preb. in 6. u. Collatio*, 2. Impetratio est subreptitia, si non fiat mentio de patrimonialitate, sicut si non fieret de Iurepat. *Gloss. Clem 2. de preb. Lap. alleg. 96. n. 3.*

Ad Consecutionem Patrimonialis benefitij quatuor Copulatiui requiruntur, 1. quod sit naturalis, vel oriundus, 2. tempore debito se opponat, 3. subiaceat examini, 4. sit habilior; *Massob. prelud. 4. n. 9.* & tunc dicitur habere Ius ad beneficium, si esset habilior electus, vel per sentētiam declaratus, *Rota coram Ottembergo Caligur it benef. 16. Junij 1603.* sola autem approbatio examinatorū etiam in concursu parochialium non tribuit ius ad rem, *Rota coram Pegna Dertuser Parolis 2. Februarij 1593.* quod puto verum si plures eādem haberent approbationem, secus si vnus tantum, quia ille necessariò est eligēdus.

Sed hic duo remanent explicanda.

1. Quis dicatur Naturalis alicuius loci?
2. Quomodo id probetur in dubio?

Ad 1. Naturalis est quæ illius loci est originarius, vel habet qualitates ex fundatione vel Constitutionibus siue illius loci consuetudine requisitas. In dubio nemo præsumitur Naturalis, vel Ciuis, *Menoch. de præsump. q. 30. num. 11. lib. 6.* ideo debet probari

Rota

Caputaquen. decis. 289. nu. 1. ...nec Episcopo creditur id af-...ti, quia non creditur nisi in ...æ ad eius spectant offitium, ...*post cessionem de preb.* Sed an ...ar originarius illius loci, qa ...ribi transeundo cum pepe-...si accessisset animo ibi ha-...di, vtiq; alias non, quia non ...litur quod est ex accidenti, ...iod naturale, & principale ...*l. cons.* 102. vide *Barb. de po-* ...*Episcopi p. 2. alleg. 4. nu.* 18. ...obatur hoc ordine Natura-...r. fundatione vel Constitu-...ius, siuè consuetudine par-...ti loci 2. his deficientibus ...nodales Cōstitutiones, q... ...litur prius statutum parti-... loci, d. inde generali Pro-... *Rot. Scraph. decis.* 343. Tā ...deficiētib⁹ per Ius cōmu-...c multipliciter. 1. per librū ...mi, *Mascard. de pub. conf.* ...*num.* 21. 2. per sententiam ...in causa status personæ ēt ...lios vel ex alia causa, quia ...ocet & prodest, *L. ingenuum* ...*hom. Gonzal. Gloss. 9. §. 1. nu.* ...probando originem pa-...m ab illo dicitur origo se-...natrie; *Rot. Seraph. Placē-* ...*chidiaconatus* 30. *Octobris*

...ndo originē Aui, & quod ...vica natus sit. nam Ne-... Iure communi acquirit ...ginem Cesar de *Grass. de-* ...*const. & decis.* 15. *de prob.*

8. Benefitium est duplex .s. exemptum, & non exemptum, *exemptū* dicitur tripliciter. 1. quia est Papæ immediatè subiectum, 2. quia Ecclesia est extra iurisdictionem Episcopi, licet populus sit Episcopo subiectus. 3 quia est exēptum ab Episcopo, sed subiacet Abbati vel alteri Prælato. Primū solius Papæ auctoritate potest signari, *cap. auctoritate de priuil. in 6.* 2. Episcopus potest resignationem approbare, nam dicitur esse de D[iœcesi] aliquo modo. 3. Si Abbas, vel Prelatus Iurisdictionem habeat Episcopalem, vel speciale Priuilegium potest resignationem admittere, alias Episcopus in cuius Diœcesi sita est Abbatia *Azor. 2. p. lib. 7. ca.* 25. *q* 7. Reliqua dicuntur benefitia non exempta.

Sed queret quis quomodo differunt benefitium esse de Diœcesi, & in Diœcesi; Resp. 1. modo benefitium dici, quod pleno Iure subiectum est illius Diœcesis Episcopo. 2. modo quod est exemptum, vt Abbatia, quæ habet Iurisdictionem quasi Episcopalem, & territorium proprium sibi subiectum, nam priuilegium exēptionis eximit a subiectione. non a denominatione, & situatione. *Rot. recent. 1. p. decis.* 154. & 156.

9. Benefitia sunt duplicia, seu æqualia, & dissimilia, seu inęqualia, vtroq; modo dupliciter, 1. ratione qualitatis si .n. ambo sint simplicia, vel Curata vel Canonicatus

...us I. C

nicatus vel dignitates, dicuntur æqualia, alias inæqualia, & dissimilia, quæ .s. sunt diuersi gradus, 9. ratione quantitatis fructuum. Permutari possunt benefitia nõ solum æqualia sed etiá inæqualia, duo tamen seruanda sunt, 1. vt si velit fieri æqualitas e. g. reseruata pensione super maiori, vel alio pacto inito necessaria est Romani Pontificis auctoritas. 2. vt vitetur omnis fructus, quæ non præsumitur ex sola inæqualitate sed bene si sit iurata cum alijs coniecturis, e.g. quando benefitium alias erat vacaturum, quando vnum benefitiũ itá modicum est, vt nullius momẽti iudicetur, quando senex permutat potissimum cum Nepote, vel alia coniuncta persona, & quando renuntians etiam post permutationem retinet possessionẽ, *Abb. cap. 3. de cler. non resid. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 29. q. 15. & 30.*

Sed quãdo benefitium dicitur plenum, & non plenum?

Resp. plenum dici, quando est collatum ac ceptatum publicatũ possessio capta, & factum omne id, quod de Iure, & Canonice, necessario requiritur, quia plenitudo additionem non admitti, si aliquid desit nõ dicitur plenũ, ideò facta renuntiatione, & acceptatione, si publicationes omittantur, dicitur quis habere benefitium nõ plenum, quia habet Ius imperfectum, quod elapso termino anichilatur, cum post illud tempus datum ad faciendas publicationes, illarum omissio inducat vacationem *Gonz. reg. de pub. q. 18.* & sic de alij defectibus.

10. Benefitium duplex est, 1. Purũ, siue pacificum, quod .s. pacificè nullo contradicente possidetur, X 2. litigiosum super quo lis vertitur, quinque requiruntur, vt litigiosum efficiatur, 1. Citatio executa, 2. Titulus exhibitus parti aduersæ in Iudicio competenti; 3. dilationes omnes elapsæ ante finem Triennij, quæ dari solent de Iure vel stylo ad litẽ cõtestãdam, *Tholos. de benef. cap. 40. n. 3.* Ante essecutam citationem non dicitur benefitium litigiosum; *Coccin. decis. 431. num. 7.* sufficere tamen citationem, si inde Iudex & Reus certi facti sint de re, pro qua conuenitur, testatur, *Barbos. de pot. Episcopi alleg. 19. p. 2. num. 17.* Si tamen citatio fit circunducta, non efficit litis pendentiã, sicut si lis fiat coram Iudice carente iurisdictione, vel cum falso Procuratore, 4. quod lis non sit calunniosa Greg. xv. *decis. 27. n. 5. & 125. decis.* Bene verum est vt ibi dicitur, quod debet plenè constare de calumnia, & sufficit causam litigandi fuisse coloratã, *Greg. d. decis. 27. num. 8.* Nec dicitur improbus litigatur, quandiù potest Ius suum iustificare, ibidem. *num. 7.* 5. vt lis sit super titulo; quia si sit super sola possessione benefitium non dicitur litigio-

tigiosum, *Greg. xv. decis.* 335. *nu.* 5. *Coccin. d.* 172. imò nec sufficit ī agatur super titulo, nisi de illo principaliter agatur *Greg. d. decis.* 335. *num.* 8. & 19.

claro 1. Litem tunc esse super titulo quādo agitur de *Iure* rea- i super collatione *Rot.* 1. *p. Decēt.* *ecis.* 341. & 356. & quando petitur beneficium vti suum, & sibi collatum, non si tanquam debitum, & conferēdum *Greg xv. decis.* 305. tibi *Add. num.* 7. *Coccin.* *ecis* 416. *nu.* 4 *Ricc. collect.* 2950. adducit plures Rotę decisiones, & materia plenè discutitur. m esse super titulo dignoscitur, probatur si in commissione sit clausula, quam, & quas vel ausula *cum incidentibus*, & *dependētibus* &c. *Rota coram Cavall. ucerina Iurisp.* 14. *Maij* 1612. & *am Coccin. Concben benef.* 20. *cembris* 1619. quia illarum vire potest deduci omne *Ius* in ssessorio, & petitorio, & in du- deductum censetur. *L. solemus e Iud.* Alij dicunt dictas clau- non sufficere, nisi constet pe- rium fuisse ad spēm deductū; a cōstare debet quod volue- vti facultate dictarum clau- rum *Seraph. decis.* 1013. Contantur per Beltram. *in decis.* . si commissio est facta simiter continet titulus secus si r possessorio tantum. *Cassad.* *decis.* 6. *de rescrip.*

ro 2. fructus benefitiorum litigiosorum deponēdos esse apud idonem personam, vt victori seruentur; *Pius V. Bulla* 57. Idoneus dicitur qui diues est, & de facili conueniri potest, *L.* 2. *ff. de in Ius vocand.* Ideò Notarius, & Procurator nō dicitur idoneus, quia est rixosus, & cauillosus. *Bart. & Ias. d. l.* 2. in Vrbe tamē deponuntur super montem Pietatis *Greg. xiij. const.* 94. quando de benefitio litigioso fiat cōcursus, vide *infra cap.* 2. quando lis dicitur finita vide *infra cap.* 6. 12. *requi. Remm.* de subrogatione, vide *infra p.* 3. *cap.* 1. quando sequestrari possint fructus vide *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 1.

Sed quia lis vt plurimum oritur super Ecclesijs Patrimonialibus, & receptiuis, ideò duo hic remanent explicanda.

1. Quid sit Ecclesia receptiua, & non numerata?
2. Quid sit Ecclesia numerata?

Ad 1. Receptiua idem est quod Patrimonialis ex *Trid. sess.* 24 *ca.* 18. *de ref.* vbi statuit ponendum esse cōcursum in Ecclesijs Patrimonialibus seu *receptiuis nuncupatis* dictio. n. seu arguit similitudinē *Rot. Seraph. decis.* 393. *nu.* 8. & 9. de hac vide supra *decis.* 7. S.

Dicitur nō numerata, quia nō habet certū, & determinatum numerum beneficiatorum, vbi beneficiati sunt ipsi collatur, & Episcopus examinat. *Rot. Seraph. decis.* 942. facto tamen cōcursu, & vocatis filijs patrimonialibus ex Bulla Sixti V. dicitur *receptiua*

quia ipsos beneficiatos recepit.
Benefitia receptiua vel sunt Curata ex se, & ità habent fructus determinatos & proprios, vel sunt in alia Ecclesia, & tunc dicuntur nō habere determinatum numerū; quia crescunt, & decrescunt secūdum augmentum, & diminutionem fructuum, & quæ decrescunt extingū-tur eum beneficiatis, & reuiuiscunt crescentibus fructibus *Gonzal. reg. 48 glos. 9. §. 3. num. 10.*

Sed quomodo talia erūt benefitia, si non sunt perpetua, quia extinguntur.

Resp. posse esse perpetua, & idē Iuris est de perpetuo, & de illo quod potest esse perpetuum; *Abb. cap. 1. num. 6. de cognat. leg.* Ideo *Trid. l. c.* enuntiat ea tanquam benefitia, & *Seraph. decis. 942.*

Ad 2. Ecclesia numerata est in qua certus est numerus benefitiatorum, & aliquo vacante pręsentatio fit per alios beneficiatos, institutio vero per Episcopum, pęnesquem est Cura animarum, ad cuius administrationem deputat benefeciatos, *Rot. Seraph. decis. 942.*

11. Benefitia sunt duplicia, 1. *libera* quæ conferri possunt à suis collatoribus ordinarijs; 2. *Reseruata*, & sic tripliciter. 1 *latissimè* & ità reseruata dicatur; quæ sunt de *Iurepat.* quia Patronorū præsentationi reseruantur, & etiam *deuoluta*, quæ ad Collationem Superioris reseruantur, vt patebit *infra cap. 11.* Deuoluta propriè non sunt reseruata, quia Papa non confert ea Iure reseruationis sed Iure ordinario reseruationis; *Azor. 2. p. lib. 6. cap. 24. q. 4. vers. at non in fin.* Ideo quilibet superior ad quem gradatim deuoluitur, habet sex menses ad conferendum, sicut primus ordinarius collator; Papa vero cum voluerit, eum non sit Iure cōmuni astrictus, *Azor. l. c. cap. 26. q. 12.* Vide tamen *infra cap. 9. R.*

Similiter Iurepatro. non sunt reseruata propriè, quia regula est, illa non cadere sub reseruationibus, sed necessaria est distinctio. s. dignitates Episcopales, Abbatiales, & post Pōtificalem *primos*, & in Collegiatis principales comprehenduntur reseruatorijs dignitatum. De benefitijs inferioribus sub distinguo. 1. si sint de iure patr. laycorum ex fundatione vel donatione, vel maiorē partem, vel saltem ęqualem habeant layci cū clericis, tunc nō cadunt sub reseruationibus, & potest ordinarius conferre, sed in aliquibus casibus, vt cum vacarent ex deffectu publicationū vel ex vi decreti de dimittendo, tunc dicuntur vacare in Curia, & solet Papa conferre cū clausa accedente Patronorum consensu, & non cum derogatione, *Rocchiter reg. 8. gloss. 6. num. 4.* Si vero vacarēt per obitum in Curia, solet in totum derogare;

Barb.

b.p.3. *de pot. Episcopi alleg.* 57. n. 25. Immo de omnibus mo... vacationis indistinctè affir... it Paris. *de resig.lib.2.q.4.num.* . sed fallitur. Benè si vacasset deffectu publicationum, & m scientia Patroni lapsum est t tempus ad præsentandum, ntum Papa liberè conferret, a vidi practicari in Iurepat.lai... orum de suis in Diæcesi Britt. ...ies.n. impetrationis litteræ A... ost. mihi directæ fuerũt, 2.si sũt e Iurepat. Ecclesiastico vel ma... orẽ partem habent clerici, vel ...spat. laicale ex priuilegio præ... scriptione vel vsurpatione, tunc adent sub reseruationibus, vt i vacarent in Curia, Item in mẽ... e Apostolico, *Gonz. reg de mẽsib. Gloss. num.* 18. *vsq; ad* 22. *Rota apud Crescen. decis.* 3. *de Iurepat.* & per simplicem *Collationem* Papæ absq; speciali derogatione censetur derogatum. *Rot. Cassad. de Iure pat. decis. fin.* sed in Patronatibus laycalibus requiritur expressa derogatio vt dicet infra *cap.* 5. xx. & seqq.

Late, & generaliter dicitur reseruatum, & ità comprehendit etiã benefitium affectũ; quia vtriusq; effectus est, vt tam per reseruationem quam per affectionem ità impediatur ordinarij Collatio, vt neque tribuat titulum coloratum Simonet q. 48. & prouisus si spolietur non potest agere spolio, quia cum titulus sit notoriè iniustus sola possessio nihil operatur. *Rot. decis.* 3. *de rest. spol. in nou. Thes. for. eccl. cap.* 20. *num.* 40. Deinde si Papa daret facultatẽ conferrendi omnia benefitia, nõ includerentur reseruata, nisi expresse diceretur, *Rot. in nouiss. decis.* 3. *de off legati, Simonet. q.* 41.

3. *Stricte* reseruatum dicitur, & ità differt ab affecto: Nam reseruatio fit verbo .i. lege vel regula vt *reseruamus* maiores dignitates &c. Affectio fit solo facto, & actum realem respicit, vt cũ Papa manus apponit conferendo, etiam si prouisio sit nulla propter incapacitatẽ, vel subreptionem, vel alium defectum nullus inferior potest ratione *prærogatiuæ* supræmæ potestatis, *Mandos probem. reg. q.* 5. *num.* 6. & *seqq.* vide de his *infra. cap.* 10. & 11.

Sed quia de principalibus dignitatibus meminim⁹ quomodo differunt dignitas principalis, & monotularis.

Resp. Quod principalis dignitas dicitur illa, quæ vnica reperitur cum Canonicis in aliqua Ecclesia Collegiata. Monocularis non est semper dignitas, sed sępius benefitium, & est illud, quod est vnicum in aliqua Ecclesia, vel cuius collatio spectat ad aliquẽ qui vnum tantum potest cõferre, *Mandos. reg.* 3. *q.* 5. *ad fin. Gõz. de mensibus Gloss.* 9. §. 4.

12. Benefitia sunt in duplici differentia .s. incompatibilia, siue incõpossibilia, & compatibilia, siue componibilia. *Incompatibilia*

Z

lia sunt, quæ simul haberi nequeunt, & hoc quadrupliciter, 1. ratione *seruitij*, & actionis, & ita sunt quę personalem residentiam requirunt de Iure communi, vel statuto particulari, vel fūdatione, aut cōsuetudine, vt duę Parochiales, duo Canonicatus, duæ portiones, & similes, *Trid. sess. 7. cap. 4. cap. multa de preb.* etiā si vnum non sufficiat.

Item baptismalis tantum cum Parochiali est Incompatibilis *Massob. num. 4. 1. dub. 14. ad fin.* Nisi sint legitimè vnitæ, *Barb. ad Trid. sess. 7. cap. 4. num. 17.* alias neq; p viam commendæ perpetuæ retineri possunt sine Apost. auctoritate, *Barb. l. c. num. 18.*

Item incōpatibilis est Capellania, quæ habet onus recitandi officium in choro cum Canonicatu.

Item quæ habet onus adiuuandi in Cura cum Parochiali, ita decis. num. 116. *Aldan. lib. 2. tit. 3. n. 4.*

2. Ratione *sufficientiæ* quando .n. vnum sufficit ad honestam sustētationem, etiam si simplex, nec residētiam postulet alterum tuta conscientia haberi nequit sine legitimi superioris, dispensatione ex rationabili causa, *Rebuf. in prati p. 2. tit. de dispens. ad plura in Gloss. u. Incompatibilia nu. 7. Laud. cap gratia de rescrip in 6.*

3. Ratione *Pluralitatis*, nam Episcopus permittitur duo conferre vni benefitia quādo vnum nō sufficit, & nisi primo modo sint Incompatibilia *Trid. sess. 24. cap. 17. de ref.* Vbi Sac. Cong. statuit necessariam esse Apostolicā dispensationem, vt ordinarius conferat vltra duo, etiam non sufficientia apud *Garz p ij. cap. 5. nu. 310.* & eodem Sac. Cong. 13. *Nouembris 1627.* censuit vacare p imum, quando ordinarius tertiū contulit insufficiens habenti duo etiam insufficientia.

4. Ratione *Conditionis* .s. si sit sub eodem tecto *cap. litteras de cōcess. preb.* vbi Gloss. & Sac. Cong. apud *Thes. for. eccl. 2. p. cap. 18. num. 12.* potest tamen in hoc Episcopus dispensare tribus cōcurrentibus 1. quod primum non sufficiat. 2. quod non sint similia, vt duo Canonicatus tunc .n. solus Papa dispensaret, *Thes. l. c.* 3. vt expresse dispenset, non .n. sufficeret tacitè e. g. narrando esse sub eodem tecto, *Barb. de pot. Episcopi p. 3. all. g. 62. num. 17. vide p. 2. sect. 3. de expressione.*

Compatibilia sunt quæ simul haberi possunt nulla ex dictis rationibus impediente. Hic tamen sciēdum est de Iure communi antiquo etiam plura benefitia simplicia fuisse incompatibilia, quia vbi quis intitulatus est ibi perpetuo perseueret dicitur in *cap. Sanctorum d. 70. & cap. Episcopi d. 80. cap. singula d. 81. cap. in tantum de preb. & extrauag. execrabilis de preb.* dicitur indistinctè duo aut plura benefitia simul haberi non posse, Consuetudo tamē generalis illos veteres canones

s abrogauit, in simplicibus
do vnum non sufficit *Card.*
gratiam de rescrip. in 6. nu.
Azor. 2. p. lib. 6. cap. 10. q. 2.
d.

do benefitium dicitur sufficiēs?
nguo vel loquimur *absolute,*
spectiue. Primo modo illud
ficiens, 1. quod beneficiario
s sufficit .s. parentibus fra-
s, sororibus, & famulis *Gloss.*
adeo de rescrip. u. sufficientia.
m quod possit hospitalita-
xercere. 3. Iura Episco-
soluere cap. de monachis
rb. hæc tria secum onera
itia habent *Gigas de pens. q.*
ex *Trid. sess. 24. cap. 13. de*
llegitur absoluta Taxa cē-
ucatorum pro Parochiali-
c mille pro Cathedralibus,
s grauari nō posse pēsioni-
atuit, nisi dictas sūmas ex-
liberas ab omni alio one-
espectiuè *Nau. miscell. 16.*
num. 7. Taxat vt illud suf-
indicetur benefitiario e-
generis, vnde alat se, famu-
oqum espuum, & condu-
ossit domicilium Litterato
num doctori addit alium
ū, Nobiliori tres aut qua-
mulos, & duos æquos cō-
Maior. 4. q. 18. d. 24. ait Epi-
posse 12. aut 14. famulos
e.
o verbo dicendum est suf-
arbitrio prudentis vel E-
iudicādum esse plus mi-
æstimandum consideratis
qualitatibus personarum, loco-
rum, & temporum *Menoch. de ar-
bit. casu 216. Garz. p. 11. cap. 5. nu.*
310. & alij apud *Barb. ad Trid.
sess. 24. cap. 17. de ref. num. 17.*
Habenda enim est ratio nobili-
tatis *cap. non cogantur d. 41.* &
scientiæ *cap. multa de præb. Ho-
mob. tom. 2. consult. resp. 185.* Item
suæ familiæ *cap. studeant d. 50.*
Addo tamen cum *Bennio de pri-
uil. Iurisconsul. p. 2. priuil. 32. nu. 2.*
Scientiam siue gradū Doctora-
tus non ità iuuare, & non indu-
cere ad dispensandum super plu-
ralitate, ad quam transet in seq.
cap. Tandem in consideranda
sufficientia beneficij non est con-
sideranda pinguitas bonorū pa-
trimonialium, *Paris. de resig. lib.
5. q. 6. num. 153.* Satis.

De Benefitiorum Pluralitate.

CAP. II.

VIDIMVS supra cap. proximo deuis. 12. quæ nam sint benefitia incompatibilia; verum quia pluralitas potissimum mater est incompatibilitatis, Ideo de ea hic tria videmus.

1. *Quid sit Pluralitas benefitiorum quo Iure vetita & quibus de causis?*
2. *Quot requirantur ad validam, & licitam dispensationem super Pluralitate?*

3. *Pœnas*

3. *Pœnas quibus dicta Pluralitate onerati afficiuntur?*

DE primo Pluralitas est duorum pluriumuè beneficiorum retentio dicitur *duorum vel plurium*, quia etiam per secundi benefitij incompatibilis ratione seruitij, vel quia primum sufficit Pluralitas inducitur. Dicitur *Retentio*, quia ex retentione inducitur incompatibilitas, ideo Episcopus habēti vnum incompatibile potest aliud validè conferre, non ad effectum retinendi omnia; sed vnum *cap. referente, cap. præterea, cap. de multa de preb. Trid. sess. 7. cap. 4. de ref.* & ita Sac. Cong. sæpius declarauit *Garz. p. ij. cap. 5. num.* 84. 88. 180. Declarationes vero Sac. Cong. quas sub numero 310. refert, vbi statuitur Episcopum non posse tertium conferre, intelligitur ad effectum retentionis, non receptionis, & Consecutionis. *Barb. Iur. eccl. lib. 3. cap. 13. num.* 184.

Omnes cōueniunt in Benefitijs residentiam requirentibus de Iure non solum Ecclesiastico, sed etiā naturali pluralitatem prohiberi, vt docet, *Azor. 2. p. lib. 6. cap. ij q.* 5. qualia sunt Episcopatus, & Parochiales.

Sed iure tantū Ecclesiastico in aliis vetitam esset tenent Io. And. *Innoc.* & Goff. quos citat, & sequitur *Card. in cap. gratia de rescrip. in 6.* quia Papa in beneficijs plenā habet potestatem per plura Iura relata *super cap. 1. in princip.* vbi etiam traditur quomodo intelligantur.

Verius tamen est tām in benefitijs requirentibus residentiam iure Ecclesiastico, vt sunt Canonicatus, Portiones, & similia, quām in alijs simplicibus Pluralitatē Iure non solum Ecclesiastico; sed etiam naturali vetari. *Iure Ecclesiastico*, quia *cap. Clericus* 21. *q.* 1. Dicitur Clericus non connummeretur in duobus Ecclesijs, & *cap. Sanctorum d.* 70. omnino in duabus Ecclesijs aliquem intitulare nō liceat, & *cap. quia de prab.* dicitur multitudinem præbēdarum esse Canonibus inimicam. *Iure naturali*; quia cum recta ratione hæc inde sequentia mala pugnant. 1. quia vnus duorum habet stipēdia, & honores. 2. Ecclesia plurium Clericorum opera & consilio priuatur. 3. Fundatores fraudantur, quia vnus par esse non potest ministerijs, quæ plures in Ecclesia requirunt. 4. Ecclesia priuatur pcib s quas multi persoluerent 5. æquitas nō seruatur, cum vni datur quod pluribus sufficeret. 6. Diuinus cultus minuitur, & Ecclesiæ collabuntur. 7. Additus datur ambitioni auaritiæ, & alijs offensionibus. 8. Aliorum Clericorum damnum hinc oritur. 9. Populorum inde manat scandalum. *D. Thom. quol. 9 art.* 15. *Sot. de inst. lib. 3. q. 6. art. 3.* & sufficeret id Angelicum Doctorem sentire, secutocum *Azor. l. c.*

Iustif-

issimis ergo de causis benefitiorum pluralitas fuit interdicta, quæ sunt citatio, & fuga. 1. Defectus seruitij; nemo .n. pōt duobus Dominis seruire. 2. Negotiationis & turpis lucri. 3. Alienationis à vocatione sua *cap. Clericus* 21. *q.* 1. 4. Dissolutionis matrimonij spiritualis cum Ecclesia, in qua fuit quis intitulatus *cap. Sanctorum d.* 70. 5, malorum prædictorum supra. Additur 6. quia id in causa est, vt litterarum studia neglecta iaceāt, quia auida ditiorum clericorū auaritia impedimento est, ne inopes promoueantur, & consequenter ne studeant, *Sot. l.c. concl.* 2.

1 an pluralitas Benefitiorum sit intrinsecè mala? Resp. negatiue. Ideò cum D. Tho. l.c. distinguo triplicem esse actionum ordinē. 1. habent deformitatem inseparabilem, vt fornicatio mendatiū &c. 2. Sunt indifferentes, vt deambulare. 3. absolute habent deformitatem, sed circonstantijs vestitæ, licitæ fiunt, vt occidere hominem absolute est malum, sed ad necessariam defensionē, vel Iudici ex officio, licitum est. Pluralitas non est res primi ordinis, quia in pluribus casibus licita est dispensatio. Non est indifferens, quia absolute sonat quandam peruersitatem; sed indifferens non dicit malitiam; est igitur res tertij ordinis, quia debitis circunstantijs vestita licita efficitur. *Homob. 3. p. exam. trat.* 14. *ca.* 1. *q.* 2.

Sed restant duæ difficultates.

1. *Quibusnam casibus sit benefitiorum pluralitas permissa?*
2. *An Consuetudo possit legitimam facere Pluralitatem?*

Ad 1. quinq; 1. ratione *madicitatis*, quando singula non possunt singulæ alere Sacerdotes, & hoc procedit non solum in simplicibus, sed in Parochialibus, & Episcopatibus ēt sine vnione *c. illud* 21. *q.* 1. vbi conceditur, vt idem sit Archiepiscopus Tarraconensis, & Episcopus Funden. solus tamen Papa id facit in Imcompatibilibus. 2. Ratione *vnionis* dummodo fiat seruatis ser. de qua *infra cap.* 8. 3. Ratioue *paucitatis clericorum*, quod nō solum verum est de raritate personarum *cap. Clericus* 21. *q.* 1. Sed etiam quando rari sunt digni, quia melius vnum dignum pluribus perficere Ecclesijs quam plures non idoneos *Sot. l.c. casu* 3. 4 Ratione *Commendationis* quādo .s. vnā habet in titulum, alteram in Cōmendam *cap. qui plures* 21. q. 1. Procedit si adsit legittima auctoritas, & iusta causa *de qua infra cap.* 9. iusta causa est, si alia persona haberi non possit, cui ritedetur in titulum, quia si daretur ad ditandum commendarium, tūc commendationis prętextus esset præuaricatio legis, vt verbis vtar *Sot. l.c. cap.* 4. 5. *Dispensationis* medio à Papa vel Epi-

ſcopo, vt infra dicitur.

Ad 2. Diſtinguo in benefitijs quæ de Iure Diuino reſidentiam requirunt, nequit Cõſuetudo Pluralitatem licitã facere, quia Iure naturali vetatur. In alijs affirmant, quia dicunt Pluralitatem iure tantum Eccleſiaſtico vetari, quia Conſuetudo derogat legi, immo in totum abrogat, & tollit. §. *ex non ſcripto Inſt. de Iure natural. gen. cum ſimil. Sotus tamen l. c. concl.* 44 conſuetudinem *paulisper* derogaſſe ſcutis iuri naturali, & Canonico in benefitijs ſemplicibus reſidentiam non requirentibus; non in totum, quia aliqualis cauſa requiritur, Ego à *S. Thom. quol. 9. art.* 13. non recedo, quotieſcunq; n. vnum ſufficit, Conſuetudo nequit coram Deo legittimare pluralitatem, quia iure naturali vetatur, vt dictũ eſt, *Azor. 2. p. lib. 6. ca.* 11. *p. 6.*

D E 2. Duo copulatiue requiruntur ad validam & licitam ſuper Pluralitate diſpenſationem.

D 1. legittima auctoritas. 2. iuſta cauſa. Quoad primum 1. *Papa* plenam habet poteſtatem, ideò diſpenſare poteſt, non ſolum ad duo ſed etiam plura, & non ſolũ ad plura ſimplicia, ſed etiam ad Curata, vt Epiſcopatus, & Parochiales, & ad alia requirentia reſidentiam, & in eadem Eccleſia ſimilia, vt ad duas dignitates duos Canonicatus, &c. *Nau. conſ.* 18. *de præb. Theſ. for. eccl. 2. p. cap.* 18. *num.* 12. Sed hic duo quero.

1. *An diſpenſatus ad duos Canonicatus in eadem Eccleſia duplices habeat diſtributiones?*

2. *An diſpenſatus ad plura ſine cauſa ſit tutus in conſcientia?*

Ad 1. ſeruanda eſt forma litterarum Apoſtolicarũ qua nihil diſponente reuertitur ad Eccleſiæ Conſuetudinem, & ipſa non exiſtente de bono iure diſtinguo. 1. ſi duo onera ità in illum conueniunt, vt quando vno fungitur, alterum exequi non valeat, tunc tantum vna illi portio debetur quæ reſpondeat oneri impleto, ſi vtriq; ſimul ſatisfacere queat duplex debetur portio, vide *Azor. 2. p. lib. 3. cap.* 11. *q.* 19. Vide *Fuſius inf. p. 3. cap. 4. K.*

Ad 2. Diſtinguo. 1. ſi diſpenſetur ab inferiori, non eſt tutus; quia inferiores nequeunt diſpenſare, niſi in quantum iura permittunt

E ſed non permittunt ſine cauſa. 2. ſi à Papa tunc in benefitijs de iure Diuino reſidentiam requirentibus cauſa requiritur, quia in eis pluralitas iure naturali vetita eſt ſecundum omnes, vt in caſibus ſupra numeratis ad primam difficultatem; ſed in alijs aliqui tutum eſſe dicunt; nam ſuſtinent iure tantum Canonico Pluralitatem vetari; Ius autem Canonicum ſuo arbitratu Papa poteſt mutare, Gloſſ. prima *in extrauag. execrabilis de præb.* & *Innoc. in cap. ad Monaſterium de ſtat. Monach.* Alij negant, quia quando vnum ſufficit, Pluralitas

iurequaq; naturali prohibe- ,vt probatum est in princ. hu- cap. & Papa habet liberam beneficiorum administrationē, legibus humanis non restrictā, bene naturalibus, ideo sem- r Papa plura concedit vni be- ficia ex aliqua causa.

distinguo, i. si benefitium vnū n sufficit, tunc etiam sine cau- Papa licite, & valide conce- t beneficia, sicut etiam tūc cō- eedo posset excusare; quia modicum benefitium, & insuffi- iens iure naturali non censetur enefitium; nam modica non so- ent nocere ca. Creditorum 1. q. 1. ap. bone q. 2. parum.n. pro nihi- o reputatur l. si oleum ff. de dolo. 1. si vero vnum benefitium suffi- cit vel sit incompatibile cum alio ratione seruitij, tunc ad plura dispensatus tutus erit in consciē- tia, quo ad pœnas in iure latas, quia Papa potest illas ad libitū abrogare, sed non coram Deo. s. quoad peccatum; quia relaxatio Papæ in iure naturali, & Diuino non subsistit coram Deo sine causa; sicut DD. idem dicunt in voto, & iuramento. D. Tho. quolibet q. art. 15. Azor. lib. 6. cap. 12. q. 7. p. 2.

Deinde dispensat. Episcopus nam Trid. sess. 24. cap. 17. de ref permit- tit vt Episcopus possit dispensa- re, & conferre benefitium tribus tamen concurentibus.

1. Quod ambo non sint similia, & incompatibilia ratione seruitij, sed dissimilia, & compatibilia s. ad duo simplicia, vel ad vnum simplex cū dignitate Parochia- li, vel Canonicatus Sac. Cong. re- lat. per Thes. for. Ecl. 2. p. cap. 18. num. 12.

2. Vt vnum non sufficiat, alias ne- quit ex Trid. l. c. Barb. de pot. Epi- scopi p. 3. alleg. 62. num 8. Homob. vol. 2. consult. resp. 185. contra Hoyed. de incompat. p. 2. cap. 1. Quod intelligitur tempore col- lationis secundi benefitij, nam habenti benefitium sufficiens se- cundum illius valorem, sed in- sufficiens, quia est pensione gra- uatum, potest Episcopus aliud conferre, dumodò non consen- tiat pēsioni post collationem se- cundi benefitij Garz p. 12. cap. 5. num. 310. dub. 3. Quid si haberet sufficientem sustentationem tum ex modico benefitio, tum ex vna pensione. Resp. quod Episcopus potest secundum benefitium cō- ferre; quia pensio non est bene- fitium. Barb. Iur. Ecl. lib. 3. cap. 18. num 181 Item habenti lega- ta pia, ita Sac. Cong. de vtroq; resoluit Garz p. ij. cap. 5. num. 310. Similiter habenti fructuum re- seruationem ex benefitio renūn- tiato neque per consecutionem secundi benefitij vacat pēsio aut illa fructuum reseruatio; quia requiritur titulus ad hoc vt in- ducatur incompatibilitas cū alio benefitio, Arch. cap. super eo de preb. in 6. Azor. tamen 2. p. lib. 8. cap. 10. q. 8. cap. 12. q. 6. contra-

rium dicit probabilius, quia beneficium non est ex toto dimissũ mihi placet in pensione, & reseruatione alimẽtorum a. fructuũ.

3. Quod non conferat vltra duo ẽt si duo non sint sufficientia ad sustentationem; Sac. Cong. sub tit. Rauennati, & Veronen. super *cap.17. Trid. sess. 14. de ref.* quod intelligit ad effectum retentionis, non autem consecutionis, a. Episcopus valide habenti duo potest conferre tertium beneficium, sed prouisus non potest retinere tria illa etiam quod sint insufficientia absq; noua prouisione Apostolica ità Sac. Cong. pluries, f. x. Maij 1605. & in vna Caetana, ità quod ita prorsus nõ posset se tueri posse ratione triẽnali, quia sublata est in ijs, quæ repugnant decretis. *Trid. Rot. coram Plata 1588. in Hispalen. beneficij 17. Iunij*, & Sac. Cong apud *Barb. l.c. num. 194. & 189.* Vbi Sac Cong. verba referuntur.

Quid si tertium beneficium esset de Iurepat. laycorum, & Patroni præsentare vellent clericum duo beneficia habentem, posset ne Episcopus illud tertium conferre, & in eo instituere.

Aliqui affirmant *Lambert. de Iurep. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 15. num. 15.* idq; ratione & exemplo suadet; Ratio est ipsa sufficientia ad sustentationem *Trid. n. l. c.* permittit vt Episcopi possint duo conferre, quando vnum non sufficit, igitur pari ratione poterit, vsq; ad sufficientiam cõferre. Exemplum est de se ipso adducit, attestans se in 37. beneficijs fuisse institutum quorum fructus non ascendebant ad summã ducatorum 130. & maior pars erat de Iurepat. & corã ordinarijs fuisse præsentatum, & ab illis institutum.

Negatiua tamen est verior patet auctoritate, & ratione. *Auctoritas* est Sac. Cong. quæ pluries resoluit idem esse de beneficijs Iurepat. ac de liberis, quæ ad pluralitatem trium vt nequeant retineri sine Apostolica dispensatione, vt apud *Barb. Iur. Ecl. lib. 3. cap. 13. num. 191. & 193.* Ratio est quia Trid. cõcedendo Episcopis facultatem conferendi secundum beneficium principaliter titulum respexit, sed facultatem limitauit in casu sufficientiæ vnius tantum. Iterum Sac. Cong. *in vna Bauinen. 13. Nouembris 1619.* Primam sustineri posse cẽseo, si in fundatione Patronus sibi reseruasset facultatem prę̃sentandi habentem alia duo, potest .n. conditiones apponere vt *de Iurepat. infra cap. 5. ita tenet Garz. p. 11. cap. 5. num. 288.*

Præterea Legatus à Latere potest in hac sua Prouincia quidquid
11 Episcopus potest in sua Diœcesi.

Alij Superiores, qui ex consuetudine, vel priuilegio habent Ius cõferendi, vt Abbates, Capitulum Sede vacante, quandoq; & aliqui Reges, & Principes, nisi concurrat

t specialis Papæ facultas ne-
eunt vni plura beneficia con-
re firmat, *Azor. 2. p. lib. 6. cap.*
1. q. 9. Ego vero puto *Abba-*
s Iurisdictionem ordinariam
ibentes posse in populo sibi su-
iecto etiam duo beneficia con-
rre, modis, & conditionibus,
uibus possunt Episcopi, quia
bi habent Iurisdictionem Epi-
copalem Barb. *lib. 1. cap. 17. de*
iur. Ecl. à num 93. vsq; ad fin.
atij autem Episcoporum, qui-
bus absolutè facultas conferrē-
di beneficia data est, non possunt
secundum beneficium habenti
primum conferre, sicut posset
Episcopus, quia specialis facul-
tas requiritur cum speciali Iure
Episcopo concedatur. *Azor. l. c.*
uoad secundū *Iusta causa* ad tria
capita reducuntur, in cap. tali
1. q. 7. & sunt *Pia vtilitas*; *Iusta*
necessitas, & *euidens prærogatiua*
meritorum.

ia vtilitas dupliciter, 1. ex parte
Ecclesiæ, vt quia est homo Indu-
strius aptus &c. 2. ex parte be-
neficiarij, vt quia licet habeat
beneficium sibi sufficiens, non
tamen sufficit Parentibus, fratri-
bus, soror ib⁹, & nepotibus Pau-
peribus; *Nau. de orat. miscell. 65.*
nam prędictas alere debet si sūt
Indigentes.

2. *Iusta necessitas* tripliciter, 1. Ec-
clesiæ vel ob tenuitatem, vt di-
ctum est *supra in parte huius cap.*
ad primam diffinitionem, vel quia
non habet populum, cum prop-
ter Cęli intemperiem, vel pestē
locum reliquerit, tunc vnus ha-
bebit vnam Curatam actu, &
aliam habitu modo dicto *supra*
cap. 1. diuis. 5. ad 2. in 1. requisito.
2. Clericorum, vt quia idonei nō
reperiuntur, vt supra *hoc cap. l. c.*
casu 3. & 4. Tandem ex parte
Beneficiarij, vt qui a primum be-
neficium non est sufficiens.

3. *Euidens Prærogatiua meritorum*,
vt quia sunt litterati nobiles,
Cardinales est habēda .n. est ra-
tio nobilitatis, & scientiæ, *cap.*
multa de præb. extrauag. execrabi-
lis de præb. & sup. in fin. primi cap.
Illis plura beneficia conferrun-
tur non principaliter ob eorum
commodum, sed ob communem
Ecclesiæ vtilitatem, potentiores
.n. & peritiores solent Ecclesijs
esse vtiliores.

Duo tamen sunt hic explicatione
digna.

1. *An sit legittima causa dispensandi,*
quia .s. Clericus ille bene fructus im-
pendit .s. in elemosinas & pios vsus?
2. *An præter casus supradictos licita*
sit dispensatio?

*A*d 1. quoad retentionem pluriū
affirmat Nau. *cap. 25. num. 128.*
secus quoad consecutionem, sed
verius distinguo, 1. si ad sunt alij
Clerici, qui fructus bene impē-
dant non, 2. si non ad sunt est
causa legittima, non quia fructus
vtiliter insumat, sed quia Cleri-
ci idonei desiderātur, vt in locis
hæreticorum, qui bona Ecclesiæ
deuorāt Azor. *2. p. li. 6. c. 12. q. 3.*

Ad 2.

Ad 2. Respondetur affirmatiuè, qa eadem pietas, quę superioribus casibus dispensauit, si occurrent alij nondum cogitati ęqui tamen & iusti posset dispensare, Sot. *de Iust. lib. 3. q. 6. art. 3. concl. 3. vers. subsequitur*.

DE 3. multæ sunt pœnæ contra
K beneficiorum pluralitate obstrictorum.

1. *Peccatum mortale*; probatur ratione, & exemplis. Ratio est quia læditur Ius naturale, & grauis extat Canonum prohibitio, siue dispensatione careant, siue habeant nonlegittimam, Sot. *l. c. concl. 6.* exempla. 1. Philippus Cancellarius Parisiensis contra sensum multorum DD. pluralitatem beneficiorum improbare voluit, & morti vicinus ab Episcopo Parisiensi monitus, vt vno retento cætera beneficia dimitteret dixit se experiri velle, an hoc sit peccatum mortale; Tertio post obitũ die Episcopo appariens dixit, se æternis ad dictũ esse supplicij ob tria crimina, 1. quia sentit pluralitatem beneficiorum nõ vetari Iure naturali, 2. quia fructus male impẽdit. 3. quia luxuria se inquinauerit Specchio *d. 5. essemp. 17. Item in exẽplo 19.* ait Gregorium nonũ dixisse non posse dispensare super pluralitate nisi quoad forum exterius, & exemplo 2. omnes pluralitate ob notios omnes feræ mala morte dies suos clausisse in quadam Ciuitate.

Sed quæritur an plura habens beneficia quorum vnum sufficit absoluendus sit. Resp. si sine legi-
L tima causa sit dispensatus non est absoluendus nisi cætera dimmittat, quia dispensatio citra legittimam causam corã Deo non prodest, cum pluralitas sit Iure naturali vetita. At quia opinio asserens pluralitatem tantũ Canonico Iure prohiberi probabilis est, ideo absoluendus est pænitens dictã opinionem sequẽs, dummodo Iudicet causam probabilem alias secus, quia faceret contra conscientiam Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 12. q. 11.*

2. Vacat primum per adeptionem secundi Trid. *sess. 7. cap. 4. de ref.*
M *cap. multa de preb. extrauag. execrabilis de preb.*

Declaro primo si sunt incopatibilia ratione seruitij, & residentiæ de Iure vel Consuetudine, vel fundatione, vel particulari Statuto debitæ vacat primum ipso Iure Trid. *l. c.* Si sint incopatibilia ratione eiusdem tecti si sint similia non solum incompatibilia, vt duo Canonicatus quia de iure sunt incompatibiles, & primus vacat per adeptionẽ secũdi vide Sac. Cõg apud Rot. 4. *p. nouiss. decis. 608.* sed etiam simplicia primum vacat ipso Iure *cap. litteras vbi Gloss. secũdũ DD. de cõcess. preb.* Secus si dissimilia. Barbat. *in Clẽ. Gratiæ de rescrip.* Iudicis tamen officio potest priuari si sine legittima dispensatione obtineat, si

sint

sint incompatibilia ratione sufficientiæ. Aliqui dicunt primum vacare, quia Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* vetat habenti vnum *sufficiens* conferri secundum; Alij negant quia talis pęna non est expressa in Iure; *Azor. l.c.cap.* 13. *q.* 4. hæc est verior in foro exteriori, sed in conscientia debet vnum dimittere.

Declaro 2. requiri, vt secundi habeat possessionem modo quo declaratur *infra cap.* 10. *num* 12. Neq; in Incompatibilibus de Iure iuuat regola Triennalis, vt de duobus Canonicatibus Sac. censuit Cong. apud Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 608.

Declaro 3. habenti duo etiam in sufficientia non posse Episcopum cōferre tertium, alias vacat primū Sac. Cong. *sup. cap.* 1. *diuis.* 12.

3. *Non solum primum vacat, sed etiam duo*, tria, quatuor, & plura si habeat etiam per legitimam dispensationem, per adeptionem alterius incompatibilis, quia in Clem. *si plures de preb.* ita generali er statuitur si plures habens dignitates, vel dignitatem, & Parochialem aliam dignitatem, vel Parochialia absq; legittima dispensatione obtinuerit; priora ipso Iure vacare adepta vel possessione vltimi .n. tenet, sed priora vacant, *cap. ordinarij de off. ord.* 1. *p.*

Declaro 1. idē esse si per eum stet, quo minus possessionē adipiscatur Gloss. ibi, & quando id iudicetur, *vide infra cap.* 10. *n.* 12.

Declaro 2. quando in dispensatione adest clausula, vt vnum vel duas possit dimittere, & illius locum aliam recipere, & retinere, poterit .n. eligere quam voluerit ex primis, & simul cum vltima retinere *cap. referente de Prab.* quod si haberet non beneficia, sed pensionem, & reseruationem fructuum super beneficio renunciato dicat supra in hoc, *cap.* 12. 2. *p. in* 2. *requisito*, ad hoc vt Episcopi possint secundum conferre beneficium.

4. *Vacant omnia beneficia* per collationem tertij etiam simplicis factam ab Episcopo, vel per adeptionē vltimi incompatibilis ipso Iure, 1. adepto tertio beneficio ab Episcopo, vel alio incompatibili cum prioribus siue legittima dispensatione, vacant omnia 1. tam priora, quam vltimum adeptum ipso Iure Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. *& sess.* 24. *cap.* 17. *de ref. & cap. de multa de preben.*

Declaro primo, ad hanc pænam incurrendam requiri, quod priora beneficia incompatibilia non dimiserit, sed simul cum vltimo adepto retinuerit per sex Mensium spatium Trid. *d. cap.* 17. vbi non solum de Curatis, & dignitatibus loquitur, sed etiam de simplicibus quia de omnibus loquitur generaliter, tam in dispositiua quam in fine capitis, vbi inducit vacationem omnium ex porrectione retentionis, ibi, *tam*

Pera.

Parochiales, quam beneficia omnia. Ita Sac. Cong. 31. Maij 1607. & alibi, & potissimum ad votum Illustriss. Pauluccij quod Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 19.*

Declaro 2. requiri præsumptionẽ, sed ad hoc inducẽdam an requiratur monitio. Aliqui affirmãt, quia præsumpserit 1. contentiosè in Iudicio retinere tentauerit ait Gloss. *cap. de multa*. Rota *decis.* 484. *p.* 3. *diuers.* Verũ alij negant, quia dolosa censetur retentio, vbi non adest legittima dispensatio Garz. *p.* ỹ. *cap.* 5. *num.* 95. *& seq.* nec iuuatur triannali Sac. Cong. Barb. *l. c. nu.* 144. G. fit intrusus, qui ab ordinario vltra duo tertium obtinet beneficium, etiam si prima duo non sufficiant ad sustentationem, similiter si secũdum recipiat, quãdo habet primum sufficiẽs, quia possideret vltima sine dispensatione Apostolica cõtra Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* dispositionem, & non faceret fructus suos, sed illos, vt fur restituere teneretur sine .n. mortali peccato nõ posset retinere *cap. conquerente vbi Abb. num.* 12. *de cler. non resid.* Nau. *cap.* 25. *num.* 127. Graff. 1. *p. decis. cap.* 97. *num.* 17. *&* 48. Nam Trid. ibi dat formam, omissio autem formæ etiã in minima parte vitiat actum; Abb. *in cap. Pisanis num.* 5. *de rest. spol.* nec potest per æquipolẽs impleri vid. Hoyed. *de Incomp. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 26. *&* 27. Thes. *for. Eccl. cap.* 32. *num.* 25.

Declaro id procedere vt alias dictum est, quoad retentionem non quoad consecutionem, quia valide ordinarius tertium confert, sed omnia retineri nequeũt Rot. corã Orano apud Farinac. *decis.* 624. *num.* 2. *vid. supra cap.* 1. *decis.* 12. *& cap.* 2. *in p.* 1. *fere per tot.* Nec consuetudinem excusare ait Barbos. ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* vbi plura vide. Sed quomodo fiant beneficia videre oportet.

De Creatione Benefitiorum. Cap. III.

Beneficia non nascũtur, sed fiũt, & creantur. Cassod. *decis.* 1. *n.* 6. *&* 8. *Iure pat.*

Ideo hic duo videbimus. Primum. Quid sit beneficiorum creatio, quibusuè modis creentur. Secũdò quot modis acquirantur.

De primo Creatio est noua benefitij cõstitutio Ecclesiastici Superioris auctoritate legitimè facta.

A Quinq; potissimum modis creãtur benefitia. 1. fundatione. 2. diuisione, & separatione vnionis. 3. mutatione. 4. reuiuiscẽtia benefitij suppressi. 5. translatione. Ad fundationem tria requiruntur. *Primum auctoritas Superioris Ecclesiastici*: nam laici nequeunt sua auctoritate benefitia tractare. *cap.* 2. *de Iud.* 2. Erectio. 3. Dos congrua.

Sed

Sed quis habet potestatem creandi beneficia? Distinguo. Papatus alius
B creari nequit, quia à Christo vnᵘˢ est institutus *cap. in nouo d.* 1. Dignitates Cardinalitias, Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, & Abbatiales solus Papa creat. *cap.* 1. *d.* 22. Alias inferiores distinguo. Si nõ sunt pro vniuersali Ecclesia institutæ, sed nouæ effectæ, solus Papa creat. *cap. cum accessissent de cõst.* Vt quando datus fuit titulus Cardinalium Canonicis Rauennat. Cõpostel. Aquilen. Mediolan. Beneuent. & Pisan. German. *de immunitate lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 14. *& seqq.*

Si pro vniuersali Ecclesia institutæ sunt, vt Præpositura, Archipresbyteratᵘˢ, Archidiaconatus, Prioratus, & similes nõ solum Papa, sed Episcopus quoque creat, etiã sine licentia Papæ. *cap.* 1. *dist.* 22. *cap. percepimus* 16. *q.* 1. imò, & *Capitulum Sede Vacante. Gamb. de pot. leg. in rub. de potest. creandi noua benef.* citans *Abb. & Felin. d. cap. cum accessissent.* Rõ est, qa augetur cultᵘˢ diuinus, & aliis nõ nocet. *contra Gloss. in cap. olim de consuetudine sentientem*, non posse Episcopũ ex sola causa augmenti cultus diuini. Affirmatiua tamen est verior, & religioni fauorabilior. *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 30. *q.* 10. *vers. quæres*. sufficere tacitũ cõsensum Episcopi. tenet *Azor. lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 6. Licet selua *de benef. p.* 1. *q.* 6. teneat requiri expressum in ædificanda Ecclesia. An Vicarius Capitularis, vel Episcopi possit beneficia creare, vel saltem Iuspatronatus, vide infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 3. *cond.* 1. E.

Ad *d. cap. cum olim*, vbi Episcopus nouæ dignitatis erigendæ à Papa facultatem poposcit, dicitur, id non de necessitate; sed ex reuerentia, & ad cautellam petijsse. Idem potest Legatus in sua Prouintia, vt notat *Ric.* 1. *p. resol.* 382. Et ego in Abbatia Sancti Illarij Galleatæ, cuius Abbas modo est Eminentiss. Sacchettus plures Parochiales in Prioratus erectas fuisse, audiui, & quando *cap. de locorũ, & seqq. de cons. d.* 1. dicitur requiri Sedis Apostolicæ auctoritatem, vel loquuntur de Cathedrali, vel non sunt in vsus *Glos. vbi, vel in loco exempto secundum Azor.* 2. *p. lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 2.

Ampliatur vt id possit Episcopus etiã in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cum consensu illorũ, quorũ interest: nam etiam Papa nouam dignitatem creando dicit sine præiuditio aliorum. *Azor. l. c. vers. vlt. si quæras ad finem.* Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de Ref. Ric. p.* 1. *resol.* 322.

Declaro tamen, quod augere numerum Canonicorũ potest Episcopus etiam sine causa; quia
C semper adest augmẽtum cultus diuini; minuere autem, & supprimere, idest extinguere, vt ampliᵘˢ non sit, sine causa nequit. Causa esset, si redditus essent nimis tenues.

nues. *Azor. lib. 6. q.* 11. *et* 12. *Trid. loc. cit.*

Quid si in dicta Ecclesia adesset statutum Papæ auctoritate confirmatum, ne ibi plures essent Canonici? Distinguo: si simplex tantum adest confirmatio, potest Episcopus etiam sine causa augere: Nam Papa non dat tunc nouam legẽ, sed illam approbat: si vero adesset clausula (si secus fiat, irritum sit) tunc iusta causa requiritur; nam illa prohibitio intelligitur, si sine causa fiat. *Abb. in cap. cum accessissent de const.* Idem potest in diminutione, & suppressionẽ dignitatis auctoritate Papæ creatæ, scilicet cum causa. *Azor. loc. cit. q.* 13.

Sed quid si statutum fuisset iuramento firmatum? Distinguo: si iurauit simpliciter, se nunquam numerũ Canonicorum auctum, peccaret; sed augmentum tenet; quia cedit in Ecclesiæ decus, & Dei honorem. Si vero iurauit, se seruaturum statutum, vel non auctorum numerum, vt continetur in statuta; tunc non solum tenet augmentum, sed nec peccat; quia censetur prius statuto derogare, & deinde augere. *Abb. l. c. Azor. l. c. q.* 10.

Due hic remanent difficultates.

1. *An Episcopus possit nouam Collegiatam erigere, & nouum Canonicorum numerum?*

2. *Quis possit conventuales creare?*

Ad p. aliqui negant; quia in dictis Ecclesijs semper præficitur aliqua insignis Dignitas; sed dignitates maiores sunt Papæ reseruatæ. *Put. 3. p. decis. 66. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 30. p. 2. & Garz. in fine tract. de benef. per cap. 1. ne Sede Vacante, & facit cap. quod translationem de off. leg.* licet Garzia dubitet.

Alij affirmant, ita quod Episcopus possit Canonicis nouiter institutis dari insignia, quæ voluerit, s. Capuccium, *Mozzettam*, pellem, &c. quia Episcopus potest dignitates omnes Abbatia inferiores creare, vt probatum est. *Nout. in 99. Forens. p. 1. qu. 24. num. 4.* Conciliat Massob. *pralud. 2. dub. 1.* hoc modo. Non pótest Collegiatas seculares Episcopus erigere sine speciali Apostolica auctoritate; sed bene potest licentiam dare pro noua Collegiata Regularium erigenda. Trid. *sess. 25. cap. 3. de Ref.* Rota *apud Farinac. p. 2. decis. 745.* Et hoc olim nõn poterat sine speciali Papę facultate. *cap. 1. de excess. Prælat. in 6.* Ego non video Iuris specialem prohibitionem; ideo seruandus est Curiæ stilus. De Iure cũ exclusio vnius sit inclusio alterius sic cõciliantur. Poterit Episcopus simplicem, non Parochialem facere Collegiatam Sac. Cong. *Rit. 12. Iulij* 1628. Aldan. *can. resol. lib. 3. tit. 3. num. 2.*

Ad 2. Superiores religionum creãt Conuentuales, sed licẽtia Episcopi requiritur. *Trid. l. cit.* Hanc licẽtiam Episcopi dare nequeũt, nisi

nisi auditis, quorum interest, vt sine aliorum Conuentuum, & Parochorum detrimento fiat. *Bulla 99. Clem. VIII.* Idem seruãdum est in mutatione Regularium de vno loco ad alium, imo & in redditu ad locum, alias relictum; quia viget eadem ratio *Cherub. in Schol. d. Bull. contra Rodric. q. 49. Rugel. art. 9.*

Declaro, hodie præcedere debere auctoritatem Sedis Apostolicæ, alias Episcopi consensus non sufficit. Ita declarauit *Sac. Cong. apud Piasce p. 2. c. 3. num. 47.* Posset tamen Episcopus licentiã dare resseruato beneplacito Apostolico. *Barb. de potest. Episcopi. alleg. 26. num. 4. Gratian. c. 517. Homob. de exam. p. 3. tract. 15. c. 4. q. 8.* Idem in Monasterijs Monialium. *Sell. cap. 90. num. 4. tamen Sorb. verbo edificare,* ait licentiam Episcopi sufficere.

2. Requiritur *erectio*, quæ dupliciter capitur: Largè pro edificatione Ecclesiæ, & strictè, scilicet pro

F eleuatione in titulum Beneficij, & de hac loquimur potissimum. Quia erectio in titulum est adeo necessaria; vt sine ea non dicatur beneficium. *Rota coram Pegna 16. Ianuarij 1591. Put. decis. 161. p. 1. Rot. diuers. decis. 275. num. 7. & decis. 739. num. 9. p. 2. Felin. ca. ad audictiam lib. 2. nu. 1 de rescript.* Ideo Missæ legatæ obligatio non est beneficium. *Ric. 1. 2. p. resol. 200.* Et talia legata dantur etiã habenti duo benefitia. *Ita Sacra Cong. referente Massab. req. 7. dub. 19.* Dubitatur sæpè de Hospitali, an sit Eccl. vel seculare nã Eccl. nõ est, nisi Episc.

G auctoritate sit erectũ. Quomodo ergò id dignoscitur? Resp. ex fundatione, & ita ex instrumentis, & litteris testimonialibus de ea; quæ si desint ex pluribus signis quæ Ecclesiasticis conueniunt. p. si sit in forma Ecclesiæ. 2. si habeat cãpanile cum campana. *Rota corã Mantica decis. 65. quã reuocat decis. eius 38.* & si ibi diuina celebrentur. 3. si ibi Baptismus, vel alia Sacramenta ministrentur. 4. Si habeat nomẽ Sancti appropriati. 5. Si ibi sint sepulturæ. 6. Si collectas non soluat. 7. Si decimas recipiat. 8. Si per longissimum tempus fuerit ibi Hospitalitas seruata, alias in dubio profanum præsumitur, etiam si ibi pium opus exerceatur. *Ric. 1. p. resol. 37.*

Declaro p. Hospitale triplex esse. p. profanum, quod sine Ordinarij auctoritate fundatum est. 2. Ecclesiasticum, quod Ordinarij auctoritate fundatum est, sed non erectum, & hoc non est beneficium. 3. Beneficiũ, quod ordinarij auctoritate fundatum, & etiam in titulum erectum est, & hoc est verè beneficium, *vt sup. ca. 1. diuis. 2. num. 17.*

Declaro 2. Non esse necesse, quod constet de collatione, sed sufficit, quod sit Ordinarij auctoritate erectum, ita quod laico conferri nequeat, ad tradita per *Abb. cõs.*

57. *lib.* 2. *Rota*, *teste Cesare de Gras.decis.* 127. *de prab.* In dubio præsumitur Ecclesia auctoritate Ordinarij fundata; si adsit altare, vel Campanile, vel Ecclesiæ forma. *Azor.* 2.*p.lib.*9.*c.*3.

3. Requiritur *dos congrua*: nam Ecclesia sine dote nō dicitur Ecclesia, nec beneficium; *tex. est in cap. nemo de consec.d.*1. *et cap.cum sicut de consecrat. Ecclesiæ*, *& ibi Glos.* Ratio est, quia sine substātia rerum non potest Ecclesię deseruiri. *Innoc. in rub. de Iurepat. nu.*26. Non potest enim Ecclesia esse sine substantia rerum, sicut corpus non potest viuere sine anima. *cap. si quis obiecerit* 1. *q.*3. Procedit ante creationem, sed post creationem dicitur Ecclesia bene ante consecrationem, fundator cogitur ad dotem *d.ca.cum sicut*.

Sed quanta debet esse dos, vt sit cōgrua? Resp. in generali debet esse sufficiens ad sustentationem, & onera, consideratis circūstantijs personarum, & locorum, *vt sup.cap.*1. *diuis.*12. *post medium*, & ex qualitate personarum, locorū, & onerum dependere. Resoluit *Rota in Mutilen. Congr.*26. *Aprilis* 1613. *coram Coccino*.

In particulari distinguo. Vel loquimur de habentibus curam, & residētiam, vel de simplicibus. Primo casu, Episcopis sufficere debet ad victum sui, & familiæ, & ministrorum. Item ad fabricam, elemosinas, & onera, iuxta loci, personarum, & temporum conditionem. *ca. cum Aplūs. de cens. cap. Episcopus. & seq.* 12.*q.*1. Parocchijs ad sustentationem Rectoris, Clerici, Luminarium, ad procurationē Iura Episcopalia, hospitalitatem, & alia onera. *ca. nemo de cons. d.* 1. *cap. Piamentis* 16.*q.*27. *De quibus vide p.*3.*c.*7.

An autem aliquid certi statuatur in Iure? Resp. *Trid.sess.* 24. *cap.*13. *de Ref. vers. ad hæc* inuere ducata mille pro Episcopis, & cētum pro Parochis, dum vltra dictam quātitatem tantum grauari posse pēsionibus decreuit, Vicarijs Ecclesiarum, *Pius V. Bulla* 47. *Assignauit* ducata 50. pro congrua, nisi ex solito plus daretur, quod *Rota coram Coccino l. c.* extendit ad deputatos in Collegiata ad Curam.

Declaro 1. ducata illa intelligi de scutis illius Regionis ratione pdicta, quia loci, & temporum cōditio inspicitur, ita Rota sępius, & multis probat *Barbos. Iur. Eccles.lib.*3.*cap.*11. *num.*69.

Additur hic, quod *cap.*1. *diuis.*12. *& cap.*2. notandum est Aliud esse, quod beneficium sit sufficiens ad *honestè* viuendum, aliud ad *commode*, & decenter viuendum; nam primo modo significat sine penuria, & ità intelligit Trid. dū vult Ordinarios non posse conferre aliud beneficium habenti sufficiens vt not. Megal. *in suo prompt.* : *u. beneficiorum pluralitas*, dum vero Trid. prohibet pensione grauare, *nisi remaneant centum &c.*

&c. Intelligitur ad commodè viuendum.

Declaro 2. prædicta scuta debere esse libera, idest sine vllo grauamine. *Rota 1. p. diuers. decis. 298 Barb. l. c.*

d an sit computanda incerta incongrua? Affirmat dicta Bulla Pij V. Negat *Rota coram Damasceno apud Farinac. p. 1. decis. 410.* Concorda, vt Bulla Pij V. intelligatur de incertis, quæ aliquam habent certitudinem, vt sunt decimę frumēti, vini, lini, &c. *Rota* vero de incertis, quę habent omnimodam incertitudinem, vt sunt elemosinæ altaris, funeralium, &c. *thes. for. Eccl. p. 2. c. 16. num. 2. Cherub. Scol. 2. ad dictam Bullam.*

2. Casu subdistinguo. Vel beneficia eriguntur *in concreto*, idest cū propria Ecclesia, aut altari, vel *in abstracto*, *scilicet* ponendo titulum sine loco dessignato, vt ad altare maius alicuius Ecclesiæ, prout plura sunt in Cathedrali Brittonorij.

Primò Dos tanta esse debet, vt sufficiat ad sustentandos ministros dessignatos, & ad luminaria, paramenta, custodiam, procurationem, & alia onera. *ex tit. de Cens.* Quod si fundator nullum imposuit onus; dos sufficiat pro luminaribus, paramentis, & alijs Capellæ necessarijs; quia præsumitur, fundatorem velle ornatam tenere.

2. Si habet onus cellebrandi, tanti sint redditus, vt beneficiarius die quo cellebrat, viuere possit: qui enim altari seruit, de altari viuere debet. *cap. cum secundum de præbend. cap. cum Sacerdos 1. q. 2.* Si non habet onus cellebrandi; sed orandi, vel nihil fundator disponit, non potest dari certa meta: quia verbum *orare*, non adstringit ad officium destinatum. *Glos. in Clem. 1. de reliq. & verb. in verbo orationis.*

Tandem si Capella fit mercenaria, nullum habens Rectorē cū obligatione, vt tot missæ cellebrētur, tot sint redditus; vt sufficiant pro illis missis iuxta loci consuetudinem, & decreta Synodalia. *Lambert. de iure pat. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 31.* vbi plures constituit casus. *Sed esto, quod fundator nullam dederit dotem?* Resp. cogi posse; nam eo ipso, quod fundauit, tacitè se ad congruam obligauit. *cap. cum sicut de consec. Eccl.* Quod si fundator nequiuerit, tenebitur Episcopus de proprio; quia permisit, Ecclesiam sine dote fundari; sicut quando ordinauit sine titulo. *Glos. in d. cap. cum sicut. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 30. q. 4. ad fin. Bald. tract. dotium in principio contra Io. de Anā. con. 24.*

Quid si dederit dotem insufficientem? Resp. fundatorem, vel hæredem cogi posse ad supplementum, & Rectorē agere posse ad congruā. *Rota coram Coradino decis. 621. lib. 2. manuscript. relata à Seraf. decis. 211.* Vbi ait, idem esse, ac de alimentis, sitquè interpratatio alimento-

mentorum minus præiudicialis. Imò agi potest etiam, quãdo per temporis lapsum facta est insufficiens. Nota quod Seraf. *ait, decis. Orand. fuisse 23. Ianuarij, sed fuit 23. Iunij 1572.*

Dicet quis Rota coram Serenifs. Ludouico decis. 429. & 1. p. recent. decis. M 420. num. 4. ait, imputandum esse acceptanti tenue beneficium. Ergo nō poterit agere ad congruam. Resp. has, & similes decisiones intelligi, quando non est certum; vt sit minus congrua, alias primò esset cõtra *text. expressum. cap. extirpanda de præb.* Vbi dicitur, assignandã esse dotem congruam, & sufficiẽtem. 2. cogeretur Rector deserere Ecclesiam ob victum quærẽdum. 3. induceretur ob ægestatem ad mala committenda. *Additur*, quod nec cõsensus expressus, vel tacitus Parochi potest præiudicare congruæ; quia non concernit fauorem ipsius tantũ; sed ordinis Parochorum, & Curę animarum. *Rebuf. de congrua q. 12. Rub. in sing. d. decis. Lod.* Additur 2. quod *Glos. cap. secundum 23. q. 8.* ait sufficere *mansum*, idest prædiũ, quod coli possit ab vno pari bobum, liberum ab omni seruitute *Azor. lib. 9. c. 3. q. 7.*

Vbi addit, Monasteria Mendicantium sine dote ædificari posse. Procedit de dote certa, & de illis, qui nihil possident, vt Capuccini: nam de alijs statuitur in *Trid. sess. 25. cap. 3. de Regul.* vt in omnibus Monasterijs numerus constituatur, qui ex redditibus conuentus, & solitis elemosinis sustentari possit. Idem Clemens VIII. statuit de anno 1599. *in decretis reformat. regul.* Paul. V. de Anno 1603. *const. incipit. Sanctiss.* addidit, vt id fieret infra annum, non computatis ijs, quę reparationes, grandines, & alia onera absorbent sub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, & passiuæ, atque inhabilitatis perpetuæ ad omnes gradus, & officia, ac alijs pœnis arbitrarijs. Greg. XV. approbante *Sac. Cong. Ep. 17. Augusti* 1621. reuocat licẽtias à Paulo V. concessas erigendi conuentus, volens, quod de cętero non erigantur, nisi vbi 12. fratres, vel Monaci ex bonis Monasteris, & solitis elemosinis viuere possint. Vrbanus viij. per suum Breue 28. Augusti 1624. reuocat licentias cõcessas erigendi nouos Cõuentus, & prohibet sub pœna excommunicationis eis vti. *Et Sac. Cong. Trid. 21. Iunij 1625.* statuit; vt non recipiatur Monasterium Regularium, nisi vbi duodecim Regulares sustentari valeant ex redditibus Conuentus, & solitis elemosinis detractis oneribus, vt supra, alias loca contra prædictã formam recepta, subsint omnino Visitationi, & Iurisdictioni Ordinarij, vt *Barb. ad Trid. l. c. num. 10. & seqq.* Quod etiam procedit de nihil possedentibus, vt scilicet ex elemosinis solitis ille numerus ali possit; vt Regularis disciplina obseruetur. Secun-

tundo modo fit, & creatur beneficium per disunionem vnitorũ; quia quod separatur, quasi de nouo creatur,& tũc vacat. Quinque tamen requiruntur.

Auctoritas,quam habet Papa in omnes Ecclesias, etiam sine causa. Legatus de Latere in sua Prouincia, & Episcopus in sua Diœcesi. Capitulum Sede Vacante, non tamen inferiores; etiam si consuetudine, vel priuilegio possent vnire. *Azor.2.p.lib.6.c.19. q.5.* Procedit de habentibus tantum Ius conferendi, secus de habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, vt infra de Vnione dicitur. *c.8.§.1. M.*

. Iusta causa in inferioribus Papa; scilicet ob euidẽtem Ecclesiæ vtilitatem, vel necessitatem, vt cũ vnio noxia esse cœpit. Ideo si vnio facta est propter fructuum inopiam per augmentum, dissoluitur. *cap. cum N. de Const.* Idem si facta sit ob defectum populi causa pestis, eo enim redeunte, soluitur. *cap. vlt. de Paroch.* & ita concordantur Iura. Posse Episcopũ diuidere. Tenet *Glos. in cap. nulli d.99.* Intelligitur cum causa iusta, etiam inuito Rectore. *aug. ca. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6. & cap. sicut venire de excess. Prel.* nõ posse tenet *Glos. in cap. ad audientiam. d. 1. de Eccles. adif.* Sed intelligitur sine causa. Ita distinguit *Glos. in cap 1. d.10. & Abb. d. cap. ad audientiam.* Et causæ cognitio fieri debet, vt dicetur *infra cap.8. req.5. P. Barb. Iur. Eccl. lib. 2. cap. 16.*

3. Quod Ecclesia non sit Cathedralis, vel exempta; quia has solus Papa vnit, & soluit. Benè inferiores soluunt aliarum Ecclesiarum vnionem, etiam à Papa factam; quia Papa non intendit præiudicare Ordinarijs. *Azor. l.c.*

4. Vocatis, quorũ interest, scilicet Patronis, Rectore Ecclesiæ, Vicario Ecclesię vnitæ, Prælato vtriusque Diœcesis, si ad diuersas spectet Diœceses. *cap. sicut vnire de excess. Prab. Vide infra de vnione req.4. P.*

5. Consensus Capituli. Sicut enim Episcopus sine eo non potest vnire, ita neque soluere. *Azor. l.c. ad fin.* Limitatem, quando consuetudo Capituli consensum excluderet, vt infra de Vnione dicitur *req. 2. N.*

Tandem Vnionis solutio operatur, vt Ecclesiæ solutæ remaneant in suo statu antiquo. *Garz. p.12. c.2. num.309.*

Tertio modo beneficium creatur mutatione, cum scilicet vna Ecclesia in aliam mutatur, & hic distinguendum est.

Vel de Parochiali in simplicem, vel de simplici in Parochialem. Primo casu. *Azor. l.c. cap.3. q.2.* innuit etiam Episcopis cum causa id licere, sed contrarium est verum, quia *Trid. sess.25. cap.16. de Ref.* statuit, beneficiũ curatum in simplex ab Episcopo conuerti non posse, & ita pluries decla-

declarauit *Sac. Cong. apud Garz. p.12. cap.2. num.*87. Quod procedit non solum in toto; sed etiã in aliqua parte, vt cumque minori fructuum Parochialis; vt ex ea simplex constituatur beneficium: imo neque potest separare à Parochialibus simplicia beneficia illis vnita; etiã quod sine illis remaneant redditus sufficientus. *Ita Sac. Cong. apud Garz. l.c.* quia dismembratio est species alienationis. Ideo requirit solemnitates. *Extra u. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alienand. de qua infra par.* 3. *cap.* 10.

An Parochialem habitu possit Episcopus in simplex vertere? infra c. 8. *L.*

Ampliatur, vt neque possit Episcopus dismembrare fructus Parochialium pro erigendis Canonicatibus in eis. *Rota in vna marsicana dismembrationis* 14. *Februarij* 1594. *coram Pamphilio.*

Quid si in dicta Parochiali tantus esset numerus Populi, vt vnus Rector non sufficeret; ita vt morerẽtur aliqui sine Sacramentis? Resp. Si Episcopus cum assignatione partis fructuũ erigeret Canonicatum, seu Vicarium Coadiutores cũ onere ministrandi Sacramenta, id tenere crederem: quia non erit simplex beneficiũ; sed habebit onus Curæ, & quando Rota negatiuè ressoluit, Ruota est; quia seruitij Curæ deffectus nõ apparuit, vt apud *Ric. p.1. resol.* 44.

Imò ex *Trid. probatur sess.* 21. *cap.* 4. *de Ref.* Vbi Episcopis tanquam Sedis Apostolicę delegatis permittitur ad obuiandum deffectibus in cura animarũ nouas Parochias erigere cum cõgrua portione fructuum. Debet tamen seruitij deffectus probari, qui pbatur, quando constat, aliquos decessisse sine Sacramentis propter multitudinem populi, & paucitatem ministrorum. *D. D. cap. ad audienientiam de Eccl. edif. Rot. 4.p. nouiss. decis.*605.

2. *Casu.* Mutatio simplicis Ecclesiæ in Parochialem, est nouæ Parochiæ constitutio, ad quam quinque requiruntur. 1. Auctoritas quam habet Papa in omnes Ecclesias, etiam sine causa. Legatus de Latere in sua Prouincia, Episcopus in sua Diæcesi, sed cũ causa. *Trid. l. c.* 2. Causa iusta in inferioribus Papa. 1. euidens necessitas, vt ob difficultatem fluminis, clausuram Ciuitatis, cum s. Ecclesia est intra Vrbem, & Parochia est in extra, & huiusmodi. 2. *Magna vtilitas*, vt ob longitudinem itineris, & multitudinem populi, ità quod sine magno incommodo sola Parochialis nequeat supplere. *Vgol. de potest. Episc.* 2. *p. cap.* 53. quod Episcopi arbitrio iudicatur. *Ric. p. p. resol.* 476.

Subsistente ergo iusta causa poterit Episcopus, nouam Parochialem constituere, etiam si Ecclesia esset Regularibus subiecta. *Barb. de pat. Episcopi alleg.*78. *num.* 6. & ẽt inuito Rectore Ecclesiæ matricis.

Trid.

l.d.cap.4. & d.cap.ad audientiã; a id tendit ad salutem anima- n . Tamen Ecclesia matrix quirit in noua Ecclesia iuspa- natus. Glos.d.cap.ad audientiam. mmodo de suo aliquid dederit o dote,& ante acquisitionem, cus post. Garz. p.3.c.9. num.57. 58. Et ita Eminentiss. Ton- s Cęsenæ Episcopus nouas fecit arochias extra mœnia ad ob- andum periculis,& deffectibus, ui imminent, quando Parochi iuitatis exire debent ad mini- tranda Sacramenta. Deficienter erò causa, Parochialis habet riuilegium, vt intra eius limites oua nequeat creari; quia redū- darct in eius præiudicium. cap. Eccl. & cap. quicumq; 16. q. 1. Et tunc poterit Rector nouum opus nuntiare. Guido Papa decis. 366. Ideo quando non adest causa, Rectoris cõsensus est necessarius Ric.1.p. resol.376.num.4. Et quã- do fit inuito Rectore, debet esse citrà præiuditium possidentis. Piasce.p.1.cap.5.num.1.

Adde, quod etiam iusta causa con- currente, si Parochus vellet de bonis Ecclesię Capellam cõstrue- re,& ibi Vicarium amouibilem tenere, non posset ad aliud com- pelli. Tusc.lit.P. concl.98. Dumo- do tamen Episcopus consentiat, & sic prouisum sit sufficienter sa- luti animarum. Vgol. l.c. num.3. A' decreto autem erectionis no- uæ Parochiæ datur appellatio tã- tum ad Sanctissimum. Ric. l. c. num.5.

Tertio requiritur, quod Ecclesia, quæ mutatur, sit simplex: nam so- lus Papa mutat Parochialem in simplicem, Regularem in secu- larem,& è contra Collegiatam,& Cathedralem in non Collegiatã, & è contra. Sicut solus Papa potest dictas Ecclesias suprime- re,& extinguere. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 30. q.2. Licet per plura iura affirmet lib.9.c.3. q.11. vers. qua res Episcopum posse conuer- tere Ecclesiam secularem in Re- gularem. Sed hodie contrarium Sac. Cong. ressoluit, vt supra in hoc Cap. litera E.

Quartò requiritur dos, quam Epi- scopus poterit suo arbitratu ex fructibus matricis assignare, qđ si nequeat, potest parochianos compellere ad prętandum ne- cessaria Parocho pro sustẽtatio- ne per decimas, vel aliam colle- ctam. Trid.sess.24.cap.13. de Ref. Ibi enim traditur modus proui- dendi beneficijs Curatis de dote hoc ordine. 1. Fundator, vel Ec- clesia matrix tenetur. 2. in horũ deffectum fiat vnio aliquorũ be- neficiorum simplicium, quę non sint regularia. 3. Si hoc fieri ne- queat, Parochiani cogantur. 4. Si nec populus possit, Episco- pus de suo præstabit. Hori.d.cap. ad audientiam. & Sac. Cong. supra cap.4.sess.21.Trid. 5. Si neque Epi- scopus possit, suis laboribus Pa-

rochus victum sibi parabit. *Vogel. l. c.*

Quintò requiritur consensus Patronorum. *Azor. l. c.* Quia Ecclesiæ status mutatur. Ego vero id verum non credo: quia citra Papatum, & Cardinalatum, in reliquis omnibus cadit iuspatronatus, vt in Episcopatibus, & aliis Superioribus dignitatibus. *Delf. de Iurepat. num. 44. & 96.* Addit *Ric. p. parte resol.* 476. requiri consensum maioris partis populi, & si sunt plura corpora, consentire debere duas partes ex singulis. Tandem nota *Ric. p. p. resol.* 383. refferre decisum, Episcopum non posse simplicia beneficia in Curata vertere; sed hoc intelligitur, cessante causa, & necessitate, vt notat *Garz. p. 12. 2. num. 3.* quam concurrente potest, vel nouã Ecclesiam fundare, vel fundatã simplicem etiam si sit simplex beneficium in Parochiam erigere, ratione salutis animarum.

Quid si Ecclesia Patronata erigetur in Collegiatam? Q

Resp. hoc fieri nõ posse contradicẽte Patrono, vel ignorante per Episcopum, alias non amittit Iuspat. Abb. *cap. nobis de Iurepat.* Sed bene amittit quando patitur erigi in Collegiatam sine reseruatione sui Iuris, *Glos. d. c. Nobis. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 22. q. 11.*

4. Modo creatur beneficium *Reuiniscentia* benefitij suppressi, suppressio est quando beneficium ità R exstinguitur, vt amplius non sit, *cap. cum acceſſiſſent de consl.* Reuiuiscentia vero est, quando de nouo redducitur ad esse; Requiruntur eadem in Diuisione vnitorum; Ad suppressionem vero auctoritas, consensus Capitoli, Patronorum, & iusta causa, *Trid. sess. 24. cap. 15. de ref.* G. Et vltimo modo creatur Beneficiũ *Trãslatione* de vno loco ad alium, tũc .n. dicitur nouum creari beneficium ratione loci, & requiritur S Auctoritas, iusta causa, consensus Patronorum, & quod Ecclesia nõ sit exempta respectu Episcopi. *Azor. l. c. q. 5.*

De Translatione ratione personarũ quando .s. vnus ad aliam Ecclesiam transit infra dicemus cap. 7. de Permutatione.

D E 2. Benefitia iam creata multis acquiruntur modis 1. Electione. 2. Postulatione. 3. Nominatione. 4. Præsentatione, & Institutione in iurepat. 5. Renuntiatione. 6. Permutatione. 7. Vnione. 8. Optatione. 9. Impetratione. 10. Libera Collatione. 11. Commendatione. 12. Per Concursum de quibus sigillatim in hac prima parte dicemus. T

At quia Ecclesiæ matricis mentio facta est, vt huius termini notitia habeatur, queritur quænam sit Ecclesia Matrix? Resp. hanc vocem tripliciter cap. 1. *Magis propriè*, & ità significat Cathedralẽ, *capi venerabili de verb. signif.* 2. V

Propriè,

priè, & strictè, & ita est maior clesia loci, quæ est vice Cathe-lis, vbi defficit Sedes Episcopi, p. alleg. 15. 3. Largè & ita cō-it Baptismali respectu rege-rationis à fonte Baptismi, Ric. . resol. 621. Additur 4. largis-nè pro qualibet Parochiali, & capitur, cum dicitur matricē bere iuspat. in noua Parochia-extra eius limites ædificata; est mater, quia de suis fructibus, subditis nouam genuit Eccle-am iura matricitatis sunt. Pri-a Pulsatio Campanarum. Ideo Sabbato Sancto nullus pulsare otest campanas prius matricæ. Neq; Regulares, alias pæna cen-um ducatorū puniantur ex Bul-a Leon. X. secus aliis temporib. Vgol. de pot. Ep. p. 1. cap. 20. §. 3. num. 4. & 5.

e Electione, Postulatio-ne, & Nominatione.

CAP. IV.

Benefitium Electiua tripliciter conferruntur. s. per electionē, Postulationem, & Nominationē; Ideo hic tria videbimus, 1. quid sit electio, & quot requirantur, vt ius tribuat. 2. quid sit postulatio, & quomodo diferat ab electione 3. idem de Nominatione.

A DE 1. Electio est personæ idoneæ vocatio ad Ecclesiam Pastore viduatam. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 14 q. 2.

Declaro Benefitium electiuum esse duplex. 1. propriè, & strictè quod . s. caput est Collegii, & exigit Superioris confirmationem vt Patriarcatus, Episcopatus, & Abbatiæ, & de his deffinitio intelligitur. 2. Largè quod . s. iure aliquo speciali, vel cōsuetudine pro electiuo habetur, vt cum in aliqua Canonia seruatur forma, quæ datur in cap. quia propter de electione in 6. Nam legittima consuetudo dat statum Benefitio, cap. cum de Benef. de praben. in 6. Statilio in Rub. de qual. dig.

Ad hoc vt Electio ius tribuat, duo requiruntur, 1. vt Canonice fiat, 2. Superioris confirmatio.

Declaro prædicta duo requiri copulatiuè; nam sola electio canonica dat ius ad rem tantum, quia non dat administrationem, sed iuspettendi cōfirmationem; ideo electo in Curia moriente ante cōfirmationem non dicitur vacatio in Curia, sed benè post: Confirmatio autem iuncta electioni dat ius in re, s. ius plenum, & administrationem, cap. Hosti. cap. qualiter de elect. Azor. l. c. q. 4.

B Circa prim. Canonicè fit electio, si tria requisita concurrant, 1. vt Ecclesia sit vacans, alias nulla esset electio, 2. quod etiam absentes vocentur, alias electio est nul-

la, *cap. quia sicut de Elect.* Idem in omnibus arduis negotiis, Felin. *in cap. omnes de const.*

Procedit de iure, nã de consuetudine induci potest, vt nõ vocentur, etiam si comode possent vocari, *cap. cum in Ecclesijs de preb. in 6.*

Procedit 2. si sint in Prouincia, & non multum remoti, & quando comode vocari possunt arbitrarium est; Ric. 2. *p. resol.* 257. *in sua praxi.*

Modus vocandi est per Nuntium, vel litteras, qui non potuerit accedere, poterit votum suum alteri deligare, sed non extraneo, inuito Capitulo, *cap. si quis §. absens de elect. in 6.* alias præsentes cõstituunt Capitulum, dumodo due partes sint præsentes. *Ric. l. c.*

3. Requiritur quod maior pars cõsentiat.

Declaro prædicta, tria requiri in omni electione etiam largo modo capto benefitio ecclesiastico; sed in eo quod strictè electiuum est, seruari debet forma dicti *ca. quia propter*, vbi dicitur electionẽ tribus modis fieri posse 1. per *Inspirationem* cum. s. Electores nulla præcedente Consultatione, quasi Spiritus Sancti afflatu concorditer aliquem eligunt, 2. per *Compromissum* cum pluribus viris idoneis transfunditur eligẽdi facultas, 3. per scrutinium, & ad hoc sex requiruntur.

1. Vt eligantur tres scrutatores & non plures, 2. vt illi sint de Collegio, alias nulla est electio, & si qui non potest Confirmatio, præterquam ex gratia, vt alias factũ fuit, vbi sex fuerunt scrutatores; 3. Quod dicti scrutatores vota singulorum exquirant ex se & proprio ore etiã à se ipsis, ità vt duo ex ipsis semper tertium scrutentur; Adhibere etiam debent verba ortatoria, sed ad bene esse, non de essentia, speculator de *elect. §. 1. num. 17.* 4. Vota redigantur in scriptis; 5. Vota publicentur in communi, & non solà electio. 6. Maior, & sanior pars consentiat; Quod si ab vna parte sit maior pars, ab alia minor, sed sanior, tum respectu dignitatis eligentium, quam meritorum electi distinguendum est, scilicet si parũ est excessus, tenet pars minor; sed sanior *cap. si quãdo vbi Gloss. de elect. in 6.* 2. si excessus duas totius Collegij partes comprahendat, tunc maior numerus præualet, dumodo electores oẽs sint idonei alias nulla est electio eorum, cõtra quos potest opponi.

Declaro 1. Electionem esse nullã, si horum aliquid defficiat, quia in dicto *cap. quia propter* est verbum irritans, immò sufficit quod forma defficiat in vno, cum sit indiuisibilis, vt *Rota* coram Coccin. in duabus decis. totam materiam electionis explicantibus in *Treuerin. Abbatiæ S. Maximi vna 20. Nouẽb. 1624. altera 24. Jan. 1625.*

Decla-

ectaro 2. procedere in dignitatibus perpetuis, nam in temporalibus sufficit quòd electio fiat per vota secreta, nec debent singulorum eligentium nomina publicari. *Trid. sess. 25. cap. 6. de regul.* vbi non loquitur de perpetuis, quia non derogat *cap. quia propter.* Rota corā Cocin. *in decis. cit.* Sed qui nam sunt qui eligere nequeunt. R. qui à iure reprobantur, vt 1. *Impuberes, cap. ex eo de elect. in 6.* 2. *Non Subdiaconi, Clem. vt ij de etat.* Idem de Religionis conuersis, & de alijs; sed non professis, hi .n. non habent de iure vocem, nisi aliter cõsuetudo disponat, d. *cap. ex eo. §. in Ecclesijs.* 3. Maiori excomunicatione legati *cap. Constitutus de appell.* 4. *Suspensi* à iure vel ab homine, cap. cum dilectus de cõsuetudine procedit de suspenso ab officio, secus si à Benefitio tãtum, quia tunc potest eligere, & iura temporalia, & spiritualia ministrare, Gloss. *cap. cum Vuintoxiensis de Elect.* 5. *Irregularis, cap. Is qui de sententia excommunicationis; Interdictus sacris, cap. cũ inter de elect.* 7. qui secularis prędictis auxilio, reg. laycos conuocando, elegerunt, hi .n. per triennium eligere nequeunt, *cap. quoniam 16. q. 7.* 8. Qui intra debitum tempus .s. trium mensiũ nõ eligerunt; nam ea vice priuãtur, *cap. qui pro deffectu de elect.* 9. Qui scienter indignum elegerunt; tũc si *omnes* deuoluitur ea vice ad Superiorem electio, *si vnus vel plures* penes cæteros eligendi manet potestas, *cap. quamquam vbi Gloss. de elect. in 6.* Tandem qui speciali iure, vel consuetudine eligere prohibentur; seruandæ .n. sunt consuetudines, & Constitutiones locorum, & qui non possunt eligere, non habentur in consideratione, & numerum diminuunt, *Azor. l. c. q. 8.*

Circa 2. Confirmatio est necessaria alias electio est nulla, *cap. nihil de elect.* quia per eam contrahitur spirituale coniugium Clerici cum Ecclesia, Tempus petendi confirmationẽ est intra tres mẽses post datum electioni consensum, *cap. quam de elect. in 6.* alias nulla est, Immo in locis vicinis infra mensem, *cap. venientes de elect. in 6.* Superior dans Confirmationem de iure est Papa in exemptas, Episcopus in non exẽptos, Archiepiscopus in Episcopos, sed hodie vel Papa eligit ex se, vel alicubi Reges, & Principes nominant, & Papa instituit, & vbi seruatur electio, Papa confirmat, Prouinciales confirmantur à Generalibus, Generales à Papa, vel à nullo. *Azor. l. c. q. 4.*

Procedit 1. de iure, nam ex consuetudine omitti potest: Ideo in Ecclesia Taruinensi Canonici eliguntur secundum formam d. *ca. quia propter,* & electus statim ducitur in choro per alium Canonicum

cum de mādato Præsidentis Capitoli, & ibi installatur, i. in possessionem mittitur, & illa installatio habetur pro Confirmatione.

Procedit 2. in Episcopis, Abbatibus, & alijs dignitatibus, sed fallit in Abbatissa, quæ electa à maiori parte potest ante confirmationē ministrare, *cap. indemnitab. §. si verò de elect. in 6.*

Procedit 3. In Italia, nam vltra Italiam ante confirmationem potest ministrare temporalia, & spiritualia, non tamen alienare, *cap. nihil de elect.* Pæna ingerentis se ante confirmationem, vbi requiritur siue se ingerat, vt Prælatus, siue vt Æconomus, sub quauis prætextu in parte vel in toto, est vt ipso facto priuatus sit omni iure, *cap. auaritiæ de elect. in 6.* & etiam post confirmationem, quæ fuit nulla si id sciebat, vel ignorabat, ignorantia iuris, secus si facti. *Gloss. dicti cap. Auaritiæ. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 16. ad fin.*

D E 2. Postulatio est suplex petitio per Canonicorum, Collegiū

F facta à Superiore, qua petitur, vt Ecclesię vacanti pręficiatur aliquis, qui eligi nequit ob Canonicum impedimentum, vt quia nō est legittime ętatis, laycos est, illegitimus, vel alteri Ecclesiæ allegatus, & huiusmodi, dumodo non sit vitium animi, vel corporis, *cap. Innotuit de elect. cap. vlt. de Postul.*

Postulatio largè sumpta confunditur cum electione, sed strictè differt. 1. quia electio initiur iuri, sed Postulatio gratiæ ob dictū impedimentum, 2. Electione facta non licet viciare, sed bene post Postulationem, quia per Electionem aquirit ius electus ad petendam confirmationem, non ità post postulationem, *cap. bene de elect.* 3. aliqui dicunt in Postulatione omnium consensum requirri, Gloss. *cap cum omnes de const.* Alij duas partes requirri, verius est, maiorem partem sufficere, vt in electione, quod .n. maior pars facit, omnes facere censētur, *cap. 1. & vlt. de ijs quæ fi. à ma. p.* quia maior & totum æquiparātur; *l. aliud ff. de reg. Iur.* Quę regula tenet regulariter, sed fallit vbi omnium consensus necessarius est, vt in *l. si autem ff. de aqua plu.* vbi dicitur, si plures sūt domini agri vnde aqua ducitur, omnium voluntas exquiritur, qa quod omnis tangit, ab omnibus debet probari *cap. vbi nam & ibi Gloss. d. 96.*

D E Tertio Nominatio fit tripliciter, 1. ante scrutinium, quando

G aliqui nominantur ab electorib. tanquam idonei. 2. quando singuli electores in cartula aliquem nominant, vt ego nomino Petrū, ego Franciscum &c. hæ duæ nullum ius tribuunt; 3. quo aliqui à Canonicis nominantur, & superiori offeruntur tanquam digniores,

res, vt quem ipse maluerit confirmet, & hæc ius tribuit, quia ea facta, non licet variare, *cap. bonus ad finem de postul.* Item nominatio in Iurepat. capitur in alio sẽsu, vt dicitur infra cap. 5.

Differt à Postulatione, quia duo vel plures possunt nominari, sed vnus postulari. Ab electione, quia electio fit cum scrutinio, nominatio absq; scrutinio; *Azor. 2. p. lib. 6. cap. 18.*

Sed quia materia Electionis vt plurimum ab aula recessit, vt ait Lã-
1 bert. *de Iure pat. lib 2. p. 1. q. 7. art. 20. num. 6.* quia maiores Ecclesias Papa sibi reseruat p. 2. reg. Cancell. vt etiam notauimus in nostro terminorum Iuris Canonici compendio *p. 1. diuis. 7.* & in Terris Principum Reges solent nominare, sequitur quod etiam confirmatio abierit in desuetudinem, vt ait Azor. *l. c. ca. 17. q. 7.* Ideo ab alia transeamus.

Hoc vnum notãdum est antequam electionis materiam dimittamus Conc. Trid. *sess. 25. cap. 6. de regul.* statuisse, vt quicumq; Superiores Regulares etiam monialium eligantur per vota secreta. alias electio sit nulla; quia votare secretò dat maiorem libertatẽ ad votandum. Quod adeò essentiale judicauit Miranda *in man. Prœl. tom 2. q. 23. art. 15. cond. 2.* vt dixerit hoc sufficere, & per Trid. *l. c.* sublatam esse dispositionem *cap. quia propter de elect. in 6.* licèt veritas sit formam *d. cap. quia propter* permanere in suo robore Rot. coram Coccin. *Meten. Monast. 5. Iulij 1621.* & Treueren. Abb. S. Maximini 20. *Nouemb. 1624.* Fr. Sigismond. à Bonon. *de elect. dub. 27.*

Ad prædictam nullitatem incurrẽdam tria requiruntur. 1. vt electio sit Super. Regul. vt Abbatis, &c. Posse tamen Episcopum singularum monialium vota recipere, & dici secretam electionem licèt quattuor, aut quinq; sciant, si id fiat iuxta formam Statuti, vel Consuetudinis religionis Gallet. refert decisum *n. Abbatissa.* Alias electio si secreta non sit, ita electus tenetur officium dimittere, vel à Papa dispensationẽ petere Castel. *de elect. cap. 4. num. 61.* secus in actib' capitularibus, expediret tamen fieri per vota secreta Barbos. ad Trid. *l. c. num. 2.* 2. Quod electorum vota culpa totius, vel maioris partis capituli publicentur, vel quando manifestatio vnius est realis causa, vel præsumptiua rationabiliter, quod electio fiat de hac, vel illa persona Castell. *l. c. num. 3.* & ita intelligitur Rot. corã Coccin. d. Treuer. quod vnius voti publicatio reddit electionem nullam alias non officit simplex estensio schedulæ vni, ad effectum, vt sciat, quẽ eligit *Castell. l. c.* Multò minus si verbo id fiat Garz. *p. 5. cap. 4. nu. 196.* 3. Vt electio fiat per scrutinium,

riū secus si per cōpromissū Nau. *cons. 9. de elect. in nouis.* & Regularium electionem fieri non posse per viam compromissi, vel inspirationis decisum ait Garz. *l. c. num.* 204.

De Institutione in iure Patronatus.

CAP. V.

BEnefitia de *Iure pat.* valde electiuis assimilantur, ideo post hæc illa succedunt explicanda in præsente capite, qui in sex partes diuidetur, & declarabitur.

1. *Quid, & quotuplex sit Iuspat.?*
2. *Quomodo probetur?*
3. *Quod modis acquiratur?*
4. *Quot personæ in Iure pat. interueniant?*
5. *Quotuplex Ius Patronis competat?*
6. *Quod modis amitatur?*

DE Primo Iuspat. dupliciter capitur. 1. pro ipso Benefitio, & A itá Iuspat. est Benefitium Ecclesiasticum seruitute onerandū vnde Patrono est potestas præsentandi Clericum Superiori Ecclesiastico, in dubio omnia benefitia libera præsumuntur, Inoc. & DD. *in cap. cum Venerabilis de except.* 2. pro potestate præsentandi, & itá *Iuspat.* est Ius præsentādi clericum ad benefitium vacās, proueniens ex fundatione, ædificatione, & dotatione Ecclesiæ, *c. a filijs 16. q. 7.* Vnde dicitur *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus*.

B Estq; triplex. s. Ecclesiasticū laycale, & mixtum. 1. Ecclesiasticum est Ius præsentandi Clericum competens Clerico ratione suç Ecclesiæ, vel quia de bonis Ecclesię fuit facta fundatio, vt dictum est, *cap. 3. de noues Parochia constitutione*, vel quia deriuat à bonis layci, sed postea donatione, vel alio modo titulo translatem est in Ecclesiam, vel Capitulum, vel dignitatem Ecclesiasticā ratione Ecclesię, vel dignitatis, vel Benefitij. Crescen. *decis. 3. de Iurepat.* Rota *in Valent. benef. 26. Martij 1593. coram Orano, & cap. 1. §. fin. de Iure patronatus in 6.* vel ratione Religionis; ideo ius pat. spectans ad laycos religiosè viuentes, & habitum Religionis gestantes, gaudentesq: priuilegio fori, & Canonis est Ecclesiasticū, e. g. ad *Beguinas* Rot. *decis. 8. de Iure pat. in antiq.* vel ad fratris 3. ordinis, vt vniuersos, nō vt singulos. Garz. *p. 5. cap. 1. nu. 556.*

Declaro procedere non solum in fundatione, sed etiam post. Ideò Patronus laycus ex fundatione', si efficiatur religiosus, *Iuspat.* fit Ecclesiasticum, & ita semper durat, si sit solus Patronus, vel *Iusp.* adherent certæ rei, quę sit omnino ipsius; quia per ingressum religionis, omnia bona eius aquiruntur

runtur

runtur Monasterio, *Aut. ingressi. C. de Sacr. Eccl.* Sed si iure sanguinis in posteros deferatur est Ecclesiasticum durante tantum vita eius, Garz. *l.c. num.* 55. immò si est personale e. g. spectans ad primogenitum, statim per monacationem trãsit ad secũdo genitum, Tiraq. *de primog. q.* 10. fallit. 1. quando transfertur in Ecclesiam, cum conditione, vt retineat naturam laycalis patronatus; quia tunc est laycale, Couar. *pract. 9. cap. 36. num.* 5. & ità ego in donatione pro meo iurepat. in Cathedrali Brittonorij cõstituẽdo Iuspræsentandi actiuum Capitulo meę Cathedralis reliqui, sẽper tamen volui Iuspat. laycorũ de Parolettis, quibus Ius pręsentandi passiuũ assignaui, 1. vt vnus de Parolettis præsentetur, & non extantibus illis Pauperes dictæ Ciuitatis vel Territorij, fallit 2. in Confraternitatibus laycarum; quia licet Confraternitates sint affixæ Ecclesiæ, tamen quia illi ad quorum suffragia fit pręsentatio sunt layci, est laycale, Couar. *l.c. num.* 8. Rota coram Robusterio *in Valent. benef. referens alias decis. coram Sarm.* Garz. *tamen l. c. num.* 65. dicit esse Ecclesiasticum: sed ad effectum derogationis, & reseruationis videri laycale; Alij distinguunt si spectat ad ipsam Confraternitatem vti Collegiũ, est Ecclesiasticum; quia corpus Confraternitatis est Ecclesiasticum, & solum coram Ecclesiastico Superiore conuenitur. Si verò spectat ad Præsidentes sine participatione Confraternitatis erit laicale; quia ipsi sunt laici. Ità Barbos. *iur. Eccl. lib* 3. *c.* 11 *n* 86. Ego distinguo si sunt Ecclesiastica auctoritate fundatæ, erit Ecclesiasticum etiã si solum ad officiales spectetur dummodo ratione Cõfraternitatum, quia Ecclesiarum priuilegijs gaudent, vt patet infra *p. 3. cap. 12. B.* alias erit laicale. fallit. 3. quando operarijs Ecclesiæ, & Hospitalarijs competeret, cum hac distinctione, si auctoritate Episcopi deputantur, vel saltem confirmantur, est Ecclesiasticum, & ita loquitur. *Rota coram Pamph. Salam. Capellania* 5. *Iulij* 1593. Lambert. *de iure patr. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 1. *art.* 10. *num.* 6. Alias est laycale, & ita intelligẽdus est. Febu. *in tract. quando lit. Apost. Noc. Patr. limit.* 4.

2. Ius Patron. laycorum est Ius pręsentandi cõpetens layco, vel Clerico ex eo, quia de bonis patrimonialibus fundauit, vel dotauit beneficium Tusch. *tract.* 1. *concl.* 619.

Ampliatur 1. vt sit laycale, quando Ecclesiasticus præsentat; sed id nequit nisi de consensu layci; secùs si tantum de consilio layci, quia tenetur sequi consensum, nõ consilium, per ea quæ decidit. Rot. apud Put. *lib.* 2. *decis.* 506. Garz. *l.c. nu.* 616. contra Gamb. *de po-*

de potest. leg. lib. 3. num. 409. dicentem semper esse Ecclesiasticum si præsentans sit Ecclesiast.

Ampliatur 2. vt sit laycale, si Ecclesiast. præsentat, quem laycus nominat, si nominent vnum tantū; quia tunc actus præsentandi non est liber; sed necessarius de persona nominata à layco; si verò laycus plures nominat, & Ecclesiasticus vnum præsentet; tunc est Ecclesiasticum; quia non est adépta libertas electionis Massob. *req. 8. dub. 6.*

3. Iuspat. mixtum est Ius præsentandi competens pro parte ad laycos, & pro parte ad Ecclesiā, vel dignitatem seu personam Ecclesiasticā rōne Ecclesiæ. Lambert. *l. c. art. 5. num. 1. & 2.* Massob. *prælud. 7. dub. 7.* siue ad Ecclesiam spectet maior pars, siuè minor, siue æqualis.

Declaro 1. Beneficiū, Iuspat. mixtū dici laycale, quoad priuilegia, & derogationem; quia attenditur in Iurepat. illa qualitas, quę magis fauet Ecclesiæ, Rota apud Crescent. *decis. 3. de Iurepat.* dicit tamen quod Papa solet derogare, sed de hoc *in fin. huius cap.* quò vero ad tempus concessum Patronis ad præsentandum esse Ecclesiasticum, quia id magis fauet Ecclesiæ, Ideò si cum pluribus laycis sit Clericus Compatronus, tunc dantur sex mēses etiam laycis, quia multa conceduntur ratione conexitatis, & magis dignū trahit ad se minus dignum, *cap. quod in dubijs de consf. Eccl. Gloss. fin. cap.* 1. §. *fin. de Iurepat. in 6.* Ric. 2. *p. praxis resol.* 458.

Declaro 2. Iuspatronatus deriuans ex dotatione layci relictum quatuor laycis: e. g. Senioribus de Oppido, & Archipresbytero loci; si illis quatuor relictum est sub nomine collectiuo alicuius Vniuersitatis, tunc pro vna medietate est laycale, pro alia Ecclesiasticum, illi. n. quatuor habent tātum vnam vocem, si verò illis quatuor relictum est, vt singulis habeant suam vocem, dicitur laycale ratione maioris partis, potissimum quoad priuilegia, vt dictum est.

Conueniunt, & differunt Iuspat. Ecclesiasticum, & laycale, Conueniunt, quia in vtroq; Patroni præsentant, & habent Ius probationis, & alia de quibus *in 5. p. huius cap.* Differunt, quia in Ecclesiastico dantur sex menses ad præsentandum, in laycali quattuor semper a die scientiæ; Ratio differentiæ est; quia in primo non licet variare, nam habet præsentatio vim electionis, in qua variare non licet, quia Ius tribuit; Abb. *cap. cū autem de Iurepat.* excipitur tamen si primus præsentatus non fuerit Idoneus, quia tunc alius poterit præsentari; sed in secundo licet variare, non priuatiuè. s. primū reuocando: sed cumulatiuè. s. addendo alium, & non solum vno

con-

contextu; sed etiam diuersis téporibus. Inter plures autem dignior eligitur: Ric. 3. p. resol. 458. Immo quando Patronus potest variare, potest etiam prôr dumodo habeat speciale mãdatũ ad præsentandum, Rot. Seraph. decis. 559. Procedet si sit mandatum ad præsentandum in genere, secus si ad præsentãdum limitatè vnum, vt not. Ric. 3. p. resol. 459. non tamen requiritur de necessitate mandatum ad variãdum.

Excipiuntur tamen duo casus, in quibus variare non licet; 1. quando quis vnum præsentauit, & iurauit non variare, nisi prius à Iuramento absoluatur; quia in variatione necesse est, vt adeatur superior, & de eius licentia fiat, vbi autem id non requiritur tenet variatio sine Iuramenti relaxatione, ideo reuocans procuratorem, quem iurauit non reuocare, tenet reuocatio, sed reuocãs est periurus, Gloss. in cap. fin. de procur. in 6. u. reuocare; secus si tantum promissio simplex de nõ variando facta fuisset, nam promissio est nulla, & sapit simoniam & si facta fuit ante beneficij vacationem est ipso Iure irrita, ca. vlt. de concess. preb. Valide tamẽ constituitur Procurator ad præsentandum cum vacabit, non expressa persona certa nominãda; Rota coram Iusto Pamph. Iurisp. 23. Feb. 1595. Cassiad. decis. 5. de Iurepat. & alibi, vt apud Ric. 1. p. resol. 164. 2. lite pendente inter præsentatos; tunc .n. si vacaret morte naturali vnius ex colletigantibus, vel Ciuili p resignationem, vel assecutionem alterius beneficij, non licet alterum præsentare, ne propter nouos aduersarios litigia prorogentur, cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Rot. diuers. decis. 442. p. 1. contra Cassad. decis. 10. de Iurepat. dicentem posse patronum post præsentationẽ factam ante litem cumulando postea alium præsentare lite pendẽte, sed Ric. 3. p. resol. 461. ait hanc opinionem non esse sequendam; quia ratio d. cap. 2. vt lit. pend. in 6. est generalis, & generaliter intelligenda, & ita sequitur, Rot. in antiquis, & nouissimis per d. Ric. alleg. procedit si lis sit inter præsẽtatos; quia si sit inter Patronos variare licet; Rot. relat. per Ric. 1. p. resol. 159.

Additur 3. quod præsentatus mortuo præsentante, non reuocatur; sed successor potest præsẽtare alium ante tamẽ institutionem, cap. querimoniam de Iurepat. Mosin. de primog. lib. 1. cap. 24. n. fin.

Sed quot Patronus laycus poterit p̃sẽtare. Resp. Prax Neap. cap. 63. n. 23. asserere non vltra duos, quia in cap. quod autem, & cap. Pastoralis de Iurepat. solum permittitur, vt secundus nominetur. Item quia variatio est legibus inimica, Cal-

der. *conf.* 26. *de Iurepat.* Rie. 3. *p. resol.* 460. Alij licere dicunt tertium, quartum, & quoties Patronus voluerit; qa Ecclesiæ vtilius est, vt ex pluribus dignior eligatur, Gloss. *in Clem. plures de Iurepat.* & ibi Abb. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 21. *q.* 13. & hæc mihi magis placet, Tum quia in dicta Clem. *plures* absolute permittitur plures præsentare; Tam quia sicut plures in concursu admittuntur pro meliori electione facienda, ità in præsentatione, quia viget eadem ratio, semper tamē ante Institutionem.

Declaro quod ad hoc, vt currat tēpus Patronis ad præsentandum, tria requiruntur, 1. *vacatio*, quia benefitia viuētium non egēt nouo Rectore 2. *notitia vacationis*; à die notitiæ enim currit tēpus, Mandos. *lib.* 2. *conf.* 7. *num.* 21. si si tamen patronus compareret post terminum allegando ignorantiam vacationis, tunc Episcopus eum non admitteret, & tempus à die vacationis computaretur, Lambert. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 8. *num.* 9. nisi ignorantiam probaret, vel impedimentum, vide *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 2. A. 3. quod nullus adsit possessor, ideò quandò benefitium vacaret per renunciationem, vel priuationem, & priuatus perseueraret in possessione, tunc tempus incipit currere à die, quo possessor possessionem deseruerit non obstante Episcopi edicto, quia licèt id sit notoriū, tamen inobedientia Rectoris, seu illius causa nō fuit notoria, Lap. *alleg.* 78. Lambertin. *l. c. art.* 20. maxime quando aliquis titulus fuit productus, nec reprobatus.

D E 2. Iuspat. vel est priuatorum, G vel Vniuersitatis; pro intelligentia; *Præmitto* 1. ad constituendū primum duo requirri. s. consensū ordinarij, & dotem; 1. *Consensus Diœcesani.* 2. illius in cuius Diœcesi fūdari debet Iuspat. siue sit Episcopus, siue alius Ius habens instituendi etiam ex priuata Iurisdictione, nō autem illius in cuius Diœcesi erit, qui voluerit fundare, Lambert. *p.* 1. *q.* 2. *lib.* 1. *art.* 3. *ad fin.* & sine hoc non aquiritur Iuspat. *cap. nobis* vbi DD. *de Iure pat.* Rot. diuers. decis. 222. 223. *p.* 1. *& decis.* 85. *p.* 2.

Declaro 1. sufficere consensum ad vnum trium actuum. s. fundationis, dotationis, vel ædificationis, *cap. nemo de conf. d.* 1. est tamen necessarium illum petere, s. n. ex pluribus aliqui peterent, aliqui non; Petentes tantum Iuspat. haberent, Lambert. *l. c. q.* 3. *art.* 7. vide infra in parte sequenti de dotatione. sufficere tantum consensum ait Azor. 2. *p. lib.* 9. *c.* 39. 5. licet selua de benef. p. 1. qu. 6. putet requiri expresśum.

Declaro 2. recusante Diœcesano cōsentire, distinguendum esse, 1. Episcopus recusantibus inferio- H ribus sibi subditis vtrunque potest,

test.s. consentire, vel compellere ad consentiendum, quia Episcopus, quoad Iurisdictionem, habet intentionem fundatam de Iure super omnibus Ecclesiæ suæ Diœcesis, per *cap. omnes Basilicę*. 16. *q.* 7. 2. Archiepiscopus potest *consentire* solū in casu necessitatis, & periculi antequam Diœcesanum compellat, cum .s. aliquod graue bonum cessaret, si tunc non consentiret; quia actus tenet in tali casu, vt Felin. *in cap. cum accessissent de const.* extra casum necessitatis nō potest primo consentire, sed compellere Diæcesanum, alias ipse consensum dabit dūmodo sine causa Diæcesanus consentire recuset, sed si cum causa, vt quia dos non sufficit, vel aliud deest, neque potest cogi. Abb. *cons.* 59. *lib.* 2. Ric. 3. *p. resol.* 295. vel si pro quæstu nō deuotione ædificaretur. *cap. si quis Basilicam de cons. d.* 1. Idem dic si Episcopus nolit primariū lapidem ponere, vel ædificationi Ecclesiæ consentire Azor. 2. *p. lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 8.

Declaro 3. successorem Episcopi nō posse consensum prædecessoris reuocare; quia agitur de præiudicio Iuris Ecclesiæ, quęsiti, Barbat. *cap. requisisti de testam.* sicutè contra fundator post consensum datum ab Episcopo, non potest fundationem mutare.

2. Dos requiritur, sine qua ædificari nequit, *cap. nemo d.* 1. *de consi*

1 Dos debet esse 1. *sufficiens*, vt supra cap. 3. H, alias non fit Patronus, Sac. Cong. apud Ric. 1. *p. resol.* 122. Rot. *diuers. p.* 1. *d.* 528. 2. *formalis.* 1. totalis, aut augmentale; quod habito respectu ad dotem, adeò superet, vt dos nullius momenti iudicetur, Rot. coram Cocin. in Cęsaraugustaria 6. Nouembris 1617. *vbi plures allegat DD. & Rotæ decis.* alia requisita vide infra S.

Pramitto 2. ad Constituendum Ius pat. Vniuersitatis vltra prædicta duo, aliud esse necessarium, 1. qđ dotatio facta sit nomine Vniuersitatis, non autem per singulos, & nomine singulorum elemosinaliter; Rota *decis* 1. *de furtis*, quia Iuspat. Vniuersitatis præsumitur ex Vsurpatione; Put. *decis.* 57. 58. 59. *lib.* 1. & 205. & alibi Ric. 1. *p. resol.* 178. His iactis fundamentis expedio hanc partem per conclusiones.

L

Prima Conclusio, Iuspat. tam priuatorum quam Vniuersitatis ꝓbatur per autenticum Instrumētum fundationis, vel dotationis, quia dictis modis aquiritur; Glos. comuniter recepta *in cap. piæ mētis* 16. q. 7. *cap.* 3. *de Iurepatr.* tali.n. casu nullum extat dubium, ideo neq; ad alias probationes erit confugiendum, Trid. *enim sess.* 25 *cap.* 9. *de ref.* dat modum probandi, vbi .s. per defectum prædicti Instrumēti fundationis extaret, in dubium; quæ, n. clara sunt, non

non egent probatione *cap. euidẽtia de accuſ. cap.* 1. *de cenſibus in* 6. §. *ſane cum ſimil.*

Declaro procedere ſi prænotata requiſita in præmiſſis interueniant per ibi allegata; Deficiente Inſtrumento fundationis, & dotationis probabitur vt in *ſeqq. concl.*

Declaro 2. ſequentes modos probandi eſſe quod Iuſpat. ſit ex fũdatione, vel dotatione vt ait Trid. *l. c.* quia ſi eſſet ex priuilegio ipſum priuilegium eſt inſpiciendum; nam priuilegium, & cõceſſio non probatur niſi per Inſtrumentum, *Afflict. deciſ.* 398. *nu.* 6. ſcriptura .n. in hoc eſt de eſſentia probationis. Abb. *in cap. nr̃a de reſcrip. num.* 11. *& cap. qualiter de elect.* ita vt præſcribi non poſſit *l. longa poſſeſſio ff. de mort. in fin.*

2. Concluſio Iuſpat. priuatorum pluribus modis, probatur. Primo per *autenticas ſcripturas*; ideo teſtes non ſufficiunt, quia ſcriptura pro forma, & ſubſtantia requiritur, ita Sac. Cong. relata per Ric. 1. *p. reſol.* 124.

Declaro 1. duo requirri ad ſcripturam autenticam. ſ. perſonam, & modum Perſona eſt Notarius cũ duorum, vel trium teſtium ſubſcriptione, & tunc dicitur probatio probata. Veral. *deciſ.* 421. *p.* 1. & *deciſ.* 256. *p.* 3. Modus ut ſub diſtinctione. ſi extrahantur ab eijſdem Notarijs, vel ſucceſſoribus in officio, cenſentur in forma probanti Rot. *deciſ.* 1. *de fid. inſtrum.* Put. *deciſ.* 14. *eodem.* Caputa. *deciſ.* 351. *p.* 2. Sed ſi ab alio plura requiruntur 1. *cittatio partis* ad dicendum contra tempore productionis, alias non probarẽt Veral. *deciſ.* 99. *p.* 2. *& deciſ.* 117. *p.* 3. niſi pars aduerſa eſſet in cauſa ne formiter extrahantur; tunc enim ſtatum etiam ſimplici copiæ Rot. *diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 159. 2. requiritur *recognitio*, prętérquã in antiquis, vltra 70. annos Prit. *deciſ.* 151. *lib.* 1. & exceptis alijs caſibus *deciſ.* 359. *lib.* 2. Alia requiſita vide apud Afflict. *deciſ.* 6.

Declaro 2. authenticam ſcripturã eſſe.

1. Bullam Ordinarij, vbi ſit inſtitutio ad præſentationem patroni Rot. diuerſ. *p.* 3. *deciſ.* 376. Et ſi de interiori ſtatu conſtet nõ nocent prouiſiones Apoſtolicæ libere ſecutæ; quia non mutãt ſtatum Caualer. *deciſ.* 390. Rot. recent. *p.* 1. *deciſ.* 546.

2. Conſenſum Ordinarij in ſcriptis datum ad fundandum, dotandũ, vel conſtruendum *arg. cap. poſt ceſſionem*, vbi Gloſ. de prob. Praſc. *p.* 2. *cap* 5. Ric. 1 *p. reſol.* 125.

3. Atteſtationes teſtium in actis redactas ante concilium Menoch. *conſ.* 336. *num.* 23. Barb. ad Trid. *cap.* 9. *de ref. num.* 64.

4. Sententiam diffinitiuam Ordinarij ſuper hoc; quia fertur cum cauſæ cognitione. Seraph. *deciſ.* 1141. & Epiſcopi non ſolent fauere pręſentationibus Put. *lib.* 1. *deciſ.*

decis. 172. & lib. 2. decis. 237. Burat. decis. 141. debet tamen esse antiqua .s. lata quadraginta retro annis cōpletis Grat. cap. 310. nu. 90. Non tamen probat fides Episcopi Caputaq; p. 1. decis. 138. Neque libri visitationum; quia prædicta non fiunt cum causæ cognitione; bene probant quoad visitationem personarum, & Sacramentorum Seraph. decis. 99. Neq; instrumentum constitutionis procuratoris ad præsentandum; quia potest contingere ex vsurpatione, vel præscriptione Rot. Mouedan. decis. 2. de vsurpat. Neq; sola narratiua supplicātis, nisi adsit institutio, vt refert decisum Barbos. ad Trid. sess. 25. de ref. num. 4. Confessio tamen partis probat si agatur de pertinentia inter Patronos, vt dicetur infra R.

Secundo probatur Iuspatronatus p multiplicatas præsentationes. Multiplicatio enim præsentationum facit censeri titulum Iuris patronatus probatum, Menoc. cons. 336. Rot. recent. p. 1. decis. 148. & 211. & p. 2. decis. 674.

Declaro inter priuatas personas, in quibus vsurpatio non præsumitur Iuspatronatum probari ex p̄sentationibus per quadraginta annos effectum sortitis, & effectuatis, dummodo cum quadragenaria possessione cōcurrat publica vox, & fama; vel aliæ præsumptiones, quæ vim habeant famæ (assad. decis. 3. de prob. Rot. coram Cocin. decis. 174. & p. 2. recent. decis. 560. & 694. Sufficit bene vnica præsentatio, si præsentatus per quadraginta annos stetit in possessione, nec vnquā euenit casus nouæ præsētationis Federic. de senis cons. 234. Achil. decis. 5. de Iurepat. Rot. coram Merlin. Bergomen. Capellaniæ 18. Maij 1629. Duo tamen sunt necessaria 1. quod non constet de initio contrario, nec de præcedēti statu libertatis; quia tunc multiplicatio præsentationum nō suffragaretur, cessat enim præsumptio, vbi apparet veritas; etiam quod præsumptio oriretur ex immemorabili Veral. decis. 314. p. 3. Crescen. decis. 1. de prob. Put. lib. 1. decis. 189. & 435. lib. 1. Alterū quod copulatiue concurrāt quadragenarii, & fama de Iurepatr. Burat. decis. 338. Plures præsentationes sufficerent etiam interpellatæ Ric. 1. p. resol. 127.

Tertio probatur Iuspatronatus per famam, concurrente longissima, quasi possessione præsentandi, Put. lib. 1. decis. 60. & 140. Rot. P diuers. p. 3. decis. 481. Immo solā famā probare in antiquis resoluit Rot. coram Penia Tirasonen. iuris præsentandi 5. Maij. 1593. & in eadem coram Litta 1594. Ric. resol. 130. Quod procedit quādo leuiores probationes sufficiunt, vt quando lis est de pertinentia inter patronos Mantica decis.

decis. 318. Rot. recent. *p.* 1. *decis.* 214. secus si lis esset cum Ordinario Ric. *l. c.* Grat. *cap.* 310. *num.* 80. Rot. recent. *p.* 1. *decis.* 333. & *p.* 2. *decis.* 235.

Declaro idesse de mente Trid. *l. c.* ibi aliasue *secundum iuris dispositionem.* 1 alio modo Caputaq; *decis.* 210. *p.* 1. Put. decis. 170. *lib.* 3. nam Trid. nil immutat in personis, in quibus vsurpatio non præsumitur: sed iuris communis dispositioni relinquit Caualen. *decis.* 560. *&* 2. *p. diuers. decis.* 331. *& p.* 2. *recent. decis.* 369.

Quarto probatur Iuspatr. enunciatiuas ordinariorum; quia multũ illis defertur, cum præsumantur iure qualitates beneficiorum. Mantic. *decis.* 318. *&* 350. Cocin. *decis.* 229. *&* 230. Cum distinctione tamen, vt s. probēt dictæ enũciatiuæ iuspat. eorum in quibus non præsumitur vsurpatio, cum his conditionibus, 1. vt sint saltē duæ: nam vna, etiam antiqua nō probat Rot. recēt. *p.* 1. *decis.* 160. *&* 169. 2. quod à diuersis nam plures ab eadem persona pro vna reputarentur. Rot. diuers. *p.* 3. *decis.* 289. & *p.* 1. Recēt. *decis.* 295. Immo enunciatiuæ Notariorum in instrumentis probant si sequētes conditiones concurrant, 1. sint plures, & à pluribus personis, & de illis Ordinariorum dictũ est 2. à personis non suspensis, neq; interesse habentibus Rot. 1. *p. Recent. decis.* 405. 3. In pluribus instrumentis Rot. 1. *p. Recent. decis.* 518. 4. Quod sint antiquissimæ s. centum annos, & hominũ memoriam excedentes, quod etiam in enunciatiuis Ordinarij requiritur Rot. 1. *p. diuers. decis.* 224. & tunc plenè probant etiam contra tertium Buratt. *decis.* 807. In iuris Patronatibus vero illorum, in quibus vsurpatio præsumitur enunciatiuæ non probant; quia tunc Concilium non confidit de testibus, & tales enunciatiuę nil aliud sunt, quam quædam testificationes Seraph. *dec.* 1367. Rot. coram Merlin. Terracinēn. iuris patr. 10. Aprilis 1628. Barbos. ad Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref. num.* 26. *&* 66.

Quinto probatur Iuspatr. per insignia familiæ scripta in Ecclesia Lambert. *lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. Seraph. *decis.* 552. *&* 1141. & concurrentibus alijs adminiculis plene pbant Coccin. *decis.* 230. Rot. Recent. *p.* 1. *decis.* 518. & 548. *p.* 2. Procedit si sint ita antequa, vt dici possint apposita in ipsa fundatione Caualer. *decis.* 159. Immo Rot. 1. *p.* Recent. *decis.* 13. ait suffragari, etiam si ita antiqua non appareant.

Sexto probatur ex inscriptione antiquissima in Ecclesia Feret. *cõs.* 293. *lib.* 2. Ric. 1. *p. resol.* 125. Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 374. & ex dominatione Capellę alicuius familiæ Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 694. & quando litteræ scriptæ in lapidibus

cibus Ecclesiæ faciunt mentionẽ de familia *Mascard.* concl. 958. *num.* 28.

Quinto per probationem constructionis; quia licet id Trid. expresse non dicat tamen comprehenditur sub dotatione, & fundatione. Seraph. *decis.* 518. Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 588. & sufficit disiũctiue probare quod iuspat. sit, vel ex dotatione, vel ex fũdatione vel ex constructione. Garz. *p.* 5. *c.* 9. *nu.* 141. Non probari ex subsidio prestito alicui vti patrono resoluit. Rot. *diuers. p.* 3. *decis.* 1245.

Declaro non probari ex dotatione relicta, nisi duo concurrant. 1. quod Capella id possideat Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 381. 2. quod tacite, vel expresse pro dote dederit, quia ex simplici donatione, vel legato præsumitur benefactor nõ patronus *cap. filij* 16. *qu.* 7. Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 167.

3. Conclusio. Maior probatio requiritur in iurispatr. vniuersitatũ & virorum potentum; quia in his cadit præsumptio vsurpationis, Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* Rot. coram SS. Aldob. Sabinen. benef. 15. Decemb. 1582. ait in familijs potentioribus Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 128. ait in quolibet nobili potente.

Tribus igitur probatur modis, 1. p instrumentum fundationis, vt dictum est in 1. *concl.* 2. per scripturas authenticas modo dicto in 2. *concl.* 3. per multiplicatas præsentationes magis rigorose quã in iurepatr. priuatorum, vt patebit ex sequentibus declarationibus.

Declaro 1. plura requiri, vt dicta presentationum multiplicatio rite probetur, & sunt 1. numerus, plures enim esse debent, vt menti Trid. satisfiat, & tres requiri videntur; quia multitudo in trib. consistit Gras. *decis.* 7. *de Iurepatr.* §. *fin. inst. de iure pers.* sed duas sufficere asserit Caualcan. *decis.* 17. *p.* 2. & de Prax testatur. Ric. 1. *p. resol.* 127. *in fin.* adeo quod sufficiant, etiam si nullum instrumẽtum fundationis, vel dotationis ostendatur, & in illis presentationibus nulla mẽtio fiat fundationis, vel dotationis Gal. n. iurispatr. Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 707. & 792. Sac. Cong. apud Ric. *l. c.* Vnica tantum præsentatio non sufficit Rot. 4. *p. diuers. decis.* 557.

2. Effectuatio .s. vt sint effectum sortitæ, 1. quod ex secuta sit institutio, siue vacatio contigerit per obitum Oldrad. *cons.* 229. qd̃ fuit sæpius à Rota canonizatum Seraph. *decis.* 357. & 1141. Greg. 15. *decis.* 215. Caualer *decis.* 625. siue per renunciationem. Rot. *p.* 2. Recent. *decis.* 423. Caualer *decis.* 424. siue per contractum matrimonij Rot. coram Pirouan. Auaima. *benef.* 6. *Feb.* 1623.

3. Continuatio, saltem spatio 50. annorum, ita quod si omnes centum annorum fuerint interpella-

tia non sufficiant; quia talis continuatio est de forma Ric. 1. p. resol. 133. Non est tamen necessaria probatio continuationis; quia probatis extremis media censētur probata. Rot. coram Pirouã Floren. Capellæ 30. Maij 1616. Barbos. ad dict. cap. 9. num. 58. sess. 25. de ref.

4. Tempus immemorabile. 1. vltra hominum memoriam, quod iudicatur si excedat centum annos Menoch. de arbitr. casu 3. Garz. p. 2. cap. 2. num. 263. Rot. 4. p. diuers. decis. 520. 521. & 584.

5. Scriptura prędicta enim probari debent scripturis authenticis ita quod nequeat per testes cum forma Trid. debeat specifice impleri Rot. diuers. p. 2. decis. 199. nec potest per equipolēs impleri Mantic. decis. 89. vbi testatur ita respondisse Sac. Cong. quod etiā verum est si prætēdatur scripturas fuisse deperditas, Ric. resol. 136. Barbos. l. c. num. 67. Garz. p. 3. cap. 9. num. 113. & huius probationis mīta est vis, vt per multiplicatas præsentationes continuatas, & non interruptas per tempus cuius initij memoria non extat probetur, quod fit ex fundatione, vel dotatione Trid. sess. 25. cap. 9. de ref. vt colligit Menoch. cons. 56. Mascard. de prob. concl. 109. num. 9. Rot. p. 1. Recent. decis. 148. & 211. & p. 2. decis. 674. etiam si nullum extet fundationis, vel dotationis instrumentum & licet de illo in præsentationibus nulla appareat facta mentio vt per Sac. Cong. decisum refert Galett. in Iuspat. Gozal. Gloss. 18. num. 46. & alij.

Declaro 2. immemorabilem probari quattuor concurrentibus. 1. testes sint saltem 54. annorum & de 40. testificentur de visu. 2. quod semper ita viderint, & audierint. 3. hanc esse communem opinionem, & de contrario visu non extare memoriam. 4. nunquam contrarium seruatum fuisse. Seraph. decis. 1367. Moued. decis. 12. de Iurepatr. Et licet immemorabilis dicatur non plene probari per scripturas, verum est directe, secus indirecte, ideo si probetur per instrumenta centū, & amplius annorum à tali familia factas semper fuisse presentationes resultat non constare memoriam in contrarium, defectus modis temporis non tollit effectum centenariæ Rot. corā Merlino. Burgi S. Donini 9. Decēb. 1622. Barbos. cap. 9. num. 12.

Declaro 3. familias, & viros potētes, atq; Vniuersitates, cum quibus ita exacta requiretur probatio iudicari cum 4. declarationibus.

1. Vt Iuspat. sit totius Vniuersitatis, secus si partis, vt si ad septem de Vniuersitate spectaret, & ad quattuor Clericos priuato nomine Sac. Cong. 8. Aug. 1620. Barbos. l. c. num. 53. & 54.

2. Vt

2. Vt ad solum Dominum, vel Vniuersitatem spectet, secus si simul cum priuata persona. Rot. Recenn. *p.2. decis.* 154.
3. Vt sit Dominus temporalis, ideo non requiruntur ampliores probationes si sit Abbas habens tēporalem iurisdictionē Sac. Cōg. apud Aldan. *can. resol. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 8.
4. Vt non solum habeat potentiā: sed etiam iurisdictionem: nā potentia non sufficit, vt resoluit. Rot. Recent. 2. *p. decis.* 374. & cōpræhenduntur tàm recognoscētes, quàm non recognoscentes superiorem, vt Duces, Marchiones, Comites, Principes, Cardinales, & alij relati per Put. *lib.* 1. *decis.* 59.60.61.62. Ita Sac. Cōg. & Rota apud Ric. 1. *p. resol.* 132. & latè apud Barbos. ad Trid. *loc. num.* 34. *& seqq.*

Declaro 2. Procedere etiā in Vniuersitati parua, quia Trid. generaliter loquitur duobus tamen concurentibus. 1. quod tota Vniuersitas hoc prætendat, secus si pars Sac. Cong. apud Garz. *p.* 5. *cap.* 9. *num.* 102. 2. In colatore inferioris potentiæ, quia si sit æqualis, vel maioris non præsumitur vsurpatio, Rot. coram Blanchetto, Tolesan. *Iuris nominan.* 20. *Martij* 1582. Ric. 1. *p. resol.* 134. Ideo non præsumitur vsurpatio, nec exactior probatio requiritur in Iurep. Confraternitatum quia subsunt Episcopo, & sunt pietatis causa institutę Rot. coram Merlin. Bergomen. Capell. 18. Maij 1629. Barbos. lib. 3. cap. 11. num. 87.

Vltima Conclusio distinctionem cōtinet 1. si lis est de existentia Iurisp. inter Patronos illud prætēdentes cum ordinario negante, ℞ locum habent dicta in 2. & 3. *Cōclusione* cum suis declarationibus 2. si lis est *de pertinentia* .s. Inter Compatronos ad quē pertineat Iuspat. tūc ordinariæ probationes sufficiunt, vt Rot. apud Farin. *decis.* 526. *& ad Corduba Portuen. Iurisp.* 9. *Maij* 1594.

Ideo inter Patronos Quadragenaria possessio probat legittimum titulum, Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 407. Ratio differentiæ est, quia in primo casu agitur de imponenda seruitute Ecclesijs, ideò cum maiori rigore agendum est; Sed 2. casu iam est seruitus imposita, ideo leuiores sufficiūt probationes. Quartę sufficit attestatio ordinarij Rot. 4 *p. nouiss. decis.* 533. vel confessio partis Rot. ibi *decis.* 645.

Declaro 1. tripliciter litem esse posse in Iurepat. 1. inter præsentatos, 2. Inter Episcopum, & Patronos. 3. Inter Patronos ipsos; Primò casu est circa prælationem quis nam .s. illorum debeat præferri, tunc non currit tempus, nec Iure deuoluto Episcopus confert, etiam si lis non finiatur intra quatuor, vel sex

menses iuxta conditionem Iurispatr. sed finis litis expectatur, Rota *Tordolosen. Iurisp. 9. Febr.* 1599. & coram Penia 10. Ianuarij 1600. Procedit supposito Iurepat. quia quando non constat, & quando opponitur contra eos, dic vt in sequentibus, *Secundo casu* sex modis potest incidere cõtrouersiam.

1. Quando agitur solum super negligentia præsentationis, quando s. constat de Iurepatr. sed Patroni asserunt debito tempore præsentasse, Episcopus vero negat, tunc lapso tempore; quatuor vel sex mensium iure deuolutionis Episcopus confert, & si est Parochialis etiã sine concursu, quia deuolutio fit cum suis qualitatibus, Seraph. *decis.* 1363. nec mutat modum vacandi, Idẽ *decis.* 1309. Sacr. tamen Congr. contrarium resoluit de concursu vt *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 4. D.*

2. Quando dicit Episcopus esse in possessione conferendi, tunc si constat, ità esse, potest conferre, non expectato fine litis, si non cõstat, tunc non currit tempus, nec nocet lapsus semestris, Lãb. *lib. 2. p. 2. qu. 1. art. 9. num. 12.* Tria requiruntur, vt Episcopus dicatur in quasi possessione, 1. vt detur scientia primi possessoris, *l. 2. C. de seru. aquir.* 2. Vt Episcopus contulerit iure ordinario, quia per collationem iure deuoluto, non mutatur status beneficij per *cap. cum de beneficio de preb. in 6.* Neque Patronus amittet possessionem; Lamb. *l. c. q. 3. art. 15.* 3. Bonafides credendo sibi competere; Abb. *cap. cum Ecclesia de caus. poss.*

3. Quando dicit absolutè Ecclesiã esse liberam, & collationem ad respecta.

4. Quando asserit præsentatum nõ esse idoneum, vel præsentationẽ non esse legittimam.

5. Quando Episcopus prætẽdit ipse *Iuspat.* siue lis sit super iure pͣsentandi, siue super illius quasi possessione.

6. Quando Episcopus dicit amissum esse *Iuspat.* vel ex officio opponit contra præsentatos, & his vltimis casibus post secũdum nõ currit tempus, sed expectandus est litis euentus; Idem quando lis est super libertate Ecclesiæ ita resoluit Rota 1. *p. diuers. decis.* 411.

3. Casu distinguo. *Ante vacationẽ*; si lis non est super possessione, vel vnus est in quasi possessione præsentandi, ille vacatione succedẽte ante litem finitam præsentabit & fiet institutio, & si finita lite ille Patronus priuabitur illo iure, tunc prouisus non amouebitur; sed Victor in iurepat. præsentabit iterum eundem prouisum ad conseruationem suorum Iurium *cap. Consultationibus de Iurepat.* Lãcel. *de atten. cap. 4. num. 691.* in nouis. si vero vterque prætendat possidere, & lis sit super possessione,

ne, tunc elapso quadrimestri in patronatu laycorum, & simestri Clericorũ Episcopus institutionem faciet absq; alia litigantium præsentatione, quia, idem est litem esse cæptam ante, ac post vacationem. Lamb. *l.c. q.* 1. *art.9. num.3.* Lancel. *l.c. nu.649.& seq.* Post vacationem pluribus modis potest lis oriri.

1. Super meritis præsentatorum; quia plures præsentarunt, tunc si locus est institutioni, vt quia ab omnibus vel maiori parte cumulatiuè plures præsentati fuerunt, Episcopus dat institutionem; in paritate votorum dat vni gratificationem, nec ab ea appellatur. vt probat Ric. 1. *p. resol.* 173. & interim donec super meritis coguoscitur, non currit tempus; Si vero plures præsentarunt, & non sit locus institutioni, vel gratificationi, vel si esset locus non põt sine scandalo valido. 2. vbi peccatum mortale succedere potest, vt notat. *Lap. alleg.* 75. *&* 78. Tunc Episcopus, vt reducat ad concordiam. 1. Interdicet Ecclesiam. 2. auferet reliquias, *cap.* 1. *&* 2. *de Iurepatr.* 3. Statuet illis terminum arbitrio suo, quo elapso recusantibus institutioni, vel gratificationi vnius ex præsẽtatis consentire, alium instituet, *cap.* 2. *de concess. prab. cap. eam te de iurep.*

2. Super forma præsentationis, vel alijs oppositionibus extrinsecis citra tamen offitium Episcopi, idest si Episcopus in his oppositionibus non se ingerat, nisi vt Iudex, tunc non currit tempus, sed expectatur finis litis, quia cũ oppositiones contra præsentatos, vel præsentantes, admissionesq; illorum impediat, non sunt illi in mora; Contrarium tamen tenet Lamb. *l. c. q.* 3. *num.* 13. ait enim elapso 4. vel sex mensium spatio Episcopũ iure deuolutionis posse prouidere; A prima non recederem, vt verificetur prius onũ, & dignus instituatur, indignus autem repellatur.

3. Super iurepatr. & subdistinguo plures casus, 1. si non constat de iurepat. nec præsentantes esse Patronos, tunc non obstante præsentatorum contradictione, nulloq; tempore expectato, Episcopus potest libere conferre, Ro. coram Penia *Terdolen. Iurisp.* 19. *Feb.* 1601. *quæ est decis.* 586. 4. *p. nouis.* 2. si dubitatur an beneficium sit Iusp. vel an illi verè sint Patroni, & litigent Patroni inter se de Iure vel possessione, si vnus est in quasi possessione præsentãdi, & præsentet, sequi debet institutio nullo termino expectato, 4. aut sex mensium reseruato iure vincenti litem, qui post victoriam præsentabit iterum eũdem prouisum ad conseruationẽ suorum iurium, sed non amouebitur, quia legitimè facta fuit institutio propter illam possessionẽ

Patro-

Patroni, quod autē rite, factum est, non irritatur etiam si veniat ad casum, à quo non potuit incipere, *cap. præcepta d. 55. cum concor. & Gloss. cap. consultationibus de Iurep.* vbi est casus in terminis. Tria tamen requiruntur; 1. quod Patronus, qui est in quasi possessione, præsentet ante litem motam, vel saltem ante litis contestationem; quia licite eliget, qui est in possessione licet ei moueatur quæstio *cap. cum venissent de integ. rest.* Ideo prę̄sentatus obtinebit institutionem vt *in cap. ex litteris de Iurep.* vbi ante litē possessor præsentat, & Papa mandat institui, etiam lite cōtestata, Lib. *lib. 2. p. 2. qu. 3. art. 9. num. 22.* vbi se remittit ad alium locum; si vero præsentaret post litis contestationem, Prę̄sentatio valet, quia possessor fructus percipit post litem motam, sed non debet fieri institutio, nisi lite terminata, quia possessor finita causa, si petdat eam fructus restituere tenetur, *cap. graui de rest. spol.* & si fieret prouisus posset postea amoueri Gloss. *fin. d. cap. ex litteris*, & ibi Abb. 2. quod sit in quasi possessione prę̄sentandi, quia ex sola possessione cum bona fide aquiritur ius, si verò non possidebat, sed credebat tantum se esse patronum, non potest præsentare, & si præsentatus instituatur, potest ab Ecclesia remoueri, quia credulitas sine possessione nihil prodest, & ex sola opinione ius non aquiritur Gloss. *ex tex. d. cap. consultationibus.* 3. Quod si possessor bonę fidei; quia ad possessorem bonæ fidei non ad dominum fructus spectant, *cap. grauis de rest. spol.* & præsentatio ac institutio sunt fructus iurip. & licet in *l. fructus ff. de vsu.* dicatur possessorem bonæ fidei non facere suos fruct⁹ naturales, Resp. vtiq; si non sint consumpti bona fide, sed illa institutio dicitur fructus collectus, & consumptus, & quia possessor inde non est factus locupletior, nihil restituere tenetur & ità prouisus non debet amoueri, vel dicitur esse fructū industrialē ex industria Patroni Azor. *2. p. lib. 6. cap. 22. qu. 17.* Quis sit bonæ, aut malæ fidei possessor dicatur in seq. parte. Possessor malę fidei restituit fructus etiam consumptos, ideò ab is præsentatus, & institutus remouetur.

Si nemo sit in possessione, vt quia vterq; causa prætendit, vel vnus vult alium excludere, e. g. dicit non esse hæredem, vel priuatum pro ea vice, vel in perpetuum, vel alias illi non compettere, lis finiri debet intra qnadrimestre, vel semestre, alias fit deuolutio, & Episcopus confert cui melius videbitur, reseruato *Iure vincentis*, vt supra, quando vnus est in possessione, *cap. eam te, & cap. cum propter de Iurep. vbi Gloss.* Lamb. *d. c. num. 17. & 19.*

Declaro

Declaro 2. Durante lite, & omni casu vacationis debere Episcopũ ponere æconomum, qui fructus futuro Rectori conseruet, sua congrua detracta, *cap. cum vos de off. ord.* Tandem vbi semel Episcopus declarauit constare de iurepat. non potest amplius cõpellere Patronos ad docendum, de hoc dumodo fecerit causa cognita, alias secus; Ita Sac. Cong. super Trid. *sess. 25. cap. 9. de ref.* in vna feretren, vt testatur Gonzal. *gloss. 18. num. 26.* Cognitionem .n. validitatis, vel inualiditatis Iurispatr. spectare ad Episcopum, nõ inferiores etiam habentes ius instituendi, nisi habeant ordinariã iurisdictionẽ decisum refert Gar. *p. 9. c. 3. nu. 19.*

DE 3. Iuspatr. dupliciter aquiritur. s. ab ipsa erectione, & post erectionem; primo casu dupliciter 1. Erectione. 2. quasi erectione; aquiritur erectione vera. 3. vt in Gloss. *cap. pia mentis. 16. q. 7.*

1. *Fundatione* .s. fundi assignatione.

2. *Constructione*, 1. *Edificatione*.

3. *Dotatione cap. filijs. 16. q. 7.*

Hic est modus præcipuus; Tum quia quamdiu est sine dote, nullus est Patronus, *cap. nemo de cons. d. 1.* Tum quia dotare Ecclesiam iam constructam, & consecratam aquirit ibi. iusp. si fundator esset vita functus, vel ad eum non pateret comodè aditus, quod si vellet esse patronus ambo essent Patroni. Abb. *cap. quoniam de Iurep.* contra Gloss. *d. cap. pia mentis fundator*, tamen, si velit etiam dotare præfertur, & erit vnicus Patronus; fundatore .n. inuito, alius nõ adiungitur, vide Lamb. 1. *p. lib. 1. q. 3. art. 6.* Sicut si plures dicta tria fecissent, erunt plures Patroni; *Quid si vnus dederit modicum*. Resp. quod omnes erunt æquè Patroni; quia Iura absolute per dotationem Iuspatr. tribuunt, Abb. *in rub. de Iurepatr.* Negat de ponente modicum dotis, Gloss. *cap. quicunq; 16. q. 7.* quia modicum habetur pro nihilo.

Conciliantur, si dos ex omnibus est sufficiens, vera est Abbatis sententia, si insufficiens Gloss. Azor. *2. p. lib. 6. c. 19. q. 6. ad fin.* Quinq; tamen requiruntur, vt dotatione Ius aquiratur. 1. *Episcopi consensus, cap. nobis de Iurepatr.* sufficit si præstetur ex post facto; Rot. Seraph. *Aquen. Iusp. 7. Nouembris* 1601. sufficit præstari per Epistolam vel Procuratorem, specialẽ, tamen Ric. *3. p. resol. 93.* Immò tacitus sufficit; vt si fiat dotatio præsente Episcopo, & tacente; Ric. *l. c. resol. 291. concl. 2.* Beltram ad Greg. XV. *decis. 410.* Probatur per testes, hic cõsensus, quia nullo iure cauetur scripturam necessario requiri; Ric. *resol. 298.* Immo ex diuturnitate tẽporis præsumitur, sicut consensus proximorum in contractu, Rota corã Mellino *Romana Iurispat. 10. Martij* 1595. Non sufficit Vicarij cõsensus

sensus sine speciali facultate, Cald. *cons.* 3. *de off. Vic.* Rot. *decis.* 2. *de confirm. vtil vel inutil.*

2. *Sufficientia dotis*, vt supra in hoc capite.

3. *Dos formalis*. .i. totalis vt ibi.

4. *Dos tuta* nam facta dotatione omnia bona sunt tacitè obligata pro illius euictione, vt ex dictis *sup. cap.* 3. *H.*

Addo non sufficere quamlibet fundi assignationem; sed vt totum dominium in Ecclesiam transferatur, nam si vellet solum directū sibi reseruare non aquireret, Iuspat. Garz. in *repet. cap. fin. de elect. in* 6. Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *num.* 2.

5. Vt det tacitè vel expressè pro dote, non.n. sufficit simplex donatio, vt dictum supra P. *concl.* 2. *ad finem*. Quod si pro dote dederit, fit Patronus etiam si expresse nō sibi reseruauit, iuspat. dumodo illud non remiserit, *cap. nobis de Iurep.* Rot. *decis.* 5. *co. in antiquis* Azor. *l. c. q.* 9. Fundator .n. potest in totum, vel in parte remittere, & ita filijs, & heredibus præiudicare, *cap.* 1. *de Iurep. in* 6. Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 385. *num.* 14. Secus alij successores; quia transit ordine successiuo, nisi fundator specialem concessisset facultatem.

An hæc tria ad acquirendū Iuspatr. requirantur. s. fundatio, cōstructio, & dotatio. Affirmant Abb. *cons.* 106. Cassad. *decis.* 6. *de Iurepat.* Garz. *p.* 5. *cap.* 9. *num.* 44. Verius negant, & alterum sufficere dicūt Menoch. *cons.* 241. *per cap. nobis &c. quoniā* vbi Gloss. *de Iurepatr.* Barb. ad Trid. *sess.* 13. *cap.* 12. *de ref. num.* 16. Ideò construens Ecclesiam suis sumptibus in fundo alieno aquirit Iuspatr. *cap. Monasterium* 16. *q.* 7. dummodo sit constructio voluntaria, non necessaria, Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 758.

Quasi erectione quinq; modis aquiritur. s. Reædificatione, Augmento, Præscriptione, quasi possessione, & priuilegio.

1. Reædificatione. Nam collapsā nouiter construens Ecclesiā etiā ex priori materia aquirit Iuspat. quia re pereunte prior Patronus Iuspat. amittit.

Declaro 1. procedere si ex toto, secus si ex parte reædificet. Gloss. *cap. quoniam de Iurepat.* Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 10. Ideò ne fraus fiat Episcopi tanquam Apostolicæ Sedis Delegati possunt reuidere omnia Iurapat. ex noua constructione, & ex augmento, & fraude reperta illa annullare, & Ecclesiam liberam declarare, Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.*

Ad effectum aquirendi Iuspatr. ex Reædificatione Ecclesia satis intelligitur directa, si indigeat consecratione, vel si tota illius facies fuerit mutata; quia vtroq; casu stante fructuum tenuitatè Ecclesiæ, ita quod Rector reparare nequeat, tertius admittitur. Rot.

coram

coram Oran. Senen. *benef.* 17. 17. *Iunij* 1588. & coram Robust. 1.*p.diuers.decis.* 598. & coram Seraph. *decis.* 907. quę quidem decisio fuit reuocata ex facto ob nō implementum conditionum coram Seraph. *decis.* 952. Plures concordantes habentur *in obseruat.* Rubei ex Sac. Rot.*u. Iuspatr. l.* 1. ibi circa aquisitionem.

Declaro 2. *Iuspat.* ex prędictis causis subiacere reuisione ordinarij, etiam concessum à Papa à quadraginta tamen annis citra, sed concessum ante annos 40. à confirmatione Concil. Trid. non sed firmum remanet; Ità Sac. Cong. & pluries Rota, & signanter in *Lucana Canonicatus coram Bubalo* 24. *Maij* quam refert Garz. *p.*5. *cap.*9.*num.*125. & debet manuteneri in sua possessione, donec cognoscitur de validitate, Rot. *corā ead.* 18. *Maij* 1590, quia dicitur habere statum implicitum validitatis; Rot. *Recēt.p.*2.*decis.*4.

2. *Augmento Dotis*, cum hac distinctione, 1. si ab Episcopo concedi debet requiritur, vt Ecclesia sit penitus de pauperata, i. totam dotem amiserit, & ità prius doceatur dotem redactam esse ad non esse. Rot. coram Blanchet. *Lucana Decanatus* 22. *Martij* 1577. & ità Episcopus poterit Iuspat. concedere per nouam dotis assignationem; Rot. *coram Coccin. Cesaraug.* 6. *Nouembris* 1617. Nō ex solo aug. iuxta comuniorem, quam probat, Ric. 1.*p.resol.*150. & 172. contra, Lambert. *lib.* 1. *p.*1.*q.*3. cuius sentētiam non improbo, si Ecclesia modicum haberet, & augmētum esset ità magnum, vt dos prima nullus sit cōsiderationis, in quo ordinarij arbitrium iudicabit, quia Rot. coram *Coccin. l.c.* ait, via ordinaria non aquiri Iuspat. ex augmēto modico ergo à contrario bene ex valde magno. Item Sac. Cong. 23. Decemb. 1622. apud *Aldan. can. resol. lib.* 3. *tit.*8. *num.* 17. resoluit posse Ecclesiam minantem ruinam cuius fructus vix sunt Scuti tres vniri *Patronatę* cum reseruatione Iurispatr. reparanti, & dotanti de Scutis 50.

2. Si à Papa, cōcedit potest ex quolibet augmento, sed non solet, nisi duobus concurentibus, 1. qđ augmentum sit notabile, s. ascēdat ad dimidietatem valoris annui fructuum beneficij, Rot. *l.c.* vbi alias allegat. 2. quod augens dotem vltra dimidiatem exprimat se velle vbi Iusp. reseruare, alias diceretur benefactor, quia licet in vera fundatione, & dotatione sufficiat, quod non sit remissum *cap. significauit, vbi Abb.* & DD. *de Iurepat.* modo declarato *sup.G. num.* 5. tamen quando aquiritur ex augmento, requiritur, quod expresse reseruetur, & dicatur bona dare pro dote ad consequendum Iuspat. Io. And. *cap.*1, *col.*3. *de Iurep.* Rot. *coram Coccin.*

Coccin. l. c. Et valor augmenti dimidietatis, vel tertiæ partis probari debet de tempore reseruationis iurisp. Rot. *Recent. decis.* 46. *p.* 2.

3. *Præscriptione*, quia licet id prohibeat Trid. *sess.* 14. *cap.* 12. *de ref.* tamen id intelligitur iuxta aliud Trid. decretum *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* vbi resoluit ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum probari, *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 11. contra Abb. & alios apud Couar. *reg. Possessor malæ fidei p.* 2. *§.* 11. *nu.* 2.

Declaro non sufficere tempus 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, sed immemorabile requiri; Trid. *d. cap.* 9. vid. supra concl. 2. & 3. *lit. N. & seqq.* quia hic agitur de præscriptione contra Ecclesiam, i. vt Ecclesia libera fiat Patronata, sed contra Patronum, vt quando Ecclesia est Patronata, sed vnus præscribit Ius præsentandi, sufficiunt 40. anni. *Azor.* 2. *par. lib.* 6. *ca. q.* 11. Addito titulo colorato Rot. *Recent. p.* 2. *decis.* 146. Barb. *ad d. ca.* 9. *num.* 22.

4. *Quasi Possessione*; ex qua titulus aquiritur, licet non sit Dominus, qui præsentat, sed hoc facit bona fides, *cap. consultationibus, & ibi Gloss. verb. ei edebatur de Iurep.* Concor. *l.* 1 *§. denique de aqua plu.* Notat. Bart. *l. Celsus ff de vsu.* Rot. 4. *p. nouis. decis.* 646. Ideo existentem in quasi possessione validè præsentare, & institutionē sequi debere Resoluit Rot. *Recent. p.* 1. *decis.* 224. *& p.* 376., & alibi relatas per Barbos. *in Collect. ad d. consultationibus num.* 5.

Declaro 1. quatuor requiri 1. vt præsentet bona fide. 2. quod admittatur præsentatio, & sequatur institutio. 3. quod præsentatus & institutus perseueret, & vti tales ab alijs habeantur. 4. quod ille in cuius præiudiciū quasi possessio aquiritur, hoc sciat, & patiatur, Calder. *cons.* 12. *de Iurepa.* Canonizat. sæpè per Rot. Caputaq; *p.* 2. *decis.* 337. cum duob. seq. additur. s. tempus quadraginta annorum, *Azor. l. c.* Immo ex vnica præsentatione cum possess. 25. annorum, Put. *decis.* 243 *lib.* 2. vbi Rub. ex vnica præsentatione, secuta institutione aquiri quasi possessionem Rot. *p.* 2. *Recēt. decis.* 174. Rot. coram Crescen. *decis.* 2. *de Iurep. alias* 27. clarè firmat per vnicum actum aquiri quasi possessionem Iuspatr. sequitur eādem decisionem Rot. coram Comitol. *Regien. Prioratus* 29. *Aprilis* 1591. *& in eadem* coram Pamphil. 24. *Maij.*

Declaro 2. quod bonæ fidei possessor est ille, qui Iudicis auctoritate & iuris ordine seruato possidet; malæ fidei dicitur, si hæc absint nec sufficit Iudicis auctoritas, quando non fuisset iuris ordo seruatus; *Abb. d. c. consultationib.* Azor. *l. c. cap.* 21. *q.* 17. *vers. quæres.*

Decla-

Declaro 3. non releuare ab onere probandi dotationem, vel fundationem ex quasi possessione, nisi excedat 40. annos ante confirmationem Trid. quæ fuit 1564. xv. Kal. Aug. Cherub. ad Bullam 3. Adriani VI.

5. Priuilegio Romani Pōtificis, qui potest concedere etiam si non fundarit, vel dotarit Ecclesiam; vt quia de Ecclesia quis sit benemeritus, vel merita sperentur; debet tamen derogare, Trid. per quod tales iuspatr. fuerunt sublata; Alij inferiores nequeunt, *cap. 2. de Ecclesijs ædif. in 6.* Azor. *l. c. cap. 19. ad fin.* Ab Episcopo concessum etiam cum possessione 140. annorum nullum declarauit Sac. Cong. teste Garz. *p. 5. ca. 9. num. 128.*

Immò in Ecclesijs Regulariū aquiri non potest fundatione, nisi ex priuilegio Apostolico, *cap. Nobis.* vbi DD. *de Iurepatr.* ita quod de eo constare debet in limine fundationis, Seraph. *decis. 1395.* Ric. *2. p. resol. 182.* Quod verum est de Iurepat. super tota Ecclesia; quia in aliquo altari sufficit consensus regularium, Rot. coram Vabal. *Segolien Capell. 27. Feb. 1625.*

Declaro 1. Iuspat. concessos ex priuilegio censeri sublatos per Trid. *sess. 25. cap. 9. de ref. vers. reliqui*, etiam quod ibi dicatur, vt sint eiusdem roboris, ac si ex fundatione, ita quod nec immemorabilis prodest, ità Sac. Cong. *dicta* 9. & Rota sæpius vt Seraph. *Comment. iurisp. 1601. 8. Iunij*, & alias relat. per Ric. *1. p. resol. 151.* fallit tamen in concessis ex causa onerosa, Rot. *diuers. p. 1. decis. 647. & p. 2. decis. 169.*

Declaro 2. Iuspatr. ex priuilegio, & ex quacunq; causa, quam ex fundatione, dotatione, & Constructione aquisitos de Ecclesijs, quæ antea liberę erant à quadraginta annis citra à Confirmatione Concilij debere examinari, & reuideri ab ordinarijs, an sint vtiles Ecclesię, & legittime constituti, & si non erant vtiles, vel aliqua subreptio interuenit, reuocari debent, & beneficia illa libera declarari, quia abrogati censentur, sed si sunt vtiles, necessarij, & legittime factę confirmari, Trid. *sess. 25. cap. 9. de ref.* Ante dictum tempus validè remanent, Addit. ad Greg. XV. *decis. 397.* Barb. *d. c. 9. num. 88.*

Sed an dum cognoscitur, & fit dicta reuisio sint Patroni in possessione præsentandi, manutenēdi. Resp. Iuspatronatos ex quacunq; priuilegio, & gratia Papæ propter aug. dotis &c. concessum etiam clausulis prægnantibus, vt *sit perinde, ac si esset ex fundatione, vel dotatione*, cadere sub regula de mēsibus, quia Papæ reseruātur, quādo vacant in mensibus reseruatis; nam re vera non sunt ex fundatione, & illa verba, quibus Papa vult, vt pro talibus habeantur,

nihil operantur respectu regulæ de mensibus, quæ habet Ecclesiã derogatiuam quarumq; dirogatoriarum, & cum illa qualitas insit simplo priuilegio, censetur ex priuilegio; Trid. autem quando vult, quod si ex fundatione, vel dotatione loquitur per verba importantia veritatem; Hoc iacto fundamento, distinguo si loquimur de simplici priuilegio, non datur manutentio; quia abrogati censentur, cum omni possessione subsecuta, vt Trid. *l. c.* si vero loquimur de priuilegio cũ clausulis prægnantibus prædictis, *subdistinguo*, si vacant in mense ordinario, tunc dum reuidentur, Patronus non est sua possessione priuandus, Ita intelligitur. Rot. coram Bubalo *Lucana Canonicatus* 1. *Maij* 1590. si vacant in mense reseruato, tunc quasi possessio non suffragatur propter derogatorias regulæ de mensibus, Veral. *lib.* 1. *decis.* 29. & 326. Rot. coram Coccin. *decis.* 469. vbi refertur declaratio Sac. Cong. Rot. *Recent. p.* 2. *decis.* 46. coram Coccin. *Cæsaraug.* 14. *Nouembris* 1616. & 6. *Noueb.* 1617. & 31. *Ianuarij* 1618. vbi additur cadere sub reseruatione, etiã si sint facti 40. annis ante confirmationem Concilij, quia liberantur à reuisione non à reseruatione; ita quod neque alia derogatione opus est, Rota coram Litta *Camp. Iurisp.* 3. *Decembris* 1604. Procedit si constaret indubitanter esse ex priuilegio, aliàs non inficiaretur possessio; Caputaq; *decis.* 319. *p.* 3. Crescent. *de rest. Spol. decis.* 5.

2. Casu, & sic dupliciter .f. per dispositionem inter viuos, & causa mortis.

Inter viuos dupliciter .f. titulo vniuersali, & particulari, in totum

X septem .f. donatione permutatione, conductione, feudo venditione dote, & confiscatione.

1. *Donatione* non solũ generali omnium bonorum, quia cum bonorum vniuersitate transit Iuspatr. Seraph. *decis.* 725. & alibi apud Ric. 1. *p. resol.* 147. Sed etiam particulari, quo casu duo necessariò requiruntur. 1. consensus Episcopi, aliàs donatio esset ipso iure nulla *cap. cum secundum de Iurepat.* Rot. *decis.* 857. *in antiq. co: tit.* Hic tamen cõsensus potest ex interuallo; & per ratificationẽ accedere. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 20. *q.* 5. & etiam per epistolam, & Procuratorẽ. Ric. 3. *p. resol.* 293. Gloss. tamen *cap. nobis* §. *cæterum eo:* putat Papę consensum requiri. 2. Solemnitates quæ ex causa euidentis vtilitatis necessarię sũt in alienandis bonis Ecclesiæ, vt probat Ric. 1. *p. resol.* 627. per decisionem, Rot. coram Seraph. *decis.* 1312.

Procedit si donatio fiat layco, vel clerico ratione ipsius, non Ecclesijs, quia Iuspatr. Iure communi layco spectat solum ex mera gratia

tia, Rot. *in antiq. decis.* 556. Bela. *decis.* 751. Secus si fiat Ecclesię, vel Episcopo; quia in contractu cum Principe eius sufficit præsentia. Put. *lib.* 2. *decis.* 100. & *decis.* 92. *lib.* 3. Ideo cum Papa contrahens non eget solemnitatibus. Ric. 1. *p. resol.* 299.

Sed an dictus consensus requiratur, si donatio fiat alteri Patrono. Aliqui affirmant, vt omnis fraus præcidatur. Abb. & alij *cap. ex insinuatione de Iurepat.* Negant verius alij; quia non efficitur nouus patronus Gloss. *d. cap. ex insinuatione.* Lamb. *lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2.

Declaro 1. Consensum Vicarij Generalis sine speciali facultate non sufficere; quia Iuspatr. creatio, & confirmatio non spectat ad illius iurisdictionem Cald. *cons.* 3. *de off. Vic.* Potest benè Capitulum Sede vacante dictum consensum præstare; quia cum hoc sit iurisdictionis Episcopalis transit in Capitulum Cald. *l. c.* Ric. 1. *p. resol.* 627.

Declaro 2. quod si Episcopus recuset dare consensum, si sine causa aditur superior, qui mandet Episcopo, vt consentiat, aliàs ipse cõsensum spectabit, si verò cũ causa recusat, non potest cogi ad consentiendum Ric. 3. *resol.* 294. Non tamen Rex cogi poterit ad præstandum suum cõsensum, vt not. idem Ric. 1. *p. resol.* 627. *ad finem.*

Declaro 3. consensum non extẽdi, ideò si prima donatio reuocetur, etiam in alia donatione requiritur, quia licentia, & assensus sunt stricti iuris, ideo non ostendũtur; Surd. *decis. Mant.* 303. & 304. Bene verum est, si non appareat in Instrum. posse per testes probari. Ric. 3. *p. resol.* 298. Immo ex diuturnitate temporis præsumi, sicut in ędificatione Ecclesię, & in alienatione Rei Ecclesiæ. Ric. 3. *p. resol.* 296. vt à simile de consensu consanguineorum per statutum requisitus Gammia *decis.* 290.

Sed an tacitus Episcopi consensus sufficiat in hac donatione. s. si fiat præsente Episcopo, & tacente. Aliqui affirmant apud Ric. 3. *p. resol.* 291. quia non videtur requiri pro forma, Alii verius negant, quia ex tacito consensu nõ potest iudicari ratio, an donatio expediat Ecclesię, idem Ric. sibi contr. 2. *p. resol.* 469. & cum in deffectu consensu ad sit lex annulatiua donationis *cap. seculum de Iurepatr.* Veral. *decis.* 144. *lib.* 2. Rot. *in nouiss. decis.* 484. videtur de forma.

2. *Permutatione* duobus concurentibus. i. fiat cum re spirituali annexa nam cum temporali esset simonia.

2. Adsit Episcopi consensus cum distinctione data de donatione. Possunt bene Patroni sine dicto consensu pacisci, vt vnus vna vice præsentet, alter altera vice, *Clem. Plures de Iurepatr.* & si plura

ra habeant similia beneficia, vt vnus præsentet ad vnum alius ad aliud; Abb. *in cap.* 1. *de Iurepatr.*

3. Conductione, vel generali vniuersitate bonorũ, vel passi Villæ, super qua est Iuspatr. quia trãsit cum vniuersitate bonorum; etiam solum quod vsumfructum, & ad tempus concessum *cap. ex litteris de Iurepatr.* Non tamen ipsum Iuspat. potest locari, vel pignori dari etiam cum Episcopi consensu, quia accipiens nec directum, nec vtile dominium aquireret; *Azor. l.c.q.* 11. & 13.

4. *Feudo, vel emphiteusi*, non per se, neq; constituẽdo illum super feudo emphiteusi subiecto, quia Patronus debet dare dotem non repetitiuam, qualis esset fũdus sub emphiteusi; nam si non solueretur Canon per triennium, fũdus repeteritur L. 2. C. de iur. emphiteot. sed vel cum Vniuersitate bonorum, vel cum vniuersa re super qua est iuspat. DD. *in cap. cum seculum de iurepat.*

5. Venditione non per se, quia cũ sit spirituale annexum sine simonia vendi nequit, sed bene cum vniuersitate bonorũ, vel vniuersa re, super qua est Iuspat. e.g. Villa, Castro, &c. Idem dicẽdum est de omni alienatione, cũ hac sẽper declaratione, vt prætium non augeatur ratione Iurispat. DD. *d. cap. cum seculum. Azor. l.c. qu.* 8. Rot. apud Ric. 1. *p. resol.* 162. *n.* 2. Non transit in predictis casibus, si in contractu iuspat. excipiatur *cap. ex litteris de Iurep.* Vendentes autem iuspatr. per se, si sint singulares personæ debent excommunicari, & Vniuersitates interdici, & iurepatr. sũt ipso iure priuati Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* vide infra T, F.

Idem alio titulo transferentes, & in illius fructib' se ingerẽtes Sac. Cong. 26. Aug. 1628. si sint plures Patroni, & vnus delinquat, crescit aliis omnes priuantur. Barb. d. *cap.* 9. *num.* 84.

6. Dote vxoris non per se sed cum vniuersitate bonorum, vel se vniuersa super qua est iuspat. & tũc maritus habet ius præsentandi, quia præsentatio numeratur inter fructus, quorum vir est, dominus, Rot. *decis.* 10. *de iurepatr. in nouis.* Vgol. *de pot. Episcopi p.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. Tutius tamen est vt vxoris accidat assensus cũm sit vera domina, ità consulit Ric. 1. *p. resol.* 200. sed in vterq; diuersos præsentent, vxoris præsentatio p̃fertur, Rot. *decis.* 10. *de iurepatr. in nouis.* Vgol. *l.c.*

7. *Confiscatione*, & de Fisco Ecclesiastico omnes consentiunt, sed de seculari, Aliqui negant, quia nõ potest rem spiritualem auferre; Gloss. *in Clem. Pastoralis de sent. & re iud.* Alij affirmant, quia transit cum vniuersitate bonorũ, Gloss. *cap. filijs* 16. *q.* 7. Conciliatur hoc modo princeps, & Iudex secularis nequit per se, & directe

Patro-

Patronum iurep. priuare etiam ob delictum, sed indirectè priuãdo vniuersitate bonorum, Iudex n. Ecclesiasticus etiam directè; *Azor. l.c. cap.* 20. *q.* 14.

Causa mortis titulo vniuersali,& particulari aquiritur in totum quinque modis s. successione, ex testamento, ab intestato, fidei commisso, vsufructu, & legato.

1. *Ex testamento* etiam per plures heredes in solidum, licet non sint æqualiter instituti, quia iura incorporalia diuidi nequeũt, Glos. *cap.* 1. *de iurep.* Si tamen fit super re certa, vt Villa ille solus est Patronus, qui in ea solus est institutus; *Azor. l. c. q.* 9.

Si relictum sit familiæ, q; omnes de illa vocantur, non simul, & semel, sed semper proximior; *l. cum ita* § *in fideicomisso ff. de leg.* 2. Nam Iusp. successorio ordine defertur, ad instar fideicomissi,& feudi. Card. in *Clem. Plures eo.* Ric. 1. *p. resol.* 180. *&* 181. Rota coram Coccin. *decis.* 232. *num.* 4. Proximior dicitur respectu vltimi mortui, etiã alijs exclusis proximioribus fundatoris, dumodo sit de sanguine fundatoris, vt probat Campanile, rub. 11. *cap.* 27. *n.* 80. & seq. Proximi siue proximiores sunt, qui succedunt ab intestato, proximus n. dicitur quem nemo præcedet, & cum dicitur vnus ex proximioribus intelligitur magis propinquus; ita vt nõ sit vlterior in gradu, & comprehenduntur masculi, & fœminæ; Anchar. subtiliter *consi.* 95. Gradus autem cõputantur iuxta ius canonicum vt probat. Ric. 1. resol. 350.

Quid si relictum sit, vt ad maiorem natu spectaret? Distinguo si dicitur absolutè ad maiorem natu, intelligitur ad seniorẽ, & antiquiorem domus, Grat. *cap.* 218. Si verò habeat aliquam clausulam restrictiuam, vt ad *maiorem, & proximiorẽ eius* ĩtelligitur de linea vltimi grauati, Ita ego iudicaui, dum Vicarij Generalis Brittonorij fungerer officio, & Romæ sententia obtinuit in casu, in quo ad maiorem natu, & proximiorem eius spectabat præsentatio, ad filium maiorem filij maioris fundatoris mortui, spectare declaraui, & non ad maiorem totius domus; quia dictio eius est dictio ꝑsonalis. Fal in *in suis decis. collect.* 300. *p.* 1. *num.* 21. *& decis.* 284. *per totam*.

Relictum pro se, & descendentibus, à sua linea, intelligitur de recta non transuersali, nec tota familia, & cognatione; quia linea propriè est, quæ habet originem per directum Ric. 1. *p. resol.* 138. Relictum extraneo intelligitur cumulatiuè, nõ priuatiuè ad fundatorem, & heredem, nisi aliud expressè dixisset, vt not. Gonzal. *reg.* 8. *num.* 32. §. 2. Mantic. *Tolet. Capellaniæ* 3. *Martij* 1595.

Relictũ familiæ intelligitur demõstratiuè, non taxatiuè, vt ad eos non

non ad hæredes spectare debeat, Seraph. *decis.* 264.

Similiter si vellet fundator præsentationem fieri per tres, non extinguitur, licèt ad vnum redigatur, quia id factum est demõstratiuè, non taxatiuè, Seraph. *decis.* 368.

Si relictum sit hæredibus, Distinguo 1. si absolutè transit etiam ad extraneos, e. g. filius fuit legittimè exhæredatus, vel filia dotata cessit hæreditati, vel filius repudiauit, non fit Patronus; Gloss. *inst. Can. lib.* 1. *tit.* 28. §. *success. in add.* Sed tunc extraneus in hæreditate etiam quod sit fœmina, aquirit Iuspat. quia transit cum vniuersitate bonorum, Seraph. *decis.* 364. 2. Si vero taxatiuè pro hæredibus sanguinis, tunc non trãsit ad extraneos; Rot. diuers. *p.* 1. *decis.* 385. *num.* 14. Ric. 1. *p. resol.* 187. Bene ad illos de sanguine masculos, & fęminas, etiam si nõ sint hæredes vniuersales, & fæminæ sint nuptæ in alia familia, sicut etiam ius sepulcrorum; Lãb. *lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *& lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 1. *art.* 1.

Procedit etiam si Statutum excluderet fæmina, quia haberet locũ, quando sunt masculi agnati instituti, Seraph. *dec. s.* 881. *&* 885.

Deficientibus omnibus ad quorum fauorem Iusp. fuit reseruatum beneficium remanet liberum, Seraph. *l. c.* vbi rub. eam cit. *decis.* 318.

2. Ab Intestato, & successio fit in stipes, & non in capita, Clem. *plures de Iurep.* Procedi, si spectet ad plures, vti vniuersos, secus si vt singulos; Rot. coram Pamph. *Staturien. Iurisp.* 11. *Ianuarij* 1583. Posset tamen ex obseruantia cõtrarium induci, Rota coram Penia *Burgen. Abbatia* 16. *Iunij* 1589.

Declaro valde differre, quãdo præsentatio spectat ad plures *vti vniuersos.* i. iure Collegijs, & Vniuersitatis, & vt *ad singulos.* i. de per se, quia *primo casu* omnes sunt vocãdi, alias vnius contemptus potest impugnare electionem, *cap. quod sicut cap. bonæ de elect.* Item omnes præsentare debent simul, & nõ separatim, vel maior pars omnium Patronorum, alias nihil fit. Abb. *cap quoniam de Iurep. nu.* 73. Item si simonia cum vno solo comissa esset tota præsentatio est nulla, *cap. nobis & ibi Abb. de Simon.* quia tunc vnica est præsẽtatio, ideò per vnicum vitiatur. 2. casu non sunt vocandi omnes, sed sufficit maior pars, Azor. 2. *p. lib* 6. *cap.* 21. *qu.* 2. licet Abb. *cap. quoniam eo.* de omnibus affirmet.

Item possunt singuli separatim præsentare alijs nõ requisitis, ità pluries Rot. relata p Ric. *resol.* 160. & sufficit maior pars non omniũ Patronorum, sed respectu aliorũ, e. g. quatuor sunt Patroni, duo præsentant me, alius Petrum, alter Franciscum, ego sum instituẽdus,

dus, Azor. *l. c. qu.* 10. fallit si ibi vigeret Statutum, vel consuetudo, vt simul conuenirent, sed ad præsentandum. Rot. coram Paph. *Calaguritana beneficij* 11. *Decembris* 1591. Ille dicitur a maiori parte præsentatus, qui plures habet voces. Rot. *Recent. p.* 1. *decis.* 146. & fit comparatio numeri ad numerum; non meriti ad meritum, Rocch. *u. honorificum.* *q.* 15. & 58. Tandem simonia ab vno comissa alijs non nocet, quia tūc tot sunt præsentationes, quot Patroni, & sic vna vitiosa aliam non inficit, vtile .n. non vitiatur per inutile. Rot. per Farin. *decis.* 103. & ita conciliantur diuersæ Rot. decis. per Ric. 1. *p. resol.* 202.

Sed remanet dubium, an Iudex in diuisione hereditatis possit vni heredi *Iusp.* adiudicare? Aliqui affirmant, quia vtilius est Ecclesiæ vnum tantum habere Patronum, Anchar. *cap. quoniam de Iurep.* sed melius distinguo. Si super re certa e.g. Villa *Iuspat.* est constitutum posset vni Villa adiudicari, & ita ille habebit *Iusp.* dummodo non pluris estimetur ratione Iurisp. alias ad omnes transit, vtilius .n. est Ecclesiæ plures habere defensores, Ric. *resol.* 193.

3. Fideicomisso; sed tū distinctione: si ante obitum testatoris siue fūdatoris; iam aderat Iuspatronatus, & ita remanet in hæreditate fundatoris, tunc remanet semper apud hæredem, etiam hæreditate restituta fideicomissario, quia in fideicomissatium trāseūt solum ea, quę concernunt cōmodum pecuniarium; Lamb. *lib.* 1. *p.* 1 *q.* 2. *art.* 3. Garz. *p.* 5. *cap.* 9. *n.* 17. *& seq.* vbi adducit Rotæ decisionem coram Bubal. *Aretina Capellania* 13. *Iunij* 1584. quę vero comodum honorariū concernunt, apud hæredem remanent, Peregrin. *de fideicomis. art.* 6. *num.* 37. & 38.

Si ante fundatoris obitum nullum aderāt fideicommissum, sed post constituitur per fundi collationē subdistinguo, i. fideicommissum est vniuersale, & dictus fundus cum tota hæreditate fideicōmisso subiectus, tunc *Iuspat.* aquiritur vtrique .s. hęredi, & fideicommissario, quia id vtriusq; cōmodum pecuniarium respicit, cum fundus sit cōmunis, Massob. *prælud.* 7. *dub.* 12.

2. Si fideicommissum est particulare de dicto fundo, & non de tota hæreditate, quo casu hæres non subtrahit quartam, vel si sit vniuersale habet quartam tantum ex alijs rebus tunc *Iusp.* in totum fideicomissario aquiritur, cū fūdus cōcernat eius comodum pecuniarium, Barb. in *Collect. cap.* 2. *de Iurep. num.* 10.

Declaro ad *Iusp.* requiri actualem possessionis apprænsionē, quia sicut nō hæreditatis; ita nec Iusp. possessio transfertur sine appræhensio-

nunciarunt omni iuri hæreditario, etiam quod statutum non ad esset; in 2. non sunt exclusæ, quia retinent iura agnationis, & in hoc succeditur in capita, non in stirpes: Rot. Recent. decisi 51. p. 1. & non habetur puerorum, & mulierum ratio latè Rot. corã Coccin. Lucana Iurisp. 2. 11 Aprilis 1621. Idem de nuptis, nisi sint exclusæ in specie Molin. de Iust. & Iur. tom. 3. d. 617. num. 13. De hęreditario sequetur distinctio data ibi si relictũ sit hæredibus supra. Ñ In Gentilitio autẽ tam nuptæ, quã moniales iusp̃ręsentandi habent etiam post renunciationem, quia etiam post retinet iura agnationis, & familiæ vt dictũ ni est.

4. Legitimi tantum vt adoptiui, qui sunt capaces Iurisp. hæreditarij, quando de Iure Ciuili ad illius hæreditatem succedunt; sed in Gentilitio, tunc essent capaces, quando de consensu omnium de parentela fuisset facta adoptio; sicut idem dicendum est, quando quis fuisset ad aliquam familiam assumptus alias cum vere non sit de parentela; vno tãtum discrepante, non fiunt capaces Iurisp.; Lamb. lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 11. num. 12. §. si verò, & n. 13.

5. Naturales tantum cũ hac distinctione; si ex fundatione apparet illos esse capaces, vel incapaces, illa seruanda est, si non apparet, sed ex coniecturis colligi debet; subdistinguo, si Iusp. factum fauore Agnationis, & familiæ nõn cẽsẽtur capaces illegittimi, quia non dicuntur de familia, Gab. cons. 195. num. 5. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 82. alias si fundator vocauit Patronos per verba naturalia absq; mentione legittimitatis, & constat non abhorruisse illegitimos, tunc admittuntur in defectum legitimorũ, quia non est absurdum, vt in dicto casu potius transferatur ad illegitimos, quam ad extraneos, Menoch. cons. 285. num. 14. lib. 3. Lamb. lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 32. Procedit de naturalibus idest natis ex soluta, quia spurij .i. nati ex coitu damnato, vt adulterio, incestu, & sacrilegio non succedũt; Naturales autem vltra prædicta sunt capaces vt in seq. decl. etiam dicitur.

Declaro, si naturales, & spurij sunt à Principe legitimati, vt ad successiones admittantur, sunt etiam iurisp. capaces, si non sunt legittimati, sunt capaces. 1. Legato, Donatione, vel alio contractu cũ requisitis positis in superiori parte. 2. si ab extraneo fiant hæredes, vbi sit Iusp. 3. fundatione & dotatione, quia licet Iusp. sit honorificum vt not. DD. in Rub. eo. tamen fauore Ecclesiarum inductum est, vt homines non retrahantur à fundatione, ædificatione, & dotatione, hoc modo etiam Meretrices admittuntur, & intelligitur, cap. pia mentis 16. q. 7.

quæst.7. Azor. l. c. qu. 15.

6. Maritus. cum declaratione in superiori parte ibi Dote &c. X.

7. Tandem extraneus, non solum, quãdo in limine fundationis fuit admissus, tunc. n. non ambigitur, sed etiam post dummodo bona fide putans esse Patronum fuerit pro tali admissus, & facta fuit Institutio nullo reclamante; quia vno contradicente nõ posset admitti, nam talis contradictio est appellatio extraiudicialis, Lab. p.2.lib.2. q.2. art.16. & 21. vt dictum est in superiori parte de de quasi possessione.

Incapaces sunt. 1. Iudei, & Infideles, Gloss. dicto cap. pia mentis.

2. Heretici, & si ad illos successione deueniret, deuoluitur ad Fiscum, cui omnia eorum bona incorporantur, cap. cum secundum leges de hæreti. in 6.

3. Excomunicati maiori excõmunicatione vitãdi cum hac distinctione; Quod habebat non amittit de nouo, non debet admitti. Admissus aquirit quo ad ius, sed caret vsu, donec sic permanserit; Abb. cap. nobis de Iurep. Idem de suspecto, & interdicto.

2. Requiritur vt præsentet præsentem; adeo quod præsentatio de clerico absente est nulla, cum debeat examinari; Trid. sess. 24. cap. 18. de ref. & sess. 7. cap. 13. de ref. nisi aliter præsentatus notus sit institutori; Ric. 1.p. resol. 139. & 141. Procedet per viam præsentationis, non per viam nominationis; Præsentatio, & nominatio largo confunduntur, ait Azor. l. c. cap. 19. in prin. sed stricte differunt, quia præsentatio est cum præsentatus personaliter sistitur coram ordinario ab eo Institutionem accepturus, & hæc solum de clerico, & præsente fieri potest; Nominatio est cum indicatur nomẽ præsentãdi institutori, & hæc potest fieri de absente, & non clerico. Ric. l.c. resol. 140.

3. Requiritur vt præsentet inf. 4. vel 6. menses vt dictum est in principio huius capitoli.

Sed an Episcopus possit terminum prorogare? Distinguo 1. in sui præiudicium potest, s. vt nõ excedat tempus, in quo tenetur prouidere, quia potest iure suo preiudicare. 2. in aliorum præiudicium non potest, s. vltra tempus sibi concessum ad prouidendum, quia adesset superioris præiudicium, cui deuoluitur, Ric. 1.p. resol. 195.

Quid si ad Episcopum spectaret præsentatio? Aliqui dicunt quod siue ad alium inferiorem, vel adæqualem vel superiorem spectat institutio, tunc Episcopus præsentat intra legittima tempora, sed eius præsentatio est etiam approbatio, quia etiam si in aliena Diœcesi instituantur, sufficit, si testimonio sui ordinarij approbentur; Abb. cap. significasti de Iurepat. qui hoc dicit esse priuilegium Episcoporum.

Alij

Alij dicunt ab ordinario Institut. esse faciendam approbationem; quia Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* statuit præsentatos à quibusuis Ecclesiasticis personis debere à locorum ordinarij, approbari; qui melius scit, quæ idoneitas sit necessaria in eo loco; *Azor. l. c. cap.* 22. *q. vlt.*

Ego distinguo si institutio facienda sit ab inferiore in Diœcesi dicti Episcopi, e. g. ab Archidiacono, tunc Episcopi præsentatio sine dubio est approbatio, cum sit ipsius approbare clericos suæ ditionis *c. vlt. de cler. pereg.* si verò ab alio ordinario de æquitate pôt, Abb. sententia procedere, sed de rigore non; procedit si inferior non haberet iurisdictionem Episcopalem, quia tunc ille inferior est ordinarius, & examinabit, & quādo non habet Iurisdictionem Episcopus non præsentabit; sed etiam examinabit, quia examen pro forma requiritur Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. *& infra* OO.

4. *Requiritur, vt dignum* præsentet, alias deuoluitur ad ordinarium, vt patet *infra cap.* 9. *P.* Quis dicatur dignus, & an teneatur præsentare digniorem, vide *d. cap.* 9. *num.* 3. *& ad finem.* Hic voto indignum posse præsentari sub conditione obtinendi dispensationē; Rota coram Seraph. *Firman. altaris Sancti Lodouici* 4. *Martij* 1596.

5. Vt seruentur conditiones, & forma fundationis, quod requiritur ex parte etiam præsentati, & institutoris.

Sex .n. posita in fundatione inducit formam, cuius omimissio vitiat actum, & annullat; *cap. quæritur* §. *Episcopum* 21. *qu.* 2. Seraph. *decis.* 170. & alias apud Ric. 1. *p. resol.* 157.

Potest .n. fundator conditiones apponere cum Episcopi consensu, e. g. quod præsentatus sit actu Sacerdos, per se celebret, in tali Ecclesia, resideat, sit de tali familia, & huiusmodi; Item Rectores futuros designare, vt quod post mortem vnius, talis instituatur, & tandem etiam si conditiones sint contra ius comune, cogitur Diœcesanus consentire, vt quod quis possit se ipsum præsentare, &c. Lamb. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 5. *ar.* 10. Felin. *cap. cum venerabilis de excep.*

Declaro 1. ex causa permitti, vt pro vna vice recedatur à forma fundationis cum consensu Patroni; Ideo Caputaq; *decis.* 364. *p.* 2. d. præsentationem per duos factam ex tribus tenere, licet fundator caueat non tenere nisi à tribus fiat, Seraph. *decis.* 871. Ric. *l. c.*

Declaro 2. quod si in fundatione præcipiatur fieri præsentationem de *Sacerdote proximiori; alias de Clerico,* non tenetur Patronus expectare tempus datum ad præsētandum intra quod Clericus proximior potest fieri Sacerdos, sed tenet de remotiori etiamsi postea proximior sit Sacerdos tempore insti-

Institutionis Seraph. *decis.* 469. sicut vocalis non tenetur expectare alium etiam si intra tempus possit fieri vocalis, Gloss. *in Clem.* 2. *de eta. & qual.*

Declaro 3. Iuspat. dici indiuiduum & diuiduum diuerso respectu; Indiuiduum quoad substantiam, ideo inter plures hæredes non diuiditur iuxta portiones hæreditarias, sed æqualiter, quia deuoluitur ad heredes, non vti hæredes, sed quia heredes, Barb. *collec. super cap.* 1. *de Iurep. nu.* 3. *vbi plures.* Diuiduũ quo ad exercitium, quia possunt pacisci de præsentãdo alterius iuribus etiam sine Ordinarij consensu. Clem. plures *de Iurep.* Barbos. *l. c. num.* 14.

Ex parte præsentati quinque requiruntur, 1. vt sit Clericus, alias pñsentatio est nulla, nec sufficit delatio habit⁹, & cõmunis reputatio Felin. *cap. cum adeo de rescrip. nu.* 2. Tusch. *lit. B. concl.* 56. *nu.* 4. Procedit quãdo fit præsentatio, quia layci sunt incapaces spiritualiũ, *cap. causam de præscrip. cum concor.* Sed tempore nominationis etiam laycus poterit nominari Rot. apud Ric. 1. *p. resol.* 140. & ita intelligitur, Rot. *Molen. Iurisp.* 1584. 19. *Nouembris* coram Orano. s. proxime clericandum posse præsentari per viam nominationis.

2. *Vt habeat ordinem*; & alia requisita à fundatione præscripta, quia à forma fundationis non potest recedi vt supra GG.

Sed an debeat esse actu Sacerdos; Resp. non nisi ità fundator disponat, neq; ex eo solum colligitur, quod iubeat cellebrare, quia põt per aliũ; Rota corã Pamph. *Romana Capellania* 23. *Ianuarij* 1589. relata per Ric. 1. *p. resol.* 184. Sed exprimi debet aliter in dubio p̃sumitur requiri, Rot. coram Pãphil. 24. *Ianuarij* 1589. apud Ric. *l. c.*

Declaro 1. Papam posse derogare qualitate Sacerdotali in fũdatione adiectæ, sed requiruntur clausulæ speciales, Rot. *decis.* 41. *de concess. preben. in antiq.* Immo sufficit cõsensus ordinarij, & Patronorum pro vna vice Crescent. *decis.* 7. *de Iurep.*

Declaro 2. dictam qualitatem cognosci, 1. per verba fundationis. 2. per obseruantiam subsecutã; Surd. *decis.* 129. *num.* 19. Lamb. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 30. *num.* 21.

Declaro 3. quod nominatus coram ordinario potest esse laycus, dummodo in actuali præsentatione sit Clericus, Rot. coram Pegna *Burgen. Abbatia* 1588.

3. *Vt sit diuersus à Præsentante*; quia nemo potest se ipsum præsentare *cap. per nostras de Iurep.* quod intelligitur verè non iuris fictura; ideo licet pater censeatur in iure eadem persona cum filio, tamen Pater potest filium præsentare, & e contra, quia verè sunt diuerse, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 31. *qu.* 2.

In

vltra semestre, *Azor. 2. p. lib. 6. c. 22. qu. 13.*

Sed quia præsentatio est quædam electio, sicut in *c. quam sit de elect. in 6.* disponitur electo dari tempus mensis ad consentiendum, & trium ad obtinendam confirmationem, ità præsentatus intra idē tempus debet petere institutionem, *Lap. alleg.* 8. Cald. *conf.* 17. *de Iurep.* De iure nouo debet p̄sentatus intra duos menses institutionem petere, & instituì a die præsentationis, aliàs fit deuolutio vel ad metropolitanum, vel ad Sanctam Sedem, vel ad ordinariū viciniorem, quem maluerint Patroni adire, ex Const. Pij V. *in conferendis* §. *Insuper. circa finem.* Cum hac tamen distinctione, 1. *si Patroni* petierunt præsentatum institui, tunc non secuta institutione ex causa rationabili, vt quia non fuit in examine approbatus, vel alia iusta de causa sine Patronorum culpa, vt quia cessit, vel decessit ante Institutionē ex *Rot. decis.* 8. *de Iurep. in nou.* poterunt in aliud integrum tempus præsētare, & nulla fit deuolutio; Seraph. *decis.* 1005. sufficit. n. per Patronos factam fuisse validam præsentationem, & in tempore Seraph. *decis.* 1238. Immo non coguntur Patroni petere institutionem. Rot. *decis.* 212. *de Iurepatr. in nou.*

2. *Si verò* nec præsentatus, nec Patroni petant institutionem sine causa rationabili, & nō sequatur institutio tunc fit deuolutio de directo ad Sanctam Sedem.

3. *Si petita* fuit institutio; sed ordinarius neglexit intra duos menses conferre, tunc datur optio Patronis, & præsentatis adeundi metropolitanum, vel S. Sedem, vel ordinarium viciniorem, iuxta Const. Pij V. citatam.

Ex parte superioris instituētis quinque requiruntur, 1. *Auctoritas*, quia si fieret præsentatio coram non habente auctoritatem instituendi, non daret ius præsentato, nam esset deffectus in forma, Gloss. *Clem. dudum u. præsentari de sepul.* Lamb. *de Iurep. lib. 2. p. 2. q. 4. art. 1.*

Declaro 1. quod si Patronus iusto errore præsentaret coram ordinario, cum deberet coram inferiore, ad quem iure vel consuetudine, vel priuilegio spectat institutio, poterit post lapsum tēpus, detecto errore, præsentare corā hebente auctoritatem, quia intentio Patroni est in iure fundata, *cap. omnes basilicæ* 16. *q.* 7. & nemo tenetur scire iura priuatorum *cap. porro de priuil.* Secus è contra, *Lamb. l. 1. q. 1. art. 24.* nisi inferior esset in quasi possessione instituendi.

Declaro 2. quod si esset locus præuentioni in collatione inter ordinarium, & inferiorem, tunc inferior ad tuendum ius suæ præuentionis, declaret coram Notario

L habita

habita scientia vacationis se velle conferre, & roget Episcopum vt proponat ædictum, si esset Parochialis libera, & ità Sac. Cong. declarasse testatur *Thes. for. Eccl. cap.* 18. *num.* 51.

Sed quis habet instituendi aûtem. Resp. Papa, Episcopus Legatus, & inferiores. Primo *Papa* potest semper cõferre si velit, & ordinarium præuenire, sed solus Papa dat Institutionem in toto orbe, 1. in renuntiationibus ad fauorē, quia si fieret in manibus ordinarij est nulla, & simoniaca Gloss. *cap. ex parte n. dimittere de off. de leg.* Si tamen resignans moreretur intra 20. dies à die præstiti cõsensus, nisi moriatur in Curia, & locis vicinis resignatio, & Papæ Collatio annullantur, & Beneficium censetur vacare per obitum, & id intelligitur de omnibus beneficijs, Kocchier. *reg. de* 20. *num.* 21.

2. Si fiat renunciatio simplex in manibus Papæ, vel ad fauorem in manibus ordinarij, & admittatur, si est iuspat. Ecclesiasticū reseruantur Papæ, quia dicitur vacare apud Sedem Simonet. *de reser. q* 28 *num.* 1. Secus si sit laycale, quia non cadit sub aliqua reseruatione, Seraph. *decis.* 1334.

3. In permutationibus absq; consensu Patronorum factis in manibus Papæ si fit de iurepat. Ecclesiastico, quia dicitur vacare apud sedem, secus de laycali, vel mixto, Seraph. *decis.* 1334. sed in manibus ordinarij fieri possunt, si pure fiant, & si cõsensus Patronorum intercedat, & tunc Collatio fieri nequit nisi permutantib. Clem. 1. de re permut. Sed si dictus consensus absit, tenet renūtiatio in damnum renuntiantis, sed non Patroni, qui poterit libere quem voluerit præsentare, ac si vacaret per simplicem resignationem, Kocchier. *de permut. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 5.

4. Si vacarent per priuationem factam de mandato Apostolico, & cum declarationibus, *infra cap.* 10. *num.* 13. X.

Declaro quod Iusp. mixtum nõ regulatur, vt semper magis dignum trahat minus dignum, & ità semper iudicetur Ecclesiasticum, sed distinguendum est. 1. Tunc iudicandum ecclesiasticum, quando ex tali denominatione resultat commodum Ecclesiæ, & ità, sicut supra in hoc cap. 6. diximus, vbi tantum vnus Patronus est Ecclesiasticus etiã pluribus laycis cõpatronis datur tempus sex mensium ad præsentandum. 2. quando resultat damnum, qualitas laycalis attenditur, & ideo in terminis reseruationis, vt laycale regulariter Felin. *tract. quand. lit. Apost. noceant Patronis n.* 6. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 278. & *seq.* vbi decl. Sac. Cong. Seraph. *d. decis.* 1334. *num.* 7. Procedet 1. quando layci habent maiorem, vel

vel saltem æqualem partem, ne laycus propter clericum perdat priuilegiũ ęquum .n. est, ne quis ratione societatis patiatur damnum, *Lap. alleg.* 96. Seraph. *decis.* 1232. 1263. & 719.

. Quando sunt laycalia ex fundatione, vel dotatione; quia si esset ex priuilegio, vel augmento etiam tertię partis, aut ex consuetudine, vel præscriptione, cadunt sub reseruationibus, & reg. de mensibus. Rot. coram Crescent. *decis.* 3. *de Iurep.* sicut cadunt Patronata Ecclesiastica, & mixta, vbi plures sũt Ecclesiastici Gōz. reg. *de mensibus Gloss.* 18. *num.* 6. & 18. *cum seqq.*

. Solus Papa instituit si vacarent per obitum in Curia, vel locis vicinis, tunc Papa consueuit derogare etiam in totum, licet sint de Iurep. laycali, & multo magis Ecclesiastico, & mixto Staphil. *de lit. gra. in rub. de iurep. prętog.* vide supra *diuis.* 11. *cap.* 1.

Modo addo quod in vacatione iuris patronatus laycalis in Curia maximè per obitum, si ordinarius institueret ante Papæ collationē, vel post; sed præcessit Patroni p̄sētatio Papali collationi, teneret ordinarij institutio, Seraph. *decis.* 1263. Cancellaria tamen Apost. hodie solet datare suplicationes sub die obitus, licet post aliquot menses Bullę expediantur; Ad excludēdum prouisum de Beneficio sub prætextu, quod sit de iurepat. vbi noto nō sufficere præsentationem existentium in quasi possessione; sed requiritur plenam probationem, quod fit ex fundatione, vel dotatione, Rot. coram Litta *Valentina* 4. *Iunij* 1602. & *p.* 1. *recent. decis.* 222. & 224.

6. Solus Papa instituit ratione alternatiuæ, vt dicetur infra reg. 5.

7. In casibus deuolutionis ad prædictam Sedem de quibus infra cap. 9. P.

Deinde *Episcopus* dat institutionem iurispat. in sua Diæcesi nisi obstet aliqua reseruatio. Ideo instituit in vacatione per obitum, in permutationibus, & in simplici resignatione semper pręcedente Patronorum præsentatione, excepto casu deuolutionis de qua infra cap. 9.

Immo etiam Vicarius Generalis licet ei specialiter non demandetur, *cap. ex frequentibus vbi Gloss. de Inst.* quia Generali Vicario vniuersitas iurisdictionis committitur, nisi ius quid excipiat; excipit collationem, quia est voluntatis; non institutionē, quia est necessitatis; eadem ratione potest Capitulum Sede vacante dare institutionem, *cap.* 1. *de Inst. in* 6. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *qu.* 3.

Prętereа *Legati* de latere dant institutionem, quia possunt in Prouincia, quod Episcopus in Diœcesi, sed videtur illis hodie adempta potestas circa beneficia, *Tandem inferior* potest instituere, 1. si haberet

non ad hæredes spectare debeat, Seraph. *decis.* 264.

Similiter si vellet fundator præsentationem fieri per tres, non extinguitur, licèt ad vnum redigatur, quia id factum est demõstratiuè, non taxatiuè, Seraph. *decis.* 368.

Si relictum sit hæredibus, Distinguo 1. si absolutè transit etiam ad extraneos, è. g. filius fuit legittimè exhæredatus, vel filia dotata cessit hæreditati, vel filius repudiauit, non fit Patronus; Gloss. *inst.* *Can.lib.*1. *tit.* 28. §. *success. in add.* Sed tunc extraneus in hæreditate etiam quod sit fœmina, aquirit Iuspat. quia transit cum vniuersitate bonorum, Seraph. *decis.* 364. 2. Si vero taxatiuè pro hæredibus sanguinis, tunc non trãsit ad extraneos; Rot. diuers. *p.* 1. *decis.* 385. *num.* 14. Ric. 1. *p. resol.* 187. Bene ad illos de sanguine masculos, & fęminas, etiam si nõ sint hæredes vniuersales, & fæminæ sint nuptæ in alia familia, sicut etiam ius sepulcrorum; Lãb. *lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *& lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 1. *art.* 1.

Procedit etiam si Statutum excluderet fæmina, quia haberet locũ, quando sunt masculi agnati instituti, Seraph. *decis.* 881. *&* 885.

Deficientibus omnibus ad quorum fauorem Iusp. fuit reseruatum beneficium remanet liberum, Seraph. *l. c.* vbi rub. eam cit. *decis.* 318.

2. Ab Intestato, & successio sit in stipes, & non in capita, Clem. *plures de Iurep.* Procedi, si spectet ad plures, vti vniuersos, secus si vt singulos; Rot. coram Pamph. *Staturien. Iurisp.* 11. *Ianuarij* 1583. Posset tamen ex obseruantia cõtrarium induci, Rota coram Penia *Burgen. Abbatia.* 16. *Iunij* 1589.

Declaro valde differre, quãdo præsentatio spectat ad plures *vti vniuersos.* i. iure Collegijs, & Vniuersitatis, & vt *ad singulos.* i. de per se, quia *primo casu* omnes sunt vocãdi, alias vnius contemptus potest impugnare electionem, *cap. quod sicut cap. bonæ de elect.* Item omnes præsentare debent simul, & nõ separatim, vel maior pars omnium Patronorum, aliàs nihil fit. Abb. *cap quoniam de Iurep. nu.* 7. Item si simonia cum vno solo commissa esset tota præsentatio est nulla, *cap. nobis & ibi Abb. de Simon.* quia tunc vnica est præsẽtatio, ideò per vnicum vitiatur. 2. casu non sunt vocandi omnes, sed sufficit maior pars, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 21. *qu.* 2. licet Abb. *cap. quoniam eo.* de omnibus affirmet.

Item possunt singuli separatim præsentare alijs nõ requisitis, ità pluries Rot. relata p Ric. *resol.* 160. & sufficit maior pars non omniũ Patronorum, sed respectu aliorũ, e. g. quatuor sunt Patroni, duo præsentant me, alius Petrum, alter Franciscum, ego sum instituẽdus,

dus, Azor. l. c. qu. 10. fallit si ibi vigeret Statutum, vel consuetudo, vt simul conuenirent, sed ad præsentandum. Rot. coram Paph. Calaguritana beneficij 11. Decembris 1591. Ille dicitur a maiori parte præsentatus, qui plures habet voces. Rot. Recent. p. 1. decis. 146. & fit comparatio numeri ad numerum; non meriti ad meritum, Rocch. u. honorificum q. 15. & 58. Tandem simonia ab vno comissa alijs non nocet, quia tūc tot sunt præsentationes, quot Patroni, & sic vna vitiosa aliam non inficit, vtile .n. non vitiatur per inutile. Rot. per Farin. decis. 103. & ita conciliantur diuersæ Rot. decis. per Ric. 1. p. resol. 202.

Sed remanet dubium, an Iudex in diuisione hæreditatis possit vni heredi Iusp. adiudicare? Aliqui affirmant, quia vtilius est Ecclesiæ vnum tantum habere Patronum, Anchar. cap. quoniam de Iurep. sed melius distinguo. Si super re certa e.g. Villa Iuspatr. est constitutum possit vni Villa adiudicari, & ita ille habebit Iusp. dummodo non pluris æstimetur ratione Iurisp. alias ad omnes transit, vtilius .n. est Ecclesiæ plures habere defensores, Ric. resol. 193.

3. Fideicomisso, sed eū distinctione: si ante obitum testatoris siue fūdatoris, iam aderat Iuspatronatus, & ita remanet in hæreditate fundatoris, tunc remanet semper apud hæredem, etiam hæreditate restituta fideicomissario, quia in fideicomissarium trāseūt solum ea, quę concernunt cōmodum pecuniarium; Lamb. lib. 1. p. 1 q. 2. art. 3. Garz. p. 5. cap. 9. n. 17. & seq. vbi adducit Rotæ decisionem coram Bubal. Aretina Capellania 13. Iunij 1584. quę vero comodum honorariū concernunt, apud hæredem remanent, Peregrin. de fideicomis. art. 6. num. 37. & 38.

Si ante fundatoris obitum nullum aderāt fideicommissum, sed post constituitur per fundi collationē subdistinguo, i. fideicommissum est vniuersale, & dictus fundus cum tota hæreditate fideicōmisso subiectus, tunc Iuspat. aquiritur vtrique .s. heredi, & fideicommissario, quia id vtriusq; cōmodum pecuniarium respicit, cum fundus sit cōmunis, Mazlob. prælud. 7. dub. 12.

2. Si fideicommissum est particulare de dicto fundo, & non de tota hæreditate, quo casu hæres non subtrahit quartam, vel si sit vniuersale habet quartam, tantum ex alijs rebus tunc Iusp. in totum fideicomissario aquiritur, cū fundus cōcernat eius comodum pecuniarium, Barb. in Collect. cap. 1. de Iurep. num. 10.

Declaro ad Iusp. requiri actualem possessionis apprahensionē, quia sicut nō hæreditatis, ita nec Iusp. possessio transfertur sine appræhensio-

hensione, h cũ hæres ff. de aquir. poss. Seraph *decis.* 1295. stante tamen statuto, vt hic Brittonorij, vt hæreditas continuetur sine noua apprehensione, etiam de iure patr. intelligitur. Rota corã Lod. *Albert. Parochialis* 27. *Iunij* 1605.

4. *Vsufructu* Vniuersali, vel totius hęreditatis vel vniuersæ rei super qua est Iuspat. ideo vxor relicta vsufructuaria vniuersalis, iuspræsentandi, habet quia æquipollet hęredi vniuersali, *l. fin. ff. vsufr.* Immò excludit hæredẽ proprietarium, Guid. Papa *decis.* 340. Ric. 1. *p. resol.* 162. *num.* 6.

Et superiorib⁹ oritur dubitatio pulcra; *An quando vocatus est ad Iusp. Primogenitus, filius dicti primogeniti, excludat Patruum i. fratrem eiusdem primogeniti.*

Distinguo i. si nomine primogeniti intelligatur tãtum, qui primo est natus excludit, quia vi repræsentationis filius primogeniti dicitur primogenitus, *cap. quæritur* § *apponitur.* 22. *q.* 2. Si verò intelligitur proximior in gradu, non excludit; quia Patruus est proximior, ideo præfertur, & hac distinctione conciliantur DD. dissentientes per Ric. *resol.* 194.

5. *Legato* requiritur tamen Episcopi consensus, si ligetur layco, & cum distinctione, vt dictum est de donatione, donec dictus consensus accedat, Iuspat. est pęnes hęredem, *Azor l. c. cap.* 20. *q.* 10.

Declaro modos aquirendi *Iuspatr.* titulo vniuersali, & titulo particulari, tam inter viuos, quã causa mortis, differre; quia si titulo vniuersali in stirpes, si particulari in capita competit, Rot. coram *Penia Regen.* 13. *Nouẽbris* 1601.

DE 4. in iurepatr. aquisito tres interueniunt personæ, s. Patronus

D præsentans, Clericus præsentatus,

D ordinarius instituens.

Ex parte Patroni. quinq; requiruntur. 1. vt habeat ius præsentandi aliquo ex modis in superiori parte recensitis, illudq; haberi possũt capaces, non incapaces. Si plures sunt Patroni, præfertur præsentatus à maiori parte, *cap. quoniam, vbi Gloss. in maioribus de Iurep.* Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 117.

Modo declarato super 2. *Si sint æquales*, distinguo i. *si æquales sunt quo ad numerum*; sed inæquales quo ad merita, præfertur, qui maioribus iuuatur meritis; ideò ex parte Patroni præfertur præsentatus à masculo ei, qui à fœmina, & si omnes sint masculi præfertur præsentatus á magis benemerito de Ecclesia, *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 21. *q.* 19. ex parte vero præsentati præfertur senior iuueni, Rot. *diuers. decis.* 122. *p.* 1. Ciuis extero. Rot. *l. c. decis.* 229. cæteris sẽper paribus. 2. *Si sunt æquales* ad numerum, & ad merita, & identitatẽ, tunc Episcopus habet gratificationem, i. poterit vnum quẽ maluerit instituere, *cap. cum autẽ* vbi DD. *de Iusp.* Ità quod à gratifica-

tificatione non liceat appellare, vt fuiſſe in Rota Rom. deciſum, teſtatur Fuſch. de *viſit.lib.2.cap.10.num.3.* Neque poſſeſſio vigore gratificationis rapta dicitur attentata, Lancellot. *de attent.p.2.cap.4.num.155.*

Declaro Ius præſentandi non diuidi per libram ſeu vncias, ſed quādo competit pluribus ſtipetibus, & in quolibet ſtipete ſunt plures, tunc qui habet maiorem partem ab vno ſtipite deſcendētium dicitur habere ſuffragium iuris, & vocem illius ſtipitis, & ſi à minori tantum parte illius ſtipitis præſētaretur, non diceretur habere illius ſtipitis ſuffragiū, quia minor pars abſorbetur à maiori, Rot. coram Gypſio Portuen. *beneficij 19. Ianuarij 1583.* Lambert. *lib.2.p.3.art.7.q.4.in fi.*

Sed qui nam dicuntur Iuriſp. capaces, & qui nam incapaces? Reſp. Capaces quoslibet Chriſtianos niſi prohibeantur, *cap. pia mentis, & cap. Fulgentius 16.q.7.* ſingillatim ſūt hi. 1. filij legitimi, & naturales, maſculi, & etiam fœminæ puberes, non ſolum ex fundatione & donatione, Abb. *cap.fin.de cōceſſ. præb.* ſed etiam ex ſucceſſione Iuſp. n. relictum hæredibus cadit etiam in ſororem cum alijs filijs hęredibus DD. *Clem. 2. de Iurep.* Soror enim venit nomine fratris *l. fratres C. de inoff. teſt. &* relictū illis de domo, genere, & parentela competit etiam nuptis, Ric. *p. 1. reſol. 158.* ſi tamen ſtatutum excludat fœminas à ſucceſſione, excludit etiā à Iurepat. tribus concurentibus. 1. ſit ſit dotata. 2. ſi viuat frater. 3. ab inteſtato alias non excluditur, Ric. *reſol. 128.* 2. Impuberes, & pupilli, quando tamen ſunt infantes, non ipſi ſed tutor præſentat, ſi maior ſeptennio vterq; poteſt præſentare, ſed præſentatus à pupillo præfertur præſentato à tutore; quia apud pupillum eſt Iuſp. & ſicut poteſt ſponſalia contrahere, ita præſentare, *Azor. 2.p. lib.6. cap.22. qu. 14. & 15.* 3. *Moniales*, & monachi etiam poſt profeſſionem; quia iuſpat. tranſit in monaſterium, vid. Sanchez in *præcep. decalog. lib.7.cap.14.num.7.* vbi plures allegat dummodo monaſterium ſit capax bonorū, quia tunc monachus non dicitur mortuus mundo, ſed retinet habitu & actu iura ſanguinis nobilitatis, & proximitatis, ad effectum ſuccedendi, ac ſi non eſſet religioſus, *cap. vlt. 18.qu.2.* Lap. *alleg. 101. nu. 1.* Rot. *Aſſiſien. hæred. 1. Iunij 1007.* coram Marquemantio; quando autem ſtatutum excludit fœminas à ſucceſſione, *An ſint moniales excluſæ à Iurepat.?* Diſtinguo duplex eſt Iuſp. ſ. hæreditarium, & gentilitium, ſeu familiare, i. eſt in quo perſonæ vocātur, vt hæredes. 2. in quo vocātur vti agnate, & de genere, & familia; in primo ſunt excluſæ, ſicut quando ro-

nuntiarunt omni iuri hæreditario, etiam quod statutum non adesset; in 2. non sunt exclusæ, quia retinent iura agnationis, & in hoc succeditur in capita, non in stirpes Rot. Recent. decis. 251. p. 1. & non habetur puerorum, & mulierum ratio latè Rot. corā Coccin. Lucana Iurisp. 21. Aprilis 1621. Idem de nuptis, nisi sint exclusæ in specie Molin. de Iust. & Iur. tom. 3. d. 627. num. 13. De hereditario sequetur distinctio data ibi *si relictū sit hæredibus supra.*

In Gentilitio autē tam nuptæ, quā moniales ius præsentandi habent etiam post renunciationem, quia etiam post retinent iura agnationis, & familiæ vt dictum est.

4. *Legitimi tantum vt adoptiui*, qui non sunt capaces Iurisp. hæreditarij, quando de Iure Ciuili ad illius hæreditatem succedunt; sed in Gentilitio, tunc essent capaces, quando de consensu omnium de parentela fuisset facta adoptio; sicut idem dicendum est, quando quis fuisset ad aliquam familiam assumptus alias cum vere non sit de parentela; vno tātum discrepante, non fiunt capaces Iurisp. Lamb. *lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 11. num. 12. §. si verò, & n. 13.*

5. *Naturales tantum* cū hac distinctione; si ex fundatione apparet illos esse capaces, vel incapaces, illa seruanda est, si non apparet, sed ex coniecturis colligi debet; subdistinguo, si Iusp. factum fauore Agnationis, & familiæ non cēsētur capaces illegittimi, quia non dicuntur de familia, Gab. *cons. 195. num. 5. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 82.* alias si fundator vocauit Patronos per verba naturalia absq; mentione legittimitatis, & constat non abhorruisse illegittimos, tunc admittuntur in defectum legittimorū, quia non est absurdum, vt in dicto casu potius transferatur ad illegitimos, quam ad extraneos, *Menoch. cons. 285. num. 14. lib. 3.* Lamb. *lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 32.* Procedit de naturalibus idest natis ex soluta, quia spurij .i. nati ex coitu damnato, vt adulterio, incestu, & sacrilegio non succedūt; Naturales autem vltra prædicta sunt capaces vt in seq. decl. etiam dicitur.

Declaro, si naturales, & spurij sunt à Principe legitimati, vt ad successiones admittantur, sunt etiam iurisp. capaces. si non sunt legittimati, sunt capaces 1. Legato, Donatione, vel alio contractu cū requisitis positis in superiori parte. 2. si ab extraneo fiant hæredes, vbi sit Iusp. 3. fundatione & dotatione, quia licet Iusp. sit honorificum vt not. DD. in *Rub.* eo. tamen fauore Ecclesiarum inductum est, vt homines non retrahantur à fundatione, ædificatione, & dotatione, hoc modo etiam Meretrices admittuntur, & intelligitur, *cap. pia mentis* 16. q. 7.

quæst. 7. Azor. l. c. qu. 15.

6. Maritus. cum declaratione in superiori parte ibi Dote &c. X.

7. Tandem extraneus. non solum quãdo in limine fundationis fuit admissus, tunc, n. non ambigitur, sed etiam post dummodo bona fide putans esse Patronum fuerit pro tali admissus, & facta fuit Institutio nullo reclamante; quia vno contradicente nõ posset admitti, nam talis contradictio est appellatio extraiudicialis, Lab. p. 2. lib. 2. q. 2. art. 16. & 21. vt dictum est in superiori parte de de quasi possessione.

Incapaces sunt. 1. Iudei, & Infideles, Gloss. dicto cap. pia mentis.

2. Heretici, & si ad illos successione deueniret, deuoluitur ad Fiscum, cui omnia eorum bona incorporantur, cap. cum secundum leges de hæreti. in 6.

3. Excomunicati maiori excõmunicatione vitãdi cum hac distinctione; Quod habebat non amittit de nouo, non debet admitti. Admissus aquirit quo ad ius, sed caret vsu, donec sic permanserit; Abb. cap. nobis de Iurep. Idem de suspecto, & interdicto.

2. Requiritur vt præsentet præsentem; adeo quod præsentatio de clerico absente est nulla, cum debeat examinari; Trid. sess. 24. cap. 18. de ref. & sess. 7. cap. 13. de ref. nisi aliter præsentatus notus sit institutori; Ric. 1. p. resol. 139. & 141. Procedet per viam præsentationis, non per viam nominationis; Præsentatio, & nominatio largo confunduntur, ait Azor. l. c. cap. 19. in prin. sed strictè differunt, quia præsentatio est cum præsentatus personaliter sistitur coram ordinario ab eo Institutionem accepturus, & hæc solum de clerico, & præsente fieri potest; Nominatio est cum indicatur nomẽ præsentãdi institutori, & hæc potest fieri de absente, & non clerico. Ric. l. c. resol. 140.

3. Requiritur vt præsentet inf. 4. vel 6. menses vt dictum est in principio huius Capitoli.

Sed an Episcopus possit terminum prorogare? Distinguo 1. in sui præiudicium potest, .s. vt nõ excedat tempus, in quo tenetur prouidere, quia potest iure suo preiudicare. 2. in aliorum præiudicium non potest, .s. vltra tempus sibi concessum ad prouidendum, quia adesset superioris præiudicium, cui deuoluitur, Ric. 1. p. resol. 195.

Quid si ad Episcopum spectaret præsentatio? Aliqui dicunt quod siue ad alium inferiorem, vel adæqualem vel superiorem spectat institutio, tunc Episcopus præsentat intra legittima tempora, sed eius præsentatio est etiam approbatio, qa etiam si in aliena Diœcesi instituantur, sufficit, si testimonio sui ordinarij approbentur; Abb. ca. significasti de Iurepat. qui hoc dicit esse priuilegium Episcoporum?

Alij

Alij dicunt ab ordinario Institut. esse faciendam approbationem; quia Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* statuit præsentatos à quibusuis Ecclesiasticis personis debere à locorum ordinarij, approbari; qui melius scit, quæ idoneitas sit necessaria in eo loco; *Azor. l. c. cap.* 22. *q. vlt.*

Ego distinguo si institutio facienda sit ab inferiore in Diœcesi dicti Episcopi, e. g. ab Archidiacono, tunc Episcopi præsentatio sine dubio est approbatio, cum sit ipsius approbare clericos suç ditionis *c. vlt. de cler. pereg.* si verò ab alio ordinario de æquitate pôt, Abb. sententia procedere, sed de rigore non, procedit si inferior non haberet iurisdictionem Episcopalem, quia tunc ille inferior est ordinarius, & examinabit, & quādo non habet Iurisdictionem Episcopus non præsentabit; sed etiam examinabit, quia examen pro forma requiritur Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. *& infra OO.*

4. *Requiritur, vt dignum* præsentet, alias deuoluitur ad ordinarium, vt patet *infra cap.* 9. *P.* Quis dicatur dignus, & an teneatur præsentare digniorem, vide *d. cap.* 9. *num.* 3. *& ad finem.* Hic voto indignum posse præsentari sub conditione obtinendi dispensatione; Rota coram Seraph. *Firman. altaris Sancti Lodouici* 4. *Martij* 1596.

5. Vt seruentur conditiones, & forma fundationis, quod requiritur ex parte etiam præsentati, & institutoris.

Sex. n. posita in fundatione inducit formam, cuius omissio vitiat actum, & annullat; *cap. quęritur* §. *Episcopum* 21. *qu.* 2. Seraph. *decis.* 270. & alias apud Ric. 1. *p. resol.* 157.

Potest. n. fundator conditiones apponere cum Episcopi consensu, e. g. quod præsentatus sit actu Sacerdos, per se celebret, in tali Ecclesia, resideat, sit de tali familia, & huiusmodi; Item Rectores futuros designare, vt quod post mortem vnius, talis instituatur, & tandem etiam si conditiones sint contra ius comune, cogitur Diœcesanus consentire, vt quod quis possit se ipsum præsentare, &c. Lamb. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 1. *art.* 10. *Felin. cap. cum venerabilis de except.*

Declaro 1. ex causa permitti, vt pro vna vice recedatur à forma fundationis cum consensu Patroni; Ideo Caputaq; *decis.* 564. *p.* 1. *d.* præsentationem per duos factam ex tribus tenere, licet fundator caueat non tenere nisi à tribus fiat, Seraph. *decis.* 871. Ric. *l. c.*

Declaro 2. quod si in fundatione præcipiatur fieri præsentationem de *Sacerdote proximiori; alias de Clerico,* non tenetur Patronus expetare tempus datum ad præsetandum intra quod Clericus proximior potest fieri Sacerdos, sed tenet de remotiori etiamsi postea proximior sit Sacerdos tempore insti-

Institutionis Seraph. *decis.* 469. sicut vocalis non tenetur expectare alium etiam si intra tempus possit fieri vocalis, Glosſ. *in Clem. 2. de eta. & qual.*

Declaro 3. Iuspat. dici indiuiduum & diuiduum diuerso respectu; Indiuiduum quoad substantiam, ideo inter plures hæredes non diuiditur iuxta portiones hæreditarias, sed æqualiter, quia deuoluitur ad heredes, non vti hæredes, sed quia heredes, Barb. *collect. super cap. 1. de Iurep. nu. 3. vbi plures.* Diuiduū quo ad exercitium, quia possunt pacisci de præsentādo alterius iuribus etiam sine Ordinarij consensu. Clem. plures *de Iurep.* Barbos. *l. c. num. 14.*

Ex parte præsentati quinque requiruntur, 1. vt sit Clericus, alias pr̄sentatio est nulla, nec sufficit delatio habit⁹, & cōmunis reputatio Felin. *cap. cum adeo de rescrip. nu. 2.* Tusch. *lit. B. concl.* 56. *nu.* 4. Procedit quādo fit præsentatio, quia layci sunt incapaces spiritualiū, *cap. causam de prascrip. cum concor.* Sed tempore nominationis etiam laycus poterit nominari Rot. apud Ric. 1. *p. resol.* 140. & ita intelligitur, Rot. *Molen. Iurisp.* 1584. 19. *Nouembris* coram Orano. *S.* proxime clericandum posse præsentari per viam nominationis.

2. *Vt habeat ordinem*; & alia requisita à fundatione præscripta; quia à forma fundationis non potest recedi vt supra GG.

Sed an debeat esse actu Sacerdos; Resp. non nisi ità fundator disponat, neq; ex eo solum colligitur, quod iubeat cellebrare, quia pōt per aliū; Rota corā Pamph. *Romana Capellania* 23. *Ianuarij* 1589. relata per Ric. 1. *p. resol.* 184. Sed exprimi debet aliter in dubio p̄sumitur requiri, Rot. coram Pāphil. 24. *Ianuarij* 1589. apud Ric. *l. c.*

Declaro 1. Papam posse derogare qualitate Sacerdotali in fūdatione adiectæ, sed requiruntur clausulæ speciales, Rot. *decis.* 41. *de conceſſ. praben. in antiq.* Immo sufficit cōsensus ordinarij, & Patronorum pro vna vice Crescent. *decis.* 7. *de Iurep.*

Declaro 2. dictam qnalitatem cognosci, 1. per verba fundationis. 2. per obseruantiam subsecutā; Surd. *decis.* 129. *num.* 19. Lamb. *lib. 2. p. 1. q. 7. art.* 30. *num.* 21.

Declaro 3. quod nominatus coram ordinario potest esse laycus, dumodo in actuali præsentatione sit Clericus, Rot. coram Pegna *Burgen. Abbatia* 1588.

3. *Vt sit diuersus à Præsentante*; quia nemo potest se ipsum præsentare *cap. per nostras de Iurep.* quod intelligitur verè non iuris fictura; ideo licet pater censeatur in iure eadem persona cum filio, tamen Pater potest filium præsentare, & e contra, quia verè sunt diuersæ, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 21. *qu.* 2.

In

vltra semestre, *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *c.* 22. *qu.* 13.

Sed quia presentatio est quædam electio, sicut in *c. quam sit de elect. in* 6. disponitur electo dari tempus mensis ad consentiendum, & trium ad obtinendam confirmationem, ità præsentatus intra idē tempus debet petere institutionem, *Lap. alleg.* 8. Cald. *conf.* 17. *de Iurep.* De iure nouo debet p̄sentatus intra duos menses institutionem petere, & institui a die præsentationis, aliàs fit deuolutio vel ad metropolitanum, vel ad Sanctam Sedem, vel ad ordinariū viciniorem, quem maluerint Patroni adire, ex Const. Pij V. *in conferendis* §. *Insuper. circa finem.*

Cum hac tamen distinctione, 1. *si Patroni* petierunt præsentatum institui, tunc non secuta institutione ex causa rationabili, vt quia non fuit in examine approbatus, vel alia iusta de causa sine Patronorum culpa, vt quia cessit, vel decessit ante Institutionē ex Rot. *decis.* 8. *de Iurep. in nou.* poterunt in aliud integrum tempus præsētare, & nulla fit deuolutio; Seraph. *decis.* 1005. sufficit. n. per Patronos factam fuisse validam præsentationem, & in tempore Seraph. *decis.* 1238. Immo non cogūtur Patroni petere institutionem. Rot. *decis.* 212. *de Iurepatr. in non.*

2. *Si verò* nec præsentatus, nec Patroni petant institutionem sine causa rationabili, & nō sequatur institutio tunc fit deuolutio de directo ad Sanctam Sedem.

3. *Si petita* fuit institutio; sed ordinarius neglexit intra duos menses conferre, tunc datur optio Patronis, & præsentatis adeundi metropolitanum, vel S. Sedem, vel ordinarium viciniorem, iuxta Const. Pij V. citatam.

Ex parte superioris instituētis quinque requiruntur, 1. *Auctoritas*, quia si fieret præsentatio coram non habente auctoritatem instituendi, non daret ius præsentato, nam esset deffectus in forma, Gloss. *Clem. dudum u. præsentari de sepul.* Lamb. *de Iurep. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 4. *art.* 1.

Declaro 1. quod si Patronus iusto errore præsentaret coram ordinario, cum deberet coram inferiore, ad quē in iure vel consuetudine, vel priuilegio spectat institutio, poterit post lapsum tēpus, detecto errore, præsentare corā habente auctoritatem, quia intentio Patroni est in iure fundata, *cap. omnes basilicæ* 16. *q.* 7. & nemo tenetur scire ius priuatorum *cap. porro de priuil.* Secus è contra, Lamb. *l.* 1. *q.* 1. *art.* 24. nisi inferior esset in quasi possessione instituendi.

Declaro 2. quod si esset locus præuentioni in collatione inter ordinarium, & inferiorem, tunc inferior ad tuendum ius suæ præuentionis, declaret coram Notario

habita scientia vacationis se velle conferre, & roget Episcopum vt proponat ædictum, si esset Parochialis libera, & ità Sac. Cong. declarasse testatur *Thes. for. Eccl. cap.* 18. *num.* 51.

Sed quis habet instituendi aũtem. Resp. Papa, Episcopus Legatus, & inferiores. Primo *Papa* potest semper cõferre si velit, & ordinarium præuenire, sed solus Papa dat *Institutionem* in toto orbe, 1. in renuntiationibus ad fauorẽ, quia si fieret in manibus ordinarij est nulla, & simoniaca Gloss. *cap. ex parte n. dimittere de off. de leg.* Si tamen resignans moreretur intra 20. dies à die prestiti cõsensus, nisi moriatur in Curia, & locis vicinis resignatio, & Papæ Collatio annullantur, & Beneficium cẽsetur vacare per obitum, & id intelligitur de omnibus beneficijs, Kocchier. *reg. de* 20, *num.* 21.

2. Si fiat renunciatio simplex in manibus Papæ, vel ad fauorem in manibus ordinarij, & admittatur, si est iuspat. Ecclesiasticũ reseruantur Papæ, quia dicitur vacare apud Sedem Simonet. *de reser. q* 28 *num.* 1. Secus si sit laycale, quia non ca lit sub aliqua reseruatione, Seraph. *decis.* 1334.

3. In permutationibus absq; consensu Patronorum factis in manibus Papæ si fit de iurepat. Ecclesiastico, quia dicitur vacare apud sedem, secus de laycali, vel mixto, Seraph. *decis.* 1334. sed in manibus ordinarij fieri possunt, si pure fiant, & si cõsensus Patronorum intercedat, & tunc Collatio fieri nequit nisi permutantib. Clem. 1. de re permut. Sed si dictus consensus absit, tenet renũtiatio in damnum renuntiantis, sed non Patroni, qui poterit liberè quem voluerit præsentare, ac si vacaret per simplicem resignationem, Kocchier. *de permut. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 5.

4. Si vacarent per priuationem factam de mandato Apostolico, & cum declarationibus, *infra cap.* 10. *num.* 13. X.

Declaro quod *Iusp.* mixtum nõ regulatur, vt semper magis dignum trahat minus dignum, & ità semper iudicetur Ecclesiasticum, sed distinguendum est. 1. Tunc iudicandum ecclesiasticum, quando ex tali denominatione resultat commodum Ecclesiæ, & ità, sicut supra in hoc cap. 6. diximus, vbi tantum vnus Patronus est Ecclesiasticus, etiã pluribus laycis cõpatronis datur tempus sex mensium ad præsentandum. 2. quando resultat damnum, qualitas laycalis attenditur, & ideo in terminis reseruationis, vt laycale regulariter Felin. *tract. quand. lit. Apost. noceant Patronis n.* 6. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 278. *& seq.* vbi decl. Sac. Cong. Seraph. *d. decis.* 1334. *num.* 7. Procedet 1. quando layci habent maiorem, vel

vel saltem æqualem partem, ne laycus propter clericum perdat priuilegiũ ęquum .n. est, ne quis ratione societatis patiatur damnum, *Lap. alleg.* 96. Seraph. *decis.* 1232. 1263. & 719.

5. Quando sunt laycalia ex fundatione, vel dotatione; quia si esset ex priuilegio, vel augmento etiam tertię partis, aut ex consuetudine, vel præscriptione, cadunt sub reseruationibus, & reg. de mensibus. Rot. coram Crescent. *decis.* 3. *de Iurep.* sicut cadunt Patronata Ecclesiastica, & mixta, vbi plures sũt Ecclesiastici Gõz. reg. *de mensibus Gloss.* 18. *num.* 6. & 18. *cum seqq.*

5. Solus Papa instituit si vacarent per obitum in Curia, vel locis vicinis, tunc Papa consueuit derogare etiam in totum, licet sint de Iurep. laycali, & multo magis Ecclesiastico, & mixto Staphil. *de lit. gra. in rub. de iurep. pręrog.* vide supra *diuis.* 11. *cap.* 1.

Modo addo quod in vacatione iuris patronatus laycalis in Curia maximè per obitum, si ordinarius institueret ante Papæ collationẽ, vel post; sed præcessit Patroni pſẽtatio Papali collationi, teneret ordinarij institutio, Seraph. *decis.* 1263. Cancellaria tamen Apost. hodie solet datare supplicationes sub die obitus, licet post aliquot menses Bullę expediantur; Ad excludẽdum prouisum de Beneficio sub prætextu, quod sit de iurepat. vbi noto nõ sufficere præsentationem existentium in quasi possessione; sed requiritur plenam probationem, quod sit ex fundatione, vel dotatione, Rot. coram Litta *Valentina* 4. *Iunij* 1602. & *p.* 1. *recent. decis.* 222. & 224.

6. Solus Papa instituit ratione alternatiuæ, vt dicetur infra reg. 5.

7. In casibus deuolutionis ad prædictam Sedem de quibus infra cap. 9. P.

Deinde *Episcopus* dat institutionem iurispat. in sua Diæcesi nisi obstet aliqua reseruatio. Ideo instituit in vacatione per obitum, in permutationibus, & in simplici resignatione semper pręcedente Patronorum præsentatione, excepto casu deuolutionis de qua infra cap. 9.

Immo etiam Vicarius Generalis licet ei specialiter non demandetur, *cap. ex frequentibus vbi Gloss. de Inst.* quia Generali Vicario vniuersitas iurisdictionis committitur, nisi ius quid excipiat; excipit collationem, quia est voluntatis, non institutionẽ, quia est necessitatis, eadem ratione potest Capitulum Sede vacante dare institutionem, *cap.* 1. *de Inst. in* 6. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *qu.* 3.

Pręterea *Legati* de latere dant institutionem, quia possunt in Prouincia, quod Episcopus in Diœcesi, sed videtur illis hodie adempta potestas circa beneficia, *Tandem inferior* potest instituere, 1. si ha-

beret ordinariam iurisdictionem vt aliqui Abbates; 2. ex priuilegio Apostolico spāli 3. ex concessione Episcopi, vt si fundator faciat iuspat. ea lege vt institutio fiat. e. g. per Archipresbyterorum, & Episcopus consentiat, vel idem Episcopus ea lege fundaret Azor. loc. cit. 4. Ex consuetudine, vel præscriptione, Lambert. *p. 3. lib. 2. q. 1. & 10.* & sic posse competere etiā regularis in Ecclesijs sibi plene iure subiectis putat Barbos. ad Trid. sess. 13. cap. 11. num. 20.

Declaro prædicta procedere in benefitijs minoribus, nam maiora, etiam Patronata, semper solus Papa confert, vt sunt Cathedrales, principales in Collegiatos, Maiores post Pontificales, Abbatiæ, & aliæ exemptæ; nam iuspat. cadit in omne benefitium, præter Romanam Ecclesiam, Papatū, & Cardinalatum; inuictissimus n. Hyspaniarum Rex habet in multis Cathedralibus nominationem Io. Delphin. de *Iurep. num. 44. & 96.*

2. Requiritur ædictum generale ad formam *cap. de elect. in 6.* quod licèt loquatur de electione procedit etiam de præsentatione Lap. *alleg. 8. num. 5* Caputaq, decis. 95. p. 2. Huius ommissio parit nullitatem institutionis, siue adsit concordia, siue discordia Patronorum. *Franc. d. cap. fin. num. 9.* vbi addit non valere institutionē sine generali ædicto, licet vnus oppositor compareret; quia est de substantia, Caputaq; *l. c. & p. 2. decis.* 128. Immo tot debent apponi ædicta, quot fiunt præsentationes, Lamb. *lib. 2. p. 2. q. 6. art. 9.* etiam si sciatur nullum adesse compatronum; Immo ædictum requiritur etiamsi Episcopus debeat præsentare, & instituere. Massob. *req. 10. dub. 1. num. 9.*

Declaro 1. duo concurrere debere in ædicto, i. vt contineat terminum peremptorium, aliàs institutio inficiaretur, & ex ea non acquireretur vlla quasi possessio, Rota coram Sacrato *Gē. de benefi-cij die 2. Decembris* 1605.

2. *Lapsus* termini ædicti alias constit. terminum non fuisse lapsum, institutio nulla esset; Ric. *1. p. resol.* 144. E contra non contradicens in dicto termino non auditur; *l. si eo tempore C. de remis. pig.* Lamb. *l. c. art. 16.*

Declaro 2. in duobus casibus præter ædicta generalia requiri specialē citationem, 1. si vnus oppositor appareat, *cap. fin. de elect. in 6.* Vel detur scientia compatronitatis in alio vel pluribus, quia omnes sūt citandi, & si vnus tantum ommittatur, institutio vitiatur in totum quoad omnes, *Io. And. d. cap. fin.* Lamb. *l. c. art. 20.* quia dicitur Clandestina institutio, quæ vitiat in totum, Lamb. *p. 1 lib. 2. quæst. 3. art. 21. num. 4.* 2. Quādo cognoscēdum est de iurepat. quia tunc citan-

citandus est Procurator Curiæ Episcopalis, Seraph. *decis.* 1305. *num.* 7.

Declaro 3. in duobus casibus omitti ędicta 1. in prouisionibus Apostolicis, quia vnico actu habent validam electionem, & confirmationem, & non proceditur per viã confirmationis, sed ratione reseruationis, Lãb. *lib.* 2. *q.* 6. *p.* 2. *ar.* 3. 2. vbi talis esset consuetudo, quæ seruanda est, Bellam. decis 610.

3. Requiritur examen, Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. *& sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* nã

O licet in beneficijs simplicibus.

O Sac. Cong. declarãte super Trid. *sess.* 7. *cap.* 17. *de ref.* non requiratur examen, siue conferantur ab ordinario, siue ab inferiori; hoc verum est de liberis; quia sunt liberę Collationis; non in iurep. etiam si præsentatio spectaret ad Episcopum ratione Episcopatus, & institutio ad inferiorem, aliàs institutio esset nulla. Trid. *d. cap.* 9. & ibi Sac. Cong. *vers. ad hac*, & induceretur reseruatio primę regulæ Cãcellariæ, Massob. prælud. 7. *dub.* 21. *num.* 99. nota tamen sequentem declarationem.

Ampliatur, vt hic examen requiratur, etiam si præsentatus fuit aliàs ad Curatum approbatus Garz. *p.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. quia Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. examen præcipit, & ibi p forma præcipi resoluit Rota in Calagucitana semper corã Clem. 7. *Maij* 1884. & coram Comitul. 5. *Decemb.* 1588.

Sed quomodo cõcordabimus duas diuersas regulas, quarum vna est quod semel approbatus non debet amplius examinari, saltem ad ęquale e. g. Canonicus ad alium Canonicatum & c ex *cap. accipimus de ata. & qualit.* sępius a Rot. canonizato. Seraph. *decis.* 1323. Caputaq; *p.* 2. *decis.* 367. Altero vero est, quod præsentati non instituantur, nisi præuio examine Ordinarij approbentur ex Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. vbi Sac. Cong. teste Gonz. *ad reg.* 8. quæ hodie *est* 9. Gloss. 34. *num.* 74. statuit quod cæptus beneficiarij, in quolibet ascensu examinetur? Resp. distinguendum esse. Si examen nõ requiritur pro forma, tunc semel approbatus non debet iterũ examinari ad simile, sicut etiam prouisum de beneficio annexum sacrum ordinem habente non deberi examinari ad suscipiendum eundem ordinem tenet Homob. *de exam. p.* 1. *tract.* 2. *q.* 35. *in fin.* sic etiã Subdiaconus ordinatus pro Canonicatu subdiaconali nõ examinatur, licet Bulla sit in forma dignum cum clausula *si per examẽ & c*, secus si esset in minoribus, vel in ordine minori, quam Canonicatus requirit. Garz. *p.* 6 *cap.* 2. *num.* 234. Si vero examen requiritur pro forma, tunc etiam Doctor, & alius approbatus debet examinari, Seraph. l. c. vt est in iurepatr. per ea quæ diximus in principio huius req.

Decla-

Declaro 1. quod in tribus casibus omittitur examen in iurepatr. 1. in præsentatis à Collegijs studiorum; quia præsumuntur idonei. 2. quando prohibuisset fundator, qui potest etiam conditiones ponere etiam contra ius cōmune, vt supra GG. 3. quando ad eundem Episcopum spectat præsentatio, & institutio; quia p̄sentando videtur approbare tutius tamen est examinare cum à Trid. *l. c.* requiratur pro forma. Additur 4. notorie idoneum Episcopo notum posse sine examine institui *cap. qui Episcopus d. 23. vbi* Gloss. Sa. 71. *examen.* Garz. *p. 4. c. 1. n. 1.*

Declaro 2. neminem posse examen vitare remedio appellationis; qa ad effectum vitandi examen non datur appellatio Trid. l. c. Garz. *p. 9. cap. 2. num.* 242. Gonzal. *Glos. 9. §. 1. num.* 184. Nō tollitur tamen per hoc appellatio à mala relatione, & grauamine, ac reprobatione examinatorum Gonzal. *l. c. num.* 180. Rot. *diuers. p. 2. decisio* Greg. XV. *decis.* 515. *&* 5316.

At duę remanēt difficultates 1. *quādo dicatur examen requiri pro forma? 2. An regula illa quod semel examinatus non debeat amplius examinari recipiat aliquas modificationes.*

Ad 1. Resp. quando oppositum est decretum irritās, vel clausula annullatiua: nam hæc inducit formam Ita Sac. Cong. Azeued. *cōs. 9. num. 3.* & fit quadrupliciter 1. in concursu Parochialium, Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* & quomodo in Parochialibus de Iurepatronatus vide *p. 2. cap. 1. cond. 4. D.*

2. In benefitijs Iurispatronatus, vt dictum est supra. Addo hic quod quando institutio spectat ad inferiorem, tunc etiam examen debet fieri ab Ordinario, & non ab inferiori institutore. Trid. *sess. 25. cap. 9. de ref. vers. ad hac* sub pœna nullitatis ex Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 3. num.* 15. Ego supra FF. excepi quando inferiores non haberent ordinariam iurisdictionem, sed etiam speciales exceptiones requirit Barb. ad *c. 3.* Trid. *sess. 7.*

3. In prouisionibus, quę per essecutorem prouiso in forma dignum antequam .n. examinetur collatio est nulla, Rot. *l. c. coram Pamphil.* Garz. *p. 6. cap. 2. num. 266.* cum declaratione tamen, quæ datur infra *c. 6. req. vlt. decl. 1 EE.*

4. Si fundator ità in fundatione, iuberet. procedit etiam si vnus tantum fuit præsentatus, quia debet examinari, & si idoneus non sit repelli. Trid. d. cap. 9. Quando fiat concursus, vide infra *par. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 4. D.*

Ad 2. Resp. Tres 1. quando examē requiritur pro forma. 2. quādo prouisio non est beneficij æqualis, sed maioris potissimū qualificati, vt de dignitate etiam sine cura, vel de canonicatu, in quibus requiritur industria, vel consiliū,

Lamb.

Lamb. *lib.2.p.1.q.10. art.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt. 91. num.* 21 3. etiam ad simile si in priori examine minus aptè respondit, aut scitur se post primū negligenter se gessisse in studio, vt temporibus nostris, vt plurimum accidere solet. Barb. *alleg.60.nu. 90. de potestate Episcopi post.* Azor. *2.p.lib.6. cap.6.q.9.*

Si plures sunt ab examinatoribus approbati quis institui debet. Disting. si P post præsentationem examē fiat, P quem Episcopus maluerit *cap. cū autem de Iurepatr.* Azor. *2.p. lib.6. cap. 22. q.15.* Sed si ante præsentationem, quam voluerit Patronus.

4. *Requiritur Institutio*; quam dare Episcopo recusāte potest appellare *cap. Pastoralis & cap. fin. de Iurep.* & Episcopus tenetur eam admittere Gloss. *d. cap. Pastoralis* dummodo sine causa legittima instituere recuset; secus si cum causa e. g. quia est persona indigna, Rot. *decis. 5. in nou. de Iurep.*

Declaro non solum institutionē; sed etiam possessionem Iudicis ministerio dandam esse, alias propria auctoritate, vel illegittima eam capiens fit intrusus, & amittit omne ius, quod habebat ex institutione, vel collatione valida, & inducitur noua vacatio, & in hoc procurator præiudicat suo principali, nam ignorantia non præsumitur in actu, quem quis debuit præuidere. Staphil. *in rub. quib. mod. expirent lit. ad benef. §. gratia semel extincta num. 8. & 9.* Requiritur, vt possessio sit plena, vt infra. *p.2. cap.1. cond.3. §. sine delicto num.27.* Procedit 1. etiam si primus estiniustus detentor & intrusus, quia non debet amoueri, nisi causa cognita constet de meliori iure; Rot. *decis. 78. de re iudicata in antiq.* Greg. XV. *decis. 69. & cap. licet de preb. in 6.* & si talis vacatio fiat in mense Episcopi, vel sit de Iurep. laycorum, & alia non obstet reseruatio, poterit ordinarius conferre; *Lap. alleg. 127. num.3.* quia nō remanet affectum. Paris. *de resig. lib.1. q.14. num.16.* Procedit 2. etiam si per confessionem possessoris, vel aliás cōstaret de nō iure suc. Vestr. *lib. 5. cap. vlt. num.6.* Quod declarat Rot. coram Coccin. *Boriacen. benef. 27. Martij 1620.* quando suspicari potest ius, & defensionē possessori competere secus quādo notoriè constaret nullum ius ei conuenire. Roman. *cons.499.* Remedium autem, quando Procurator cæpit possessionem non expulso intruso esset, quod prouisus dimittat talem possessionem, & renuntiet ei coram Notario, & executore; quia tunc pænā euaderet. Staphil. *l.c.*

Declaro 2. quod licet institutio sit nulla, tamen non vitiat legittimā præsentationem, culpa .n. Episcopi non debet alijs nocere, Seraph. *decis. 1238.* e contra si presenta-

sentatio fuit nulla non tenet institutio Ancar. *cap. quā sit de elect. num.* 5. quia destructo fundamēto corruit ædificium.

5. *Requiritur tempus legittimum*; & hoc dupliciter. 1. quoad prorogationem; nam differens vltra duos menses instituere à die presentationis institutio esset nulla ex Bulla Pij V. *in cōferēdis* vide supra req. *GG.* 2. quoad alternatiuā & hic distinguo; 1. Si Patronatus est laycale ex fundatione, vel dotatione, vel mixtum cum prædominatione laycalitatis, non cadit sub reg. de mēsibus, sed quocunque mense Episcopus potest conferre, & Patroni Præsentare, Gōzal. *in d. reg.* Gloss. 18. *num.* 12. & 14. Seraph. *decis.* 1263. 2. Si Iuspatr. est Ecclesiasticum, vel mixtum cum prædominatione clericalitatis. 1. quod in maiori parte sit Ecclesiasticum, vel etiam laycale ex cōsuetudine, præscriptione, vel priuilegio, aut augmento dotis, tunc cadit sub reseruationibus, & cōsequenter sub reg. de mensibus, & per simplicem Papæ collationem cēsetur derogatum, etiam expressa derogatione non facta, Gonz. Glofs. 18. *num.* 6. & 7. quo casu duo sunt notanda.

1. Quod alternatiua nō nocet, neq; prodest Patronis, sed Episcopo, nam Patroni semper presentant in quatuor mensibus tantum .s. Martio, Iunio, Septembri, & Decembri, & si Episcopus non habet alternatiuam, in his dat institutionem, si habet in mēsibus Martij, & Septembris non dat institutionem, licèt Patroni presentent, sed Papa, quia menses isti per alternatiuam effecti sunt Apostolici. Sed si vacatio cōtingat in mēsibus Aprilis, & Augusti Episcopus instituit, absq; vlla Patronorum præsentatione, quia sicut Papa in illis libere confert, quando non adest alternatiua, ita Episcopus, quia id ei per alternatiuā cōceditur, Massob. *req.* 8. *dub.* 10. *num.* 15.

2. Quod inferiores Episcopi non gaudent alternatiua, nec Episcopi nisi verè resideant in toto mēse, vt diffuse probatur *infra cap.* 10. *num. vlt.* NN.

Additur 3. quod beneficia, quæ ab initio fuerunt de iurepatr. laycorum ex fundatione, vel dotatione si postea fiant Ecclesiastica per donationem Ecclesiæ cadunt sub reg. 8. Mensium Seraph. *decis.* 1420. Rot. coram Buratto *Forolinien. Capella* 16. *Martij* 1611. & coram Orano *Valent. benef.* 26. *Martij* 1572.

DE 5. Patronus in Ecclesia Patronata habet quodruplex ius, & sunt *Præsentatio, Honor, Deffensio, Alimenta.*

1. *Præsentatio*, Ideo regula est contempto Patrono nihil faciendum esse per ordinarium, quæ procedit quātum spectat ad præsentationem,

tionem, & Rectoris prouisionem, quare sine Patroni consensu Institutio est nulla, si fiat ab ordinario, immo et à Legato de Latere, nisi specialem haberet de hoc à Papa facultatem; Abb. *cap. dilectus de iurep.* Azor. *2. p. lib. 6. cap. 22. q. 9.* Item nulla est sine dicto consensu Permutatio, Renũtiatio, Vnio, & quælibet dispositio, vt pluribus testibus, & Rot. decis. probat, Ric. *1. p. resol.* 154. 168. 192. Conualidatur primò ex patientia, & non contradictione per spatiũ datum ad presentandum, 2. per consensum postea datum, Pereg. *decis.* 208. *lib. 3. & 307.* Rot. *decis. 5. de rerũ permut. in nou.* 3. taciturnitate Patroni præsentis, & scientis Episcopum conferre Iusp. quia tacẽs habetur pro cõsentiente nisi metu excusaretur. Azor. *l. c. q. 8.* non tamen requiritur Patroni consensus in alienatione terræ iurispatr. quia in iure non cauetur; Ric. *resol.* 161. neque in impositione pensionis eadem ratione, Rot. coram Seraph. *Colimbrien. Pensionis 21. Feb. 1596. decis. 264.* summodo Papa notitia habeat iurisp. Rot. coram Orano *lib. 2. decis. 121. in manuscrip.* quæstionis est dubiæ, *an sine Patroni consensu possit Vicarius constitui*, Aliqui negant, quia requiritur in omnibus, quæ spectant ad Ecclesiæ regimen *cap. decernimus 16. q. 7.* Lamb. *lib. 3. qu. 5. art. 7.* Alij affirmant, quia per prouisionem Vicarij non dicitur Ecclesia vacans, sed Patronus presentat solum Ecclesia vacante, Gloss. *cap. ad hoc de off. Vic.* Conciliantur secunda vera est de amouibili, prima de perpetuo; quia Rectori equiparatur.

Declaro presentationem esse duplicem, 1. actiuam quam habent, qui valent præsentare, vt Patroni, 2. passiuam quam habent, qui possunt præsentari, & capaces sũt Iurisp. de quibus supra in hoc cap. *Est.*

2. Honor Processionis, quia Patrono debetur honor p̃ cæteris laycis in sessionibus, & actibus similibus. Item debet Rector Ecclesię cum clericis Patrono ad Patronatam Ecclesiã accedenti obuiam procedere; Procedit si Patronus sit magnus, cui hac conueniat vt seruatur in Ecclesia Sancti Marci Venetijs; in quã Dux habet iusp. Gloss. Inst. can. lib. 1. tit. 28. §. prefertur.

3. *Defensio*, & ius defendendi, debet n. Ecclesiã protegere bona tueri, & potest Clericum dilapidatorem, vel alias inhonestum denuntiare *cap. filijs 16. qu. 7.* Abb. *cap. Nobis eo.* Immo si Iudex Ecclesiasticus desit, vel per eum cõpelli nequeat, Principi etiam seculari, poterit intimari dilapidationem, si aliter Ecclesiæ consuli nequeat *§. licebat Inst. Can. lib. 1. tit. 28.* vbi Gloss. & licet in rebus

habita scientia vacationis se velle conferre, & roget Episcopum vt proponat ædictum, si esset Parochialis libera, & ità Sac. Cong. declarasse testatur *Thes. for. Eccl. cap.* 18. *num.* 51.

Sed quis habet instituendi aũtem. Resp. Papa, Episcopus Legatus, & inferiores. Primo *Papa* potest semper cõferre si velit, & ordinarium præuenire, sed solus *Papa* dat *Institutionem* in toto orbe, 1. in renuntiationibus ad fauorẽ, quia si fieret in manibus ordinarij est nulla, & simoniaca Gloss. *cap. ex parte n. dimittere de off. de leg.* Si tamen resignans moreretur intra 20. dies à die præstiti cõsensus, nisi moriatur in Curia, & locis vicinis resignatio, & *Papæ* Collatio annullantur, & Beneficium cẽsetur vacare per obitum, & id intelligitur de omnibus beneficijs, Kocchier. *reg. de* 20, *num.* 21.

2. Si fiat renunciatio simplex in manibus Papæ, vel ad fauorem in manibus ordinarij, & admittatur, si est iuspat. Ecclesiasticũ reseruantur Papæ, quia dicitur vacare apud Sedem Simonet. *de reser. q* 28 *num.* 1. Secus si sit laycale, quia non cadit sub aliqua reseruatione, Seraph. *decis.* 1334.

3. In permutationibus absq; consensu Patronorum factis in manibus Papæ si fit de iurepat. Ecclesiastico, quia dicitur vacare apud sedem, secus de laycali, vel mixto, Seraph. *decis.* 1334. sed in manibus ordinarij fieri possunt, si pure fiant, & si cõsensus *Patronorum* intercedat, & tunc Collatio fieri nequit nisi permutantib. Clem. 1. de re permut. Sed si dictus consensus absit, tenet renũtiatio in damnum renuntiantis, sed non *Patroni*, qui poterit libere quem voluerit præsentare, ac si vacaret per simplicem resignationem, Kocchier. *de permut. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 5.

4. Si vacarent per priuationem factam de mandato Apostolico, & cum declarationibus, *infra cap.* 10. *num.* 13. X.

Declaro quod *Iusp.* mixtum nõ regulatur, vt semper magis dignum trahat minus dignum, & ità semper iudicetur *Ecclesiasticum*, sed distinguendum est. 1. Tunc iudicandum ecclesiasticum, quando ex tali denominatione resultat commodum Ecclesiæ, & ità, sicut supra in hoc cap. 6. diximus, vbi tantum vnus Patronus est *Ecclesiasticus* etiã pluribus laycis cõpatronis datur tempus sex mensium ad præsentandum. 2. quando resultat damnum, qualitas laycalis attenditur, & ideo in terminis reseruationis, vt laycale regulariter Felin. *tract. quand. lit. Apost. noceant Patronis n.* 6. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 278. *& seq.* vbi decl. Sac. Cong. Seraph. *d. decis.* 1334. *num.* 7. Procedet 1. quando layci habent maiorem,

vel

vel saltem æqualem partem, ne laycus propter clericum perdat priuilegiũ ęquum .n. est, ne quis ratione societatis patiatur damnum, *Lap. alleg.* 96. Seraph. *decis.* 1232. 1263. & 719.

4. Quando sunt laycalia ex fundatione, vel dotatione; quia si esset ex priuilegio, vel augmento etiam tertię partis, aut ex consuetudine, vel præscriptione, cadunt sub reseruationibus, & reg. de mensibus. Rot. coram Crescent. *decis.* 3. *de Iurep.* sicut cadunt Patronata Ecclesiastica, & mixta, vbi plures sũt Ecclesiastici Gõz. reg. *de mensibus Gloss.* 18. *num.* 6. & 18. *cum seqq.*

5. Solus *Papa* instituit si vacarent per obitum in Curia, vel locis vicinis, tunc *Papa* consueuit derogare etiam in totum, licet sint de *Iurep.* laycali, & multo magis Ecclesiastico, & mixto Staphil. *de lit. gra. in rub. de iurep. prerog.* vide supra *diuis.* 11. *cap.* 1.

Modo addo quod in vacatione iuris patronatus laycalis in Curia maximè per obitum, si ordinarius institueret ante Papæ collationẽ, vel post; sed præcessit Patroni pſẽtatio Papali collationi, teneret ordinarij institutio, Seraph. *decis.* 1263. Cancellaria tamen *A*post. hodie solet datare suplicationes sub die obitus, licet post aliquot menses Bullę expediantur; *Ad* excludẽdum prouisum de Benefitio sub prætextu, quod sit de iurepat. vbi noto nõ sufficere præsentationem existentium in quasi possessione; sed requiritur plenam probationem, quod sit ex fundatione, vel dotatione, Rot. coram *Litta Valentina* 4. *Iunij* 1602. & *p.* 1. *recent. decis.* 222. & 224.

6. Solus *Papa* instituit ratione alternatiuæ, vt dicetur infra reg. 5.

7. In casibus deuolutionis ad prædictam Sedem de quibus infra cap. 9. P.

Deinde *Episcopus* dat institutionem iurispat. in sua Diæcesi nisi obstet aliqua reseruatio. Ideo instituit in vacatione per obitum, in permutationibus, & in simplici resignatione semper pręcedente Patronorum præsentatione, excepto casu deuolutionis de qua infra cap. 9.

Immo etiam Vicarius Generalis licet ei specialiter non demandetur, *cap. ex frequentibus vbi Gloss. de Inst.* quia Generali Vicario vniuersitas iurisdictionis committitur, nisi ius quid excipiat; excipit collationem, quia est voluntatis, non institutionẽ, quia est necessitatis, eadem ratione potest Capitulum Sede vacante dare institutionem, *cap.* 1. *de Inst. in* 6. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *qu.* 3.

Pręterea *Legati* de latere dant institutionem, quia possunt in Prouincia, quod Episcopus in Diœcesi, sed videtur illis hodie adempta potestas circa beneficia, *Tandem inferior* potest instituere, si haberet

beret ordinariam iurisdictionem vt aliqui Abbates; 2. ex priuilegio Apostolico spăli 3. ex concessione Episcopi, vt si fundator faciat iuspat. ea lege vt institutio fiat. e. g. per Archipresbyterorum, & Episcopus consentiat, vel idem Episcopus ea lege fundaret Azor. loc. cit. 4. Ex consuetudine, vel præscriptione, Lambert. *p.3. lib.2. q. 1. & 10.* & sic posse competere etiã regularis in Ecclesijs sibi plene iure subiectis putat Barbos. ad Trid. sess. 13. cap. 11. num. 20.

Declaro prædicta procedere in benefitijs minoribus, nam maiora, etiam Patronata, semper solus Papa confert, vt sunt Cathedrales, principales in Collegiatos, Maiores post Pontificales, Abbatiæ, & aliæ exemptæ; nam iuspat. cadit in omne benefitium, præter Romanam Ecclesiam, Papatũ, & Cardinalatum; inuictissimus n. Hyspaniarum Rex habet in multis Cathedralibus nominationem Io. Delphin. de *Iurep. num. 44. & 96.*

2. Requiritur ædictum generale ad formam *cap. de elect. in 6.* quod licèt loquatur de electione procedit etiam de præsentatione Lap. *alleg.* 8. *num.* 5 Caputaq, decis. 95. p. 2. Huius ommissio parit nullitatem institutionis, siue adsit concordia, siue discordia Patronorum. *Franc. d. cap. fin. num. 9.* vbi addit non valere institutionẽ sine generali ædicto, licet vnus oppositor compareret; quia est de substantia, Caputaq; *l.c. & p. 2. decis.* 128. Immo tot debent proponi ædicta, quot fiunt præsentationes, Lamb. *lib.2. p.2. q.6. art.9.* etiam si sciatur nullum adesse compatronum; Immo ędictum requiritur etiamsi Episcopus debeat præsentare, & instituere. Massob. *req.* 10. *dub.* 1. *num.* 9.

Declaro 1. duo concurrere debere in ædicto, i. vt contineat terminum peremptorium, alias institutio inficiaretur, & ex ea non aquireretur vlla quasi possessio, Rota coram Sacrato Gẽ. *de benefició die 2. Decembris* 1605.

2. Lapsus termini ædicti alias constit. terminum non fuisse lapsum, institutio nulla esset; Ric. *1. p. resol.* 144. E contra non contradicens in dicto termino non auditur; *l. si eo tempore C. de remis. pig.* Lamb. *l c. art.* 16.

Declaro 2. in duobus casibus pręter ædicta generalia requiri specialẽ citationem, 1. si vnus oppositor appareat, *cap. fin. de elect. in 6.* Vel detur scientia compatronitatis in alio vel pluribus, quia omnes sũt citandi, & si vnus tantum ommittatur, institutio vitiatur in totum quoad omnes, *Io.* And. *d. cap. fin.* Lamb. *l. c. art.* 20. quia dicitur Clandestina institutio, quæ vitiat in totum, *Lamb. p. 1 lib. 2. quæst. 3. art. 21. num. 4.* 2. Quãdo cognoscẽdum est de iurepat. quia tunc citan-

citandus est Procurator Curiæ Episcopalis, Seraph. *decis.* 1305. *num.* 7.

Declaro 3. in duobus casibus omitti ędicta 1. in prouisionibus Apostolicis, quia vnico actu habent validam electionem, & confirmationem, & non proceditur per viã confirmationis, sed ratione reseruationis, Lãb. *lib.* 2. *q.* 6. *p.* 2. *ar.* 3. 2. vbi talis esset consuetudo, quæ, seruanda est, Bellam. decis 610.

3. Requiritur examen, Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. *& sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* nã

O licet in beneficijs simplicibus.

O Sac. Cong. declarãte super Trid. *sess.* 7. *cap.* 17. *de ref.* non requiratur examen, siue conferantur ab ordinario, siue ab inferiori; hoc verum est de liberis; quia sunt liberę Collationis; non in iurep. etiam si præsentatio spectaret ad Episcopum ratione Episcopatus, & institutio ad inferiorem, aliàs institutio esset nulla. Trid. *d. cap.* 9. & ibi Sac. Cong. *vers. ad hac*, & induceretur reseruatio primę regulæ Cãcellariæ, Masob. prælud. 7. *dub.* 21. *num.* 99. nota tamen sequentem declarationem.

Ampliatur, vt hic examen requiratur, etiam si præsentatus fuit aliàs ad Curatum approbatus Garz. *p.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. quia Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. examen præcipit, & ibi pro forma præcipi resoluit Rota in Calagucitana semper corã Clem. 7. *Maij* 1584. & coram Comitul. 5. *Decemb.* 1588.

Sed quomodo cõcordabimus duas diuersas regulas, quarum vna est quod semel approbatus non debet amplius examinari, saltem ad ęquale e. g. Canonicus ad alium Canonicatum & c ex *cap. accipimus de ata. & qualit.* sępius a Rot. canonizato. Seraph. *decis.* 1323. Caputaq; *p.* 2. *decis.* 367. Altero vero est, quod præsentati non instituantur, nisi præuio examine Ordinarij approbentur ex Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. vbi Sac. Cong. teste Gonz. *ad reg.* 8. quæ hodie est 9. Glos. 34. *num.* 74. statuit quod cæptus beneficiarij, in quolibet ascensu examinetur? Resp. distinguendum esse. Si examen nõ requiritur pro forma, tunc semel approbatus non debet iterũ examinari ad simile, sicut etiam prouisum de beneficio annexum sacrum ordinem habente non deberi examinari ad suscipiendum eundem ordinem tenet Homob. *de exam. p.* 1. *tract.* 2. *q.* 35. *in fin.* sic etiã Subdiaconus ordinatus pro Canonicatu subdiaconali nõ examinatur, licet Bulla sit in forma dignum cum clausula *si per examẽ & c*, secus si esset in minoribus, vel in ordine minori, quam Canonicatus requirit. Garz. *p.* 6 *cap.* 2. *num.* 234. Si vero examen requiritur pro forma, tunc etiam Doctor, & alius approbatus debet examinari, Seraph. l. c. vt est in iurepatr. per ea quæ diximus in principio huius req.

Decla-

Declaro 1. quod in tribus casibus omittitur examen in iurepatr. 1. in præsentatis à Collegijs studiorum; quia præsumuntur idonei. 2. quando prohibuisset fundator, qui potest etiam conditiones ponere etiam contra ius cōmune, vt supra GG. 3. quando ad eundem Episcopum spectat præsentatio, & institutio; quia p̄sentando videtur approbare tutius tamen est examinare cum à Trid. *l. c.* requiratur pro forma. Additur 4. notorie idoneum Episcopo notum posse sine examine institui *cap. qui Episcopus d.* 23. *vbi* Gloss. Sa. 71. *examen.* Garz. *p.* 4. *c.* 1. *n.* 1.

Declaro 2. neminem posse examen vitare remedio appellationis; qa ad effectum vitandi examen non datur appellatio Trid. l. c. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 241. Gonzal. *Glos.* 9. §. 1. *num.* 184. Non tollitur tamen per hoc appellatio à mala relatione, & grauamine, ac reprobatione examinatorum Gonzal. *l. c. num.* 180. Rot. *diuers. p.* 2. *decisio* Greg. XV. *decis* 515. *&* 5316.

At duę remanēt difficultates 1. *quādo dicatur examen requiri pro forma?* 2. *An regula illa quod semel examinatus non debeat amplius examinari recipiat aliquas modificationes.*

Ad 1. Resp. quando oppositum est decretum irritās, vel clausula annulatiua: nam hæc inducit formam Ita Sac. Cong. Azeued. *cōs.* 9. *num.* 3. & fit quadrupliciter 1. in concursu Parochialium, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* & quomodo in Parochialibus de Iurepatronatus vide *p.* 2. *cap.* 1. *cond.* 4. *D.*

2. In benefitijs Iurispatronatus, vt dictum est supra. Addo hic quod quando institutio spectat ad inferiorem, tunc etiam examen debet fieri ab Ordinario, & non ab inferiori institutore. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref. vers. ad hac* sub pœna nullitatis ex Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 3. *num.* 15. Ego supra FF. excepi quando inferiores non haberent ordinariam iurisdictionem, sed etiam speciales exceptiones requirit Barb. ad *c.* 3. Trid. *sess.* 7.

3. In prouisionibus, quę per essecutorem prouiso in forma dignum antequam .n. examinetur collatio est nulla, Rot. *l. c. coram Pamphil.* Garz. *p.* 6. *cap.* 2. *num.* 266. cum declaratione tamen, quæ datur infra *c.* 6. *req. vlt. decl.* 1 *EE.*

4. Si fundator ita in fundatione, iuberet. procedit etiam si vnus tantum fuit præsentatus, quia debet ex animari, & si idoneus non fit repelli. Trid. d. cap. 9. Quando fiat concursus, vide infra *par.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *D.*

Ad 2. Resp. Tres 1. quando examē requiritur pro forma. 2. quādo prouisio non est beneficij æqualis, sed maioris potissimū qualificati, vt de dignitate etiam sine cura, vel de canonicatu, in quibus requiritur industria, vel consiliū,

Lamb.

Lamb. *lib.2.p.1.q.10.art.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt. 91. num. 21* 3. etiam ad simile si in priori examine minus aptè respondit, aut scitur se post primū negligenter se gessisse in studio, vt temporibus nostris, vt plurimum accidere solet. Barb. *alleg.60.nu. 90, de potestate Episcopi post.* Azor. *2.p.lib.6. cap.6.q.9.*

Si plures sunt ab examinatoribus approbati quis instituí debet. Disting. si P post præsentationem examē fiat, P quem Episcopus maluerit *cap. cū autem de Iurepatr. Azor.2.p.lib.6. cap.22.q.15.* Sed si ante præsentationem, quam voluerit Patronus.

4. *Requiritur Institutio;* quam dare Episcopo recusāte potest appellare *cap. Pastoralis & cap. fin. de Iurep.* & Episcopus tenetur eam admittere Gloss. *d. cap. Pastoralis* dummodo sine causa legittima instituere recuset; secus si cum causa e. g. quia est persona indigna, Rot. *decis. 5. in nou. de Iurep.*

Declaro non solum institutionē; sed etiam possessionem Iudicis ministerio dandam esse, alias propria auctoritate, vel illegittima eam capiens fit intrusus, & amittit omne ius, quod habebat ex institutione, vel collatione valida, & inducitur noua vacatio, & in hoc procurator præiudicat suo principali, nam ignorantia non præsumitur in actu, quem quis debuit præuidere. Staphil. *in rub. quib. mod. expirent lit. ad benef. §. gratia semel extincta num. 8. & 9.* Requiritur, vt possessio sit plena, vt infra. *p.2.cap.1.cond.3. §. sine delicto num.27.* Procedit 1. etiam si primus estiniustus detentor & intrusus, quia non debet amoueri, nisi causa cognita constet de meliori iure; Rot. *decis. 78. de re indicata in antiq.* Greg. XV. *decis. 69.* & *cap. licet de preb. in 6.* & si talis vacatio fiat in mense Episcopi, vel sit de Iurep. laycorum, & alia non obstet reseruatio, poterit ordinarius conferre; *Lap. alleg. 127.num.3.* quia nō remanet affectum. Paris. *de resig. lib.1.q.14. num.16.* Procedit 2. etiam si per confessionem possessoris, vel aliàs cōstaret de nō iure suc. Vestr. *lib. 5.cap.vlt.num.6.* Quod declarat Rot. coram Coccin. *Boriacen. benef. 27. Martij 1620.* quando suspicari potest ius, & defensionē possessori competere secus quādo notoriè constaret nullum ius ei conuenire. Roman. *cons.499.* Remedium autem, quando Procurator cæpit possessionem non expulso intruso esset, quod prouisus dimittat talem possessionem, & renuntiet ei coram Notario, & executore; quia tunc pænā euaderet. Staphil. *l.c.*

Declaro 2. quod licet institutio sit nulla, tamen non vitiat legittimā præsentationem, culpa .n. Episcopi non debet alijs nocere, Seraph. *decis. 1238.* e contra si presenta-

sentatio fuit nulla non tenet institutio Ancar. *cap. quã sit de elect. num.* 5. quia destructo fundamēto corruit ædificium.

3. *Requiritur tempus legittimum*; & hoc dupliciter. 1. quoad prorogationem; nam differens vltra duos menses instituere à die præsentationis institutio esset nulla ex Bulla Pij V. *in cōferēdis* vide supra req. 66. 2. quoad alternatiuã & hic distinguo; 1. Si Patronatus est laycale ex fundatione, vel dotatione, vel mixtum cum prædominatione laycalitatis, non cadit sub reg. de mēsibus, sed quocunque mense Episcopus potest conferre, & Patroni Præsentare, Gōzal. *in d. reg.* Gloss. 18. *num.* 12. & 14. Seraph. *decis.* 1263. 2. Si Iuspatr. est Ecclesiasticum, vel mixtum cum prædominatione clericalitatis. 1. quod in maiori parte, sit Ecclesiasticum, vel etiam laycale ex cōsuetudine, præscriptione, vel priuilegio, aut augmento dotis, tunc cadit sub reseruationibus, & cōsequenter sub reg. de mensibus, & per simplicem Papæ collationem cēsetur derogatum, etiam expressa derogatione non facta, Gonz. Glo/s. 18. *num.* 6. & 7. quo casu duo sunt notanda.

1. Quod alternatiua nō nocet, neq; prodest Patronis, sed Episcopo, nam Patroni semper præsentant in quatuor mensibus tantum .s. Martio, Iunio, Septembri, & Decembri, & si Episcopus non habet alternatiuam, in his dat institutionem, si habet in mēsibus Martij, & Septembris non dat institutionem, licèt Patroni præsentent, sed Papa, quia menses isti per alternatiuam effecti sunt Apostolici. Sed si vacatio cōtingat in mēsibus Aprilis, & Augusti Episcopus instituit, absq; vlla Patronorum præsentatione, quia sicut Papa in illis libere confert, quando non adest alternatiua, ita Episcopus, quia id ei per alternatiuã cōceditur, Massob. *req.* 8. *dub.* 10. *num.* 15.

2. Quod inferiores Episcopi non gaudent alternatiua, nec Episcopi nisi verè resideant in toto mēse, vt diffuse probatur *infra cap.* 10. *num. vlt.* NN.

Additur 3. quod beneficia, quæ ab initio fuerunt de iurepatr. laycorum ex fundatione, vel dotatione si postea fiant Ecclesiastica per donationem Ecclesiæ cadunt sub reg. 8. Mensium Seraph. *decis.* 1420. Rot. coram Buratto *Forolivien. Capella* 16. *Martij* 1611. & coram Orano *Valent. benef.* 26. *Martij* 1572.

DE 5. Patronus in Ecclesia Patronata habet quodruplex ius, & Q sunt *Præsentatio, Honor, Deffensio,* Q *Alimenta*.

1. *Præsentatio*, Ideo regula est contempto Patrono nihil faciendum esse per ordinarium, quæ procedit quãtam spectat ad præsentationem,

tionem, & Rectoris prouisionem, quare sine Patroni consensu Institutio est nulla, si fiat ab ordinario, immo et à Legato de Latere, nisi specialem haberet de hoc à Papa facultatem; Abb. *cap. dilectus de iurep.* Azor. 2. *p. lib.6. cap. 22. q.9.* Item nulla est sine dicto consensu Permutatio, Renũtiatio, Vnio, & quælibet dispositio, vt pluribus restibus, & Rot. decis. probat, Ric. *1.p. resol.* 154. 168. 192. Conualidatur primò ex patientia, & non contradictione per spatiũ datum ad præsentandum, 2. per consensum postea datum, Pereg. *decis.* 208. *lib.3. & 307.* Rot. *decis.* 5. *de rerũ permut. in nou.* 3. taciturnitate Patroni præsentis, & scientis Episcopum conferre Iusp. quia tacẽs habetur pro cõsentiente nisi metu excusaretur. Azor. *l.c. q.*8.

Non tamen requiritur Patroni consensus in alienatione terræ iurispatr. quia in iure non cauetur; Ric. *resol.* 161. neque in impositione pensionis eadem ratione, Rot. coram Seraph. *Colimbrien. Pensionis 21. Feb. 1596. decis.* 264. dummodo Papa notitiã habeat Iurisp. Rot. coram Orano *lib.* 2. *decis.* 121. *in manuscrip.*

Sed quæstionis est dubiæ, *an sine Patroni consensu possit Vicarius constitui*, Aliqui negant, quia requiritur in omnibus, quæ spectant ad Ecclesiæ regimen *cap. decernimus* 16. *q.* 7. Lamb. *lib.3. qu.5. art.7.* Alij affirmant, quia per prouisionem Vicarij non dicitur Ecclesia vacans, sed Patronus præsentat solum Ecclesia vacante, Gloss. *cap. ad hoc de off. Vic.* Conciliantur secunda vera est de amouibili. prima de perpetuo; quia Rectori æquiparatur.

Declaro præsentationem esse duplicem, 1. actiuam quam habent, qui valent præsentare, vt Patroni, 2. passiuam quam habent, qui possunt præsentari, & capaces sũt Iurisp. de quibus supra in hoc cap. §§.

2. Honor Processionis, quia Patrono debetur honor p̃ cæteris laycis in sessionibus, & actibus similibus. Item debet Rector Ecclesiæ cum clericis Patrono ad Patronatam Ecclesiã accedenti obuiam procedere; Procedit si Patronus sit magnus, cui hac conueniat vt seruatur in Ecclesia Sancti Marci Venetijs, in quã Dux habet iusp. Gloss. Inst. can. lib. 1. tit. 28. §. prefertur.

3. *Defensio*, & ius defendendi, debet .n. Ecclesiã protegere bonã tuere; & potest Clericum dilapidatorem, vel alias inhonestum denuntiare *cap. filijs* 16. *qu.* 7. Abb. *cap. Nobis eo.* Immo si Iudex Ecclesiasticus desit, vel per eum cõpelli nequeat, Principi etiam seculari, poterit intimari dilapidationem, si aliter Ecclesiæ consuli nequeat §. *licebat Inst. Can. lib.* 1. *tit.* 28. vbi Gloss. & licet in rebus

habita scientia vacationis se velle conferre, & roget Episcopum vt proponat ædictum, si esset Parochialis libera, & ità Sac. Cong. declarasse testatur *Thes. for. Eccl. cap.* 18. *num.* 51.

Sed quis habet instituendi aũtem. Resp. Papa, Episcopus Legatus, & inferiores. Primo *Papa* potest semper cõferre si velit, & ordinarium præuenire, sed solus *Papa* dat Institutionem in toto orbe, 1. in renuntiationibus ad fauorẽ, quia si fieret in manibus ordinarij est nulla, & simoniaca Gloss. *cap. ex parte u. dimittere de off. de leg.* Si tamen resignans moreretur intra 20. dies à die præstiti cõsensus, nisi moriatur in Curia, & locis vicinis resignatio, & *Papæ* Collatio annullantur, & Beneficium cẽsetur vacare per obitum, & id intelligitur de omnibus beneficijs, Kocchier. *reg. de* 20. *num.* 21.

2. Si fiat renunciatio simplex in manibus Papæ, vel ad fauorem in manibus ordinarij, & admittatur, si est iuspat. Ecclesiasticũ reseruantur Papæ, quia dicitur vacare apud Sedem Simonet. *de reser. q* 28 *num.* 1. Secus si sit laycale, quia non ca lit sub aliqua reseruatione, Seraph. *decis.* 1334.

3. In permutationibus absq; consensu Patronorum factis in manibus Papæ si sit de iurepat. Ecclesiastico, quia dicitur vacare apud sedem, secus de laycali, vel mixto, Seraph. *decis.* 1334. sed in manibus ordinarij fieri possunt, si pure fiant, & si cõsensus Patronorum intercedat, & tunc Collatio fieri nequit nisi permutantib. Clem. 1. de re permut. Sed si dictus consensus absit, tenet renũtiatio in damnum renuntiantis, sed non Patroni, qui poterit libere quem voluerit præsentare, ac si vacaret per simplicem resignationem, Kocchier. *de permut. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 5.

4. Si vacarent per priuationem factam de mandato Apostolico, & cum declarationibus, *infra cap.* 10. *num.* 13. X.

Declaro quod Iusp. mixtum nõ regulatur, vt semper magis dignum trahat minus dignum, & ità semper iudicetur Ecclesiasticum, sed distinguendum est. 1. Tunc iudicandum ecclesiasticum, quando ex tali denominatione resultat commodum Ecclesiæ, & ità, sicut supra in hoc cap. 6. diximus, vbi tantum vnus Patronus est Ecclesiasticus, etiã pluribus laycis cõpatronis datur tempus sex mensium ad præsentandum. 2. quando resultat damnum, qualitas laycalis attenditur, & ideo in terminis reseruationis, vt laycale regulariter Felin. *tract. quand. lit. Apost. noceant Patronis n.* 6. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 278. *& seq.* vbi decl. Sac. Cong. Seraph. *d. decis.* 1334. *num.* 7. Procedet 1. quando layci habent maiorem, vel

vel saltem æqualem partem, ne laycus propter clericum perdat priuilegiũ ęquum .n. est, ne quis ratione societatis patiatur damnum, *Lap. alleg.* 96. Seraph. *decis.* 1232. 1263. *&* 719.

4. Quando sunt laycalia ex fundatione, vel dotatione; quia si esset ex priuilegio, vel augmento etiam tertię partis, aut ex consuetudine, vel præscriptione, cadunt sub reseruationibus, & reg. de mensibus. Rot. coram Crescent. *decis.* 3. *de Iurep.* sicut cadunt Patronata Ecclesiastica, & mixta, vbi plures sũt Ecclesiastici Gōz. reg. *de mensibus Gloss.* 18. *num.* 6. *&* 18. *cum seqq.*

5. Solus Papa instituit si vacarent per obitum in Curia, vel locis vicinis, tunc Papa consueuit derogare etiam in totum, licet sint de Iurep. laycali, & multo magis Ecclesiastico, & mixto Staphil. *de lit. gra. in rub. de iurep. prerog.* vide supra *diuis.* 11. *cap.* 1.

Modo addo quod in vacatione iuris patronatus laycalis in Curia maximè per obitum, si ordinarius institueret ante Papæ collationẽ, vel post; sed præcessit Patroni p̄sẽtatio Papali collationi, teneret ordinarij institutio, Seraph. *decis.* 1263. Cancellaria tamen Apost. hodie solet datare suplicationes sub die obitus, licet post aliquot menses Bullę expediantur; Ad excludẽdum prouisum de Benefitio sub prætextu, quod sit de iurepat. vbi noto nõ sufficere præsentationem existentium in quasi possessione; sed requiritur plenam probationem, quod fit ex fundatione, vel dotatione, Rot. coram Litta *Valentina* 4. *Iunij* 1602. *&* *p.* 1. *recent. decis.* 222. *&* 224.

6. Solus Papa instituit ratione alternatiuæ, vt dicetur infra reg. 5.

7. In casibus deuolutionis ad prædictam Sedem de quibus infra cap. 9. P.

Deinde *Episcopus* dat institutionem iurispat. in sua Diœcesi nisi obstet aliqua reseruatio. Ideo instituit in vacatione per obitum, in permutationibus, & in simplici resignatione semper precedente Patronorum præsentatione, excepto casu deuolutionis de qua infra cap. 9.

Immo etiam Vicarius Generalis licet ei specialiter non demandetur, *cap. ex frequentibus vbi Gloss. de Inst.* quia Generali Vicario vniuersitas iurisdictionis committitur, nisi ius quid excipiat; excipit collationem, quia est voluntatis, non institutionẽ, quia est necessitatis, eadem ratione potest Capitulum Sede vacante dare institutionem, *cap.* 1. *de Inst. in* 6. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *qu.* 3.

Pretetea *Legati* de latere dant institutionem, quia possunt in Prouincia, quod Episcopus in Diœcesi, sed videtur illis hodie adempta potestas circa beneficia, *Tandem inferior* potest instituere, 1. si haberet

beret ordinariam iurisdictionem vt aliqui Abbates; 2. ex priuilegio Apostolico spāli 3. ex concessione Episcopi, vt si fundator faciat iuspat. ea lege vt institutio fiat. e. g. per Archipresbyterorum, & Episcopus consentiat, vel idem Episcopus ea lege fundaret Azor. loc. cit. 4. Ex consuetudine, vel præscriptione, Lambert. *p.3. lib.2. q.1. & 10.* & sic posse competere etiā regularis in Ecclesijs sibi plene iure subiectis putat Barbos. ad Trid. sess. 13. cap. 11. num. 20.

Declaro prædicta procedere in benefitijs minoribus, nam maiora, etiam Patronata, semper solus Papa confert, vt sunt Cathedrales, principales in Collegiatos, Maiores post Pontificales, Abbatiæ, & aliæ exemptæ; nam iuspat. cadit in omne benefitium, præter Romanam Ecclesiam, Papatū, & Cardinalatum; inuictissimus n. Hyspaniarum Rex habet in multis Cathedralibus nominationem Io. Delphin. de *Iurep. num.* 44. & 96.

2. Requiritur ædictum generale ad formam *cap. de elect. in 6.* quod licèt loquatur de electione procedit etiam de præsentatione Lap. *alleg.* 8. *num.* 5 Caputaq, decis. 95. p. 2. Huius ommissio parit nullitatem institutionis, siue adsit concordia, siue discordia Patronorum. *Franc. d. cap. fin. num.* 9. vbi addit non valere institutionē sine generali ædicto, licet vnus oppositor compareret; quia est de substantia, Caputaq; *l.c. & p.* 2. *decis.* 128. Immo tot debent apponi ædicta, quot fiunt præsentationes, Lamb. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 6. *art.* 9. etiam si sciatur nullum adesse compatronum; Immo ædictum requiritur etiamsi Episcopus debeat præsentare, & instituere. Mastob. *req.* 10. *dub.* 1. *num.* 9.

Declaro 1. duo concurrere debere in ædicto, i. vt contineat terminum peremptorium, aliàs institutio inficiaretur, & ex ea non acquireretur vlla quasi possessio, Rota coram Sacrato *Gē. de benefitij die* 2. *Decembris* 1605.

2. *Lapsus* termini ædicti alias consistit terminum non fuisse lapsum, institutio nulla esset; Ric. 1. *p. resol.* 144. E contra non contradicens in dicto termino non auditur; *l. si eo tempore C. de remis. pig.* Lamb. *l c. art.* 16.

Declaro 2. in duobus casibus pręter ædicta generalia requiri specialē citationem, 1. si vnus oppositor appareat, *cap. fin. de elect. in 6.* Vel detur scientia compatronitatis in alio vel pluribus, quia omnes sūt citandi, & si vnus tantum ommittatur, institutio vitiatur in totum quoad omnes, *Io.* And. *d. cap. fin.* Lamb. *l. c. art.* 20. quia dicitur Clandestina institutio, quæ vitiat in totum, *Lamb. p.* 1 *lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 21. *num.* 4. 2. Quādo cognoscēdum est de iurepat. quia tunc citan-

citandus est Procurator Curiæ Episcopalis, Seraph. *decis.* 1305. *num.* 7.

Declaro 3. in duobus casibus omitti ędicta 1. in prouisionibus Apostolicis, quia vnico actu habent validam electionem,& confirmationem,& non proceditur per viã confirmationis,sed ratione reseruationis, Lãb. *lib.* 2. *q.*6.*p.*2.*ar.*3. 2. vbi talis esset consuetudo,quæ seruanda est,Bellam. decis 620.

3. Requiritur examen, Trid. *sess.*7. *cap.*13.*& sess.*25.*cap.*9.*de ref.* nã

O licet in beneficijs simplicibus.

O Sac. Cong. declarãte super Trid. *sess.*7. *cap.*17. *de ref.* non requiratur examen, siue conferantur ab ordinario, siue ab inferiori; hoc verum est de liberis; quia sunt liberę Collationis; non in iurep. etiam si præsentatio spectaret ad Episcopum ratione Episcopatus, & institutio ad inferiorem, aliàs institutio esset nulla. Trid. *d. cap.* 9. & ibi Sac. Cong. *vers. ad hac*, & induceretur reseruatio primę regulæ Cãcellariæ, Masob. prælud. 7.*dub.*21.*num.*99.nota tamen sequentem declarationem.

Ampliatur, vt hic examen requiratur,etiam si præsentatus fuit aliàs ad Curatum approbatus Garz. *p.*9.*cap.*3.*num.*19.quia Trid.*sess.*7. *cap.*13. examen præcipit, & ibi p forma præcipi resoluit Rota in Calagucitana semper corã Clem. 7. *Maij* 1884. & coram Comitul. 5. *Decemb.* 1588.

Sed quomodo cõcordabimus duas diuersas regulas, quarum vna est quod semel approbatus non debet amplius examinari, saltem ad æquale e. g. Canonicus ad alium Canonicatum &c ex *cap. accipimus de ata. & qualit.* sępius a Rot. canonizato. Seraph. *decis.* 1323. Caputaq; *p.*2.*decis.*367. Altero vero est, quod præsentati non instituantur, nisi præuio examine Ordinarij approbentur ex Trid. *sess.*7.*cap.*13. vbi Sac. Cong. teste Gonz. *ad reg.* 8. quæ hodie *est* 9. Glols. 34. *num.* 74. statuit quod cæptus beneficiatij, in quolibet ascensu examinetur? Resp. distinguendum esse. Si examen nõ requiritur pro forma, tunc semel approbatus non debet iterũ examinari ad simile, sicut etiam prouisum de beneficio annexum sacrum ordinem habente non deberi examinari ad suscipiendum eundem ordinem tenet Homob. *de exam.p.*1.*tract.*2.*q.*35.*in fin.* sic etiã Subdiaconus ordinatus pro Canonicatu subdiaconali nõ examinatur, licet Bulla fit in forma dignum cum clausula *si per examẽ & c*, secus si esset in minoribus, vel in ordine minori, quam Canonicatus requirit. Garz.*p.*6 *cap.* 2. *num.* 234. Si vero examen requiritur pro forma, tunc etiam Doctor, & alius approbatus debet examinari, Seraph. l.c. vt est in iurepatr. per ea quæ diximus in principio huius req.

Decla-

Declaro 1. quod in tribus casibus omittitur examen in iurepatr. 1. in præsentatis à Collegijs studiorum; quia præsumuntur idonei. 2. quando prohibuisset fundator, qui potest etiam conditiones ponere etiam contra ius cõmune, vt supra GG. 3. quando ad eundem Episcopum spectat præsentatiõ, & institutio; quia p̃sentando videtur approbare tutius tamen est examinare cum à Trid. *l. c.* requiratur pro forma. Additur 4. notorie idoneum Episcopo notum posse sine examine institui *cap. qui Episcopus d. 23. vbi* Gloss. Sa. 71.*examen.* Garz.*p.*4.*c.* 1.*n.* 1.

Declaro 2. neminem posse examen vitare remedio appellationis; q̃a ad effectum vitandi examen non datur appellatio Trid. l. c. Garz. *p.*9.*cap.* 2.*num.*242. Gonzal. *Glos.* 9. §. 1. *num.*184. Non tollitur tamen per hoc appellatio à mala relatione, & grauamine, ac reprobatione examinatorum Gonzal. *l.c.num.*180. Rot.*diuers.p.*2.*decisio* Greg. XV. *decis*515.*&* 5316.

At duę remanẽt difficultates 1. *quãdo dicatur examen requiri pro forma?* 2. *An regula illa quod semel examinatus non debeat amplius examinari recipiat aliquas modificationes.*

Ad 1. Resp. quando oppositum est decretum irritãs, vel clausula annullatiua: nam hæc inducit formam. Ita Sac. Cong. Azeued.*cõs.* 9.*num.* 3. & fit quadrupliciter 1. in concursu Parochialium, Trid. *sess.* 24.*cap.*18. *de ref.* & quomodo in Parochialibus de Iurepatronatus vide *p.*2. *cap.* 1. *cond.* 4. *D.*

2. In benefitijs Iurispatronatus, vt dictum est supra. Addo hic quod quando institutio spectat ad inferiorem, tunc etiam examen debet fieri ab Ordinario, & non ab inferiori institutore. Trid.*sess.*25. *cap.* 9. *de ref. vers. ad hæc* sub pœna nullitatis ex Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 3. *num.* 15. Ego supra FF. excepi quando inferiores non haberent ordinariam iurisdictionem, sed etiam speciales exceptiones requirit Barb. ad *c.* 3. Trid.*sess.*7.

3. In prouisionibus, quę per executorem prouiso in forma dignum antequam .n. examinetur collatio est nulla, Rot. *l. c. coram Pamphil.* Garz. *p.* 6. *cap.* 2. *num.* 266. cum declaratione tamen, quæ datur infra *c.* 6. *req. vlt. decl.* 1 *EE.*

4. Si fundator ità in fundatione, iuberet procedit etiam si vnus tantum fuit præsentatus, quia debet ex animari, & si idoneus non sit repelli. Trid. d. cap. 9. Quando fiat concursus, vide infra *par.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *D.*

Ad 2. Resp. Tres 1. quando examẽ requiritur pro forma. 2. quãdo prouisio non est beneficij æqualis, sed maioris potissimũ qualificati, vt de dignitate etiam sine cura, vel de canonicatu, in quibus requiritur industria, vel consiliũ,

Lamb.

Lamb. *lib.2.p.1.q.10. art.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt.* 91. *num.* 21 3. etiam ad simile si in priori examine minus aptè respondit, aut scitur se post primũ negligenter se gessisse in studio, vt temporibus nostris, vt plurimum accidere solet. Barb. *alleg.60.nu.* 90, *de potestate Episcopi post.* Azor. 2.*p. lib.6. cap.6.q.9.*

Si plures sunt ab examinatoribus approbati quis institui debet. Disting. si P post præsentationem examẽ fiat, P quem Episcopus maluerit *cap. cũ autem de Iurepatr. Azor.2.p. lib.6. cap.*21. *q.*15. Sed si ante præsentationem, quam voluerit Patronus.

4. *Requiritur Institutio;* quam dare Episcopo recusãte potest appellare *cap. Pastoralis & cap. fin. de Iurep.* & Episcopus tenetur eam admittere Gloss. *d. cap. Pastoralis* dummodo sine causa legittima instituere recuset; secus si cum causa e. g. quia est persona indigna, Rot. *decis.* 5. *in nou. de Iurep.*

Declaro non solum institutionẽ; sed etiam possessionem Iudicis ministerio dandam esse, alias propria auctoritate, vel illegittima eam capiens fit intrusus, & amittit omne ius, quod habebat ex institutione, vel collatione valida, & inducitur noua vacatio, & in hoc procurator præiudicat suo principali, nam ignorantia non præsumitur in actu, quem quis debuit præuidere. Staphil. *in rub. quib. mod. expirent lit. ad benef.* §. *gratia semel extincta num.* 8. & 9. Requiritur, vt possessio sit plena, vt infra. *p.2.cap.1.cond.3.* §. *fine delicto num.*27. Procedit 1. etiam si primus estiniustus detentor & intrusus, quia non debet amoueri, nisi causa cognita constet de meliori iure; Rot. *decis.* 78. *de re indicata in antiq.* Greg. XV. *decis.* 69. & *cap. licet de præb. in 6.* & si talis vacatio fiat in mense Episcopi, vel sit de Iurep. laycorum, & alia non obstet reseruatio, poterit ordinarius conferre; *Lap. alleg.* 127. *num.*3. quia nõ remanet affectum. Paris. *de resig. lib.*1. *q.*14. *num.*16. Procedit 2. etiam si per confessionem possessoris, vel aliás cõstaret de nõ iure suc. Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. num.*6. Quod declarat Rot. coram Coccin. *Boriacen. benef.* 27. *Martij* 1620. quando suspicari potest ius, & defensionẽ possessori competere secus quãdo notoriè constaret nullum ius ei conuenire. Roman. *cons.*499. Remedium autem, quando Procurator cæpit possessionem non expulso intruso esset, quod prouisus dimittat talem possessionem, & renuntiet ei coram Notario, & executore; quia tunc pænã euaderet. Staphil. *l.c.*

Declaro 2. quod licet institutio sit nulla, tamen non vitiat legittimã præsentationem, culpa .n. Episcopi non debet alijs nocere, Seraph. *decis.* 1238. e contra si præsenta-

sentatio fuit nulla non tenet institutio Ancar. *cap. quã sit de elect. num.* 5. quia destructo fundaméto corruit ædificium.

5. *Requiritur tempus legittimum;* & hoc dupliciter. 1. quoad prorogationem; nam differens vltra duos menses instituere à die presentationis institutio esset nulla ex Bulla Pij V. *in cõferẽdis* vide supra req. *GG.* 2. quoad alternatiuã & hic distinguo; 1. Si Patronatus est laycale ex fundatione, vel dotatione, vel mixtum cum prædominatione laycalitatis, non cadit sub reg. de mẽsibus, sed quocunque mense Episcopus potest conferre, & Patroni Præsentare, Gõzal. *in d. reg.* Gloss. 18. *num.* 12. & 14. Seraph. *decis.* 1263. 2. Si Iuspatr. est Ecclesiasticum, vel mixtum cum prædominatione clericalitatis. 1. quod in maiori parte, sit Ecclesiasticum, vel etiam laycale ex cõsuetudine, præscriptione, vel priuilegio, aut augmento dotis, tunc cadit sub reseruationibus, & cõsequenter sub reg. de mensibus, & per simplicem Papæ collationem cẽsetur derogatum, etiam expressa derogatione non facta, Gonz. Glos. 18. *num.* 6. & 7. quo casu duo sunt notanda.

1. Quod alternatiua nõ nocet, neq; prodest Patronis, sed Episcopo, nam Patroni semper presentant in quatuor mensibus tantum .s. Martio, Iunio, Septembri, & Decembri, & si Episcopus non habet alternatiuam, in his dat institutionem, si habet in mẽsibus Martij, & Septembris non dat institutionem, licèt Patroni presentent, sed Papa, quia menses isti per alternatiuam effecti sunt Apostolici. Sed si vacatio cõtingat in mẽsibus Aprilis, & Augusti Episcopus instituit, absq; vlla Patronorum præsentatione, quia sicut Papa in illis libere confert, quando non adest alternatiua, ita Episcopus, quia id ei per alternatiuã cõceditur, Mascob. *req.* 8. *dub.* 10. *num.* 15.

2. Quod inferiores Episcopi non gaudent alternatiua, nec Episcopi nisi verè resideant in toto mẽse, vt diffuse probatur *infra cap.* 10. *num. vlt.* NN.

Additur 3. quod beneficia, quæ ab initio fuerunt de iurepatr. laycorum ex fundatione, vel dotatione si postea fiant Ecclesiastica per donationem Ecclesiæ cadunt sub reg. 8. Mensium Seraph. *decis.* 1420. Rot. coram Buratto *Foroliuien. Capella* 16. *Martij* 1611. & coram Orano *Valent. benef.* 26. *Martij* 1572.

DE 5. Patronus in Ecclesia Patronata habet quodruplex ius, & Q sunt *Præsentatio, Honor, Deffensio, Alimenta.*

1. *Præsentatio,* Ideo regula est contempto Patrono nihil faciendum esse per ordinarium, quæ procedit quãtum spectat ad præsentationem,

tionem, & Rectoris prouisionem, quare sine Patroni consensu Institutio est nulla, si fiat ab ordinario, immo et à Legato de Latere, nisi specialem haberet de hoc à Papa facultatem; Abb. *cap. dilectus de iurep.* Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 22. q. 9.* Item nulla est sine dicto consensu Permutatio, Renũtiatio, Vnio, & quælibet dispositio, vt pluribus testibus, & Rot. decis. probat, Ric. 1. *p. resol.* 154. 168. 192. Conualidatur primò ex patientia, & non contradictione per spatiũ datum ad præsentandum, 2. per consensum postea datum, Pereg. *decis.* 208. *lib. 3. & 307.* Rot. *decis. 5. de rerũ permut. in nou.* 3. taciturnitate Patroni præsentis, & scientis Episcopum conferre Iusp. quia tacẽs habetur pro cõsentiente nisi metu excusaretur. Azor. *l. c. q. 8.*

Non tamen requiritur Patroni consensus in alienatione terræ iurispatr. quia in iure non cauetur; Ric. *resol.* 161. neque in impositione pensionis eadem ratione, Rot. coram Seraph. *Colimbrien. Pensionis* 21. *Feb.* 1596. *decis.* 264. dummodo Papa notitiã habeat Iurisp. Rot. coram Orano *lib.* 2. *decis.* 121. *in manuscrip.*

Sed quæstionis est dubiæ, *an sine Patroni consensu possit Vicarius constitui*, Aliqui negant, quia requiritur in omnibus, quæ spectant ad Ecclesiæ regimen *cap. decernimus* 16. *q.* 7. Lamb. *lib.* 3. *qu.* 5. *art.* 7. Alij affirmant, quia per prouisionem Vicarij non dicitur Ecclesia vacans, sed Patronus præsentat solum Ecclesia vacante, Gloss. *cap. ad hoc de off. Vic.* Conciliantur secunda vera est de amouibili. prima de perpetuo; quia Rectori æquiparatur.

Declaro præsentationem esse duplicem, 1. actiuam quam habent, qui valent præsentare, vt Patroni, 2. passiuam quam habent, qui possunt præsentari, & capaces sũt Iurisp. de quibus supra in hoc cap. *Est.*

2. Honor Processionis, quia Patrono debetur honor p̃ cæteris laycis in sessionibus, & actibus similibus. Item debet Rector Ecclesiæ cum clericis Patrono ad Patronatam Ecclesiã accedenti obuiam procedere; Procedit si Patronus sit magnus, cui hac conueniat vt seruatur in Ecclesia Sancti Marci Venetijs; in quã Dux habet iusp. Gloss. Inst. can. lib. 1. tit. 28. §. præfertur.

3. *Defensio*, & ius defendendi, debet .n. Ecclesiã protegere bonã tueri; & potest Clericum dilapidatorem, vel alias inhonestum denuntiare *cap. filijs* 16. *qu.* 7. Abb. *cap. Nobis eo.* Immo si Iudex Ecclesiasticus desit, vel per eum cõpelli nequeat, Principi etiam seculari, poterit intimari dilapidationem, si aliter Ecclesiæ consuli nequeat §. *licebat Inst. Can. lib.* 1. *tit.* 28. vbi Gloss. & licet in rebus

Ecclesiæ dentur actiones populares vt quilibet de Populo possit dilapidatorem accusare, *arg. cap. plebes d. 63.* in cōcursu tamen Patronus, & eius descendentes præferuntur, Gloss *in d. §. licebit.*

4. *Alimenta* etiam dote per empta, quia non res donata id causat, sed obligatio antidotalis; Ric. 3. *p. resol.* 278. Tribus tamen concurrentibus. i. quod Patronus ad summam egestatem deuenerit, *cap. quicumq; vbi gloss. 16. quæst. 7.* Summa egestas est, quando caret de proprio; nec potest viuere ex industria, nec vllus extat qui teneatur alere; Bart. *l. si quis à liberis §. rescriptum ff. de lib. agnos.* sufficit talem paupertatem probare, quæ consideratis circunstātijs rerum, & personarum videatur esse locus alimentis. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 594. & tunc non solum Patronum, sed etiam filios, & familiam debet alere *d. cap quicunque, & ibi cap. filijs*, è contra Patrono, qui viuere potest ex arte notariatus, vel alia honesta non debentur alimenta, Rot. *l. c.* 2. Quod alia bona aquisierit si prima perierunt, Ric. 3. *p. resol.* 282. 3. deductis omnibus stipendijs ministris, ac alijs necessar js, & licet debeantur etiā alijs pauperibus, tamen Patronus habet actionem, non alij, Azor. 2. *p. lib. 6 cap. 20. q. 6.*

Ampliatur 1. vt debeantur etiam si Iusp. sit alteri donatum, quia alimenta non censentur donata; qnia ius alimentorum cohæret Patrono inseparabiliter, Abb. *cap. præterea de Iurepat.* Immo nō potest illa alteri cædere, Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 21. ad fin.*

Ampliatur 2. vt debeantur etiam Patrono excommunicato, priuatur .n. per excommunicationem fructibus, nō iure alimentorum, Immo in extrema necessitate quando aliter famę periret, etiam fructibus fruetur, Ric. *l. c.* 281.

Ampliatur 3. vt etiam lite pendente debeantur, vt probat Ric. 3. *p. resol.* 284. Sed secundum veriorē, si succumbat restituere tenetur, Ric. *resol.* 285. *p.* 3.

Declaro alimenta non deberi iuxta qualitatem personæ tantum, sed etiam benefitij arbitrio iudicis, Ric. *resol.* 267.

Sed an possit Patronus sibi reseruare in limine fundationis censum ab Ecclesia Patronata exigēdū;

55 Negant omnes sine Episcopi cōsensu, sed cū dicto consensu, Aliqui negant; quia totum dominiū debet transferri in Ecclesiam, sed reseruatio census designat reseruationem dominij, Gail. in *cap. constitutus de relig. dom.* Lamb. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *num.* 5.

Alij affirmant, quia ità permittitur, *cap. præterea de Iurep. vbi* Gloss. & DD. Conciliantur, prima vera est, si dotauit insufficienter, 2. Si sufficienter, vel prima vera est, si cum censu etiam dominium ali-

quod

quod reseruauit; secunda si nullum dominium, sed purum censũ in meram naturam census, & responsionis.

Quoad vltimum iuspat. duobus amittitur modis. s. in perpetuum, & ad tempus; *In perpetuum* multis modis. 1. *si nequeat probari vt supra* N. *& seqq.* 2. *Homicidio* Rectoris Iurisp. per se vel alium, *ca. in quibusdam* §. *sacri*, vbi Gloss. & Abb. *depenis* 3. *heresi ca. secundum leges de heret. in* 6. tunc enim beneficium fit liberum Felin. *cap. vrgentis de heret.* 4. Si Patroni iurispatronatus fructus percipiant, & sub quouis prætextu vsurpent; Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* Procedit de omnibus patronis siue priuatis, siue in dignitate, ac etiã de Vniuersitate. Trid. *l. c.* Duo tamen requiruntur 1. quod iniuste fructus percipiat, vel in alijs se ingerat, secus si iuste vt causa locationis, &c. 2. quod sit Patronus acta secus si tantum potentia vt qui succedere debet in iurep. Sac. Cong. relat. per Vgol. 2. *p. cap.* 51. §. 1. *num.* 3. 5. *Venditione* vel quacumq; alia translatione facta contra canonicas sanctiones. i. sine requisitis supra traditis, X. n. 5. in his duobus modis contrafaciens afficitur etiam excommunicatione, & interdicto si sit vniuersitas Trid. *l. c.* 6. *Confiscatione* de qua sup. X. *num.* 7. *si sit ex priuilegio*, reuocatum censetur Trid. l. c. etiamsi priuilegiũ dicat quod sit omnino eiusdem naturæ, ac si esset ex fundatione, vel dotatione Ric. *p.* 1. *resol.* 151. fallit 1. in Patronatibus concessis ex causa onerosa, Rot. diuers. 1. *p. decis.* 687. & alibi. 2. Si Papa derogaret, Trid. *vid. sup. T, n.* 5. 3. in Regibus & sublimibus Principibus, 4. in concessis fauore studiorum generalium, 5. in Patronatibus super Ecclesias Cathedrales, vbi si præsentatio fiat per electionem Patronus laycus non potest eligere, quia non est iuris spiritualis capax, sed electio debet illi presentari, vt præbeat assensum, vel obijciat, quod habet contra electum Abb. *cap. sacrosancta num.* 3. *de elect.* Si verò fit per modum præsentationis, presentat quo ad præbendas, non quoad Episcopum, vel Prelatum. Vgol. *l. c. num.* 4. Credit Iusp. non cadere in Cathedralem, sed fallitur, quia cadit in omnem Ecclesiam citra Papatum, & Cardinalatũ, ideo inuictissimus Hyspaniarum Rex in pluribus Cathedralibus p̃sentat Io. Delph. de *Iurep. num.* 44. *&* 96.

8. Dignitate quando .n. Ecclesia Patronata erigitur in Cathedralem, vel Collegiatam ex huiusmodi status mutatione amittitur iuspat. Paulus de Cittadinis de *Iurep. p. vlt. num.* 2.

Procedit si id fiat Patrono consentiente absq; vlla Iuris sui reseruatione Gloss. *cap. nobis, u. Capel-*

la de iurep. secus si fiat ignorante, vel contradicente Patrono, Abb. *d.cap. Nobis in fin.* vel sibi reseruante Iusp., quia sic habet illud, vt diximus etiam *cap.* 3. *Q.* 9. per non vsum decem annorum Mohedan. *decis.* 10. *de iurep.* sed postea resoluit Rot. coram Seraph. per non vsum septuaginta annorum *decis.* 1367. præseruatur tamen per exercitium vnius ex cōpatronis. Rota coram Orano *decis.* 397 *lib.* 1. *num.* 2.

Ad tempus amittitur iuspatr. multis modis.

1. *Si non præsentet* intra legittima tempora priuatur pro ea vice, & ad Episcopum deuoluitur. Rot. *de Iurep. in nouis. decis.* 6.

2. *Excommunicatione* propter quam vitari debet, quamdiu .n. sic durat nequet præsentare, Abb. *cap. cum vos de off. ord.* Tusch. *lit. P. concl.* 150. *num.* 3.

3. *Si præsentet indignum* scienter, si sit laycus, & etiam ignoranter si Patronus sit Clericus, quia præsumitur nosse. Abb. *l. c.* priuatur .n. pro ea vice.

4. Reseruatione, quę non potest fieri ab Episcopo, vel inferiori, sed à Papa, qui solet aliquando reseruare sibi pro ea vice iusp. tam Ecclesiasticum, quam laycale, Legatus de Latere potest Iusp. Ecclesiæ non laycorum reseruare *ca. dilectus* vbi Abb. *de iurep.*

5. *Lite*, quia ille, cui mouetur lis in mala fide constituitur; Ideo non potest præsentare; Procedit si lis sit super possessione secus si super proprietate; Vgol. *l. c. num.* 4. *ad fin.* quia tunc possessor manutenendus est in sua possessione, vt dum quis negat eum esse patronum, & dummodo præsentatio facta sit bona fide ante litem motam, vel saltem ante litis cōtestationē sequi debet institutio. Lab. *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 5. vide sup. *R. in tertio casu num.* 3.

Sed si post pręsentationē alter monet litem super possessione dicens se possidere, vterq; præsentat, quia quilibet tuendus est in sua possessione, sed institutio differtur vsq; ad finem litis, quæ si non terminetur intra tempus datum ad præsentandum, Episcopus faciet institutionem ad sui libitū, & poterit etiam conferre vni pręsentatis non vi præsentationis: sed iure ordinario, Lamb. *l. c. n.* 5.

Vlt. *Derogatione*, quæ à solo Papa fieri potest Gloss. *Clem.* 2. *de preb. u. Apostolicis* communiter receptа requiri tamen aliquam honestam causam ne layci à fundandis, & dotandis Ecclesijs auertantur, testatur, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 23. *qu.* 1.

Sed diuersimode fit derogatio iuxta diuersitatem iurispat.

1. In *Iurepat.* Ecclesiastico censetur derogatum per clausulam generalem tantum in Bullis apponi solitam .s. *ad cuiuscumque præsentationem, vel dispositionem spectet.*

Rot.

Rot. *in antiq. decis.* 8. *de Iurep.* Viuian. *in praxi par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 29.

2. In Iurepat. mixto pro parte clericorum sufficit clausula generalis, vt dictum est de mere Ecclesiastico: sed pro illa laycorum requiritur derogatio specialis, ita omnes.

Delaro quādo in patronatu mixto, Papa faciat specialem derogationem (solet .n. derogare pro medietate) illa derogatio intelligitur pro parte laycali; & ita habita derogatione pro medietate dicitur derogatum in totum .i. prò parte laycorum per derogationē expressam pro parte verò Clericorum per clausulam generalem prædictam, Garz. *par.* 5. *cap.* 1. *num.* 584.

3. In iurepat. laycorum ex consuetudine, vel præscriptione, & in illo ex priuilegio, & etiam augmēto dotis sufficit derogatio p causam generalem, immo potius intrat abrogatio facta per Trid. *sess.* 25. *c.* 9. *de ref.* vbi abrogat oīa patronata ex priuilegio, vel cōsuetudine cum omni quasi possessioni, vt dictum est supra *in prin. huius partis TT, num.* 7. Seraph. *decis.* 719.

4. In Iurepat. laycorum ex ædificatione, vel totali reædificatione itaut Ecclesia noua egeat consecratione, ex dotatione, & fundatione; sed quia sic est mere laycale requiritur spiritualis derogatio, alias non tenet Veral. *decis.* 405. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 1334.

Immo Papa non consueuit derogare, nisi ex causis vrgētissimis, quas recenset, Kocchier. *reg. de derog.* quæ est hodie 42. *num.* 30. & sunt

1. In Vacatione in Curia, vel apud Sedem Apost.
2. In permutationibus procedit ad effectum conferēdi cum permutante; nam si fieret vt d. *in tertio* e. g. vt iusp. sit conferendum alteri, quam ex permutantibus, Papa non derogaret; quia non dicitur proprie, quoad hoc, permutatio, ita accepi à practissimo viro in expeditionibus faciendis.
3. Quando est litigiosum, quia tunc etiam si sint Regum, Papa derogare censetur etiam per clausulā generalem. Rot. apud Crescent. *decis.* 8. *de Iurep.* Ric. 1. *p. resol.* 196.
4. Quando patroni simoniam commiserunt in præsentando.
5. Quando prouisio fit pro compatrono, vel filio, aut Nepoti vnius ex compatronis.
6. Quando vacaret per promotionem ad Episcopatum, nisi Papa daret retentionem, quia tunc derogaret etiam in totum.
7. Quando vnus cedit commendæ in fauorē vnius, & alter resignat benefitium in fauorem cędentis.

In alijs casibus Papa solet ex aliqua causa derogare in parte, e.g. pro duobus partibus ex tribus, sed frequentius pro medietate.

5. In iurepat. per laycum bonæ fidei

dei possessorem possessum requiri specialem derogationem aliqui negant, quia non est verus patronus, Staphil. apud Couar. *pract. 99. cap. 36. num. 6.* Alij verius affirmant; quia vero fundatori æquiparatur nam fruitur rei fructibus, *Azor. 2. p. lib. 6. cap. 23. q. 6.*

Declaro 1. quinq; requiri, vt derogatio Iurisp. laycorum sit valida.

1. Auctoritas quæ in solo Papa residet Gloss. *Clem. 2. de preb.*

2. Vt sit anterior præsentatione maioris partis Patronorum, tùm quia præsentationi factę nunquã Papa intendit derogare, ex *reg 18. Cancell.* tum quia opponit clausulam *dummodo d data præsentium nõ sit alteri Ius quæsitum.* Kocchier *d. reg. de non tollendo num. 5. cum ibi citatis*; ideo hoc casu nulla habita ratione derogationis esset instituendus præsentatus, *cap. quoniam de Iurep.* vbi Abb. Mant. *decis. 86.* Seraph. *decis.* 875. Rot. Recent. *p. 1. d. 202. & 4. p. nouiss. decis.* 647. Immo si sub eadẽ data esset cum Patronorum præsentatione ordinaria prouisio, & Apostolica cum derogatione, tenet ordinaria; quia ius aquisitũ præsentato per pręsentationẽ non tollitur derogatione, Seraph. Veron. *Capellania 23. Ian.* 1598.

Ampliatur in vocato ex fundatione, quia æquiparatur præsentato, ideo præfertur prouiso Apostolico habenti derogationem in totum, Put. *lib. 3. decis. 253. num. 4.*

3. Quod beneficium non sit deuolutum, quia in deuolutis non est opus derogatione, & Patroni illa vice non queunt pręsentare; facienda tamen est mentio de Patronatu. *In renũtiationibus* Papa, ait *accedente Patronorum consensu.*

4. Vt fiat mentio Iurispat. dispositiuè, & specificè; nõ .n. sufficit cõditionaliter *si ad aliquem laycum pertineret reg. 42. Cancell.*

5. Vt fiat mentio specialis si sint illustrisũ personarum, vt Marchionum, Ducum, Comitum &c. non .n. sufficit laycos exprimere; Immo si illustres exprimat nõ comprehendit Reges, & Imperatores, nisi speciatim dicat, quia sicut dignitate præcellunt; ità expresse sunt nominandi. *Azor. l. c. q. 3.* ex Cauar. & alijs.

Declaro 2. Si Papa derogaret tantũ pro dimedietate, vel alia parte vltra pdicta duo alia requiri.

1. Vt nõ spectet præsentatio ad vnũ tantum; quia tunc derogatio pro dimedietate nihil suffragaretur, cum sit ius indiuiduum. Mandos. *lib. 1. cons. 16. num. 7.*

2. Vt præsentatus ad cuius fauorẽ est derogatio, tot habeat voces, vt cũ medietate derogata faciant maiorem partem, *Clem. plures vbi Gloss. de Iurep. & cap. quoniam eod.* vbi Aug. Barbos. *num. 4. plures affert.* Rot. *decis.* e. g. septem sunt Patroni derogatio pro dimidia dat tres voces cum dimidia, sufficit si

cit si ab vno, vel duobus præsentetur, qui iuncti cum derogatione faciunt maiorem partem.

Sed dicet quis *Put. decis. 325. lib. 2.* resoluit quod habens derogationem pro dimidia debet habere consensum alterius medietatis. Resp. intelligi quoad requisitioné dicti consensus non prestationé, quia debet consensum Patronorum exquirere; sed licet illum non præstent benefitium consequtur, nam Patronus non fuit spretus, & cum derogatio Papæ tantum Ius tribuat quantum denegat pertinatia Patronorum, Iustum est in pari iure preferri voluntatem Papę Campanil. *rub. 11. cap. 13. num. 490. & seq.* & hæc *sufficiant*.

De Renunciatione.

CAP. VI.

CERTVS modus beneficia acquirendi est *Renunciatio*, si ritè fiat; ideo quattuor de ea videbimus.

Primo quid, & quotuplex sit.

2. Quot requirantur; vt validè, & licitè fiat.

3. Specialiter de Renunciatione coram Ordinarijs.

4. Qui nam sint Renunciationis effectus.

DE primo. Renunciatio est legitima beneficij dimissio à Superiore admissa. Duplex est.

1. Tacita, quæ est illa, quæ non ex verbis; sed actu retétioni contrario à iure inducitur.

2. Expressa, quæ verbis, aut scriptis iuxtà formam à iure præscriptam celebratur.

Tacita duplex est. Prima principalius inducitur ex legis dispositione, quàm ex voluntate renuntiãtis; vt quando minoribus initiatus, matrimonium cōtrahit, quãdo secundi incompatibilis possessionem adipiscitur, in militia arma capit, &c. De quibus Paris *lib. 1. de renunt. q. 1. a. num. 9. & infra p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3. vbi potius* est priuatio à iure inducta, quàm renunciatio. Altera principalius inducitur ex voluntate renuntiantis per actum ad renũtiandum accomodatum, vt repetendo, quod Ecclesię donauerat *cap. transmissa de renunt.* quandò litigans super quadam pręcedentia aduersario reuerentiam exhibuit, censetur Iuri suo renuntiasse *cap. ex ore de his, quę fiunt à Pral.*

Expressa duplex est.

1. Simplex, & pura, quæ fit ex mera liberalitate, absq; vllo pacto, & conuentione.

2. Conditionalis, quæ fit ad fauoré certę personæ, vel sub aliqua conditione, vt reseruando pensioné, vel accessum, siuè ingressum, siuè regressum, & huiusmodi.

Declaro 1. Nouitium ante profes-

sionem

sionem ante Conc. Trid. potuisse validè renuntiare; quia nondum Superiori Regulari dicitur volũtas eius plenè subiecta *Gemin. ca. benef. de reg. in 6.* Secus post Trid. nisi fiat cum licentia Episcopi, vel Vicarij Generalis intra duos mẽses proximos ante professionem. *Trid. sess. 25. cap. ibi de reg.*

Ità quod etiam si huic fauori renũtiaret, non teneret, & *Trid. l.c.* locum habere etiam in beneficij renuntiatione, cum generaliter loquatur; Testatur *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 20. qu. 6.*

Declaro 2. Sac. Cong. in d. cap. 16. duas fecisse declarationes.

1. Non posse Episcopum beneficiũ ante professionem resignatã cõferre, nisi facta professione; quia tunc solum renũtiatio sortitur effectum.

2. Idem esse, si renuntiatio fiat ante ingressum ab habente animũ ingrediendi; quia in fraudem cẽsetur facta; vt quia non habebat, vndè aliundè viuat, vel ad illius titulum erat ordinatus.

Declaro 3. quod accessus est ius datum alicui ad beneficium, quod C ei erat occlusum, v.g. propter defectum ætatis, tunc Papa dando accessum, concedit, vt, quando peruenerit ad legittimam ætatem, possit illud propria auctoritate accipere. Ingressus est, cum quis dimittit beneficium, cuius titulũ, non possessionem habebat, Papa dando ingressum, concedit, quod si beneficiarius ꝑmoriatur, possit ille possessionem capere. Regressus est ius redeundi ad beneficiũ, cuius titulum, & possessionem habebat, si beneficiarius præmoriatur: sed hi sunt sabbati à Trid. *sess. 25. cap. 7. de Ref.* ne in beneficijs videatur species successionis, ac alijs de causis, de quib⁹, Azor. *cap. 21. l.c.* Regressus autem quomodo hodie concedatur, vide *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 1. §. de pens. in fi. 1. p.*

Declaro 4. pluribus modis differre renunciationem puram, & conditionalem.

1. Conditionalis solum coram Papa fieri potest: tùm quia talis re- D nuntiatio est simoniaca, cum in spiritualibus conditio, vel conuẽtio adijciatur. *ca. vlt. de transact.* Gloss. *u. dimittere cap. ex parte de off. deleg. Cassad. decis. 1. de simon.* Rota *diuers. p. 3. decis. 46. & 96.* & solus Papa est huius simoniæ Medicus; cum sit iùre tantùm humano prohibita. Gloss. *c. pridem de pact. u. illicite* Cassad. *l. c.* Rot. *coram Coccin. Balneoregen. simoniæ 17. Maij 1624.* Tùm quia, etsi nulla conditio apponatur; sed tãtũ ad fauorem certæ personæ fiat, tamen coram Ordinario non excusari à labe simoniæ. *Tenet Gloss. cap. ordinat. 1. q. 1. cap. dilecto de præb. vt cap. ex parte il 1. de off. deleg.* Tùm quia esto, quod tunc nõ adsit simonia, vt tenet. *Sot. de iust. qu. 7. lib. 9. art. 2.* cum non detur tem-

temporale pro spirituali, & sic excusetur à pœnis Simoniacorum; tamen talis renuntiatio ad fauorem est sacris legibus inimica; qa cum beneficiatius sit tantùm administrator, & non absolutè Dominus *cap. 2. de donat.* vel ipse debet seruire, vel purè dimittere, nequè potest alios in suum locũ subrogare; sed id auctoritate Ecclesiæ faciendum est. *cap. pleriq; 8. q. 1.* Tùm quia *Pius V. const.4.* vetuit etiã simplices resignationes fieri coram Ordinarijs; sed postea eas tantum concessit, conditionales, & ad fauorem omnino prohibendo.

Pura verò renũtiatio potest fieri coram Papa; sed etiam coram Ordinario cum quibusdam requisitis, de quibus dicetur in tertia parte huius capitis.

At duæ remanent difficultates.

1. An pure coram Ordinario renũtians, mente, & spe tamẽ optans, vt Titio beneficium conferatur, mentalem Simoniam cõmittat? Aliqui affirmant; quia concepit tacitè conditionem, & Pij IV. & V. confidentias in beneficijs prohibuerunt. Host. *cap. ex parte de off. deleg.* Alij negant; quia nulla intercedit conditio tacita, vel expressa. Gloss. *d. cap. ex parte.* Ego vero distinguo: Si conditio est animo concepta, confiditq; quod beneficium conferetur Titio, mediante pretio, modo conditione tacita, vel expressa digno, vel indigno, procedit affirmatiua, vide Nau. *cap. 23. num. 109.* Si vero id optat, tanquam amico, vel consanguineo digno, procedit negatiua. *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 27. qu. 6. in medio.* Si confidit, & optat propter cognationem, vel amicitiam indigno sine pacti pretij, vel conditionis interuentu, est illicita; sed non Simoniaca. *Nau. l. c.* In nullo tamen casu intrant pœnæ Const. Pij IV. & V. nisi intẽtio sit expressa, vel tacitè in conuentionem deducta; quia lex humana actus internos non punit. Barbos. *Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 65.*

2. An Ordinarius, in cuius manib. facta fuit conditionalis renuntiatio, possit conditionem reicere, & vti puram acceptare, & beneficiũ conferre? Aliqui affirmant; quia per rasignationem beneficiũ absolutè vacat. *cap. ecce. 7. q. 1. ca. ex transmissa de renunt.* Boer. *de pot. leg. q. 2. Redoan. de Sim. p. 2. cap. 13. num. 9.* Alij verius negant: quia actus sub conditione celebratus nullum operatur effectum conditione non impleta *l. item quia ff. de pact.* Nec potest reiecta conditione, vel qualitate acceptari. Bart. *l. Aurelius ff. liber leg.* Immo talis renuntiatio habetur pro infecta; si cum prædicta conditione non fuerit acceptata. *cap. si benef. de preb. in 6.* Bart. *l c. num. 47.* vbi *num. 48.* contraria de pura renũtiatione procedere respondet.

3. Conditionalis renuntiatio nullũ

N adi-

adimit ius renūtiāti, nisi cōditione impleta adunguem, & specificè, alias pro non facta habetur. *l. qui hęred. l. Meuis ff. de cond. & demonst.* Nam sine dicta cōditione renuntiare non intendit; ideo renuntiatio ad fauorem vnius nō valet ad fauorem alterius. Cassad. *decis. 3. de Renunt.* Rot. *coram Pirouano Laodien. Canonicatus 25. Maij 1618. Mandos. de signat. grat. tit. de resignat.* Nequè valet renuntiatio Iuspatr. sine consensu Patroni, vel coram non habente potestatem, vel si aliqua causa non sit quęsitum ius resignatario; vt quia erat laycus excommunicatus, non acceptauit, non expressit verum valorem, vel quòd ad titulum illius beneficij erat ordinatus, vt multis probat. Barbos. *l. c. num. 76. & 77.* Idem in permutatione. procedit Rot. *p. 3. decis. 614.* Nisi quando quis adeptus esset pacificam possessionem beneficij permutati Rot. *coram Coccin. decis. 317.*

Declaro 1. quod resignatio ad fauorem, & conditionalis non operatur, donec effectum sortiatur, & ante effectuationem resignans non amittit ius, nec possessionem. *Achil. decis. 10. de rest. spol.* Mohed. *decis. 36. de renunt.* Rot. *Laodiens. Can. coram* Verospio 25. *Iunij* 1621 & coram Coccin. 27. *Maij 1623.*

Effectuata dicitur renuntiatio tribus concurrentibus.

1. Quando literæ fuerint expeditæ ad fauorem resignatarij.
2. Executioni legittimè demādatæ.
3. Aquisitum ius in beneficio per resignatarium, Rot. *coram Greg. XV. decis. 159. coram Coccin. l. c. coram Merlin. Ampurien. benef. 17. Febr. 1624.* Alius ius remanet pænes renuntiantem, donec conditio purificetur. Achil. *decis. 4. de rer. permut.* Etiam si per resignatarium possessio capiatur cōsentiente resignante; sed ipsi resignatario ius non aquiratur Mohed. *decis. vlt. de renunt.* Rot. *corā Mozmanno Nucerina Paroch. 28. Iunij 1630.*

Declaro 2. Quod si renuntians sibi pensionem reseruauit, pensio autem nulla, vel minor fuit reseruata, renuntiatio est nulla. Seraph. *decis. 11.* Rot. *diuers. p. 1. decis. 419. & 699. et 1. p.* Recent. *dec. 92.* Nec titulus, aut possessio dicitur dimissa, nisi conditione adimpleta; ita quod etiam si pensio sit reducibilis ad minorem summā, gratia in totum corruat. Rot. *coram Gip. Tolet. pensionis 1591. & 2. p.* Recent. *decis. 260.* Ideo donec conditio impleatur, renuntiās retinet titulum, & possessionem; nisi aliundè constet voluisse eam dimittere. *Nep. in cap. accepta oppos. 7. num. 23. & 33. de rest. spol.* & etiam fructus vsquè ad possessionem resignatarij Barbos. *iur. Eccl. p. 3 cap. 15. num. 85.* Quod verum est in renuntiatione ad fauorem,

norem, & conditionali; quia traditio conditionalis non habet effectum ante impletum modo dicto *in 1.declar.* Si vero pura esset renuntiatio, fructus à die præstiti consensus de iure cedunt resignatario; sed hodie eos Camera percipit. Paril. *de resig. qu. 7. num. 9.* Gard. *2. p. cap. 1. num. 128.*

Declaro 3. quod pendente lite super validitate, vel inualiditate renũtiationis, & an sint purificatæ conditiones, antequam resignatarius capiat possessionem, datur manutentio renuntianti, etiam contra resignatarium, saltem respectu detentationis. Rot. *decis. 4. in nouis. de renunt. & coram Verospio Leodicen. can. 25. Iunij 1621.* Si verò resignatarius sit in possessione illi datur manutentio. Rot. *2. p.* Recent. *decis. 192.*

Pura autem renũtiatio adimit omnes ius renuntianti, si sit acceptata à Superiore: Ideo tunc beneficium, vti vacans potest conferri, & impetrari *D. D. cap. sollicitè de rest. spol.* Cassad. *decis. 400.* Put. *decis. 158. lib. 3.* Amittit enim titulum, & proprietatem. Rot. *coram* Verospio *citata* Caual. *decis. 104.* & est communis.

An autem pura renũtiatio adimat possessionem? Communis opinio affirmat; quia deiectus à possessione post puram renũtiationem, non potest agere spolio, nec vti spoliatus restituitur; secus si renũtiasset post spolium. Ergo renuntiatio tollit possessionem *cap. accepta de rest. spol.* & ibi Nau. Menoch. *remed. 1. recuperanda n. 297.* *Cassad. decis. 4. de rest. spol.* Alij negatiuam sustinent: quia sicut per solam collationem non aquiritur possessio *ca. cum venisset de Instit. ibi non dum esset possessionem cap. licet de prab. in 6.* ità nec amittitur per renuntiationem, quæ strictius est interpretanda. Ideo si spolietur erit restituendus, potissimum, si diù retinuit. Barb. *l. 1. cap. 15. num. 66.*

Hęc de Iuris rigore potest sustineri; sed prima est in praxi seruanda, quia ad petendam restitutionem in beneficialibus, est necessarius titulus saltem coloratus: sed per renũtiationem titulus amittitur. Ergo &c. sed si à Papa cõditio poneretur, vt dũmodo habeat vnde viuere possit, tunc si conditio non sit vera tunc si amoueatur renuntians poterit agere spolio; quia prouisio non tribuit Ius ante verificationem conditionis. Grat. *cap. 991.* vbi allegat Rot. coram Seraph. *decis. 25.* Greg. XV. *decis. 138.* & latè ibi Add. vbi ait procedere etiam si diù post resignationem non stetisset in possessione, & non solum contra tertium, sed etiam contra resignatarium.

An autem spolium possit coram Ordinario intentari. Resp. negatiuè; quia quãdo de littera non Apost. intellectu agitur, etiam in prima instantia per signaturam Iustitiæ

in Curia causę committuntur; nã iudicare de viribus litterarum Apostolicarum ad Romanæ Curiæ Iudices, & in spetie Sacræ Rotæ Aud. pertinet, vt decisum refert Garz. *p.6.cap.3.num* 8. Sicut etiam de beneficijs affectis, & reseruatis causæ cognoscuntur in prima instantia in Curia, nec habet locum. *cap.* 20. Trid. *seß.*24. *de ref.* vt decisam referunt Garz. *l.c. num.*7. Gonzal. *gloß.* 52. *num.* 36. Barbos. ad *d. cap.* 10. *nu.*49. De reseruatione, & affectione vide infra *p.*1. *cap.*10. & 11.

Declaro tandem solum coram Papa fieri sequentes renũtiationes.

1. Reseruata pensione super fructibus beneficij.
2. Cum aliqua conditione, pacto, vel modo.
3. Reseruatis alimentis renuntianti, qui non habet, vnde viuat, & ob aliquod impedimentum non potest illam Ecclesiam gubernare. Resignatarius tamen dat fideiussionem de dictis alimentis soluẽdis, etiam post sui mortem; quia ad illa successor nõ tenetur. Hæc autem reseruatio vel fit expressa quantitate in supplicatione, & Bullis coram Papa, vel in genere, alimẽtis reseruatis ab Ordinario taxãdis, qui personæ cõditionem, & loci consuetudinem obseruabit.
4. Quęcumq; renuntiatio etiã pura sine causa; nam coram Ordinario causa requiritur, vt infra dicetur. s. Reseruatis fructibus, & hoc regulariter non conceditur nisi.

1. Familiaribus Papæ.
2. Cardinalibus.
3. Habẽtibus perpetuum impedimentum, vt seni, cæco, &c. Vide Azor. 2.*p. lib.*7. *cap.*21.*q.*1.

DE 2. Ad validam, & licitam renunciationem plura requiruntur

K 1. vt renũtiatio fiat: omnes enim, qui beneficium habent, renuntiare possunt, si legittimè fiat: tàm per se, quàm per procuratorem. Clem. 1. *de renunt.*

Immo etiã minor 25. annis, si maior sit 14. potest validè renuntiare; quia clericus in causis sui beneficij habetur pro maiori, *ca. vlt. de Iud.* Gloss. *cap. ex parte de rest. spol.* vbi Abbas, Azor. *lib.*7. *cap.* 20. *q.* 9.

Declaro 1. quemlibet posse constitui procuratorem ad renuntiandum, scilicet laycum, clericum, & Monacum, etiam sine licentia Abbatis, Azor. 2.*p. lib.*7. *cap.*22. *q.*3. & non solum vnus; sed etiam multi possunt constitui procuratores in solidum, & non in solidũ; Immo idem potest esse procurator ad resignandum, & ad acceptandum beneficium cum pensione; quia hæc á constituẽtium voluntate dependent. Vide Azor. l. c. per totum.

Declaro 2. in procuratore requiri.

1. mandatum speciale cum expres-
L sione beneficij, loci, & tituli, nec

suffi-

sufficit generale cum amplissima facultate; quia ad donationem speciale mandatum requiritur. *l. procurator ff. de procu.* sed renuntiatio est quędam donatio. Ergo, *Azor. l. 1. q. 6. ver. sed quot.*

2. Quod non sit reuocatus; nam post reuocationem renuntians si certior factus est de reuocatione, non tenet renũtiatio, aliàs secus. *Clem. 1. de renunt.*

Declaro 3. mandatum censeri reuocatum per renũtiationem beneficij. Cassad. *decis. 2. de appell.* fallit, si adsit clausula releuans, & sit acceptatum in vita constituentis. Rot. *corã Pamphil. Calag. Abbat.* 13. *Feb.* 1598. Rub. *ad Oran. decis.* 194. *in fin.* Addo quod si quis iurauit renuntiare, & Procuratorem non reuocare, potest reuocare, & non cogitur renuntiare, obtenta absolutione à Iuramento Sac. Cong. *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 25. q. 6.*

Declaro 4. Procuratorem formam mandati excedere nõ posse, alias gratia esset nulla, & resignatarius nec titulum, nec possessionem amittit; & si resignatarius cum gratia à mandato diuersa possessionẽ ingrediatur, resignans põt agere spolio *l. diligenter ff. mandati cap. dilecta de rescrip.* Seraph. *decis.* 265. Par. *lib. 9. q. 17. num. 3.* Ita quod neq; sufficiat tacita, vel expressa renuntiantis ratificatio; quia in beneficialibus, vltra consensũ partis, requiritur Superioris auctoritas, quæ cum nulliter interfuerit à principio, necessaria est noua renuntiantis, & Superioris approbatio. Dec. *cons.* 77. *lib.* 1. & ita est stylus Curiæ, nam reg. Cancel. 44. cauetur formalem, & expressum consensum prærequiri. Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. num.* 88.

Declaro 5. in duobus casibus procuratorem validè nõ seruare mãdati formam.

1. Si renuntiantis cõditionem meliorem efficeret, v. g. maiorẽ pensionem reseruari faceret; quia tunc mandatum dicitur seruari secundum mentem, licet non secundum verba. *Par. l. c. nu.* 146.

2. In his, quæ nunquam; aut difficillimè concedi solent; quia impossibilia habentur pro non positis *L. Iulianus §. constat. ff. de leg.* 2. Tunc .n. procurator poterit reducere supplicationẽ ad formã, qua renuntianti erit vtilior, facta omni diligentia. e. g. si renuntiationis mandatum sit cum omniũ fructuum reseruatione, si nolit Datarius admittere, nisi medietatem, validè renuntiabit; cũ hic modus sit difficillimus. *Par. l. c.* Ego vero cum Barb. *l. c. num.* 87. non admitto exemplum, sed doctrinam, quando mandatum cõtineret non propè impossibilem, non autem si aliquando solita sit concedi; quia mandatum ad resignandum est strictissimè interpretandum, Bursat. *cons.* 395. Rebuff.

buff. *tit. de proc. ad resig. num.* 12.

Sed intra quantum tẽpus debet procurator renuntiare? Distinguo. Si supplicatio signata est intra sex menses, vt possit publicari, alias vacat ipso iure ex Bulla Gregor. XIII. *Humano.* Si non est supplicatio signata, semper mandatum admittitur; quia durare cẽsetur, donec reuocetur. Cassad. *decis.* 1. *de renunt.* contra *Paul. Castr. cons.* 12. quadriennio expirare dicentem.

Quid si resignans moriatur signata supplicatione ante præstitum cõsensum formalem, an possit procurator illum postea præstare? Resp. posse; quia procurator potest post mortem Domini cœpta finire, non noua inchoare. *L. nam §. si viuum de neg. gest. vbi D. D.* Anchar. *cons.* 293. Boer. *dec.* 348. Caputaq; *decis.* 395. *lib.* 2. Put. *decis.* 83. *lib.* 2. *immo potest cogi* Cassad. *decis.* 7. *de renunt.* Crescen. *decis.* 219. si vero procurator non processit ad aliquem actum, nequit; quia dicitur res integra, Ric. 3. *p. resol.* 402.

2. Requiritur, vt non sit renuntians beneficio priuatus ipso iure, licet teneretur opinio requiri sententiam declaratoriam; quia ius & titulum amisit, licet ante sentẽtiam possideat: sed qui esset priuandus posset renuntiare; quia titulum retinet. Ità de communi testatur, Azor. *lib.* 1. *cap.* 20. *q.* 8.

Declaro 1. eadem ratione renũtiationem de beneficio alieno non tenere; quia non habet titulum, nec possessionem. Barb. *l. c. nu.* 2. & de beneficio proprio debet habere collationem; quia sic etiam ante possessionem poterit renuntiare. *Nau. cons.* 4. *de Sim.* Boer. *decis.* 308.

Declaro 2. Ad veram, & propriam renuntiationem requiri, vt renũtians habeat ius in re; quia si renuntiet tantum ius ad rem, idest ad habendam collationem, non dicitur propriè renuntiatio; nam non potest ad fauorem certæ personę renuntiari; cum non sit tantæ potentiæ, vt possit in aliũ trãsferri. Rot. *decis.* 17. *de prab. in nou.* Par. *lib.* 2. *q.* 23. *num.* 3. sed propriè dicitur Cessio, seù dimissio; nam tantùm purè renuntiari potest. Mandos. *de sig. grat. u. cassiones.* largè tamen cædere, resignare, & renuntiatio cõfunduntur, & vnũ pro alio vsurpatur. Par. *lib.* 1. *q.* 1. *num.* 70.

Sed an Parochus, qui intra annum non est ad Sacerdotiũ promotus validè posit vltima die anni renuntiare? Aliqui negant; quia alius similiter posset alio sequentis anni vltimo die renuntiare, & ità Ecclesia pateretur. Alij verius affirmant; quia *cap. transmissa de elect. in* 6. dicitur, Ecclesiam non vacare, nisi elapso anno; nam pœna ante tempus præfixum nõ incurritur. Archid. *cap. cum eo de elect. in* 6. Cassad. *decis.* 4. *de renũt.* & 27.

& 27. *de locato.*

Credo tamen, id esse verum, dumodo eadem vltima die Superioris admissio accedat; quia cum Superioris admissio sit de substantia renuntiationis, vt notant *DD. cap. admonet de renunt.* elapso anno vacat ipso iure, & Papæ reseruatur. *ca. licet canon. de elect. in 6.* & sibi imputet, si prius non renũtiauit.

3. Requiritur, *vt renuntians* habeat aliundè, vnde viuat. Si sit sacris initiatus, alias nulla est ipso iure.
O Trid. *sess. 21. cap. 2. de Ref. Pij V. Const. Quarta* Secus si sit tantùm in minoribus. Ita D. D. omnes.

Declaro. Si resignans mortuus sit tempore executionis Bullarum, non est opus verificatione, quod habeat aliundè. Si est viuus, distinguo. Si literæ sunt gratiosæ, sufficit verificare de tempore datę. *cap. si eo temp. de præb. in 6.* si in forma dignum, de tempore executionis. Rot. *coram Plato Plac. Vicaria* 1590. Garz. *p. 6. cap. 2. nu.* 279. nec tenetur citare resignantem, vt probat Ric. 2. *p. resol.* 288.

4. Vt resignatarius i. ille. cui beneficium renuntiatur, illud accep-
P tet; nam donatio ante acceptionem ius non tribuit. Ideo renuntiatum in Curia, vacans ante acceptionem, cẽsetur vacare in Curia; quia attenditur locus renuntiationis. Ric. 2. *p. resol.* 266. Non potest alteri conferri, vel permutari donec respuat, vel acceptet. Sed si per triennium non acceptet, censetur ipso iure priuatus. Rebuff. *cons.* 186. *num.* 2. Ric. 2. *p. resol.* 265. Vide infra *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 3.

Declaro 1. posse acceptari per se, & per procuratorem cum mandato; & sine, dummodo ratificetur. Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 16. num.* 4. & 5.

Declaro 2. quod si post collationem resignatarius incidit excommunicationem, potest validè acceptare, secus si ante collationem erat excommunicatus; quia excommunicatus est beneficij incapax. Rot. *de sent. excom. decis.* 195. & *vlt. in nou.* & *decis.* 126. & 720. *in antiq.* vid. *p. 2. cap. 2. cond. 3.*

5. *Vt iusta renuntiandi causa* intercedat; quia ex hac oritur facultas renuntiandi, sine qua minus vali-
Q da renuntiatio existit. Ideo renuntians laboris vitandi causa, vel ambitus, vel auaritiæ, aut alia non legittima, non est audiendus. *cap. sicut vir. 7. q. 1.* immò nec ratione inspirationis, vel humilitatis. *cap. nisi de renuntiatione vers. sed dices.*

Declaro 1. coram Summo Pontifice causam requiri de decentia; nam etiam sine causa potest resignationes admittere, sicut potest etiã sine causa benefitio priuare. Seraph. *decis.* 254. Sed coram Ordinarijs de essentia, vt patet ex Const. *Pij V. Quarta* vt mox dicetur.

Decla-

Declaro 2. Iustas causas renuntiationis dupliciter considerari.

1. In generali, & ita duę sunt, scilicet vtilitas Ecclesiæ, & salus propria, vt habetur *cap. quidam de renunt.* Immò D. Thom. 2. 2. *q.* 18. *a.* 5. ad vnam tantum reducit, cum .s. Prælatus non potest Ecclesię inseruire ob defectũ proprium, vel alienum.

2. In particulari, & sic dupliciter de iure communi, & ex particulari constitutione ad renuntiationem coram Ordinarijs. Primo casu continentur his versibus.

Debilis, Ignarus, malè conscius irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.

Procedit, si propter hoc impeditur à sui officij executione, & non potest aliter prouideri. Barb. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 15. §. 2. *à num.* 89. Immo ratione ignorantiæ, & irregularitatis compelli potest ad renuntiandum, vt testatur Paris *lib.* 5. *qu.* 3. *à num.* 67. 83. & 177. Quod si renuntiatio non fiat, datur Coadiutor, Barb. *l.c.*

Secundo casu in dicta Pij V. Const. plures referũtur causę legittimæ, quæ explicantur infra in 3. p. huius capitis.

6. Requiritur, vt resignatarius Bullas expediat ante possessionem, alias non facit fructus suos, pro intruso habetur, & ipso iure vacat beneficiũ. *Cõst.* 11. *Pauli* jv. *et* 49. *Pauli iij. cũ nobis:* Nec iuuare põt regula de annali, vel trienali; qa licet Iure cõmuni gratia sit perfecta per signationem per verbũ *fiat.* tamen Bullæ requiruntur ex stylo Curiæ, & regulis Cancellariæ. Vide *par.* 2. *cap.* 1. *conditio* 3. *num.* 15. Seraph. *decis.* 791. & infra *sect.* 3. cond. 4.

Declaro 1. procedere, si à Papa fiat collatio, secus si ab Ordinario; debet benè in vtroq; casu capi possessio auctoritate Ordinarij, vel iudicis delegati; quia licet ius per collationem quæratur *ca. vlt. de preb.* tamen non est firmũ ante possessionem, cum possit multis modis amitti, Rebuff. *cons.* 180. *num.* 19.

Declaro 2. procedere, non solum de beneficijs inferioribus, simplicibus, & curatis; sed etiam de Cathedralibus, & contra facientes Episcopi, Abbates, & Prælati priuati sunt omni iure, Capitula, & Conuentus sunt suspensi à perceptione fructuum beneficiorũ; donec Papa dispenset: Iudex, & Notarij Romanæ Curiæ concedẽtes possessionem per solam supplicationem, Papali excommunicatione feriuntur, excepto casu, vbi Papa concessisset, quod sola signatura sufficiat. *Paul. III. Cõst.* 49. posita per Cherub. in Appendice.

Declaro 3. procedere, siuè beneficia conferantur iure tituli, siuè com-

comendationis, siuè vnionis, siuè cuiuscunque alterius dispositionis. Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 1. solet autē dari à Papa facultas capiendi possessionem nomine Cameræ ante literarum expeditionem. Cogitur resignatarius tamē Bullas expedire Belam. *decis.* 747. Rot. *decis.* 20. *de præb. in nou.* Tribus rationibus apud Ric. 2. *p. resol.* 448.

Declaro 4. procedere in foro exteriori; nam in foro conscientiæ, ingerens se in administrationem, & possessionem, post signatam tamen supplicationem, erit tutus; quia forum cōscientiæ nō est obligatum apicibus iuris. Gomez. *Reg. de non Iud. iuxta form. supplic. quæst.* 14. *Cherub. scol.* 2. *ad Bull. ij. Pauli IV.*

Declaro 5. Quando beneficia resignata sint conferenda, Vide *infra de renunt. coram Ordinario*. Post
5 collationem possessio capi debet infra sex menses, si in Curia facta est renuntiatio, & infra mensem, si ab Ordinario. *Reg.* 34. *Cancell.* Procedit, si renuntians moritur: nam si intra dictum tempus non sit capta, vacat per mortem: si vterque viuit, potest semper capere, alio non existente in possessione: sed si alius possideat, debet infra triennium. vide Ric. 2. *p. resol.* 265.

Declaro 6. decedente Papa, signata supplicatione, successorem dare Bullas; facta mentione illius, qd actum est, infra tamen sex menses pro publicatione, quod si nequeat fieri, petitur prorogatio. *Azor. l. c. cap.* 23. *q.* 1. Vide infra *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 4. de bullis.

7. Vt exprimat omnia necessaria, prout traditur infra 2. *p. sect.* 3. *cond.* 5.

8. Vt renuntiatio fiat libera voluntate *DD. in cap. ad audient. de his, quæ metus causa, & ibi cap.* 2. *&* 3.
T Vbi communiter firmatur, renūtiationem metu factam, esse nullam, Rot. *decis.* 5. *de renun. in nou.* Mohed. *decis.* 32. Quæ enim fiunt & metu, vel vi, carent robore. *tot. tit. ff. eo.* Idem si fiat per violentiam, dolum, & fraudem. Gloss. *cap. suggestum. u. decipiat* 7. *qu.* 1. Par. *lib.* 13. *qu.* 3. Quod verum est etiam, si sit iuramento firmata; sed necesse est, antequam beneficium repetatur, à iuramento absolutionem obtinere. Azor. *l. c. cap.* 26. *qu.* 1. *in medio.*

Declaro. Si carceretur Clericus, vt cogatur ad renuntiandum, talia facientem, præter nullitatem renuntiationis, incurrere ipso iure excommunicationē, & illius beneficia vacare eo ipso. *Clem. multorum de pœnis.*

Sed an talis resignatio sit nulla ipso iure, vel iudicis officio rescindenda. Resp. DD. communiter tenere esse rescindendam. i. quia regulariter actus gesti per metum, rescindendi sunt: cum coacta voluntas sit, voluntas *l. si mulier* §. *fin.*

fin. ff. quod met. 2. *quia in cap.* 2. *& cap. ad audientiam eo:* per verba futuri temporis præcipitur, vt restitui faciatis Ecclesiam, & alia. 3. quia iuramentum, interpositũ per metum in renuntiatione, tenet, *cap. si vero de iur. Iur.* vt per plura firmat, *Ric.* 2. *p. resol.* 485.

E contra, omnia metu facta, nulla videntur ipso iure, cum adsit intentionis defectus per tradita in principio huius requisiri.

Ego distinguo: quoad effectum, nullius est momenti; ità quod datur regressus, nec noua prouisio requiritur; sed quoad modum non potest ad suum redire beneficiũ, nisi officio Iudicis Ecclesiastici agendo possessario reintegrandæ, vel recuperandę, intentãdo actionem, quod metus causa, vel officium Iudicis implorando. *Rebuff. de resig. per metum num.* 5. Calder. *const.* 1. *de renun.*

Vnde, antequam restituatur, nequit beneficium, nec fructus habere, nec titulo beneficij ordinari; sicut nec ad horas tenetur; quia per resignationem amisit titulũ, & habet solũ Ius, vt restituatur. Paris *de resig. lib.* 13. *qu.* 2. *nu.* 29.

9. *Vt renuntiatio fiat purè* sine conditione, vel pacto, aliàs est simoniaca, & nulla, *cap. tua nos de sim. cap. cum pridem, & fi. de pact.* Paris *lib.* 14. *qu.* 1.

Declaro 1. talem renuntiationem, olim debere annullari, *cap. presb.* 1. *q.* 1. vbi dicitur. *Priuetur*. Sed hodie esse ipso iure nullam. *Extrauag. cum detestabile de sim.* Ideò beneficium simoniacè renuntiatum, potest impetrari, quia vacat ipso Iure, vt probatur infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 3. *num.* 8. *de vacat. ex delicto*. Tandem Pij V. Const. V. *Cum primum*, confirmat omnes pænas contra simoniacos, & alias imponit. Pro simonia in ordine suspensionem ipso iure per decẽnium, & carcerem per annum. In dignitatibus Ecclesiasticis priuationem ipso iure, & inhabilitatẽ ad illam, & quamcumq; aliam. In beneficijs, & officijs Ecclesiasticis priuationem ipso iure, fructuum restitutionem, & inhabilitatem. Pluries hoc cõmittentes, vltra prædicta, degradari, & arbitrio corporaliter puniri mãdat.

Declaro 2. conditiones, quæ insunt à iure, licitè posse apponi, nec simoniam inducere v.g. quod resideat, celebret iuxta obligationẽ, alteri conferatur, nullũ nominãdo, &c. Cõditiones vero, q̃ nõ sunt beneficio annexæ, simoniam inducunt, vt reseruatio pensionis fructuum, cessio litis, &c. *Azor.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 21. An sit simoniaca renuntiatio ad fauorem sine alio pacto. Vide supra in principio huius cap. declar. 4.

Quid si aliquod pro renuntiatione sit promissum, sed non datum? Distinguo. Si traditio sequatur, statim ipso iure priuatio incurritur; quia tunc simonia completa dici-

dicitur : Si non sequatur traditio sub distinguo ratione simoniæ, est tantum priuandus; sed ratione non secutæ causæ, beneficium dimittere cogitur; quia datū fuit ob causam. *Gloß. & Abb. cap. tua nos de simon.*

10. *Vt renuntiare non impediatur*: omne enim beneficium, siuè seculare, siuè regulare, siuè simplex, siuè curatum, siuè in titulum, siuè in commendam renuntiari potest, regulariter colligitur ex generalitate. *tex. admonet ibi Vniuersis personis de renunt. cap. 1. eo. in 6. Paris lib. 1.* Ita vt etiam Papatus possit renuntiari *cap. 1. de renunt. in 6.* & Collegio Cardinalium fieri debet; quia vniuersam repræsentat Ecclesiam, & ab ipsis fit electio, vt latè probat Barb. *Iur. Eccl. lib. 1. cap. 2. nu. 211. & 212.*

X

Declaro, quadrupliciter quem renuntiare impediri.

1. Ex natura rei.
2. Ex qualitate.
3. Ex iure alterius.
4. Respectu imperfecti iuris.

1. Ex natura rei, & sic dupliciter. 1. Pensio nequit renuntiari; quia non sapit naturam beneficij, nec titulum beneficialem; sed ex facultate Summi Pontificis potest transferri, at latè probat, *Ric. 2. p. resol. 470. 2. exemptum beneficium*, quod renuntiari nequit, nisi modo dicto *cap. 1. diuis. 8.*

2. Ex qualitate beneficij dupliciter. 1. Si ad illius titulum fuit ordinatus; quia, nisi de hoc fiat expressa mentio, nulla est. *Trid. sess. 21. cap. 2. de ref.*

2. Si beneficium sit litigiosum, & tunc distinguo. Si renuntiatio fiat, nulla facta mentione litis, nulla est, etiam si Papa conferat motu proprio, quia si nosset, non contulisset; nam rescriptum est subreptitium, etiam si lis taceatur per simplicitatem. Ric. 3. *p. resol.* 438. *num.* 8. & possessio sit capta, est nulla. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 656. Si verò mentio litis fiat coram Papa tantum, potest fieri renuntiatio; sed non solet admittere ad fauorem alterius. Purè autem, etiam coram Ordinario fieri potest; sed ab eo nequit conferri, nisi lite finita. Azor. 2. *p. lib. 7. cap. 25. qu. 3.*

Finitur autem lis quinquè modis.

1. Per obitum vtriusquè litigatoris. *Clem. 1. vt lit. pend.* Nam si vnus tantum decedat, Episcopus non potest conferre; quia habet manus ligatas, vt dixi supra, *cap. 1. diuis. 10.*

Y

2. Si alter litigantium omninò cædat, vel transactionem faciat. *cap. 1. de lit. contest. in 6.*
3. Si alter litigantiū obtineat aliud beneficium incompatibile. Rot. *coram Orano Compostellana Parochialis. 16. Decembris 1596.* Vbi Rub. *in suis sing.*
4. Per longum tēpus censetur extincta. Non sufficit triennium *cap. penum de Iud.* Sed longum

O 2 tem-

tempus aliquando per annos 37. aliquando 25. aliquando 18. iudicatum est. Teste *Azor. l. c. q. 3.* Ego sufficere decennium censeo; nam per decennium Ecclesia habetur pro derelicta. Vide infra *p. 2. cap. 1. cond. 3. num. 28.* Nam ante decennium requiruntur alię coniecturę, ex quibus manifestatur, quando alter nollet litē prosequi: voluntatem enim nostram verbis, & factis manifestamus. *ca. u. non solum*, vbi Gloss. 21. *q. 3.* & intelligitur Gloss. *Clem. 1. vt lite pend. §. Si vero verbo prosequi.*

5. Per sententiam, si sit executione damandata; nam ante executionem per sententiā lis finitur circa ea, quæ recipiunt instantiam; sed non circa alios effectus; vt quod alter dicatur possessor malæ fidei, quod res sit litigiosa, &c. Itē nec sufficit absolutio ab obseruatione Iudicij Gomes. *reg. de annali q.* 44. *propè finem.*

Quid si renuntiatio fiat ante litem motam? Resp. tenere, & posse etiam pēdente lite possessionem capi, quando lis est super titulo, non super possessione. Azor. *l. c.*

3. Ex Iure alterius quadrupliciter.

1. Ius patronatus, siuè laycorum, siue clericorum nequit renuntiari ad fauorem sine consensu Patroni. Put. *decis.* 402. *lib. 1. Coccin. decis.* 174. *num. 2.* Rot. *Recent. p. 1. decis.* 427. *Grat. cap.* 835. *contra Cald. cons. 6. de renunt.* Quod si spreto patrono renuntiatio fiat, non est ipso iure nulla, sed anullanda contradicente Patrono intra terminum datum ad pręsentandum; nam eo elapso, tacitè renuntiationem approbat. *Clem. 1. de sup. negl.*

2. Beneficium electiuum, quod sine electorum consensu renūtiari nequit. Paris lib. 8. q. 9. 10. num. 11. alias ipsis contradicētibus anullabitur: sed possent postea consentire, & si dimittitur ad alicui' vtilitatem, omnium cōsensus requiritur, si ad vtilitatem Ecclesiæ, maioris partis sufficit, Azor. *l. c. quest.* 7.

3. Beneficium vnitum, antequam vnio sortiatur effectum, quia alteri est ius quęsitum, Papa tamē potest derogare: sed requiritur narratiua vnionis, & illius exp̄ssa derogatio. Viuian. Vrb. *Prax. Jurisp. lib. 13. cap. 10. num. 29. & num. 32.* Subdit nec beneficia, super quibus à Papa expectatiuæ concessæ sunt, posse renūtiari eadem ratione.

4. Beneficium, super quo alteri fuit à Papa reseruatus regressus, & quando is, cui super illo reseruata fuit pensio, egit pro ea non soluta contra beneficiariū ad priuationem, siue regressum. Veral. *decis. 215. p. 1. Cassad. decis. 4. de locato Barbos. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. num. 146.*

Beneficium tamen reseruatum, vel affectum potest etiam coram Ordinario, siue simpliciter, siue ad fauo-

fauorem renuntiari ad effectum admittendi renuntiationem; sed à Papa debet conferri. *Azor. l.c. cap. 25. qu. 9.*

4. Respectu imperfecti iuris, tripliciter.

1. Si sit priuatus ipso iure, tunc renuntiare nequit, vt diximus supra req. 2. Barbos. *l.c. num.* 139. & 40. quia nullum ibi ius habet.

2. Si habeat tamen ius ad rei, e. g. nominationem, nō collationem; tunc enim potest renuntiare simpliciter, nō ad fauorem; quia habet ius imperfectum. Barb. *l. c. num.* 25. *& sequentibus.*

3. Si habeat in commendam ad tēpus; tunc enim potest simpliciter renuntiare: Si verò ad vitam, tā simpliciter, quā ad fauorē. Azor. *lib.* 7. *cap.* 25. *qu.* 10. 11. *li.* vt fiant publicationes iuxta Bullā Greg. XIII. *Humano*. alias renuntiatio est nulla ipso iure; quia Bulla prędicta habet decretum irritans, & *oculos habet retro*, idest nullitatem vsq; ab initio, & pro imperfecto habetur quicqnid cōtra illud gestum est. Rot. 4. *p. nouis. decis.* 664. *&* 666.

Et quia hæc est materia periculosa, explicabuntur.

1. Quorum beneficiorum sint publicationes faciendę.
2. Locus.
3. Tempus.
4. Terminus.
5. Modus publicationum.
6. Pęna contrafacientium.
7. Causæ excusantes.

1. Quorumcumq; beneficiorū faciendæ sunt publicationes, simplicium, Curatorum, secularium, Regularium, Rot. 4. *p. nouis. decis.* 667. perpetuorum, manualiū, liberorum, de Iure patronatus, exemptorum, reseruatorum, electiuorum, litigiosorum, & etiam consistorialium; & non solū quæ dantur in titulum, & commendam: sed etiam in purum regimen, vt in hospitalibus laycis cōcedi solitis in administrationem. Tùm quia verba Bullæ sunt amplissima, tùm quia cōcurrunt eędem rationes, scilicet ad obuiandum fraudibus; & vt Ordinarius sciat, à quo petere debeat rationes. Rot. 4. *p. nouis. decis* 668.

Declaro, beneficia consistorialia esse publicanda, si extra consistoriū resignantur, secus si in consistorio; quia cum sit in præsentia Papæ, satis dicitur publicata. Thes. *for. Eccl. cap.* 15. *num.* 41.

Sed contra facit *decis* 665. *ead. p.* 4. vbi dicit, Bullam Greg. XIII. de de public. procedere, quādo datur in titulum. Soluitur hoc cōcontrarium per aliam *decis.* 669. *ead.* 4. *p.* quia contraria procedit in terminis Bullę Pij V. quæ non erat ita ampla, vel non erat ibi specialis quæstio, an publicationes faciendæ essent de his, quæ in regimen dantur. prædicta Bulla Greg. Procedit de omnibus inferioribus, etiam consistorialibus bene-

beneficijs, vt Abbatijs, &c. *Rebuff. de public. gloss.* 1. *Parif. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 25. Nam finis est ad obuiãdum fraudibus, at ità hæc constitutio est fauorabilis; & cum sit obuiatiua fraudibus. *Rot.* 4. *p. nouiss. decis.* 668. Non de Episcopatibus, & Superioribus; quia Bulla de illis non loquitur.

In tribus casibus publicationes sunt faciendæ.

1. In renuntiationibus, non solum ad fauorem, sed simpliciter, si ex illa quis beneficium habeat, vt cessione Iuris, &c. quia non abdicatur Ius à resignante nisi seruata forma. Rot. 4. *p. decis.* 666. *n.* 3. etiam si sit minor 14. *annis cum quo Papa* super ętate dispẽsauit; quia tenetur ad publicationes. Quarant. u. Benef. public. vers. 3.

2. In permutationibus. Vbi sciendum est, toties faciendas esse publicationes, quoties fit permutatio, vel resignatio. De hoc vide *Azor.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 24.

3. In impetrationibus ob non factas publicationes, & deuolutionem, vt habetur in dicta Bulla Greg. xiij. quia deuolutio non inducit nouam vacationem, sed prima durat. Cassad. *decis.* 8. *de præb.* Si quis beneficium dimitteret vigore decreti ob consecrationem alterius, impetrans ità dimissum teneretur ne ad faciendas publicationes?

Resp. non, quia non vacat per resignationem; sed per assecutionẽ alterius incompatibilis, & dimissio illa ad nudum factum refertur, *Rot.* 4. *p. nouiss. decis.* 599.

Tandem regula de publicandis cõpræhendit quascumq; resignationes etiam simplices coram ordinarijs, & etiã si de beneficijs simpliciter resignatis memini fuisset prouisum. Tum ex verbis generalibus Const. Pij V. ibi *quæcũq; dictorum beneficiorum.* Tum ex ratione; quia licèt videat pænalis dicta constitutio, tamen est fauorabilis cum sit obuiatiua fraudibus, quæ ex occultis resignationibus oriebantur, ideo hunc casum debet compræhendere ad trac. p Aret. *cons.* 2. Soccin. *cons.* 77. *nu.* 14. & *cons.* 80. *num.* 13. *lib.* 1. Rot. coram Gypsio Sabinen. *benef.* 8. *Martij* 1588.

Eadem ratione comprehendit Hospitalia laycus in administrationem cõcedi solita, vt coloni sciãt, cui fructus dent, & Episcopus à quo rationem petere debeat. Rot. coram Bubalo *Regien. Hospitalis* 13. *Nouembris.* 1587.

Similiter habet locum in mandatis de prouidendo. Cassad. *decis.* 25. etiam si ibi adsit clausula, quod infra sex menses nouam debeant expedire prouisionem. *Put. decis.* 32. *de concess. præb.*

2. Locus est in Cathedrali, & in Ecclesia, vel Ecclesijs beneficij, & si est rurale, & careat populo in parochiali illius, & si sit in Cathedrali, in ea tantum, si sit nullius dioe-

diœcesis, sufficit in loco beneficij; si non pateat aditus, vt propter pestem, &c. in proxima parochiali, & cathedrali.

3. Tempus est inter Missarum solemnia, vbi populus est frequens.

Declaro, nihil referre, an publicationes diebus festis fiant, dumodo populus sit frequens Kochier. *reg. de public. num.* 15. Non fit in vesperis ad tollendam omnem fraudis suspitionem.

4. Modus est, vt clara, & intelligibili voce, renuntiatio, vel permutatio publicetur, & resignantis, atque resignatarij, vel permutantium nomina, & cognomina, titulus, qualitas, & locus Ecclesiæ, cũ facti serie pronuntientur, palàm literę Apostolicę, vel transumptũ autenticum exhibeatur, & copia dictis locis affigatur, vt nullus æquiualens modus sufficiat, vt in dicta Bulla dicitur.

Declaro 1. ad publicationem requiri vtrumq; scilicet lectionem, & affixionem Bullarum, non sufficit attestatio de publicatione, quia id refertur ad lectionem; nec è contra. Put. lib. 2. decis. 168. vbi Rub. in suis sing.

Declaro 2. in lectione, hanc formulam sufficere. *I*notescat omnibus, factam fuisse renuntiationem talis beneficij sub titulo Sancti Petri, talis loci, & diœcesis à Reuerendo N. ad fauorem *B.* & sanctissimus Dominus gratiam concessit, explicando facti seriem, vt patet ex bullis, vel transumpto autenticò, quod habet præ manibus, & fieri potest latina, vel vernacola lingua. Garz. *p.* 11. *cap.* 3. §. 4. *num.* 290. Ex dicta tamen decis. Put. colligi videtur, melius esse, totum bullæ tenorem legere; sed etiã modo dicto satisfit bullæ: tum quia ibi ità dicitur, scilicet *nomina*, *&c.* Tùm quia populus ità melius intelligit, dumodo totum negotium, vt pacta, modi, &c. referantur.

Declaro 3. affixionem sufficere de simplici copia; sed integra requiritur. Pinguius impletur bulla, si per aliquod temporis spatium originale opẽdatur; vltra copiã. Rot. coram Pamphil. Legionen. Præstim 11. Martij 1594. Garz. l c. *num.* 298.

Declaro 4. non esse publicandum, nec affigendum instrumentũ publicationis, quia id non præcipitur. Rot. coram Cordub. *M*ediolan. 26. *Octobris* 1598. & coram Penia *(an.7. Iunij* 1596. Neque prorogationem obtentam. Rot. coram Plato *Iacen. Vicaria* 31. *Ianuarij* 1590.

Declaro 5. publicandas esse literas, etiam si nullæ sint; nam obtento perinde valore, non est opus alia publicatione. Paris *lib.* 12. *qu.* 7. *num.* 89.

Declaro 6. ad petẽdum fieri publicationes admitti, tàm resignantem, quàm resignatarium, & per se, & per alios. Gregorius XV. *decis.*

decis. 288. in fine.

Declaro 7. publicationes fieri non debere per ipsos;sed per Notariũ actuarium, qui tam de publicatione, quàm de affixione publicũ faciet instrumentum,& Notario Actuario de gestis coram se de preterito creditur, non autẽ Notario non actuario asserẽti, se fecisse publicationes sine testibus. Put. *decis.* 17. *de fid. instrum.* sufficeret tamen quilibet Notarius, qui tempore publicationum faceret publicum instrumentũ cũ testibus. Nec improbo consuetudinem publicandi per sacristã in Cathedrali, & Sacerdotes in beneficijs cum testibus, quorum relatio in actis redigitur per actuarium;quia sunt personæ publicæ,& publicant matrimonia, & faciunt testamenta. *cap. cum esses de testam.*

5. Terminus est cum distinctione: si fiat in Curia vltra montes infra nouem menses, citra montes infra sex à die signatæ suplicationis, & primę, si sint plures. Si extra Curiam in manibus Ordinariorum, etiam Cardinalium, debet Ordinarius infra mẽsem vel reijcere, vel admittere, & resignatarius intra tres mẽses à die sibi factæ prouisionis publicare. Vbi scias, Terminum carrere, tàm viuo,quàm mortuo Pontifice; quia semper fieri possunt publicationes.

Declaro 1. Quando fit prouisio à Papa ex iure deuoluto ob negligentiam Ordinarij fieri debere publicationes, non infra sex, sed tres menses, sicut fieri debebat, si prouisio facta fuisset ab Ordinario. Rot. coram Corduba Mediolan. *beneficij* 13. *Ianuarij* 1597.

Declaro 2. posse publicationes fieri etiam ante collationem post admissionem. Rot. coram Pamphilio *Burgen. Canon.* 19. *Ianuarij* 1598.

Declaro 3. Si petatur immitti in possessionem,non currit tempus: si postea impediatur. Rot. corã Dubalo Hipporigien. *Præpositura* 16. *Maij* 1588. non tamen sufficit præsentatio literarum.Garz. *p.* 11.*cap.*3. §.4. *num.* 300.

6. Pœna est, quod contra facientes sunt ipso iure talibus beneficijs priuati, quæ vacant ipso iure, & possunt impetrari, illorum prouisio ad Sedem Apostolicam deuoluitur, vt ex dicta bulla; vbi etiam fiunt inhabiles ad illa quãdocumq; obtinenda. *Sed an resignans,* possit tali defectu commisso per resignatarium, suum repetere beneficium, & agere spolio? Resp. negatiuè; quia omne ius ab eo cecidit, vt in dicta bulla statuitur expræssè ibi. *Nec resignantibus.*

Sed contra hoc adest *decis.* 664. *in* 4. *p. nouiss.* vbi deciditur in hoc, renuntiantem posse spolio agere, suum repetere beneficium, quia Ius pœnes ipsum remansit, cum

non

non fuerit renuntiatio facta irreuocabiliter, non secuta publicatione, vt per Mohed. *decis.* 327. Resp. hanc Rotæ decisionem loqui in terminis Bullæ Pij V. non Gregorij XIII. vbi omne Ius aufertur à resignante; nam decisio Rotæ fuit 14. *Februarij* 1583. & Const. Gregorij XIII. *Nonis Ianuarij* 1584. Ita notat Rub. *sing.* 2. Aldobrand. *in Eccl.* Ideo ratio dictæ decisionis procedit in alijs casibus, vbi resignatio redditur nulla; quia renuntians suum repetit beneficium, de quo latissimè Paris *lib.* 1. *qu.* 3.

7. Excusant à pæna, 1. *Dispensatio Papæ* à publicationibus, quæ tamen non datur.

1. *Prorogatio* temporis à Papa, dũmodo intra tempus prorogatio fiat: Non tamen iuuat prorogatio, si medio tempore esset alteri ius quæsitum per collotionem factã à Papa. *Quaranta vers. limita.*

3. *Iustum impedimentum.* Dumodo probetur, non solum adesse; sed etiã esse tale, vt euitari nequeat, & ita impedire, vt neq; per æquipollens fieri possent. v. g. *In Parochiali viciniori*, & nec per se, nec alium potuerit. *Quaranta benef. pub. vers. Limita.* 3.

4. Si factum fuerit. *Nihil transeat.* de mandato Datarij, dũmodo citauerit partem aduersam ad dicendum causam, quare vult impedire supplicationis resignationem.

5. *Carceratio* resignatarij; ità vt nec per alium potuerit expedire.

6. *Detentio* bullarum à Iudice, dũmodo coram Notario, & testibus protestetur, per se nõ stare. *Quaranta l. c. num.* 4.

7. Translatio pensionis, quæ regulariter non est beneficium, & in ea non fiunt publicationes. *Gomez. reg. pub. q.* 10.

Non excusat Triẽnalis possessio post defectum publicationis; quia ità statuitur in hac bulla. Præsumitur benè publicatio ex Triennali; sed si contrarium probetur, non iuuat. Rot. corã Lauretano Cremon. Pensionis 5. *Nouẽbris* 1583. 4. *p. nouiss. decis.* 671.

Neque excusat si nulla prima resignatiòne ob talem defectũ alia fieret renuntiatio, in qua fiant publicationes; quia iam omne ius abdicatum fuit. *Quaranta l. c. vers.* 2. *Amplia* excusaret noua prouisio, quę suplet negligentias, & publicationem etiam si sit nulla, quia fit coram Principe, vbi omnia publica præsumũtur, Gomez ex bibliot. Lucin. d. 32.

12. Vt 20. diebus resignãs viuat post renuntiationem; quia si ante moriatur, dicitur vacare per obi-

BB tum. Ideo si resignans moriatur extra Curiam, & in mense Ordinarij, nullaq; alia sit reseruatio, confert Ordinarius, aliàs Papa; sed Ordinarius facit concursum. *Azor.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 28. *q.* 9. *ex reg. Cancel.*

P Proce-

Procedit etiam, si renuntiatio facta sit in manibus Papæ Simonett. *qu.* 28. *num.* 6.

Procedit tàm in resignationibus, quàm in permutationibus, & etiam in vnionibus; vt si consentiat vnioni; etiam vigore supplicationis à Papa signatæ, dum esset sanus, vt cantant verba reg.

Procedit 2. siuè resignatio fiat in Curia, siuè coram Ordinarijs, & Legatis; quia ibi etiam fraudis fieri possunt secundum veriorem Gomez *d. reg. q.* 26. Cassad. *decis.* 33. *de ren.* & ita resoluit Rota teste Gomez. licet Mandos. *neget in d. reg.* Si fiat coram Ordinarijs: quia Cancellariæ regulæ non habent locum extra Curiam.

Procedit tertio, quocunque modo moriatur, vel naturaliter, vel violenter, etiam quando in sanitate renuntiauit: Sicut procedit de quocunq; beneficio, etiam Iuris patronatus. Azor. *l. c. qu.* 6. Nã regula loquitur generaliter; ità vt illa afficiantur etiam Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales, Azor. *q.* 2. licèt neget Mẽdos. *in d. reg.*

Procedit 4. de viginti diebus à die præstiti consensus, non facti Procuratoris, *& excluſiuè*, idest non computando diem præstiti consensus ex vulgata regula: quia dies termini non computatur in termino. Gomez. *q.* 37. *nu.* 2. Rebuff *gloss.* 10. *Sed incluſiuè* dicit Mandos. *q.* 18. *num.* 3. quia dies termini computatur in termino, quando interest eius, cui termin⁹ præfigitur, vt hic, & ita resoluit Rota, teste Paris *qu.* 8. *num.* 14.

Procedit 5. de diebus naturalibus 24. horarum, & vltimus incohatus non habetur pro completo. Pars *l. c. num.* 23.

Declaro 1. debere resignatarium plenè probare, quod renuntians mortuus sit post 20. dies; quia agitur de magno præiudicio, nec sufficit iuramentum, aut publica vox; sed duo testes requiruntur, qui dicant, se vidisse illum mortuum, & sepulturæ tradi, Sarnan. *reg. de infr. qu.* 16. & ita mors probatur semper, & per librum Parochi, Greg. XV. *Aquilana beneficij* 28. *Ianuarij* 1622.

Declaro 2. Si resignans sit mortuus in domo resignatarij, nisi aliter constet, præsumitur mortuus intra 20. dies, licet post publicetur, præsertim si non dabatur accessus Medico, & alijs, Mendos. *d. reg. q.* 8. *Paris lib.* 12. *q.* 7.

Declaro 3. solum Papam posse huic regulæ derogare; ita vt neque Legatus de Latere, habens etiam specialem facultatem in permutationibus; quia in renuntiationibus specialis derogatio requiritur, nec clausulę generales sufficiunt. Papa solet aliquando derogare, quando resignans est extra Italiam, vel in Italia: sed valdè distat ab Vrbe, secus in Vrbe, & propè. Mandos. *Prax. sig. grat. n. de-*

u. derogationes reg.

Declaro 4. Si agatur de probando obitu alicuius ad effectum Iustificationis gratiæ, & subrogationis gratiosæ, &c. sufficere semiplenã probationem per testes de publica voce, & fama. Si verò agatur de probando tempore certo obitus, vt ad effectum reseruationis, & huius regulę, requiri plenam probationem. Rot. coram *Pegna* Salamantina *beneficij 3. Iulij* 1600. vbi Rub.

13. *Vt renuntiatio sit à legitimo Superiore admißa*: nam propria auctoritate renuntians potest cogi ad redeundum, & non rediens ad suam Ecclesiam excõmunicari. *cap. si quis verò 7. q. 1.* Gloss. *cap. admonet de renuntiat.*

Ideo quandiù Ordinarius non admiserit, renuntiatio dicitur valida ex parte renuntiantis; sed imperfecta, nisi Superioris accedat assensus, *cap. non oportet de renũt. ibi factum prorsus irritum*. Quod si interim moriatur, vacat p obitum. Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. num. 21.* sed in manibus Papæ non inducit vacationem, antequã acquiratur resignatario; quia fit ad fauorẽ illius, nec aliter, nec alio modo.

Declaro 1. admissionem Superioris esse de substantia renuntiationis docere *DD. in d. cap. admonet*, Gonzal. reg. 8. *Gloss. 14. num. 21.* *Paris lib. 1. q. 14.* Azor. 2. *p. lib. 7. cap. 24. qu. 4.* Garz. *p. 11. cap. 3. nu. 21. & seqq.* Ideo licèt sit Superiori præsentata renuntiatio, si nõ sit admissa, potest renuntians pœnitere. Ric. *3. p. resol. 399.*

Ratio est, quia inter Ecclesiam, & Rectorem est quasi contractus, quo clericus astringitur seruire, & Ecclesia alere. *cap. nisi §. verũ de renunt. ibi fide media*. Vide Ric. *l. c.*

Contra *Gomes. reg. de infirm. qu. 19.* dicentem sufficere admonere Superiorem; quia *in cap. susceptum de rescript. in 6.* dicitur benefitiũ vacare per *cessionem*, sed intelligitur debitè factam. Barb. *l. c. n. 20.*

Declaro 2. legittimum Superiorem ad admittendas beneficiorũ resignationes esse omnem Ordinarium, collatorem, vt est Papa, *Legatus de Latere*, Episcopus, Capitulum Sede Vacante, & quilibet inferior habens Episcopalem Iurisdictionem, vt probat, Barb. *l. c. num. 7. & seqq.* At si non habet Iurisdictionem Episcopalem, sed ius conferendi, non potest admittere resignationes; illas enim admittit Episcopus, & inferior confert, *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 19. in fin. item.*

Coadiutor Episcopi, si sit datus amenti, potest ex se admittere: si verò datus sit seni, vel infirmo, debet id facere cum consensu Episcopi. *Paris lib. 7. qu. 10.* vide *Azor. 2. p. lib. 6. cap. 26. q. 15.*

Vicarius autem generalis, licet habeat facultatem administrandi

temporalia, & spiritualia, non potest resignationes admittere; quia specialis facultas requiritur, vt multis probat, *Ric. 2. par. resol.* 471.

Declaro 3. admittere resignationē valde diuersum esse à collatione: Ideo Vicarius habens specialem facultatem admittendi resignationem, non propter hoc potest beneficia illa conferre. Barb. *l. c. num.* 12.

Declaro 4. in tribus casibus renuntiationem tenere absq; Superioris admissione.

1. In renuntiatione iuris ad rem, & literis ad beneficia; quia tunc non est ius aquisitum, Barb. *l. c. num.* 25.
2. In litigiosis, quia ius est ambiguum, Garz. *l. c. num.* 29.
3. In Parochis ad Religionem trāseuntibus, quia id eis licet, etiam inuito Episcopo. *cap. duo sunt* 19. *qu.* 2. nam fit mutatio in arctiorem, & meliorem. *Et* iura, ex quibus deducitur, statum clericalem meliorem esse Monacali, intelliguntur secundum tempus primitiuæ Ecclesiæ, quando Monachi non erant Sacerdotes. Vide diffuse, Barb. *l. c. à* 34. *vsq;* 37. vbi ad partes id disputat.

Declaro 5. statum Episcopalē esse perfectiorem statu Religiosorum D. Thom. 2. 2. *qu.* 182. *art.* vbi Caiet. Ideo sine Summi Pontifices consensu nequeunt Episcopi ad Religionem conuolare: Non sic dicitur de Parochis, licet ipsi etiam circa curam pastoralē versentur; quia status eorum est imperfectior, vt D. Tho. 2. 2. *q.* 184. *a.* 4. & 8. & ibi Caiet.

Declaro 6. Tribus concurrentibus Capitulum posse beneficia resignata conferre.

1. Si adsit causa necessaria, vel in pœnam resignantis.
2. Si illius beneficij collatio spectet ad collationem communem cū Episcopo, & Capitulo.
3. Antequā Episcopus electus capiat possessionem. *Quaranta. u. capitulum. vers.* 9. *Limita* 5.

Vltimo requiritur idoneitas ex parte resignatarij per requisita, quæ explicantur infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 2.

D Ex quibus oriri debet approbatio mediante examine.

Cum hac distinctione. Si renuntiatio fiat ad fauorem, vel in Curia; ità vt collatio facienda sit à Papa; tunc approbatio, vel fit per examinatores Vrbis, vel per examinatores iuxta formam Trid. coram Ordinario originis, vel beneficij, & non aliter. Hic est.n. stilus Curiæ, quem pluries vidi practicari. Procedit, si rasignatarius velit bullas gratiosas; nam approbatio præcedere debet, altero ex dictis modis: sed si velit bullas in forma rigorosa, idest in *forma dignum*, Tunc Papa confert cum clausula. *Dummodo Idonaus reperiatur*, dirigendo bullas Ordinario beneficij, non solum Episcopo,

ſcopo, ſed Abbati, vel eius Vicario, ſi habeat Iuriſdictionem Epiſcopalem. *Vrſell. n. Abbas num. 37. ſeqq.* & in præfato examine non fit concurſus aliorum competitorum; ſed ſolus reſignatarius examinatur, quia non eſt verè vacatio. Rot. *deciſ. 54. de cõceß. præb. in antiq;* Vide Ric. 1. *p. reſol.* 553. Quod ſi fiat renuntiatio ſimpliciter coram Ordinario; tunc ſi ſit de iure patronatus, neceſſarium eſt examen, & alia tradita in ca. Superiori Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 3. num. 19.* Si eſt Eccleſia Parochialis, faciendus eſt cõcurſus, ſeruata forma Trid. *ſeſſ. 24. cap. 18.* quia eſt vera vacatio, & æqui paratur morti, Caſſad. *deciſ. 2. num. 3. de rer. permut.* Collatio autem fit ab Ordinario, niſi obſtet reſeruatio menſis, vel alia.

In ſimplicibus ab obtinendam collationem à Papa, requiritur de ſtilo Curiæ approbatio, vel per examinatores Vrbis, vel ab Ordinario loci, vel beneficij: Sed ſi collatio ſpectat ad Epiſcopũ, vel inferiorem, non requiritur examen. Cum enim ſit liberæ collationis Epiſcopus poteſt cuicunq; clerico conferre. *Sac. Cong. ſuper ſeſſ. 7. Trid. cap. 17.* & Epiſcopum non poſſe pro ſimplici beneficio ſubijcere examini, quem ad ſacrum ordinem approbauit. *Reſoluit Caput. deciſ. 367. p. 2. Bullæ* aũt dirigũtur habenti dignitatẽ, vel Can. vt dictũ eſt, *cap. 1. diuiſ. 4.* Declaro 1. quando quis prouidetur in forma *dignũ* de beneficio. v. g. de Canonicatu, non debere examinari, etiam, quod in literis dicatur. *Si per diligentem examinationem idoneum repereris*, dummodo habeat ordinem requiſitum illi beneficio e. g. Diaconatum, vel Subdiaconatum, &c. Tùm quia clauſula illa. *Si idoneus, &c.* potius modum, quàm conditionem importat, vt notat *Clem. 1. de off. delg. Bald. l. neq. C. de probat.* Tũ quia ita deciditur *in cap. fin. de præſumpt. & per Sac. Cong. ſuper ſeſſ. 24. cap. 12. de ref. apud Garz. p. 6. cap. 2. num. 234.* Idem ſi fuit prouiſus de ſimplici, & poſtea de alio ſimplici in forma dignum; quia eſt monitio non conditio. Ric. 1. *p. reſol.* 592. Fallit in tribus caſib⁹.

1. In Parochialibus; quia requiritur examen pro forma, Barb. *de pot. Epiſcopi alleg. 60. num.* 87. & poſſeſſio inficiaretur, ſi caperetur ante examen. Greg. XV. *deciſ.* 241.
2. In iurepatronatus modo explicato Superiori. *cap. p. 4. req. 3.* ex parte Epiſcopi.
3. In dignitatibus etiam ſine cura, in quibus maius conſilium, & induſtria requiritur, *Gonz. gloß. 4. num. 102.*

Sed quærat quis an cum reſignatarius, vel alius à Papa fuit prouiſus *in forma dignum* cum clauſula. *Si idoneus &c.* adhibendi ſint examinatores ſynodales?

Reſp. Quando examinatores Synodales

dales extãt, affirmatiua est communis apud omnes; quia in *const.* 72. Pij V. præcipitur, vt in omnibus prouisionibus in *forma dignũ* de beneficijs cum cura, & fine; apponatur hæc clausula. *Per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc à Trid. designatis, &c.*

Sed facit dubium, quod additur. *Sin autem absq; illis.* Nisi non adsint, vt quia mortui sunt, nec alij de nouo sint designati. At etiã tunc affirmatiua est verior, vt scilicet adhibẽdi sint examinatores quasi Synodales, i. loco Synodalium deputati, iuxta decretum Clemẽtis VIII. & si non dum elegit eos Episcopus, debet pro illo examine eligere, seruata forma prædicta, & si alios adhiberet simpliciter, examen esset nullum, præsertim de Parochiali; quia licet Cõst. Pij V. de hoc nihil dicat, habemus decretum Clementis VIII. quod districtè disponit, & lex præcedens per subsequẽtem determinatur. *l. non est nouum ff. de leg. Massob. req.* 12. *dub.* 5. *Garz. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 66. & nos infra *p.* 2. *sect.* 2. *cond.* 2.

Declaro 2. Quod si fieret prouisio gratiosa à Sede Apostolica præsentandi testimonium Ordinarij de eius approbatione ad aliam Parochialem; quæ tamen approbatio non fuit recte facta, non vitiatur prouisio; quia tunc non fundatur in illa approbatione cõcessio; sed solum id fuit causa, vt bullę in forma gratiosa darentur. Garz. *p* 9. *in add. cap.* 2. *num.* 367. *vers. quando verò*. Ego tamen cõtrarium sentio rationibus, de quibus *inf. p.* 2. *sect.* 2. *cond.* 2. D. *De primo ad fin.*

Declaro 3. Executorem Apostolicum *in forma dignum* posse examẽ alteri committere, etiam quando dicitur. *oneramus conscientiam*, quia non iudicatur causa ità grauis; vt in hoc sit solum illius personæ electa industria, Rot. *de cõcess. prab.* 18. *in nouis*, & 63. *in antiq. Sac. Cong. apud Garz. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 97. *Ric. optime* 2. *p. resol.* 122. Sub delegatio tamen fieri debet constitutis in dignitate; qa viget eadem ratio cap. Statutum de rescrip. in 6. *Ric.* 1. *par. resol.* 420.

Declaro 4. Si executor sciat sufficiẽtiam prouisi posse examine omisso conferre, quando non requiritur pro forma, aliàs secus iuxta dicta *in* 1. *declarat.* Quod si examinatores faciant fidem de approbatione, etiam non facto examine, vbi pro forma requiritur, validè confert, si sit idoneus; vt probat, Garz. *l. c. nu.* 269. Secus si sciret, non esse idoneum; quia non esset purificata cõditio. Hoc tamen non credo; quia forma omittitur.

Declaro 5. Quod si examinatus nõ reperiatur idoneus in primo examine, & postea reperiatur idoneus:

neus: si examẽ soli executori cõmissum est, validè confert; quia quandiù illum non pronuntiauerit, potest quandocumq; exequi. Si verò adhiberet examinatores. Distinguo: Si primũ examen perfectum est, non potest illi validè conferri; quia de primo examine intelligitur. *Si idoneus, &c.* Nam in examinis fine debent examinatores declarare, an sit idoneus, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* Si verò examen non est conclusum, & perfectum, si secunda die reperiretur idoneus, validè conferretur. ex Garz. *l. c. num.* 253. Immò, & tertia vice dummodo infra sex menses à die datæ litterarum ait Sac. Cong. censuisse, *Aldan lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 6.

Declaro 6. executorem *Apostolicæ* gratiæ posse citare etiã extra Diœcesim vbi est, vt infra dicem^9^ *p.* 2. *sect* 1. *cap.* 1. §. *de pensionibus quo modo exigatur not.* 3. Sed si sit executor in mandatis à Rota relaxatis, non potest excommunicare contrauenientes: tamen debet executoriales intimare, vt possint in Rota reproduci, Rot. *apud Farin. inter crim. decis.* 283.

Declaro 7. executorem esse duplicem, scilicet merum, & mixtum. Merus est, qui nudum habet ministerium exequẽdi, quod ab alio fuit factum, & de suo nihil ponit. Ideo nequit cognoscere super exceptionibus, nisi excommunicationis, ac resultantes ex ventre executorialis. Thes. *for. Eccl. cap.* 17. *num.* 27. alias remittit ad delegantem. Mixtus est, qui inducit tunicam Iudicis, vt cũ adest clausula *contradictores cõpescendo*, qui habet Iurisdictionem ad cognoscendum causam; ità vt possit procedere etiã contra tertios. Marches, *de comiss. cap.* 5. *num.* 120. *& cap.* 13. Et hic potest absoluere quem excõmunicauit infra annum à die eius sententiæ *cap. quærenti, vbi Abb. de off. de leg.* Nau. *à contrario sensu cap.* 27. *num.* 40.

Declaro 8. Executorem gratiæ Apostolicæ dici delegatum Gloss. *cap. si super gratia de off. deleg. in* 6. An autem teneatur citare partes? Distinguo. Si gratia directè tendat in præiudicium tertij, vt de auferendo Ius ab aliquo, tunc tenetur assumere partes Iudicis, citare, & audire. *arg. cap. licet Episcopus de præb. in* 6. v.g. Si aliquis reperiatur in possessione illi^9^ beneficij, etiam de facto. Si tamen constaret executori, quod esset possessor iniustus, vel intrusus, nõ tenetur citare, dummodo id sit notorium, & in processu constet, alias non valerent acta. Rot. *decis.* 70. *de Iud. in nouiss.* Lancellot. *de attent.* 1. *p cap.* 3. *num.* 6. Sed sẽper melius, & tutius esset vti citatione, vt Consulit *Ric.* 2. *p. resol.* 305. quia posset allegare causas, per quas intrusio excusaretur. Si verò non tendit in præiudiciũ alicuius; sed adsunt clausulæ ad im-

implendæ. Subdistinguo. Si clausulæ sonant monitionem, vt si est *idoneus, &c.* non tenetur citare, sed priusquam exequatur extraiudicialiter verificare narrata; quod si non fiat gratia, nõ est ipso iure nulla, sed annullanda. Si clausulæ sonant in conditionem, vt *si est doctor, si sibi constiterit habere, vnde viuat, &c.* non tenetur citare; sed sufficit extraiudicialiter verificare, quod si nõ fiat gratia, est ipso iure nulla. Abb. & Fel. *cap. fin. de præsumpt.* Ric. l. c.

Sed dicet aliquis. Iudex potest possessione priuare per immissionem, etiam sine expulsione possessoris. Seraph. *decis.* 1325. Ergo non opus est citare?

Resp. id verum esse, si ritè, & rectè fiat. Seraph. *decis.* 432. idest vt præcedat citatio, quæ si non requiritur in priuatione, cum iam sit priuatus, requiritur tamen in declaratoria. Gregorius XV. *decis.* 69. vbi dicit, quòd quamuis auctoritas Iudicis sufficiat pro expulsione, id verum est, quando ritè procedit. Ideo Episcopus potest conferre sine citatione, non tamen dare possessionem sine citatione ex Greg. XV. *decis.* 82. vbi data fuit manutentio existenti in possessione, non obstante institutione alterius: quare citetur intrusus pro expulsione.

Modus autem expellendi intrusum est, quod executor Apostolicus ad instantiam partis det literas monitoriales, & citatorias, ponendo in primis nomina, cognomina, & gradus executoris, & delegati Apostolici.

2. Dirigendo illas intruso sic. *Dilecto nobis, &c. Noueritis coram nobis fuisse literas productas.*

3. Et deinde inseritur tenor prouisionis Apostolicæ, & executorialium.

4. Illarum vigore monetur Pars 1.2.3. & peremptoriè, & auctoritate Apostolica ei præcipitur, quatenus statim debeat respondere, an sibi illud beneficiũ fuerit collatum, & data possessio à quo, & qua auctoritate, & infra triduum exhibuisse autenticum documentum suæ collationis, & possessionis, assignando domum pro auditorio, & horam audientiæ, aliàs ad videndum fieri fidem de vacatione, & omnem declarationem.

5. Citatur prima die prædicti termini ad allegandum causam, si quam habet prætensi grauaminis.

6. Et si nihil releuans deduxerit, citatur prima die iuridica post dictum terminũ immediatè sequẽti ad videndum, & audiendum decretum de eijciendo, & expellendo ex possessione dicti beneficij. Tandem si nihil deducat, vel deducat inconsiderabile, hora statuta declaratur amotus à dicta possessione, & illa possessio vacua, & aduersario inhibetur sub excommunicatione latæ sententiæ, & alijs

& alijs pœnis cõtra intrusos, quatenus non audeat se in ea ingerere, & ità eo expulso, traditur possessio legittimè prouiso Massob. *prælud. 7. dub. 2.*

Declaro 9. quod licet dicat Staph. *de lit. grat. §. executor*, quod inductio per executorem habet vim prouisionis: Tamen si comittatur collatio etiam, debet primo verificatis verificandis conferri, cum tali casu sine collatione possessio capi non possit. Greg. XV. *decis.* 441. & deinde per eundem Iudicem, vel de eius auctoritate expulso prius possessore, tradenda est possessio, Nam si etiam post collationem propria auctoritate, & sine Iudicis ministerio caperet possessionem, amitteret omne Ius, quod iam per Apostolicã prouisionem aquisiuit. *cap. eum qui, & cap. seq. de præb. in 6.* Lap. *alleg.* 127. *Vide supra de Iusp. p.* 4. requisito quarto ex parte Episcopi, & infra *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 1.

Declaro 10. quod Auditor Cameræ est semper executor literarũ Apostolicarum, etiam si non deputetur, & quando deputatur, accedit cumulatiue. Cherub. *schol.* 1. *Const.* 1. Vrbani V. Non solum beneficialium, sed quarũcumq; gratiarum Apostolicarũ, vt probat Ric. 2. *p. resol.* 339.

Sed licet quis. An executor in literis Apostolicis deputatus possit toties, quoties opus est, excommunicare, & defendere immisũ in possessionem? Distinguo. Si gratia durat, tandiu potestas durat executoris, quamdiu gratia, cũ potestas sit accessoria ad gratiam. Gloss. *in 2. not. cap. si clericus de præb. in 6.* Et ità executor in pensionibus tandiu durat, quãdiu pensio. Si gratia non durat? Subdistinguo. Si deputatus est ad vnum tantùm actum determinatè, vt ad immittendum in possessionem, tunc illa tradita expirat; quia functus est officio suo, *cap. si super gratia de off. deleg. in 6.* Gloss. *d. cap. si Clericus verbo extincta.* Si verò non solum est deputatus ad immittẽdum cum clausula. *Inducentes*. Sed etiam cum clausula. *Defendentes, &c.* Si aliquando possedit pacificè, videtur Iurisdictio extincta, ità tenet, Abb. *cap. quærenti de off. de leg.* & ita seruare Curiam testatur Staph. *l. c.* Tamen Ric. 2. *p. resol.* 299. inuit. sub distinctionem, scilicet contra turbantes de facto non esse inconueniens, quod executor procedat ad compulsionem; quia clausula *Defendentes* facit perpetuitatem. Si verò sint contradicentes de Iure, Iudicium Ordinarijs remitti.

Declaro. Si delegatus Apostolicus delinquat circa literas Apostolicas, potest solum à Papa puniri, sed si vellet procedere in casu nõ incluso in suo commissione, potest Ordinarius resistere. Si aliter delinquat, potest Ordinarius punire,

nire, non tamen pendente causa ne executio Apostolica impediatur. Ric. 1. p. resol. 421.

D E Tertio Pręter conditiones explicatas ad validam, & licitam renuntiationem necessarias, ali-
K quæ sunt specialiter obseruandæ
K in renuntiatione coram Ordinario ex Bulla 58. Pij V. *Quanta*. *Prima auctoritas*, quæ residet in Ordinario ipsius beneficij: nam Iurisdictiones sunt distinctæ, *cap. 1. de permut. in 6.*

Declaro, Ordinarium in Curia existẽtem posse recipere resignationes beneficiorum suæ Diœcesis: Item de beneficijs reseruatis. Nõ tamen potest ea conferre; sed collatio spectat ad Papam, quia prima vacant in Curia, vbi fit resignatio: secunda sunt reseruata. Paris *lib. 7. q. 14.*

2. Quod à resignante non designetur successor nec verbo, nec nutu, nec signis, vt dicitur in d. const. & alia contra confidentias. Procedit de omnibus beneficijs, non solum simplicibus; sed etiam Parochialibus. *Ita Sac. Cong. Episc. 19. Decembris.* 1620.

Fallit in Iurepatronat. laycorum; quia renuntians beneficium de suo iurepatron. potest postea quã voluerit præsentare, & Ordinarius tenetur instituere. Sac. Cong. *Viterben.* 18. *Martij* 1528. Ita quod etiã suis consanguineis possunt conferri, & nõ habet locum d. *Const. Pij V. §. caeterum*, vbi id prohibetur. *Ita Sac. Cong. relata à Quaranta Sum. Bull. Benef. resig. Piesc. p. 2. cap. 5. num. 22. contra Thes. For. Eccl. cap. 18. num. 38.* Immo extendit Kocchier *in reg. 43. quæ hodie est 49.* ad Patronata Ecclesiastica, & attestatur de casu, qui contingit anno 1621.

3. Ordo Iuris, vt scilicet faciat cõcursum, si est beneficium Parochiale, quia simplex resignatio ęquiparatur morti. Cassad. *decis. 2. de rer. permut.* & expræsse statuit, Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.*

4. Reiectio, vel admissio renuntiationis fiat intra mensem. *Pij V. d. Const. §. caeterum*, & hoc ad obuiandum fraudibus. Sed dubium
L est, an collatio facienda sit intra
L eundem mensem. Affirmant Paris *lib. 11. q. 2. concl. 3. Garz. p. 11. cap. 3. num. 285.* Kochier *reg. de pub. num. 15.* Quia in Bulla Gregorij XIII. *Humano*, pręcipitur, vt Ordinarij, & Legati de Latere intra mensem negotium admissionis, vel reiectionis beneficiorum in illorum manibus resignatorũ absoluant. ibi. *Et si per eos faciẽda sit prouisio resignati beneficij iuxta Apostolicas sanctiones omninò absoluant.* Alij verius distinguunt, vt scilicet admissio, vel reiectio resignationis fiat intra mensem: sed tempus cõferendi erit semestre iuxta *cap. nulla de concess. præb.* quia concessum est etiã per Cõst. *Pij V. 33. in conferendis*, cui per Gregorianam prędictam non est de-

derogatum, nec repugnat, si rectè perpendatur. Nam ibi Greg. XIII. duo facit.

1. Statuit reiectionem, vel admissionem faciendam esse intra mēsem.

2. Separatim disposuit, collationē fieri debere iuxta Canonicas sanctiones, quæ dant semestre, vt dictum est. *Ideo* particula, *Et*, disiungit, & orationem separatam facit, & ita seruatur in praxi. Nā cum faciendus sit concursus, sufficit seruare Trid.& Bullam d. Pij 33. Barbos. *Iur. Eccl.* lib. 3. *cap.* 15 .*num.* 113.

Sed quid dicendum erit de permutatione coram Ordinarijs, de qua nullum tempus reperitur à *Iure* præfixum ad conferēdum, *vt not. Gloßat pragm. sant. de collet.* §. *Item circa, &c.*

Resp. Idem seruandum esse, quod in resignatione, quia Bulla Greg. præd. de vtraq; loquitur, vt scilicet admissio, vel reiectio fiat intra mensem, collatio infra tempus à iure statutum, & publicatio intra tres menses à die sibi factæ prouisionis.

5. Iusta causa; quia sine causa nequit Ordinarius resignationes admittere, vt in Bulla Pij V. *Quanta.*

Declaro 1. vndecim causas recenseri ibi, & sunt illæ. Senectus, Valetudo, Inhabilitas, Defectus seruitij, Priuatio, Censura, Inimicitię, Pluralitas beneficiorum, Ingressus Religionis, Matrimoniū, & Casus. *Const. Inuent.* 3. *dimitt. Cathed.* Senectus. Arbitrio Iudicis iudicatur, attenta tamen qualitate personarum. Merochi *de Arb. casu* 59. Senex regulariter dicitur in ætate 70. annorum, si fiat verificatio ab annis, & ita verificandū esse dixit Gonzal. *gloß.* 5.§.9. *num* 86. *ab anno* 50. *vsq; ad* 70. Quod si ex aspectu eorum probaretur, & iudicaretur annorum 70. non esset sufficiens probatio; quia in tali probatione ex aspectu detrahendi semper sūt decem anni. Verall. *decis.* 311. *p.* 1. Quando verò exprimitur nō senectus; sed ætas ingrauescens verificanda est de 60. annis. *Si verò* exprimitur ingrauescens cum alijs infirmitatibus, sufficit verificare de annis 55. Gonzal. *l.c. nu.* 84. & 85.

Valetudo est infirmitas corporis, qua semper, vel sæpè ægrotat beneficiarius, vt nequeat suo muneri satisfacere. *Id* similiter arbitrio *Iudicis* relinquitur. Paris *lib.* 5. *q.*6.*num.* 12.

Procedit de quacumq; valetudine, quæ inutilem, vel difficilem reddat in sui officij executione, ex quacumq; causa prouenīens, vt ex aeris intemperie, &c. *cap. ad supplicat. de renunt.*

Declaro: si corporis debilitas narrata sit in expeditione Coadiutoriæ debere verificari, vt sit perpetuum impedimentum, licet sit cū

aliquo quiætis interuallo: Nam leuis febricula, & huiusmodi non habetur in cōsideratione. *Veral. p. 1. decis.* 240.

Inhabilitas, propter quam præstare nequeat, quod tenetur, vt sūt corpore impediti, vt leprosus, paraliticus, lunaticus, vlcerosus, podagrosus continuus, vel frequēs, &c. Item corpore vitiati, vt cæcus, surdus, claudus cum magna deformitate, vel debilitate, habēs manus mutiles, & inefficaces, &c. Maiol. *de Irreg. lib. 1. cap.* 18.

Defectus seruitij, & sic dupliciter.

1. *Si* nequit seruire, vt clericus effectus mutus, Dæmoniacus, &c.

2. *Si* non debet seruire, vt illiteratus, scādalosus, &c. *Add. sum. Bull. benef. resig. vers.* 7.

Priuatio, idest, si sit tali crimine obnoxius, ob quod debeat priuari, vt est in homicida, Concubinario notorio, blasfemo, periuro, simoniaco sustinente excommunicationem per annum, &c. *Pasis lib. 3. q. 6. num.* 58.

Censura non solum stricto modo, scilicet excommunicatio, suspensio, & interdictum. *cap. quærenti de verb. signif.* Sed largo modo, vt Irregularitas, quę facit incapacē, qualis est puer ante annos 14. & reddit inhabilem ad suum officiū exequendum.

Inimicitiæ, si sint capitales; lenes .n. non sufficiunt. Capitales sunt, quę oriuntur ex graui criminali accusatione, vel lite super bonis omnibus, vel maiori parte. Barbos. *de potestate Episc. p. 2. alleg.* 41. *num.* 11. *& seqq.* & tandem si fuerit vitæ eius insidiatum, vel alij arbitrio iudicis, ità fuerit iudicatum. Menoch. *de arb casu* 110.

Pluralitas beneficiorum, *vt sup. cap.* 2. Sed hęc causa superflua videtur:

N nam dicitur *cap. de multa de præb.*

N per adeptionem secundi beneficij incompatibilis vacare primum, & Vrbanus VIII. *fecit* 2. *reg. Cancell.* super Bullam 62. Pauli V. statuendo, renuntiationes factas coram Ordinarijs, vel Legatis beneficiorū incompatibilium intra tempora vacationis prouisionis, siue assecutionis alterius beneficij incompatibilis à Sede Apostolica obtenti, nullas esse, & beneficia renūtiata ipso iure vacare, & Sede Apostolicæ esse reseruata.

Resp. prædicta iura locum habere in beneficijs incompatibilibus: sed Const. Pij V. dum hanc causā approbat, saluatur de beneficijs compatibilibus per se, vel per dispensationem.

Deinde iura prędicta loquuntur de prouisionibus Sedis Apostolicæ: Sed Constitutio Pij V. de prouisionibus Ordinariorum: Nam prouisi ab Ordinarijs de secundo incompatibili poterunt primum incompatibile in manibus Ordinarij simpliciter renuntiare, antequam adipiscantur possessionē secundi, vt patet infra de reseruat.

uat. *num.* 13.

Nam per dictam regulam non fuit derogatũ Bullæ Pij V. Ideo manet in suo robore *l. sancimus C. de test.* Et lex noua generaliter corrigens, non extenditur ad casus à lege veteri definitos, nisi specialiter exprimat *l. sciẽdum ff. qui satisf. cog. Aut. offeratur C. de lit. Contest.*

Ingressus Religionis. Sed hic ingressus non de habitus sumptione tãtum intelligitur, sed de professione. Ideo Episcopus nequit Nouitij renuntiationem admittere, nisi paulo ante professionẽ Garz. *p.* 11. *cap.* 9. *num.* 23. Rodriq. *tom.* 1. *qu.* 37. Nec aduersatur Const. Greg. XIII. *de publ.* vbi dicitur, debere Ordinarium intra mensẽ admittere, vel reijcere renuntiationem: quia verba intelligenda sunt cum effectu, non enim dicitur perfectè ingressus, qui potest exire, & ita renuntiatio causa religionis refertur ad tempus professionis: prius enim non dicitur vacare beneficium. Gloss. *cap. statuimus de regul. DD. cap. benef. eo.* in 6. Ratio est, vt si exierit, habeat, vnde viuat.

Contractus matrimonij, & beneficium ex tali causa renuntiatum, poterit Episcopus conferre; etiam si postea matrimoniũ dissoluatur: quia Ius semel extinctum non reuiuiscit, licet postea cesset causa extinguens, *cap. quam periculosum* 7. *q.* 1. Garz. *l. c. cap.* 8. Vide infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 11. *conditione* 5.

5. *Casus Constit. Innoc. III. in cap. nisi de renunt.* sunt sex, scilicet conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia Plebis, scandalum, & irregularitas personæ. De quibus vide *sup. req.* 5. *p.* 2.

Tandem vltra causam legittimã requiritur, vt renuntians, si sit in sacris, habeat vnde viuat, de quo vide *sup. req.* 3. Sufficientia relinquitur arbitrio Ordinarij, considerata qualitate loci, & personæ, Paris *lib.* 5. *q.* 6. *num.* 181.

6. Vt Ordinarius non conferat beneficia in manibus eius resignata cõsanguineis, vel affinibus, vel familiaribus suis, vel renuntiantium etiam per circuitum, scilicet conferendo vni, qui postea renũtiabit consanguineo, vel affini, vel familiari Episcopi, vel renuntiantis; quia sic indirectè Episcopus resignationes reciperet, & perficeret ad fauorem, quod non potest. Pius V. *Const. Quanta* §. *ceterum.*

Declaro 1. Consanguinitatem, & affinitatem dictum præstare impedimentum vsq; ad tertiũ gradum tantum. Tùm quia in quarto gradu non est tantę efficaciæ; cum cõsanguinei, & affines compelli possint ad testificandum cõtra coniunctos in quarto gradu. *Farin. praxi qu.* 54. *num.* 23. de testibus. Tùm quia, ille, qui facit inquisitionem de requisitis illorum,

rum, qui ad Cathedrales promouendi sunt, si sint in tertio gradu, faciunt deuolutionem, secus si sint in quarto: nam valide eam facere *ex Const. Greg. XIV.* 1591. 15. *Maij*. Intelligo de affinitate ex copula licita, nam ex illicita non excedit secũdum gradum arg. *Trid. sess. 24. cap. 4. de ref. matr.*

Sed dicet quis Consanguinitas, & affinitas impediunt, & dirimunt matrimonium vsque ad quartũ gradum inclusiuè, ergo etiam hic præbent tale impedimentum, cũ agatur de matrimonio spirituali.

Resp. matrimonium carnale vlterius impedimentum prorogare propter sanguinis comixtionem.

Declaro 2. Consanguinitatem, & affinitatem hic strictè, & propriè capi, vt scilicet importet id, ad quod principaliter vocabulum institutum est: Tùm quia sumus in odiosis in præstando impedimentum Ordinarijs: tùm quia in statutis verba intelligi debent propriè *l.* 1. §. *fic. ff. de exercit. act.* Non impropriè, & largè: Ideò affinitas secundi, & tertij generis, & secunda soboles non impediunt collationem Ordinarij. v.g. Si Petrus vir Annæ sororis Episcopi ducat, mortua Anna, aliam, & inde veniat proles, huiusmodi proles largo modo dicitur affinis; & cum solum in primo genere sit propriè affinitas secundi, & tertij generis, est quædam attinentia, quę nec matrimonium impedit. *Sil. matr. 8. num.* 15. Similiter nec publicæ honestatis impedimentum ortum ex sponsalibus, vel matrimonio non consumato impedit Episcopũ à collatione beneficij in eius manibus resignati; quia inde nullam contrahi affinitatẽ declarauit Pius V. apud *Nau. ca. 22. num.* 57.

Declaro 3. familiaritatem strictè esse intelligendam, ad quam duo requiruntur.

1. *Mens*, idest animus Superioris Q adscribẽdi inter suos familiares, Q & famuli seruiendi.

2. *Mensa*, idest cõmensalitas cõtinua in tinello, vel aliàs cum suis familiaribus. Rot. *teste Crescen. decis.* 16. *alias* 106. *de prab.*

Vnde sequitur, 1. Episcopum posse cõferre tale beneficium familiari sui Vicarij; quia non habet primum requisitum, licet habeat secundum.

2. Vicarium non posse conferre familiari Episcopi; tùm quia censetur eadem persona cum Episcopo, & quicquid facit, attribuitur ei, cuius vices gerit. *l. filius l. Vicarius ff. de leg.* 1. Tum quia aperiretur via fraudibus.

Tertio sequitur Vicarium habentẽ specialem facultatem conferendi ab Episcopo, posse suo familiari tale beneficium conferre; quia cũ aliena faciat auctoritate, dicitur ab Episcopo dante auctoritatem con-

conferri. *cap. si Apost. de preb. c. 6.* eadem ratione poterit exequi literas Apostolicas ad fauorem sui familiaris. Si autem Vicarius aliquem priuasset, tūc eius familiares non possent illud impetrare etiam à Sede Apost. vide infra *p. 2. sect. 1. cap. 1. cōd. 3. n. 19.*

Declaro 4. familiares Ordinarij, & renuntiantium consanguineos, & affines, vt supra declaratos nō posse admitti ad concursum Parochialis resignatæ in manibus Ordinarij, quādo vacat per resignationem; sed bene per obitum. Sac. Congr. Rot. coram Orano Ciuitatis Castelli *Parochialis 16. Iunij* 1589. Vbi ità intellecta fuit Sac. Cong. declaratio indistinctè loquens. Garz. *p. 9. cap. 2. nu.* 210.

Declaro 5. Tres pœnas in dicto §. *Cęterum* infligi in contrauenięntes. Prima est, peccatum mortale; quia est error grauis, & contra strictā prohibitionem sub censuris.

2. Nullitas actus, ità quod taliter prouisi, titulo careant.

3. Suspensio ipso iure Papæ reseruata à collatione, institutione, electione, pręsentatione, & cōfirmatione beneficiorum, tàm contra conferentes, quàm contra recipientes. Non seruantes hanc suspēsionem personæ singulares, Papali feriuntur excommunicatione, Capitula, & Conuentus suspensionem à diuinis, vt in d. Bulla dicitur incurrunt.

Declaro 6. hi tres duas pœnas incurri ex defectu cuiuslibet prædictarum conditionum, sed tertiam solum ex defectu huius conditionis, scilicet si conferant beneficia ita resignata consanguineis, vel affinibus, aut familiaribus Ordinarij, vel resignantium. Quia Papa, postquā expressit causas, subiungit prohibitionem, ne prædictis conferatur, apponendo pœnam suspensionis. Vndè patet id ad proxime, non remote dicta referri debere. *Azor. 2. p lib. 7. ca. 18. q. 5. vers. quæret etiam.*

Declaro 7. Ignorantiam prædictarum penarum non excusare, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. num. 112. in fine.* Sed illis non comprehendi Cardinales, Testatur Azor. *l. c.* Quia non comprehenduntur nomine Episcoporum, & Ordinariorum, etiam si sint Episcopi, nisi exprimantur in odiosis, quia sunt in excellentiori gradu, sicut beneficiariorum nomine, non comprehenduntur Episcopi, Abbates, & aliæ dignitates, *vt cap. 1. diuis. 4. ad 4.* in fine supra dixim'.

DE 4. Sex sunt renuntiationis effectus.

1. *Vacatio* beneficij, quia renuntians amittit ius, & pro mortuo habetur *cap. quod in dubijs de ren.* Paris *lib. 1. q. 5. num. 27.* Procedit post Superioris admissionem.

2. *Amissio* possessionis, post renuntiationis admissionem, & si pura est, statim, ita vt statim sit de Pastore prouidendum, vt ex Trid. &

alijs

alijs iuribus colligit, Paris *lib.* 1. *q.* 7. *num.* 7. Si est conditionalis, potest omnia extruere, sicut pri' vsque ad possessionem resignatarij; quia ius non abdicatur à resignante, nisi sit plenè resignatario quęsitum. Barbos. tamen *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 149. concedit de possessione naturali; nam ciuilem amittit per admissionem.

3. *Amissio fructuum*: si de pura renũtiatione loquamur, statim post Superioris admissionem omnes Doctores consentiunt; sed de cõditionali dissentiunt. Aliqui dicunt vsquè ad signatam supplicationem facere fructus suos; qa tunc Papa abdicat omne Ius à renuntiante. Hos vide apud Paris. *lib.* 1. *q* 6. *nu.* 10. Garz. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 125. Alij dicunt non solũ vsque ad signatam suplicationẽ; sed etiam vsque ad diem notitiæ illius, quia post signatam supplicationem vsq; ad notitiam dicitur bonæ fidei possessor, & facit fructus suos: sed post notitiam est malæ fidei possessor, Barbos. *l. c. num.* 150. Ego cum alijs sentio vsque ad adeptam possessionem per resignatarium: Tùm quia ante possessionem non dicitur habere ius perfectum, nec potest fructus percipere, nec se ingetere absq; Iudicis ministerio, aliàs esset intrusus, vt dictum fuit *cap.* 5. *p.* 4. *req.* 4. *ex parte Episcopi decl.* 1. & infra p. 3. de intrusione. Nec vlla ratio cogit resignantem custodire, & conseruare fructus pro alijs: Tum quia renuntians potest sacramenta ministrare, & alia necessaria ad curam facere vsque ad possessionem resignatarij. Ergo etiam potest fructus percipere, qui dantur, vt merces laboris: Tum quia ita videtur esse intentio renuntiantium interpretatiuè saltem, & ita habet vsus, & praxis.

4. *Obligatio resignatarij* ad horas Canonicas à die adeptę possessionis, & non collationis rationibus prędictis. Paris *lib.* 1. *q.* 9. vbi testatur de cõmuni, nisi ratione ordinis, vel alterius beneficij teneretur. E contra est postea de obligatio. i. ablatio obligationis renuntiantis, nisi ex alio capite teneatur. Nau. *de hor. can. n.* 7. *num.* 28.

5. *Obligatio resignatarij* ad pensionẽ, & onera realia intelligitur pro rata fructuum; nam ad illa tandiù tenetur renuntians, quandiù fructus percipit, & si omnes, tenetur totaliter, alias pro rata. Id ratio naturalis suadet, vt qui sentit comodum, sentiat & onus. *l. secundũ naturam ff. de reg. iur.*

Idem dicendum est de onere residẽtiæ, & celebrationis Missarum, in quibus viget eadem ratio.

6. In pęnitentia seu irreuocabilitas: nam renuntiantium beneficium rite, post legitimam Superioris admissionem repeti non potest. *arg. cap. ex transmissa de ren. & cap.*

quam

quàm periculosum 7. *q.* 1. *Paris. lib.* 1. *q.* 12. *& seqq.*

5ed quia in Iure post titulum de Renuntiatione habemus titulum de pœnitentijs. Pro compleméto huius capitis quæritur. An, & quãdiu renuntiantem possit renuntiationis pænitere?

Distinguo si coram Ordinario facta sit renũtiatio, statim post admissionem Superioris; quia ibi primus consensus sufficit, ita quod si ante admissionẽ renuntians moriatur, beneficium vacat per obitum. Put. *lib.* 2. *decis.* 92. Paris *lib.* 1. *qu.* 4. *num.* 42. Si verò fiat in manibus Papæ subdistinguo.

Olim locus pænitentiæ dabatur, donec paruus consensus, qui etiã parua data dicitur, erat extensus per Notarios in libris Cancellariæ, & à tergo supplicationis adnotatus. Qua facta extensione non licebat pœnitere. Paruus consensus dicitur, qui præstatur, dum supplicatio porrigitur Officialibus Datariæ, per quos in calce summarium adnotatur, quod à Datario, Papę legitur, vel refertur, & tunc signatur per verbum *fiat*. Alius consensus dicitur extensus, vt dictum est. Ric. 3. *p. resol.* 317. Paris *lib.* 8. *q.* 4 *num.* 69.

Hodie ad dubia, & fraudes tollẽdas, primum consensus extẽditur in Cancellaria, vel Camera, & adnotatur à tergo supplicationis, antequam à Papa signatur. Ideo cessant supradicta.

Propterea caueant sibi Renuntiantes.

De Permutatione.

CAP. VII.

DVBITARI non potest, quin permutatio sit ex præcipuis modis aquirendi beneficia, quæ maximè resignationi accedit. Ideo hic de ea tria videbimus.

1. Quid sit, & quotuplex permutatio.
2. Requisita permutationis.
3. Specialiter de permutatione coram Ordinarijs agemus.

DE Primo. Permutatio est reciproca renuntiatio inter permutãtes facta. Cassad. *decis.* 1. *de rer. permut.* Permutatio, & Mutatio Ecclesiæ differunt: nam permutatio est translatio personæ Rectoris de vna ad aliam Ecclesiã, & hæc in iure dicitur. *Translatio* Mutatio verò respicit conditionẽ Ecclesiæ, vt cum Parochialis mutatur in collegiatam, collegiata in Cathedralem, Regularis in secularem, &c. Mutatio cuiuslibet Ecclesiæ fieri potest à Papa; sed mutatio Superiorum soli Papæ reseruatur. Episcopus autem potest inferiores mutare, vt simplicem in Parochialem, non tamen è contra, vt fusius dictum est supra, *cap.* 3. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 30.

R Per-

Permutatio beneficiorũ duplex est.

1. Pura, & simplex, quæ fit, nullo adiecto pacto.

2. Cõditionalis, quæ fit cum aliqua conditione, vel pacto, vt de faciẽdo omnes expensas, reseruata pensione, &c. Differunt potissimũ quia simplex fieri potest, non solum coram Papa; sed etiam corã Ordinario, & in omni mense. Barb. *de potest. Episcopi. 3. p. alleg. 69. num 11.* vbi plures allegat. Sed conditionalis solum coram Papa fieri potest; quia sapit Simoniam Iuris positiui, quam solũ Papa tollere potest. Vgol. *de pot. Episcopi 2. p. cap. 50. §. 19. num. 3.*

Declaro, id procedere de pactis, & conditionibus, quæ beneficio non sunt annexæ; nam quæ sunt annexæ, cum tacitę insint, possunt etiã licitè in foro conscientię in pactũ deduci. *cap. significatum de præb.* vt quod soluat onera beneficij. In foro tamen exteriori non debent exprimi; vt omnis procul fiat suspicio pact. *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 29. num. 31.*

DE 2. Ad validam, & licitam permutationem plura requiruntur, quæ infra explicantur.

1. Auctoritas Superioris legittimi: nam permutatio beneficiorũ propria, vel priuata auctoritate vetatur, vt omnis præcidatur occasio auaritiæ, & ambitionis ex *Azor. l. c.* & nè maior ratio habeatur fructuum, quàm titulorũ, & sic ageretur principaliter de dando temporale pro spirituali.

Declaro, permutationem priuata auctoritate factam Iure Canonico Simoniam iudicari, ne dum nullam, *vt in cap. quæsitum cap. cũ olim, cap. cum vniuersorum de rer. permut. cap. Maioribus de præb.* Imò secundum aliquos etiam Iure diuino: nam *Mat. 16.* dicitur. *Quod gratis accepitis, gratis date.* Sed permutatio priuata auctoritate facta non est gratuita: sed contractus *do, vt des.* Superior autem gratis facit. Azor. *l. c.* Barb. *3. p. cap. 15. num. 159.*

Declaro 2. Superioris auctoritatẽ requiri in ipsa permutatione effectuanda, & in cõsensu firmiter de super præstando. Rot. coram Coccin. Balneoregien. *Simonia 7. Maij 1624.* Sed tractatus de permutatione facienda etiam cũ certis pactis, vel modis licitus est sine Superioris auctoritate, cum ordine tamen, & submissione ad illam, idest si Superiori placuerit; quia aliàs facultas permutandi nulla redderetur, cum moraliter sine pręcedente tractatu non perficiatur *Sil. permutatio qu. 3.* Bonac. *de Simon. qu. 4. §. 12.* contra Hostien. *quæsterm.* *Imò adait Reginal. lib. 23. num. 262.* posse permutare volẽtes se inuicem obligare ad persistendum in conuentione, & sic non licere recedere, donec Superior consensum negauerit.

Declaro 3. legittimum Superiorem esse

esse Papa in omni beneficio maiori, vt sunt Cathedrales, Abbatię, &c. & inferiori, & in omni permutatione, tàm pura, quàm conditionali. Imò solus Papa potest in Ecclesijs maioribus, & exéptis, ac reseruatis, etiam purè tantum permutandis, & in inferioribus si cum conditione. Sed si purè tantum fiant permutationes de beneficijs inferioribus potest eas admittere, & auctorizare

1. Legatus in sua prouincia, nisi facultas limitetur.
2. Episcopus in sua Diæcesi. *ca. quęsitum versi. si autem l. c.*
3. Inferior habens iurisdictionem quasi Episcopalem, nam licet aliqui dicant, inferiores non posse, quia *d. cap. quæsitum* dignitati Episcopali id deferre videatur, tamē contrarium est verius; quia hæc facultas conuenit ratione iurisdictionis, non dignitatis. Abb. *d. cap. quæsitum*, Barbos. *Iur. Eccl.* 3. *lib. cap.* 15. *num.* 375. Inferior autem, qui non habet iurisdictionē quasi Episcopalem, nō potest permutationes auctorizare, licet habeat ius conferrendi: Sed tunc spectat talis facultas Episcopo illius Diæcesis. Vnde Episcopus habens ex consuetudine, vel priuilegio ius conferendi aliqua beneficia in Diæcesi alterius, non poterit resignationes, etiam ex causa permutationis admittere. Barb. *l. c. num.* 175.
4. Capitulum Sede Vacante in tribus casibus.
1. Quod collatio spectat ad solum Capitulum.
2. Quando communiter ad Capitulum, & Episcopum spectat.
3. Quando spectabat ad collationem tertij, vt ad Prælatum inferiorē, modo in Superiori numero explicato. Azor. *l. c. q.* 4. Barb. *l. c. num.* 176. Secus si tantum ad Episcopum spectabat.

Vicarius Generalis Episcopi non potest permutationes admittere, nisi habeat mandatum speciale. Belam. *p.* 1. *qu.* 3. Azor. *l. c.* Nec sufficeret, si haberet facultatem cōferendi. Rot. coram Duran. *Barchinonen. beneficij* 3. *Iulij* 1628.

Si Episcopi haberent beneficia aliqua ex dispensatione Apostolica, & vellent ea permutare coram quo possent.

Resp. coram Papa indubitanter; sed etiam corā Metropolitano Prouinciæ beneficiorum, qui quò ad hoc ad instar proprij Episcopi habetur. Filiuc *tract.* 45. *cap.* 7. *qu.* 8. *num.* 20. Barb. *l. c. num.* 177.

Hoc ego intelligo, verum, si dicta beneficia Episcopi haberent personaliter: quia si essent mensæ Episcopali vnita, solus Papa posset, cum sint membra Cathedralium illarum.

Quid si beneficia essent in diuersis Diæcesibus.

Resp. Vtriusque Episcopi consensū requiri. Ita omnes Azor. *l. c.* Sed quid si propria auctoritate aliqui

permutationem celebrarent.

Resp. quod vterque vtraque carebit Ecclesia, non tamen, nisi post sententiam Abb. *cap. quanto de translat. Episcopi*, & *cap. cum olim de rer. permut.* Gelfius *lib. 1. cap. 35. num. 100.*

Tamen addit Garz. *p. 11. cap. 4. num. 59.* illos priuatos esse hodie ipso iure, prout sibi videtur ex *Extrauag. cum detestabile de simonia*, & excommunicatos *ex §. statuentes d. Extrau g.*

2. Quod vtriusque beneficij renũtiatio fiat in manibus Superioris ex causa permutationis, nec aliter. Quod verum est, tàm quòad actum primum, qui est consensus: nam cum sit contractus sine consensu ambarum partium nõ tenet, quàm quò ad actum secundum, qui est effectualis renunciatio ex causa permutationis. Ideo si permutatio nõ habuit effectũ, permutantes possunt ad sua redire beneficia absque noua collatione. Per *tex. in c. si beneficia de præb. in 6. ibi liberæ reuertatur*; quia est renunciatio conditionalis Ric. *3. p. resol.* 400. Paris *lib. 1. qu. 14. nu. 12.* Azor. *cap. 29. qu. 20.* fieri potest permutatio per se, vel per Procuratorem, vt dictum est de renũtiatione *req. primo*.

Declaro 1. Re adhuc integra, quæ est ante Superioris admissionem, licere permutantibus resilire. *l. 1. ff. de rer. permut.* Et quando per alterum stat, ne permutatio sequatur, alius potest ad suum redire beneficium. *cap. cum vniuersorum de rer. permut.* Ric. *l. c.* Belam. *decis. 73. num. 84.*

Declaro 2. Si alter ex permutantibus post resignationem à primo factam, nolit suum resignare, si adest obligatio de perficienda permutatione; poterit cogi: nam non licet à conuentione recedere, donec Superior cõsensum denegarit. Reginal. *lib. 23. nu. 262.* Vel licebit primo ad suum redire beneficium; quia permutatio non habuit effectum.

Declaro 3. casum. Antonius renũtiauit suum beneficium ex causa permutationis Petro; si Petrus decedat ante effectuationẽ permutationis. Distinguendum est. Si neuter habuit collationẽ, Antonius habet regressum ad suum beneficium; quia non potest permutatio effectuari. Si Antonius habuit collationem, tunc nõ habet regressum ad suum beneficiũ dimissum; quia quò ad illum permutatio habuit effectum. Si Antonius decessit post renuntiationem, ante collationẽ factam Petro, qui non renuntiauit, Petrus in suo beneficio remanet, & Antonij beneficium tanquam vacãs per dictam resignationem libere conferatur seruata forma iuris.

Tandem si Antonius habuit collationem beneficij Petri, & antequam suum Petro renuntiaret; Petrus mortuus est. Subdistinguo.

guo. Si beneficium est compatibile, potest ambo retinere; quia per ipsum non stat, & beneficia permutata solis debētur permutantibus. *cap.* 1. *& Clem.* 1. *de rer. permut.* Si non est compatibile, confertur à suo collatore, seruata forma iuris. Azor. *l. c. qu.* 29. Barb. *l.c. num.* 169.

3. VT Exprimantur omnia necessaria modo, quo explicatur *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 5.

Declaro de Iuris rigore non esse expressionem necessariam in permutationibus etiam coram Papa; quia id iura tantum de impetrationibus, & dispensationibus exprimunt: sed bene de stilo Curia, quo attento, permutationem sine expressione nullam esse iudicauit. Rot. *in antiq. decis.* 593. Egid. *p.3.q.2.nu.*10.11.12.*&* 13.

4. Vt fiant publicationes, de quibus fusè diximus *cap.* 5. *de renun. req.* 11.

5. Iusta causa: de hoc egimus *cap.* 5. *de ren. req.* 5. & ad duo capita reducitur, quę sunt necessitas, & vtilitas Ecclesię. Vnde aliqui dicunt, nō sufficere vtilitatem personarum, Boer. *decis.* 205. Paris. *lib.* 11.*q.*5. Verius tamen est sufficere, vt propter aeris intemperiem, inimicitias, &c. Vgol. *tab.* 1.*de sim. cap.* 27.§.1.*nu.* 6. in fine, dummodo non resultet damnum Ecclesiæ, sed vtilitas saltem consecutiue, Garz. *d.cap.*4. *num.*45. Papa tamen etiam sine causa admittit.

Declaro 1. In dubio permutationē non præsumi factam ex iusta causa, immo non credi Ordinario id asserenti, nisi illa probetur: benè præsumitur sine fraude; quia delictum non præsumitur, nisi contrarium probetur. Garz. *d.cap.*4. *num.*52. & 100.

Crederetur tamen ordinario, si causæ cognitionem adhibuit, alias nō quia ei non statur super re, vbi actum facit, quem non potest. Vide Ric. 2.*p. resol.*460.

Declaro 2. sufficere expedientiam, & causam ex parte vnius ex permutantibus, modo ex parte alterius non resultet damnum Ecclesiæ considerabile. Garz. *l.c.n.*49.

6. Vt fiat intra legittima tempora. Distinguo. Antequam fiat renūtiatio causa permutationis, nullū tempus est in Iure statutū. Azor. *l. c. cap.*30. *q.* 2. Ideo possunt partes ad libitum differre: sed facta renuntiatione, debet admitti, vel reijci intra mensem ab Ordinario. Collatio verò sex menses, & deinde à die prouisionis publicationes fieri debent iuxta Bullā Greg. XIII. *Humano*, aliàs fit deuolutio ad Sedem Apostolicam, vt ibi dicitur, & supra *cap.* 6. *de ren. coram Ordinario diximus.*

Declaro posse fieri ex interuallo, vt scilicet hodie vnus renuntiet, alter post aliquot dies, dummodo dictum tempus non excedatur. Azor. *l. c.*

7. Vt permutatio fiat purè, ideſt nõ ſimoniacè, de hoc diximus ſura *de renunt. req.* 9.

Declaro, quod ſuper ſubreptione gratię, etiam quando Papa contulit, vel ſuper reſciſſione permutationis, quando fuit doloſa, poteſt Epiſcopus cognoſcere, niſi ei à Superiore auferatur. Rot. coram *Plato Conchen. Archipreſbyteratus* 17. *Decembris* 1588. Gõzal. *gloß.* 52. *num.* 43.

8. Vt permutatio fiat libera volũtate, ideſt non per vim, vel fraudem eadem, quę diximus *de renũt. req.* 8. militant de permutatione.

Declaro. Clericos poſſe etiam Epiſcopi auctoritate cogi ad permutandum, quando id Eccleſię poſcit vtilitas; quia Clerici in Eccleſiæ vtilitatem ordines acceperũt. *cap. quæris de æta. & qual.* Et ita cogitur quis accipere Epiſcopatum, *cap. diſplicet.* 22. *qu.* 4. Alias non, quia debet fieri libere. Gloſſ. *cap. Epiſcopus* 7. *qu.* 1. Azor. *l.c. cap.* 30. *qu.* 3.

9. Vt Bullæ expediatur ante ceptã poſſeſſionem, eo modo, quo diximus de renunt. *req.* 6. Rot. *deciſ.* 7. *de conſuet. in antiq.*

Declaro quod ſi quis ſe ingeſſerit in beneficio ante literas, & ante ſignatam ſupplicationem, eſſet intruſus in vtroque foro; ſed ante literas, poſt tamen ſignatam ſupplicationem in foro exteriori iudicaretur intruſus; ſed in foro conſcientiæ eſſet tutus; quia conſcientia non eſt alligata apicibus Iuris. Cherub. *Schol.* 2. *ad Bull.* 11. *Pauli IV.*

10. Vt permutantes, beneficium verè, & validè habeant. *Verè*, quia fingens habere, nulliter permutat; *Validè*, quia, qui ſine titulo beneficium obtinet e.g. per ſimoniam, nullum Ius aquirit, & ſic nequit permutare rem, in qua nullum habet Ius, & ſuperior nõ confert liberè, ſed ob permutationem. Gamb. *de permut. par.* 2. *num.* 58.

11. Vt beneficia permutata ſolis compermutantibus cõferantur, alias nulla eſt. *cap. quæſitum de rer. permut.* Clem. 1. *eo.* Ideo nõ poſſum ego tibi meum renunciare beneficium, vt tu tuum Nepoti meo renunties; quia permutatio eſt tãtum inter duos. Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 30. *q.* 6.

Declaro 1. duo hic contineri.

1. Vt collatio fiat, quia poſt admiſſionem Superioris beneficia vacant in titulo, & poſſeſſione. DD. *cap.* 1. *de rer. permut.* Garz. *p.* 11. *cap.* 4. *num.* 84. Quamuis Gõzal. *gloß.* 14. *à num.* 43. putet, admiſſionem permutationis continere tacitam collationem.

2. Quibus ſit facienda collatio .ſ. tantùm ipſis permutãtibus. Procedit de ęquitate per deciſionem *d. Clem.* Nam ex veteri Iure Superior liberè, cui volebat, permutare beneficia (dabat) quia vacabant. Barb. *Iure Eccl. lib.* 3. *cap.*

cap. 19. num. 166.

Declaro 2. Quod si ego compleui permutationem, possum alterum cogere ad complendum; quia hic est contractus reciprocus. Egid. p. 10. qu. 3. contra Gloss. & Cynum in l. cum precibus C. de rer. permut. Sed si alter complere nequeat, possum ad meum redire beneficium. cap. cum Vniuers. de rer. permut. cap. si beneficia de preb. in 6. quia dimittens beneficium causa permutationis non simpliciter, sed cum conditione facit, quod verum est etiam propria auctoritate; quia conditione non secuta, Ius meum retineo. Paris lib. 1. qu. 14. num. 12. Azor. cap. 29. q. 21. contra Abb. & Felin. cap. cum Venerabilis de except. dicẽtes, requiri Superioris auctoritatem; quia Ius per permutationem fuit extinctum. Sed prima opinio est probabilior.

12. Vt permutare non impediatur. Hic adaptantur, quæ de renunt. req. 10. dicta fuerunt: Magnam enim affinitatem permutatio cũ renuntiatione tenet; & quod beneficia reseruata, vel affecta corã Ordinario nequeant permutari. Ric. 2. p. resol. 382. nu. 3. optimè tradit. Si sit magna Ecclesiæ vtilitas, non esse in permutatione necessarium consensum Patronorum: sed sat esse requirere resolutum ait Garz. p. 11. cap. 3. num. 28.

13. Examen cum hac distinctione. Si quis dimittet simplex pro Curato, debet examinari; quia cura animarum diuersum examen requirit. Sac. Cong. Vgol. 2. p. cap. 50. § 3. & ità decisũ refert Garz. p. 9. cap. 2. num. 162. Si vero ambo sunt curata, vel similia, negat requiri examen, Cherub. Schol. 2. ad Bull. 7. Bened. 12. quia in primis collationibus digni iudicati sunt, & ita de stilo Curiæ testatur. Affirmant alij: quia vtilis ad vnã Ecclesiam, non censetur ad aliam vtilis sine nouo examine. Abb. cap. in causis de elect. Primam in praxi seruari vidi, & mecum seruata est. Secunda fortè in diuersis diæcesibus locum habebit, vbi diuersi sunt mores, & constitutiones, vel si in prima non sunt examinati, vel sit notabilis diuersitas Parochianorũ, vt not. Nald. u. beneficium num. 13. Quando ad vnum approbatus ad aliud simile debeat examinari, vide supra cap. 5. OO.

Vltimo Idoneitas, & approbatio modo supra exposito in req. vlt. de renunt.

DE 3. Pius V. in sua Const. 42. suspẽdit quidem Ordinarijs facultatem admittẽdi permutationes beneficiorum; sed id fecit, donec daretur modus, quem postea tradidit in alia sua Const. 58. Quanta, vbi concedit Ordinarijs resignationes, & permutationes admittere simpliciter secundum Ius cõmune praxis Episc. Zerol. u. Renũtiatio, & Permutatio, Garz. p. 11. cap.

cap. 4. num. 62. & seq. contra Paris lib. 5. q. 6. num. 231. dissentientē; quia dictam Constitutionem 58. non considerauit: Procedit de Ordinarijs, vbi beneficium situm est ex *cap. quæsitum de rer. permut.*

Ampliatur, vt non solum æqualium beneficiorum permutationē Ordinarij admittant; sed etiam inæ-
M qualium. Bonac. *de Sim. qu. 4. §. 12. num. 7. in fine.* Quando autem ex inæqualem beneficiorum permutatione fraus præsumatur, vide sup. *cap. 1. diuis. 9.* & Ric. *2. p. resol. 465. & 480.*

Declaro. *Ad* validam, & licitam permutationem corā Ordinarijs plura requiri, præter alia requisita supra exposita.

1. Vt quod permutatur, sit beneficium cum beneficio. Ideo nequit cum pensione, aut cum commē-
N da militari, aut alia re tēporali; quia comitteretur simonia, non solum Iuris Canonici, sed etiam diuini. Barb. *Iur. Eccl. p. 3. ca. 15. num. 178. & seq.* Multòque minus potest permutatio fieri cum beneficio ficto, quod nunquam extitit. Vetatur enim in Bulla Pij V. relata per Azor. *l. c. cap. 29. qu. 16.*

2. Vt permutantes habeant Ius in re .s. in beneficio, siuè habeat illud in titulum, siuè commendam. Azor. *l. c. cap. 29. qu. 11.* etiam si habeant tantum collationem, & non possessionem, quia sic habet Ius in re; Garz. *l. c. num. 16. & seq.*

3. Vt permutatio inter duos fiat, quia si sit triangularis, vel quadriangularis à solo Papa admittitur. *Caputq, p. 2. decis. 325.*

4. Vt beneficium, etiā solum vnū non sit exemptum, vt Cathedrales, Abbatię, &c. quę enim sunt ab Ordinarij Iurisdictione exempta, non possunt ab eisdē iurisdictionaliter tractari. Clem. 1. *de rer. permut.*

5. Vt non adsit incompatibilitas: Ideo Parochus habens etiā simplex beneficium, nequit coram Ordinario illud simplex, retenta sua Parochiali permutare cū Canonicatu, vel alia Parochiali: patet ex dictis *supra cap. 1. de. 12.*

6. Vt beneficiorum pluralitas non interueniat: nam potest Episcop' vnius beneficij permutationē admittere cum duobus, quę nō sint incompatibilia; nō tamen potest habenti duo, conferre tertium, vt latè dixi *suprà cap. 2.*

7. Vt beneficia non sint reseruata, vel soltem vnum, quia nequit hæc Ordinarius conferre; sed solus
O Papa, & si coram Ordinarijs fiat, vacant beneficia, nec permutantes, scienter id facientes, possunt amplius ad illa redire: secus si nesciebant. *cap. si benef. de præb. in 6.* Excipitur reseruatio mensis Apostolici: nam in quolibet mense fit permutatio coram Ordinario. *Sac. Congreg. Episc. 14. Maij 1583.*

Addo, quod etiam Papę reseruatio est

est exprimenda, aliàs Bullæ essent subreptitię. Egid. 3. *p. qu.* 2. licet Gamb. *p.* 2. *num.* 50. censeat valere; quia sufficit coram Papa permutare. Alij distinguendo conciliant. Si reseruatio est generalis à iure, non est necessario exprimenda, quia præsumitur nota; secus si sit specialis causa aliquorū clericorum. *Feder. de permut. q.* 4.

8. Vt beneficium non sit vnitum, quia etiam antequam vnio sortita sit effectum, non censetur per se beneficium, sed membrum illius, cui est vnitum. Papa tamen potest derogare. *Feder. q.* 33. *de permut.* Similiter non debet Iure alterius impediri, & ideo in electiuis cōsensus electorum requiritur, vt dictum *est de renunt. req.* 10. Si de iure patronatus cōsensus Patronorum. Rot. coram *Pirouano Gerunden. benef.* 8. *Martij* 1627. & 21. *Februar.* 1628. Grat. *cap.* 835.

Vltimo. Vt permutatio fiat purè: Si enim fiat reseruata pensione, vel cum alio pacto, vtcumq; minimo. e. g. vt aliter suis expensis omnes expediat Bullas vtriusq; ab inferiori Papæ approbari nequit. Barb. *Iur. Eccl.* 3. *lib. cap.* 15. *num.* 179. *& seq.* Procedit etiam, si pensio, vel alia compensatio tēporalis exigatur ratione beneficij pinguioris. Quia in beneficio prīcipale est spirituale, fructus verò sunt anexi, qui à titulo spirituali separari nequeunt solo Episcopi auctoritate. *Sot de Iust. l.* 9. *q.* 5. *art.* 2. Barb. *l. c. num.* 181. contra Siluest. *permutatio* 2. *qu.* 6. Caiet. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. putantes licere pecunia compensare inæqualitatem fructuum in permutatione. Sed iam alia tractemus.

De Vnione, Impetratione, Optione, & Commendatione Beneficiorum.

CAP. VIII.

SVCCEDVNT alij quattuor modi beneficia aquirendi in hoc explicandi capite, & primo de Vnione agendo, quattuor videbimus.

1. Quid sit, & quotuplex Vnio.
2. Quot modis fiat.
3. Quas possit facere Episcopus, & quas non.
4. Quot requirantur ad validam, & licitam Vnionem.

DE primo. Vnio est duorum, vel plurium beneficiorum, seu Ecclesiarum anexio à legittimo Superiore facta. Garz. *p.* 12. *cap.* 2. *nu.* 3. Vgol. *de potest. Episcopi par.* 2. *cap.* 52. Vbi nomine Ecclesiarum comprehenduntur Episcopatus, & maiora beneficia: nomine verò beneficiorum inferiora. Sanchez. *in pracept. Decal. tom.* 2. *lib.* 7.

lib. 7. cap. 29. num. 145.

Tres autem Vnionis diuisiones potissimum reperio.

1. Vnio duplex est, Prima expressa, quando à Superiore expresè vna Ecclesia alteri vnitur.

2. Tacita, quando quis renuntiat beneficium ad fauorem Capituli, vel Conuentus; hæc enim renuntiatio vnionem operatur. Quia Capitulum, & Monasterium nũquam moritur.

Tacita potest fieri solum coram Papa; sed expressa etiam ab Episcopo ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. e. g. quod Parochus nõ habet, vnde viuat. Trid. *sess. 24. cap. 13.*

Declaro, quod quando tacitè, vel expresè aliqua beneficia fuerũt vnita Mensæ Episcopali, vel Capitulari, vel alicuius dignitatis, illa dicuntur beneficia de mẽsa, quia non inducitur vacatio; sed Rectoribus mortuis fructus mensæ consolidantur. Garz. *l. c.*

Declaro 2. Quod pro beneficijs vnitis alicui Collegio, soluitur Cameræ Apostolicæ singulo quoq; xv. anno quindennium, quod est pensio, quæ soluitur loco Annatæ; Cum enim Vniuersitas nunquam moriatur, talia beneficia dicũtur peruenisse ad manus mortuas, & ne Camera perdat Annatas, fingitur singulo quoque xv. anno conferri. Azor. 2. *par. lib. 7. cap. 14.*

2. Vnio duplex est, scilicet perpetua, & temporalis. Prima fit vel principaliter intuitu Ecclesiæ, vt duæ inuicem vniantur ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ; vt melius onera Missarum sustineãtur, & ne cultus diuinus minuatur, vel saltem secundario contẽplatione Ecclesię, & principaliter respectu beneficiariorum, & ad commodum Rectorum pro tempore, vt commodius viuere valeant. Secunda fit principaliter contemplatione personæ, non Ecclesię, vel beneficij, & hæc, mortua illa persona, expirat. *nouit. §. ne plus. ne sed. vac. cap. quoniam vbi* Abb. *de off. de leg.*

Declaro dignosci, quia in Vnione perpetua dicitur *In perpetuũ vnimus.* vel *ad perpetuam rei memoriã*, vel *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ. cap. si gratioso de rescript.* Temporalis fit ad tempus duratura, vel ad beneplacitum Papæ; quia elapso tempore, & mortuo Papa, expirat. Sanchez. *l. c.*

Declaro 2. primam posse fieri ab Episcopo, non secũdam, modo tamen, & casibus infradicendis. *In* dubio pręsumitur perpetua; quia potius præsumitur facta intuitu Ecclesiæ, quàm personæ. *cap. 1. ne Sed. vac. cap. requisisti de testam.* Barb. *Iur. Eccle. lib. 3. cap. 16. num. 4.*

3. Vnio duplex est, directa, & indirecta. Directa est, quæ principaliter, & expresè fit alicui. e. g. Capitulo Cathedrales, mẽsæ Episcopali,

ſcopali, &c. Indirecta eſt, quæ fit expræſsè vni, ſed redundat in in alium in conſequentiam. e. g. Cum fit vnio fabricæ, vel alicui p̃bendæ Capitulari. Primo modo non poteſt Epiſcopus vnire menſę ſuæ, nec Capitulo, aliàs vnio nulla eſt. Clem. *fin. de verb. Eccl. non alen.* etiam accedente Capituli conſenſu, quia nemo poteſt autorizare in facto proprio, principaliter, & directè. *L. quod dicimus ff. de aut. tut.* Poteſt bene vnire fabricæ, vel præbendæ cum conſenſu Capituli, quia poteſt autorizare in facto proprio, indirectè, & in conſequentiam. Ric. 1. *par. reſol.* 379.

Reſtat difficultas. ſtatuitur in Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *Ref. & ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Ref.* vt ait Sanchez *l. c. num.* 178. Quæ plenarium effectum nõ ſunt ſortitæ, ſubreptitiæ, & nullæ cenſeantur, niſi verificentur, & quæ ſunt effectum ſortitæ, examinentur ab Ordinarijs, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, & q̃ per ſubreptionem, vel obreptionem fuerunt obtentæ, declarentur nullæ, beneficia ſeparentur, & alijs conferantur. Hæc reuiſio fit ex officio: ſed quando ad inſtãtiam partis dicitur de ſubreptione vnionis tantę de ſubreptione incumbit onus probandi, Rot. Orano *Burgen. vnionis* 27. *Martij* 1591.

Item per *reg.* 12. *Cancell.* quæ poſtridie Aſſumptionis eorum ab omnibus Summis Pontificibus cum alijs publicatur, reuocantur omnes Vniones, & incorporationes factas quibuſcunque Eccleſijs, vel pijs locis, quæ non fuerunt effectum ſortitæ. Pro horum intelligentia duo quærentur.

1. *Quando Vnio dicatur ſortita effectum.*
2. *An dicta regula* 12. *Cancellariç generaliter ſit intelligenda.*

Ad 1. Tunc vnio dicitur ſortita effectum, quando ipſius vigore capta fuit poſſeſſio: Quod verum eſt, etiam ſi poſſeſſio non ſit pacifica, C nec ſint percepti fructus. e. g. Si ſint reſeruati fructus in vita beneficiati. Ric. 1. *p. reſol.* 276. Garz. *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 293. *contra Mandoſ. infra citand.*

E contra non ſortita effectum dicitur, ſi non ſit capta poſſeſſio, & hæc dicitur reuocata, & ſuccedẽte vacatione, poteſt de beneficio, vti verè vacanti prouideri. Zochier. *reg.* 12. *num.* 21. *Mandoſ. ibid. qu.* 3. *&* 5.

Ad 2. dicitur in pluribus caſibus D vnionum fallere, qua per dictam regulam non reuocantur, ſcilicet

1. *Vnio* operoſa in recompenſam. Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 5. *nu.* 50.
2. Quando vnus ordo in totũ ſupprimeretur, & eius beneficia alteri applicarentur. Gonz. *l. c.* Garz. *d. cap.* 2. *num.* 297. *& ſeqq. in fine.*
3. Vnio in cauſa neceſſaria. e. g. ex cauſa dotis pro beneficij erectio-

ne. Put. *lib.* 1. *decis.* 319. Seraph. *decis.* 982.

4. Vnio pro augmento dotis necessario sustentatione cultus diuini. Mohed. *decis.* 7 *de priuil.* Crescēt. *decis.* 1. *de Paroch.* *Seraph. l. c.* Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 1143. *Add. ad decis.* 419. Gregorij XV.

5. Vnio, in qua fecit quis quantū potuit, vt haberet possessionem; sed non potuit, quia per eum nō stetit. Gloss. *in d. reg.*

6. Vnio, quæ sortita est effectum .s. capta possessione, potissimū si de cōsensu beneficiati facta est Rot. coram *Blanchetto, Perusin. benef.*

7. Vnio augmentatiua stante necessitate maximè in augmentum cultus diuini, vt quia adeò tenues sunt præbendæ, vt Canonici negligerent residere Rot. coram Gyp. *Viterbien. Canon.* 29. *Maij* 1587. quia generalis reuocatoria non compræhendit cultum diuinum, nec piam causam. Rot. coram *Accorumb. decis.* 8. *lib.* 1. secus si sit purè augmentatiua, vt quia Ecclesiæ habent suas dotes, vel qa augmentum est ad comodū Seminarij pro faciendis Viridarijs ad recreandos clericos, Rot. coram Oran. *prætensæ Vnion. Mediolan.* 19. *Nouemb.* 1594. Debet ergo vnio augmentatiua esse necessaria, vt quia Ecclesia remansit sine dote Put. *dec.* 237. *alias* 329. & Rot. *p.* 1. *diuers. decis.* 528. Vel cum aliqua necessitate in augmētum cultus diuini, vt si fieret pro fabrica locorum piorū depopulatorum tàm in beneficio erecto, quàm in ipsa erectione. Mohed. *decis.* 7. *de priuil.* Crescē. *decis.* 116. & 141 *aliàs* 1. & 3. *de Paroch.*

8. Vnio facta per viam contractus. Mohed. *decis.* 6. *de priuil.* Put. *decis.* 50. *aliàs* 52. *lib.* 1. secus ex causa cōcordiæ Mohed, & Put. *l. c.* Rot. coram Gyp. Tolet. *benef.* 10. *Maij* 1593. Sicut reuocatur vnio, quæ non fuit effectum sortita Mohed. *d. decis.* 6.

9. Suppressio facta pro dote Ecclesiæ erectæ in Collegiatam, Crescē. *decis.* 1. *alias* 141. *de Paroch.* Mohed. *d.* 7. *aliàs* 145. *de priuil.* & circa hanc regulam vide 40. & vltra §. apud Rub. *in suis obseru. ex Sac. Rot. u. Reg. Cancell. reg.* 12.

Declaro, Vnionē, & Incorporationē defferre: qa Vnio est anexio plurium Ecclesiarum: sed incorporatio est, quādo in eadem Ecclesia extinguitur vnum beneficium e. g. Canonicatum, & alteri incorporatur. Confundatur tamen, & Iura prædicta de vtrique loquuntur. Gloss. *l. c.*

DE 2. Vnio fit tripliciter.

1. Vt ex duobus fiat vnum, quoniā fit vnius extinctio: effect⁹ eius est, vt consuetudines, & priuilegia vnius alteri quoque competant, & si sint contraria, conseruabuntur meliora, & ita Canonici vnius dicuntur Canonici alterius, cum vnum faciant corpus. Put. *lib.* 1. *decis.* 434. *Garz. d. c.* 2. *nu.* 10. *et* 11.

2. Æquè

2. Æquè principaliter, cum scilicet duæ Ecclesiæ ita vniuntur, vt vtraque sit principalis, & vtraque sua retineat priuilegia, & statuta. Effectus eius est, vt idem beneficiarius sit vtriusque Rector. *Gloss. cap. 1. ne Sed. Vac. cap. vniendo.* Rot. *par. 2. diuers. decis.* 114. *Grat. cap.* 635. Ideo Episcopus duorum Episcopatuũ vnitorũ æqui principaliter pôt in vna Diœcesi residendo expedire factũ alterius; quia est vna diæcesis. Multa dubia circa hoc declarantur à Sac. Cong. in Episcopatu Ciuitatis Castelli, & Hortus, quas refert ad verbum cum alijs, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 8. num. 23. & seqq.*

Declaro. In Impetratione talis Ecclesiæ faciendam esse mẽtionem vnitæ; quia non ita de facili concessisset: secus si facta esset vnio accessorie. Tunc enim de vnita, tanquam pedissequa nõ curatur, nec exprimi debet, ac si nõ esset. Card. *cons. 30. per tex. cap. Statutum de elect. in 6. Gloss. reg. 12. Cancell. in fin. Rot. diuers. par. 1. decis. 176.* Barbos. *l. c. nu. 18. & 19.* vbi subdit, quod per collationem, & possessionem principalis intelligitur habita, & capta etiam vnitæ accessoriè.

3. Accessoriè, scilicet, vt vnum sit principale, & aliud accessorium. Effectus eius est, vt vnum sit tantũ beneficium, scilicet principale: nam vnitum per vnionem remansit extinctum, & fit prædium principalis Gloss. *& DD. cap. cum accessissent de Const.* Veral. *decis.* 349. Barb. *l. c. num.* 8.

Declaro. Quod si Parochialis vniretur accessoriè beneficio simplici, ita quod simplex esset principale, tunc ad illud nõ requiritur ætas 25. annorum incæpta, quæ in Parochialibus requiritur. ex *cap. licet canon. de elect. in 6.* Sed sufficeret 14. annorum. *Ita Sac. Cong. resol. 312. p. 1.* Item ad illud posset Episcopus spurium dispẽsare. Grat. *cap. 279. num.* 47. Itẽ non fit concursus *Sac. Cong.* Galet. *u. benef.* quia accessorium sequitur naturam sui principalis.

Declaro 2. quonã modo vnio facta sit dignosci ex forma, & verbis vnionum: regula enim est semper priuilegij formam, & tenorem esse inspiciendum. *cap. porro cum seq. de priuileg.* Mantic. *decis.* 82. Concessio. n. non extenditur ad casũ, ad quem verba non porriguntur. *cap. sanè de priuil.*

Declaro 3. Vnionem non præsumi. Tùm quia est quid odiosum: est enim contra ius commune: nam Ecclesia quęlibet suum debet habere Rectorem. *cap. quia non nulli de elect. Gloss. reg. 12. Cancell.* Tùm quia est quid facti. Ideo probari debet ab eo, qui factum asserit. Cauall. *decis.* 405. Mascard. *de prob.* 1418. Rot. *diuers. par. 3. decis.* 557.

Declaro 4. Vnionem pluribus modis probari.

1. Ex

1. Ex literis Vnionis. *Mascard. concl.* 587.
2. Ex verbis enuntiatiuis plurium instrumentorum, saltem duorũ, vbi, si nõ expresse, saltem virtualiter illa beneficia enuntiantur vnita si non perueniat à personis suspectis. Caputaq; *decis.* 344. *p.* 3. Seraph. *decis.* 626. Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 324. Potissimum si enũtiatiuæ emanarũt ab illis, qui poterant facere vnionem. Rot. corã Merlin. Barchinonen. *Vicaria* 9. *Feb.* 1624. *Mantic. decis.* 355.
3. Testibus, & in antiquioribus per testes de publica voce, & fama. Rot. *p.* 2. Recent. *decis.* 724. dumodo probetur etiam titulus. Rot. coram Andrea Tirasson. *Vicaria* 15. *Decembris* 1617.
4. Ex dismembratione, quæ de necessitate præsupponit vnionem. Rot. Recent. *p.* 1. *decis.* 371.
5. Ex diuturnitate temporis cum hac distinctione: Si Vnio sit ęquè principalis, sufficit probare possessionem in tali vnione quadragenariam cum bona fide, etiam sine titulo: quia hæc vnio non ita repugnat iuris communi. In alijs vnionibus, vel probari debet possessio temporis immemorabilis, vel saltem quadragenaria cũ bona fide, & titulo, iuxta formam *cap.* 1. *de præscript. in* 6. Barb. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 61.

DE 3. de iure communi Episcopi possunt vniones quorumcumq; beneficiorum facere, etiam reseruatorum, & etiam cum beneficijs alterius Dięcesis cum consensu alterius Episcopi, sine tamen præiudicio possidentis, vel expectantis, idest vt vnio habeat effectum post mortem, vel dimissionem. Abb. *cap. sicut vnire excess. prel.* Anchar. *ibidem Mar. Soccin. sen. in d. cap. ar.* 4. *qu.* 13. *num.* 80. & *art.* 6. *concl.* 11. cum duabus sequentibus. Sed per Trid. restrita est hæc facultas. Ideo.

Potest Episcopus vnire.

1. ALiqua beneficia pro fabrica Ecclesię. *Imol cap. cum accessisset de Const.* Mandos. *reg.* 22. *qu.* 4. Ideo si fieret renuntiatio beneficij ad fauorẽ fabricæ, posset Episcopus eam admittere, vniendo dictæ fabricæ. Nec obstat Bulla Pij V. *Quanta*, vbi prohibetur Episcopis admittere renuntiationem ad fauorem; quia illa loquitur ad effectum transferendi titulum in alteram personam. Sed in vnionibus titulus nõ transfertur, sed extinguitur. Rot. *decis.* 11. *de reb. Eccl. non alien.* Ric. 1. *p. resol.* 374.
2. Aliqua simplicia seminario. Trid. citand. tribus tamen seruatis.
   1. Vt sit actu Seminarium.
   2. Habeat scolares.
   3. Cum consilio quattuor deputatorum. s. duorum de Capitulo, & duo-

duorum de Clero: quorum consilium tenetur Episcopus de necessitate adhibere alias nulla est vnio Trid. citand. nō tamen seruare. *Ita Sac. Cong. relat. per Ric. 1.p. resol.* 380.

Additur 4. vt non sint Regularia siue in titulum, siuè in commendam, nisi mutēt statum Sac. Cōg. 26. *Iulij* 1586. Benè Monasteria debent Seminario contribuere ratione beneficiorum anexorum & beneficiati beneficiorum collationis Monachorum si sint in Diœcesi, Immò etiam Cardinales Commendatarij pro suis Abbatijs. exempti sunt cleri Cameræ, & Fratres Sancti Io. Hierosol. vt ex Sac. Cong. Barbos. ad *c.* 18. *sess.* 23. *de resol.*

Ampliatur vt dictis concurrentibus vniri, etiam beneficia possint reseruata, vel affecta Sedi Apostolicæ. Trid. *sess.* 21.*cap.*3.*cap.*18. *vers. Necnon beneficia.* cum tribus restrictionibus.

1. Post vacationem.
2. Vacantia in mente reseruato.
3. Si erant affecta tēpore vnionis. His enim casibus non posse Episcopum vnire testatur, Barb. *Iur. Eccl. lib.*3.*cap.*16. *num.*30. & de vltima restrictione refert decis. *Sac. Cong.* Azor. *tamen* 2.*p. lib.*6. *cap.* 28. *q.*16. interprętatur Trid. cum distinctione. Si Papa in beneficijs reseruat sibi facultatem conferrendi tantum potest Episcopus vnire. Secus si facultatem conferrendi, ordinandi, & disponendi. Rota autem coram Marquem. *Assissien. benef.* 11. *Maij* 1607. resoluit vnionem ordinarij de beneficio reseruato etiam ante vacationem esse nullam.

Ampliatur 2. In deuolutis ad Papam ob negligentiam: quia deuolutio impedit, ne Episcopus possit illud dare in titulum, non autem facere vnionem, quæ respicit proprietatem. Abb. Arch. & Soccin. *l. c.* Boer. *decis.* 346. *ad fin.*

Limitatur in omnibus diæcesis beneficijs.

1. In Regularibus.
2. In Parochialibus, quæ vnire Episcopus non potest Seminario, vel fabricę; quia Trid. solū permittit de aliquibus simplicibus.
3. Episcopus vnire potest, Curatis pauperibus vnū, vel plura curata Parochialia vel simplicia, etiam affecta, vel reseruata, Trid. *sess.* 21.*cap.* 5.

1. Faciat vniones perpetuas.
2. Sine pręiudicio possidentium .i. vt solum post mortem possidentis fructus percipiantur. Optimū tamen, est facta vnione, capere possessionem, licet fructus non percipiantur, ad hoc vnio sortiatur effectum, & nō reuocetur per reg. 12. Cancell. Rot. *Perusina beneficij* coram Blanchetto.

Declaro. Si non adsint beneficia, quę tali Parochiali pauperi possint vnire, Episcopus prouidebit, cogen-

cogendô Parochianos ad subministrandam sustentationem Rectoris,& necessaria, vel per decimas, vel collectam, vel alio modo commodiori iuxta conditionem loci,& personarum, ex quo ibi recipiunt diuina. Trid. *sess.* 24. *cap.* 13. *de Ref. u. in Parochialibus. vide sup. cap.* 3. *P. num.* 4.

4. In Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis insignibus, vbi præbendæ sunt adeo tenues, vt etiam simul cum distributionibus nô sufficiant ad sustentationem Canonicorum iuxta decentiam grad' pro loci, & personarum qualitate, pôt Episcopus vnire aliquot beneficia simplicia, non tamen regularia, tenuibus præbendis singulorum, Trid. *sess.* 24. *cap.* 14. *de ref.* non autem mensæ capitulari, Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 165. Grat. *cap.* 274. An autem Episcopus possit minuere numerum Canonicorum *sup. cap.* 3. C. videri potest. Potest etiam fieri vnio distributionibus, vbi sunt nullæ, vel tenues, vt decisum refert Garz. *par.* 12. *cap.* 2. *num.* 171. per *cap. consultationibus, & cap. Pastoralis de donat.* Trid. *sess.* 21. *cap.* 3.

5. Beneficium seculare alicui Religioni. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 19. cum duabus tamen côditionibus.

1. Vt beneficium sit simplex, quia de curatis extat prohibitio. Trid. *sess.* 24. *cap.* 13. *de ref.*

2. Quod sit suæ diæcesis, in qua etiam sit Monasteriû; quia Trid. interdicit vnire beneficia alteri' diæcesis. *sess.* 14. *cap.* 9. Sanchez *d. cap. num.* 148.

Vltimo Episcopus potest curam toti Capitulo incumbentem vnire certæ dignitati, vel Canonicatui cum consensu eiusdem Capituli. Ita Sac. Cong. referente Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 190.

Non potest Episcopus Vnire.

Omnia beneficia suæ Diæcesis Oldrad. *cons.* 262. Sac. Cong. relata per Ric. 1. *par. resol.* 383. *num.* 4.

2. Ad tempus, vel vitam. Mandos. *reg.* 12. *qu.* 6. Zerol. *u. Vnio p.* 1. §. *sess.* 7. Trid. *sess.* 21. *cap.* 3. ibi. *Vniones perpetuas.*

3. Beneficia Iurispatronatus liberis,& è contra. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *vers. Insuper,* quod verum est de iurepatronatu laico, & Ecclesiastico: quia Trid. loquitur absolutè. Barbos. *l. c. num.* 30.

4. Beneficia spectantia ad Collationem inferiorum Barb. *l. c.* sed *num.* 48. ait posse, accedente consensu collatoris.

5. Reseruata in duobus casibus.

1. Si reseruatio est perpetua, vt prima dignitas post Pontificalẽ. Garz. *p.* 12. *cap.* 22. *q.* 2.

2. Si Pontifex sibi certam Ecclesiã reser-

reseruauit. Abb. *d. cap. sicut vnire num. 9.* Vide supra *l. num. 2.* Beneficia litigiosa, Rot. coram Manzaned. *Corduben. Pratimonij 13. Ianuarij* 1625.

7. Beneficia exempta. Barbos. *l. c. n. 31. quia caret Iurisdictione nu.* 54.

8. Cum beneficio alterius diæcesis. Trid. *sess. 14. cap. 9. de ref.*

9. Dignitates: quia *Sac. Cong. super sess. 24. cap. 11.* declarauit, per simplicia beneficia non comprehendi dignitates. Ric. *l. c. num. 5.* tamen *nu. 4.* refert declar. Sac. Cõg. vt dignitati Curatæ aliam dignitatem possit vnire causa paupertatis.

10. Parochiales, Monasterijs Regularium, Abbatijs, dignitatibus, & Præbendis, Cathedralis, vel Collegiatę, alijs beneficijs simplicib⁹, Hospitalib⁹, Militijs, & locis pijs. Trid. *sess. 24. cap. 13.* Procedit nõ solum in totum, sed etiam in parte fructuum. Sac. Cõg. apud Ric. *loc. cit. lim. 6.*

Fallit 1. in vnione pro fundatione Collegiorum, seu cõseruatione aliorum piorum locorum ad defensionem, & propagationem fidei, & bonorum artium. Gonzal. *gloss. 5. §. 7. num. 46.*

Fallit 2. in Parochijs carẽtibus certis finibus, licet habeant certas familias. Barb. *l. c. num.* 34.

Fallit 3. *In* Parochis, quæ sunt tantum habitu supra hominum memoriam. Barbos. ad Trid. *loc. cit. num.* 10.

11. Beneficia quæcunq; mensę Capitulari, vel Episcopali, etiam si supprimantur; quia tunc nec fructus posset Episcopus vnire. Clem. *si vna de reb. Eccl. non alien.*

12. Non potest duas Parochias vnire, & Canonicum intitulare simul etiam Rectorem. Rot. corã Oran. *lib. 1. manuscript. decis.* 16. Vbi refert Sac. Cong. ità respondisse, & subdit, per vnum tantum Canonicum posse opponi: quia cum hæc dispositio sit meræ voluntatis, potest vnus resistere. Vide Rub. *in d. decis. in suis singular.*

Vltimò non potest Episcopus Parochialem erigere in simplex beneficium, neque partẽ fructuũ, etiam minorem dismembrare pro erigendo simplici beneficio. Neque tandem à Parochialibus separare beneficia simplicia, si q̃ sint vnita, esto, quod sine illis Parochiales haberent cõgruam sustentationem; quia ita Sac. Cõg. respondit, teste Ric. *l. c.* ad finem vide sup. *cap. 3. in 3. modo creandi benef.* P.

Declaro secundum Card. *cons.* 48. ad finẽ, sufficere, vt sit Parochialis habitu tantùm, vt Episcopus nequeat in simplex beneficiũ cõuertere. Tamen Feder. *de sen. cons.* 133. ait, requiri, vt sit Parochialis actu. Conciliantur per Ric. *1. p. resol.* 618. vt scilicet in impetratione facienda sit Curæ mentio, licèt actu nõ exerceatur; sed ad effectum, quod non possit

T in

in simplex conuerti, ita vt sit cõpatibile cum alio residẽtiam requirenti, debet habere actu curam. *Ego vero stante decis. 936.* Seraph. vbi Rota resoluit, nõ esse necessariam mentionem Curæ in Parochialibus habitu tantum aliter distinguo. Si non est spes, vt actu curam reassumat, poterit in simplex beneficium conuerti, alias non; vt quia populus est reuersurus; quia potentia proxima actui pro actu reputatur, & actus dicitur. *l. penult. ff. milit. testam.* vide etiam supra *cap.* 3. O.

DE 4. Ad validam, & licitã Vnionem plura requiruntur. 1. Ecclesiastici Superioris auctoritas, sine qua est ipso iure nulla, quam habent multi.

Primò Papa in toto mundo, & in omnes Ecclesias quãtumuis maiores, etiam sine causa. *Azor. lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 6.

2. Episcopus in sua diæcesi, modo in 3. *p.* huius cap. explicato. Non tamen illius Vicarius Generalis, nisi habeat speciale mandatum. Stroz. *off. Vicar. lib* 2. *q.* 215. Azor. *l. c. q.* 10. Nec sufficit, si haberet specialem facultatem conferendi. Sanchez. *d. cap. num.* 153. contra Mohed. *decis.* 3. *de off. Vic.*

3. Capitulum Sede vacante in casibus, in quibus potest Episcopus, quia vnio est. Iurisdictionis. Ideo transit in Capitulum. *cap. vnico. de ma. & ob. in* 6.

4. Archiepiscopus in sua diæcesi, sicut omnes Episcopi, non tamen in diæcesi suffraganeorũ, in quibus non habeat iurisdictionem, nisi in casu negligentiæ, & appellationis. *Abb. d. cap. sicut Vnire num.* 4. Sanchez *l. c. num.* 156.

5. Abbates, & alij inferiores, dummodo habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, & certũ territorium; quia ibi possunt, quæ Episcopi. Si verò habent tantum ius conferrendi, nequeunt, nisi ex speciali priuilegio, vel consuetudine. Sac. Cong. apud Ric. *l. c. num.* 3. Debet consuetudo esse præscripta, sed etiam si nõ sit immemorabilis, sufficit. Sãchez. *l. c. num.* 160.

Ad pręscribendam alterius iurisdictionem requiritur patientia, & scientia certa, & non sufficiunt actꝰ facti vario modo, vt notat Vrsell. *u.* Abbas *concl.* 1. *num.* 159. Non tamen inferiores etiam iurisdictionem habentes, & exempti possunt beneficia supprimere; quia Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* id concedit Episcopis sub nomine Episcopi, non *Ordinarij*, Barb. ad d. *cap.* 15. *num.* 5. vbi *num.* 8. addit. Neq; Vicarium Episcopi, vel Capituli Sede vacante id posse, etiam in casibus, in quibus posset Episcopus.

6. Legatus de Latere in sua Prouincia in casibus, in quibus Episcopi in sua dįœcesi. Rot. *decis.* 459. *in antiq.* Ric. *resol.* 383. *p.* 1.

2. Requiritur consensus Capituli, etiam

N etiam post Trid. *sess.* 21. *cap.* 5. qa ibi dicitur, vt fiant iuxta formam Iuris. Nauar. tamen *consl.* 10. *de off. deleg.* dixit non esse hodie Capituli consensum necessariū; quia Episcopus per Trid. in vnionibus procedit, vti delegatus Sedis Apostolicæ. Sed contrarium est verius, quod etiam Sac. Cong. censuit, vt refert. Add. ad *d. cõs. Nau.* Ita quod sine dicto consensu est ipso Iure nulla. Rot. coram Gypsio *Leodien. benef.* 23. *Ianu.* 1593. Ric. 1. *p. resol.* 378.

Fallit 1. si fiat à Papa, vel de eius commissione. Nau. *l. c.*

2. Vbi esset contraria consuetudo, sed immemorabilis requiritur, Clem. *si vna de reb. Eccl. non alien.* Ric. *l. c.*

In suppressione autem alicuius prębendę in Collegiatæ requiri consensum Capituli Collegiatæ, & Cathedralis censuit Sacr. Cong. 1. *Sept.* 1618. Sell. *cap.* 38. *nu.* 8.

Declaro 1. In Vnionibus per Legatum distinguendum esse, si vniat ex Pontificia, commissione non requiritur Capituli cõsensus: sed benè si vniat ex sua ordinaria potestate; quia non habet tunc in beneficijs maiorem potestatē in prouincia, quàm Episcopus in diœcesi. Soccin. *d. cap. Sicut vnire ar.* 6. *concl.* 14. *num.* 115. Sãchez. *l. c. num.* 166. Barbos. *Iur. Eccl. p.* 3. *cap.* 16. *num.* 46.

Declaro 2. In Vnionibus inferiorū non habentium iurisdictionem Episcopalem requiri consensum Capituli Cathedralis, etiam si ex priuilegio fieret ab illo inferiori. Sanchez *l. c. num.* 167. Si verò habeat iurisdictionem Episcopalem, requiritur cõsensus Clericorum constituentium Capitulum cum illo Prælato. Soc. *l. c. art.* 4. *qu.* 5. *num.* 62.

Declaro 3. Sufficere, si postea consensus accedat. *arg. cap. cum vos de his, quæ fi. à Pral.* In dubio ex temporis diuturnitate præsumitur interuenisse. Barbos. *l. c. num.* 45. & in supprimendis aliquibus præbendis in Collegiata, quæ nõ sit Cathedralis sufficere consensū tacitum docet Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 12. *num.* 251.

Declaro 4. Iusta Vnionis causa existente, & capitulo recusante posse compelli. Soccin. *l. c. art.* 6. *concl.* 1. *num.* 91.

3. Requiritur vocatio, sed citatio, quorum interest non citari debet.

1. Patronus, siuè laicus, siuè Ecclesiasticus.

2. Inferior Collator, quò ad illa beneficia.

3. Electores. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Aliàs est ipso iure nulla, vt notat, Barbos. *l. c. num.* 51. Ideo nequit Episcopus vnire beneficia Iurispatronatus sine Patronorū consensu. Rot. coram Lancell. *Iun.* 25. *Aprilis* 1610. alias non valet Ric. 1. *p. resol.* 377. Neq; præsumitur, imò nec Episcopi asser-

tioni statur. Ric. *l. c. num.* 5.

Declaro 1. In Vnione per Legatum requiri Patroni consensum in Iurepat. laicali ex dotatione, vel fũdatione, & mixto: Sed in Ecclesiastico, & etiam laicali ex cõsuetudine, augmento, vel priuilegio potest dispensare, vt notat, Barbos. *l. c. num.* 50. Nota quando in casu, quo vnio fieri possit p ordinarium Parochialis libera nequit vniri Parochiali de Iurepatr. nisi Patronus renuntiet Iurispatr. vel nisi cum alternatiua, vt vna vice cõferat ius ad presentationem, altera vice liberè, vt ait decisum Sell. *cap.* 18. *num.* 24.

Declaro 2. Satis esse, si consensus Patroni, Collatoris, vel Electorũ subsequatur, vt dictum est de Capituli consensu.

Declaro 3. Non vocandum esse Rectorem; quia nullũ ei fit praeiudicium cum tantùm post illius mortem habere debeat effectum. Quod si dicatur, non poterit ad fauorem renuntiare, nec permutare.

Resp. Id non esse praeiudicium considerabile: quia illa resignatio, & permutatio pendet à Superioris voluntate. Azor. *lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 11. Barbos. *l. c. num.* 40.

Declaro 4. Non vocandum esse populum, licet aliquo modo sua videatur interesse; quia quandoque laborat contra propria commoda. Si tamen aliquis iustam causam allegaret vnionem impedientem, esset audiendus, Barb. *l. c.* Ric. *resol.* 381.

4 Requiritur iusta causa in inferioribus Papa, alias est nulla; P quia inferiores nequeunt vnire, nisi in casibus à iure permissis, & vnio est contra iura, quae volunt in singulis Ecclesijs singulos Rectores. Iusta tamen subsistente causa cogitur Episcopus vnire. Mendos. *reg.* 12. *qu.* 6. *num.* 3. & 4. Ric. 1. *p. resol.* 374. & sine iusta causa est ipso iure nulla *cap. exposuisti de praeb.* etiam seruata iuris forma in alijs Barbosã Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *num.* 11. & 12. *sitas* est tenuitas fructuum; ita vt duobus non sufficiant, quod Superioris relinquitur arbitrio. Gloss. *Aut. Praeterea. C. vnde vir, & vxor.* Item incommodum populi, Ecclesiatũ longinquitas, desolatio Ecclesiae, deformitas religionis. Barb. *l. c. num.* 38. Vtilitas est.

1. Si non inueniantur Clerici idonei ob tenuitatem fructuum. *cap. exposuisti de praeb.*
2. Ad augendum cultum diuinũ. *cap. ex parte de const.*

Declaro 2. Si causa falsa fuit expressa coram Papa, Vnionem esse ipso iure nullam: quia intelligitur semper clausula. *Si preces veritate nitantur.* Cassad. *decis.* 1. *de vnionibus per cap.* 1. *de rescript.* Etiam si fiat motu proprio. Rot. *diuers.* 1. *p. decis.* 455. *cum pluribus concord. per Rub. in* 1. *sing. sui operis.* Si verò coram Ordinario esse irritandam

dam ope exceptionis;quia id magis iustitiam concernit,cum inferioribus vnio concedatur, tantũ ex causa iusta: rescripta autẽ iustitiæ subreptitia tenent, donec irritentur, & ope exceptionis elidantur : Rescripta verò gratiæ propter subreptionem sunt ipso iure nulla. Soccin. *art. vlt. qu.* 1. *num.* 144. *Azor.cap.*18.*q.*14.

Quintò requiritur *Cognitio causæ*, & quod causa in Vnione exprimatur, loquendo de inferioribus, aliàs est ipso iure nulla. *Azor.l.c. q.*13. Barb. *l.c.num.*51.

Declaro. Si Ordinarius enuntiet se causę cognitionem fecisse, & causas iustas,& veras reperisse,pręsumendum est pro Vnione, donec probetur contrarium,dummodo causæ, & solemnitates requisitæ nominatim, & specialiter exprimantur; secus si in genere. Garz. *d.cap.*2. *num.*121. & 126.

6. Requiritur,vt verus valor vtriusque beneficij vniẽdi exprimatur, ad hoc,vt moueatur Papa : nam Vnio est contra iura, & quia debet solui media annata, si excedat ducatos 24. aliàs ipso iure vnio est nulla *reg.* 22. aliàs 21. Cancell. vbi Gloss.

Procedit coram Papa; tum quia nõ est necessaria expręssio valoris coram Ordinario,vt dicitur infra *p.*2. *sect.* 3. *cond.*5. tùm quia corã Ordinario fit causæ cognitio,quæ idem operatur.

Vltimò requiritur, vt Vnio fiat purè,nullo adiecto pacto. e.g. Si Rector viuens vellet aliquam conditionem reseruare: quia quælibet conditio inducit Simoniam circa

Q spiritualia. *Vid. cap.*6. *reg.*9.*cap.* 7. *req.*7.

De Vnionum solutione vide supra. *cap.*3. *in* 2. modo creandi beneficia N.

Addo hic, Ordinarium posse soluere vnionem,etiam à Papa factam vel à Legato ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, cessante causà, propter quam fuit facta : quia per Vnionem non intendit Papa Episcopis derogare. Azor. 2.*p.lib.*6. *cap.* 29. *q.*5. Barb. *Iur. Eccl. lib.*3. *cap.*16. *ad fin.*

§. 2. De Impetratione.

IMpetratio dupliciter capitur.

1. Large,& ita significat quamlibet beneficij consecutionem, vt ex causa renuntiationis, per liberam collationem, per concursum &c.

2. Magis strictè pro impetratione beneficij viuentis possessoris va-

A cantis tantùm de iure ex capitibus infra recensendis 2. *p. sect.* 1. *cap.* 1. *cond.*3. Quæ dicitur vacatio *certo modo*, scilicet in iure expresso,& de hoc loquimur,& duo explicabimus.

Primum quid, & quotuplex sit Impetratio.

2. Requisita illius.

DE Primo. Impetratio est obtentio beneficij viuentis certo modo, & causa in iure expressa vacátis. Hæc est maximè odiosa, & à Massob. *prælud. 26. sub num. 4.* dicitur cõtra bonos mores. Ideò communiter dici solet, quod impetrans beneficium viuentis, impetrat sibi pugionem in pectore; tamen ad obuiandum fraudibus, à iure permittitur aliquando. Ideo.

Impetratio duplex est.

1. Licita, quæ fit ex vera, & iusta causa in iure expressa, de quibus infra *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3.* & cum debitis requisitis, vt colligitur ex *Gloss. fin. cap. 1. de conceß. preb.*

2. Illicita, & sic tripliciter.

1. Si quis scienter impetrant beneficium viuentis sine vlla causa, vel cum per vim eijciendo, vel si fuit iniuste expulsus, illuc intrando, & hic præter peccatum, priuãdus est participatione Corporis, & Sanguinis Christi. *cap. 1. de conceß. preb.* Ratio est, quia omnes leges diuinæ, & humanæ id prohibent, ne detur occasio optandæ mortis, & insidiandi vitæ beneficiati. *cap. 2. & cap. ne captandæ de conceß. preb.* Ignorantia tamen excusaret, nisi sit supina, vel affectata, quę dolo æquiparatur. *cap. 2. de const. in 6.* Vide Gomez *reg. de impetr. benef. viuen. q. 3.*

2. Si quis impetrat beneficia senũ, vel infirmorum sub prætextu alicuius de'icti, vt ipsis mortuis habeat subrogationem, & hęc impetratio prohibetur à *Paulo III. Const. 28.* Sub pæna inhabilitatis, & refectionis interesse parti vexatæ. Ampliatur, vt dicta Cõstitutio locum habeat etiam in impetrãtibus beneficia quorumcumque viuentium adhibita p̃dicta fraude, vt scilicet non concedatur subrogatio mortuo collitigatore, & id colligitur, tùm ex verbis Bullæ ibi *præsertim*; quæ quidẽ exprimit casum minus dubitabilem, & continet magis dubitabiles, & significat in eis. *Idẽ iuris esse. L. 1. §. Pater verſ. vel maxime ff. de coll. bonor. Gloß. l. vl. verſ. præsertim ff. de lib. he. exhi. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 32. qu. 3.* Tùm quia dicta constitutio est obuiatiua fraudibus; Ideò latè est interprętanda, etiam à paritate rationis contra impetrantem. Cherub. ibi Schol. 2.

3. Si quis impetrauit beneficiũ alicuius viuentis, tanquam per obitum, deinde etiam secuta morte, nõ potest de illo prouideri, aliàs prouisio est nulla ipso iure. *reg. 21. aliàs 20. Cancell.*

Declaro 1. Quod hæc regula est fauorabilis, ideo extenditur ad oẽs personas, ita vt compræhendat etiam Cardinales Impetrantes, & omnes prouisiones, non solum Papæ, sed etiam Legatorum, & Ordinariorum. Gomez ibi *qu. 2. & 6.*

Decla-

Declaro 2. Quod excipitur si Papa motu proprio gratiam faceret, tunc enim non habent locum hæc regula: quia loquitur ad impetrationem alterius. *Ibi impetrauerit. Gloß.* ibi. *Nec requiritur* expressa derogatio: quia motus proprius æquipollet plenitudini potestatis. *vt not. in cap. ad hac de rescrip.*

Declaro 3. *Refert re Gloß. in fin. de reg.* quod Sixtus V. ad petitionem alterius Titio beneficium, tanquā vacans per obitum contulit viuētis: & post obitum alteri, declarauit, intentionem eius fuisse, vt Titius haberet beneficium: sed id procedit de plenitudine potestatis, non de iure regulæ.

Declaro 4. Requirri quattuor.

1. Quod impetretur beneficium viuentis.
2. Tanquam vacans per obitum.
3. Scienter.
4. Vt fiat prouisio. Ideo expectatiua non compræhenditur; quia est tantum via ad prouisionem. Gomez. *de reg. q.* 4.

Quid si impetretur eo die, quo moritur.

Resp. præsumi de iure factam esse impetrationem post mortē: quia semper præsumitur pro validitate actus. Felin. *cap. Pastoralis de rescript.* Sed extat Constitut. Bonif. VIII. Romani, quæ nullas declarat omnes impetrationes de data diei obitus in beneficijs extra curiam, secus in curia, vel ad duas dictas Gomez. *q.* 7.

D E 2. Ad licitam impetrationem validè faciendam plura requirūtur.

1. Auctoritas concedentis, quæ in solo Papa residet concedendi beneficia, quæ non carent possessore.
2. Causa iusta. Referuntur causæ infra *q. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3.*

D

Declaro circa hoc, tria esse necessaria.

1. Vt causa talis sit, quæ vacationē inducat ipso iure, secus si post sētentiam; quia tum sententia præcedere deberet. Garz. *p.* 11. *cap.* 10. *num.* 23.
2. Quod causa exprimatur, vt expressè cauetur Bulla 28. Pauli III. *Sanctissimus.*
3. Vt causa sit effectum sortita exteriorem; non enim sufficit tractatus.

3. Expressio possessionis alterius d. Bulla Pauli *III.* & generaliter in omni impetratione ꝓcedit, alias censetur gratia subreptitia. Felin. *cap. in nostra de rescript. num.* 33.

E

Declaro 1. Possessionem esse triplicem, scilicet veram, coloratam, & incoloratam. Vera est, quando quis legittime possidet, & nullus adest defectus in conferente, neque in recipiente. Colorata est, quando defectus est in conferente, vel recipiente, non tamen ipso iure inde resultat priuatio. Kocchier. *reg.* 15. *num.* 33. *& seqq. Lap. alleg.* 16. *&* 101. *Incolorata* est, quando adest priuatio ipso iure;

vel

vel ab homine per sententiam, licet non sit secuta amotio. Kocchier. *l. c.* De omni possessione facienda est mentio; sed defectũ taciturnitatis possessionis coloratę, & incoloratæ duæ clausulæ supplent.

Amoto exinde. Rot *in antiq. decis.* 38. *de rescript* Zab. *cons.* 90.

2. *Dummodo non sit alteri* Ius quæsitum. Felin. *l. c.* Ideo vbi dictæ clausulæ ponuntur, mentio coloratæ possessionis non est necessaria. Rot. 4. *p. decis.* 164. *num.* 5.

Declaro 2. Impetrantem non teneri exprimere litteras aduersarij nullas ipso iure. Rot. *in antiq. de*
F *rescript. decis.* 69. Nec primas litteras ipso iure nullas. Felin. *l. c.* vbi testatur de communi: procedit, nisi ex primis inualidis consecutus esset aliquid, vt pote quia sunt sortitæ effectum. Cald. *cons.* 11. *de elect.* Barb. *collect. ad cap.* 20. *de Iurep. num.* 14.

Procedit 2. nisi primas impetrasset de beneficio viuentis, tanquam p obitum vacantis: quia secunda prouisio, etiam secuta morte, non tenet, nisi facta mentione de primis cum derogatione *reg.* 21. Cãcell. vt dictum est supra de 3. impetratione illicita.

4. Expressio longitudinis possessionis, scilicet per annum, vel quot annos possederit, *ex d. Bulla* 28. Pauli *III.* Nam annalis possessio obstat, & multo magis triennalis, de quibus *infra p.* 3. *cap.* 1.

Declaro, quod tantæ est efficaciæ triennalis possessio, vt valida cẽseatur impetratio per obitũ possessoris triennalis putatiui, etiam concurrente cum vero possessore, ex quo ei litem non mouit. Castrad. *decis.* 3. *de caus. poss.* Rot. coram Gypsio *decis.* 119. *lib.* 1.

5. Expressio nominis, gradus, & nobilitatis possessoris *d. Bulla* 28. *Pauli III.*

Declaro 1. Quod in impetratione Cathedralis large sumpta impe-
G tratione, facienda est mentio Sãcti, Ecclesiæ; in inferioribus autẽ non est de necessitate. Gloss. *cap. quamuis præb. in* 6. *il primo inf. p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 5. *E.*

Declaro 2. Gradum, & dignitatem Ecclesiæ exprimendam esse de necessitate, scilicet an sit Curata, an sit electiua, &c. Rot. coram Bisignet. *decis.* 13. Ric. 1. *p. resol.* 324. Non tamen necesse est expressio dignitatis personæ impetrantis; quia tacere, quæ inducunt Papã ad facilius tantum concedendũ, non facit subreptionem *cap. postulasti de rescrip. à contrario sensu*, *vbi* Abb. & multis probat, Ric. *l. c. ad fi.* contra Hostien. *cap. ad aures de rescrip.* per illum textum. Sed re vera ille textus loquitur de dignitatibus, vt titulis aliarum Ecclesiarum; vt appareat, an alia habeant beneficia, vide *p.* 3. *sect.* 3. *cond.* 5. Fallit, si esset annalis possessor, Vide *p.* 3. *c.* 1. *n.* 11. nam ex pcepto d. reg. gradus dẽt exprimi.

Decla-

Declaro 3. Posse Curam exprimi per æquipollens, & similiter dignitas: quia licet Rot. coram Bignet *l. c.* id negarit, tamen reprobatur per Rot. Casfad. *decis.* 12. *de præb.* vid. Rub. obseru. ex Rota *u. benef.* 5. 2.

6. Expræssio aliarum qualitatum, *vt infra p. 2. sect. 3. cond.* 5.

7. Vt non capiat possessionem violenter, sed auctoritate executoris Apostolici, aliàs cadit à iure suo, vt dictum fuit sup. *cap.* 5. *par.* 4. *ex parte Episcopi*, & expulso prius intruso modo dicto sup. de renunt. *requis. vlt. declar.* 8. ex possessore non expulso non dicitur aquisita possessio. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 874.

Declaro, quando potest suspicari reo competere aliquã defensionem, requiri semper cittationẽ, nec possessorem remoueri absq; cittatione. *Greg. XV. decis.* 69.

H Ideo in Bullis adest semper clausula *vocatis*, vel clausula. *Si ita est.* Clausula *vocatis*, operatur, vt Iudex procedere non possit, nisi seruato ordine Iuris. Rot. *nouiss. l. c.*

Clausula. *Si ita est.* operatur, & reddit gratiam conditionalem. Ideo est iustificanda, mediante causę cognitione. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 356. Sed quod tũc sufficiat sola extraiudicialis cognitio, nec requiratur citatio docet. Ric. 3. *p. resol.* 111. quia tacitè inest. & hæc est Praxis.

8. Vt impetrans plene, & concludenter probet totam narratiuã. Rot. coram Litta Hispel. *benef.* 12. *Maij* 1603. Ita quod cũ negatiua est fundamentum intentionis, debet cócludenter probari. Cordub. Laroacen. *benef.* 21. *Iunij* 1596. Vbi de negatiua affixionis ædictorum. Rot. coram Oran. *lib.* 2. *decis.* 215. Vbi de negatiua publicationis, & promotionis ad Sacerdotium infra annũ Rot. coram *Greg. XV. Siracusana Prioratus* 4. *Feb.* 1605. Vbi Rub. plures adducit. Non agitur de præiudicio alterius, & inde mot[°] fuit Papa ad concedendum. Rot. coram Sacrato Conchen. *benef.* 11. *Maij* 1609.

I

Declaro, negatiuam publicationis duobus solum modis posse iustificari, vel per confessionem illius, qui debuit publicare, vel si expediuit Bullas extra tempus publicationis *Greg. XV. decis.* 210. Ideo non præsumitur non facta ex confessione compermutantis: quia potuisset fieri ab alio, cum vterq; admittatur. *Greg. XV. decis.* 288. Neque ex collatione facta resignatario post tempus ad publicãdũ, Tùm quia potest fieri publicatio ante collationem, tùm quia potuisset esse obtenta alia collatio, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum. Beltram *in d. decis. num.* 3.

Declaro 2. Non sufficere probare, publicationem factam fuisse post tempus sex mensium, tùm quia

V potuit

potuit fieri alia publicatio; tùm quia potuisset esse obtenta prorogatio. Beltram. *l. c.*

Sed in vna Tolet. apud Garz. *p. vlt. cap. 2. num.* 188. dicitur publicationem factam in tempore non debito, præsumi non fuisse alias factam tempore debito.

Resp. id intelligi, si producatur à resignãte, vel resignatario, secus si ab impetrante, vt nos loquimur.

9. Requiritur transitus sententiæ in iudicatum, ante enim nequit impetrari *ex d. Bulla* 28. *Pauli III.* Ideo collatio ante facta est nulla, neque conualescit per nõ appellationem. Mohed. *decis.* 11. *de pb.* Procedit de vacatione per priuationem.

Sed pulchræ quęstionis est. *An* priuatus, ad suum restituatur beneficium, si absoluatur. Affirmat. *Rub. in suis sing. ad Achill. decis.*

L 13. *alias* 2. *de dolo, & cõtum.* Quia cõparitio, & absolutio tollit omnes effectus contumaciæ, & allegat *decis.* 354. Seraph. Negat Massob. *req.* 1. *dub.* 4. *in fi.* & allegat eandem decisionem Seraph. Concordantur. *Si* priuatio facta propter delictum, nõ recuperat, dũmodo fuerit concludenter ꝓbatum; vt quia fuit confessus, vel conuinctus; non tamen sufficiunt testes pro informatione. Si verò probatio non fuit concludens, & lata fuit sententia in contumaciã, tunc recuperat, per absolutionẽ. *Ita ex d. decis.*

Vltimò. Expeditio litterarum, vt dictum fuit de *ren. req.* 6. Hic sciẽdum est *ex reg.* 26. *alias* 25. *Cancell.* non esse iudicandum secundum

M tenorem supplicationis, sed Bullarum, nisi sint commissiones signatæ. *Per placet*, vel super iustitia: Nam supplicationes signantur per verbum. *Fiat.* Ratio est æquitas; quia multæ falsitates cõmitti possũt in supplicationibus, quæ nequeunt in Bullis.

Declaro habere locum, tàm in Curia, quàm extra de gratijs à Papa obtentis: *Ita intelligitur Gloss. d. reg. qu.* 2.

Declaro 2. litteras requiri, quando agitur ad Canonizationem gratiæ, adiudicationem beneficij, & priuationem ob non solutam pẽsionem, ad regressum, ad executionem gratiæ, prouisionem executorũ, & probationem: sed sufficere supplicationẽ ad absolutionem, & ita in Rota fuisse decisũ testatur Gomez *q.* 4. Immò pensio de consensu imposita per solã supplicationem debetur etiam à successore, & agi potest ad censuras litteris non expeditis, non tamen ad priuationem. Gomez. *q.* 4. Tandem regula de non iudicãdo iuxta tenorem supplicationis, nõ habet locum, quando facta est expeditio maximè eiusdem supplicationis, Seraph. *decis.* 764. Rot. coram Cauall. Recent. 2. *p. decis.* 465. vide plura de hoc in obseru. *Rub. u. Regul. Cancell. La.* 1. *reg.* 26.

§. 3. De

§. 3. De Optatione.

DVO breuiter videbimus.
1. Quid sit Optatio.
2. Quot ad illam requirantur.

DE primo. Optatio est Ius quodam, quo Canonici, vel Clerici de Collegio antiquiores gradatim meliores prębendas vacantes eligunt, relictis suis deterioribus. *ca. vlt. de consuet. in 6.*

A Declaro 1. Optationem posse fieri per se, & per procuratorem, etiã generalem, dummodo rata habeatur. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13.*

Declaro 2. Optationem ab vno pluries fieri posse, & quoties casus euenerit; quia est actus repetibilis. Barb. *l. c.*

DE 2. Ad validam Optationem plura requiruntur. 1. legittima facultas, quæ competit ex vi statuti, vel consuetudinis legittimè prę-

B scriptæ. *d. cap. vlt.*

Declaro non habere locum optionẽ, si à Papa fiat derogatio, Rot. *decis. 200. in nouiss.*

2. Qualitas personæ, scilicet Canonici, vt antiquiores, non ætate, sed receptione. Gloss. *d. c. vlt.*

Declaro 1. Quod qui erat Canonicus, & mutauit prębendam, antiquitas computatur à die vltimæ possessionis. Barb. *l. c. num. 9.*

Declaro 2. Non requiri, vt Canonicus sit in sacris; quia ordo Sacer requiritur in Canonico in actibus capitulariter expediendis, & in electione: Ideo quòd si non sit in sacris, nec de consensu aliorũ Canonicorum possit habere votum in Capitulo. Rot. *4. p. nouiss. decis. 600. num. 4.* Sed executio Iuris àquisiti competit etiam non constituto in Sacris. Ideo si per Turnum hebdomadarũ Canonici habeant ius conferendi, potest Sacris non initiatus conferre per prędicta. Rot. *l. c.* & quia collatio inter fructus beneficij computãtur. Rot. *l. c. decis. 603.* Vide Ric. *2. p. resol. 488.*

3. VACATIO beneficij. Nam viuentium beneficia nequeunt impetrari. *cap. 1. de concess. præb.*

Declaro procedere de vacatione p obitum, vel liberam renuntiationem, secus si ad fauorem, vel ex causa permutationis; quia non dicitur propria vacatio. Anchar. *cap. quæsitum de rer. permut. q. vlt.*

Declaro 2. habere locum optationem, etiam in deuolutis ob negligentiam inferiorum, non conferendo intra legittima tempora. Azor. *2. p. lib. 6. cap. 26. ad fi.*

4. Vt fiat intra legittima tẽpora,
C scilicet intra 20. dies à die notitię *d. cap. vlt.* vbi DD.

Declaro 1. posse Capitulum terminum minuere, dummodo omnes, & singuli cõsentiant, & non sufficit consensus maioris partis propter interesse singulorum. Potest etiam prorogare, si adsit consue-

tudo, vel Statutum: sed non præiudicat Apostolicis impetrantibus, nisi spiritualis cõsuetudo adsit. Vide Ric. 2. *p. resol.* 489.

Declaro 2. quod si optatio ab antiquiore canonico non fieret intra tempus legittimũ, poterit iunior ad damnum antiquioris optare. Gloss. ibid. Barb. *l. c. num.* 6. Immò teneret optatio Iunioris intra 20. dies facta in euentum quod antiquior non optaret, vt not. Ric. 2. *p. resol.* 193. *num.* 2. *ad fin.*

5. Modus, scilicet fiat gradatim, scilicet, vt primò optet antiquior, illo autem recusante, poterit secundus, ille nolente, tertius, & sic de cæteris, Gloss. & Io. And. *d. cap. vlt.* D

Declaro 1. Quod etiam excommunicatus, suspensus, & Interdictus potest optare: quia per optionem regulariter nouus titulus non aquiritur. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 604. Ideo fallit, si titulus optandus sit, vel sit necessaria noua collatio ex vi Statuti, vel consuetudinis. Barbos. *l. c.*

Declaro 2. Quod irregularitas p̃cedens ordinationem, & beneficij receptionẽ impedit optationem, non autem sequens Monet. *de opt. cap.* 4. *num.* 136.

6. Beneficij qualitas: nam beneficia reseruata generaliter, vel specialiter ad fauorem certæ personæ nequeunt optari. Quia Papa reseruando, derogat omnibus Statis contratijs, & admit omnẽ potestatem, & dispositionem cõtrariam. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 642. & 643. vbi idem dicitur de vacãtibus in mensibus reseruatis. E

Declaro 1. Consuetudinem immemorabilem legittimè probatam, posse de Iure concedere facultatem optandi reseruata. Sed fortè non poterit probari; quia non debet esse interrupta. Sed quilibet Pontifex facit regulas reseruatorias, & ita interrumpere videtur. Rot. *decis.* 642. *num.* 3. *& seqq.*

Declaro 2. Quod Cardinales Episcopi habent facultatem cõferẽdi beneficia in octo mensibus Apostolicis, si aliàs non sint reseruata. Sed huius indulti vigore non possunt impedire optationẽ legittimè præscriptam, si Canonici habeant de beneficijs in dictis octo mensibus vacantibus; quia sine illo indulto nõ poterant Cardinales conferre beneficia, in quorum quasi possessione optandi erant Canonici ab immemorabili. Ergo nec possunt cum indulto, quod non auget facultatẽ conferendi, sed tamen remouet obstacula. Rot. *d. decis.* 642. *vers. tertia.* F

Vltimo noto tria.

1. Intrusum non posse optare, quod intelligitur de habente beneficiũ reseruatum. *cap.* 2. *de præb. in* 6. Et cum dictum est, beneficia reseruata non posse optari, intelligi de reseruatis specialiter, vt prima

ma dignitas post Pontificalem, & generaliter etiam, vt sunt vacātia in Curia, & etiam deuoluta, vt notat Ric. 2. *p. resol.* 193.

2. Optandam esse præbēdam maiorem illa, quam habet; minor. n. non potest optari: quia optio fit ad superiora. Rot. *decis.* 3. *de consuet. in nouiss.*

3. Optionem dare Ius ad rem considerabilē. Ideo Episcopus nequit conferre beneficium, ad qd quis habet optionem. *cap. si tibi de præb. in* 6. Immò prouisio Apost. est nulla sine speciali derogatione optionis Staph. *apud* Ric. *loc. cit.*

§. 4. De Commendatione.

QVID sit, & quotuplex Commendatio, breuiter videam⁹.

DE 1. Commendatio est concessio Ecclesiæ alicui facta, vt eam sua cura, & diligentia ministret ad tempus, vel in perpetuum, non iure tituli, sed commendationis, & custodiæ. Commendare enim nil aliud est, quā deponere, scilicet, vt custodiatur. *L. commendare ff. de verb. sig.* Et commenda perpetua largè dicitur beneficium; quia ad eam requiritur ętas, promotio infra ab pęna priuationis, & aliæ qualitates, vt in beneficio. *cap. nemo de elect. in* 6. vide Ric. 3. *p. resol.* 138.

Declaro 1. Duplici potissimum rōne Ecclesias in perpetuum commēdari.

1. Ob defectum ætatis; vt tunc habeat commēdatam, & post legitimam ætatem in titulum.

2. Vt quis habeat regularia beneficia non emissa professione religionis, & ita Cardinalibus commendantur Abbatiæ, & Priorat⁹ regulares. *Azor. lib.* 6. *cap.* 31. *ad fi.* habentes enim in titulum tenentur profiteri, nisi aliter Papa exprimat. Barbos. *l. citan. statim num.* 20.

Declaro 2. Commendatarium Abbatiæ habentis Iuria Episcopalia existētis intra fines alicuius diæcesis, non posse vocare quem maluerit Episcopum pro conferendo Confirmationis Sacramento, nisi de licentia Episcopi, in cuius diæcesi Abbatia sita est, etiam quod sit exempta. Secus si habeat proprium territoriū, & verè nullius sit diæcesis. Sac. Cong. apud Barbos. *Iur. Eccles. lib.* 3. *ca.* 9. *num.* 51. De Commendatione vide *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 5. *num.* 2.

DE 2. Commendatio duplex est.

1. Temporalis, quæ fit ad tempus in vtilitatem Ecclesiæ, donec prouideatur de Rectore.

2. Perpetua, quæ fit in vtilitate ei⁹, cui Ecclesia datur gubernanda: nam ad vitā durat, & potest fructus percipere. *Azor. l. c. qu.* 15. In dubbio Papa cēsetur commēdare in perpetuum, nisi ad tempus

pus exprimat. Barbos. *alleg.* 59. *num.* 7. *de pot. Episc.*

Sed quattuor dubitationibus totũ caput explicatur.

1. Quis possit Ecclesias commendare.
2. Quomodo conueniant commẽdatio temporalis, & perpetua.
3. Quomodo differant.
4. An Commendatarius possit renuntiare.

Ad 1. beneficia omnia potest Papa, & quolibet modo commendare.

D Solus Papa.

1. Commendat regularia.
2. Seculari prouidet de beneficio regulari, & è contra.
3. Parochiales ad vitam, & etiam ad tempus commendat, vt motu patebit. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 59. *num.* 16.
4. Abbatias, & Superiores dignitates. Episcopus potest commendare.

1. Simplicia beneficia, etiam ad vitam. *cap. cum constiterit de accusat.* Piasc. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. licet non soleant commendari, vt ait Azor. *loc. cit.*
2. Poterat cõmendare Parochiales habenti ętatem legittimam, & Sacerdoti ordinato ad sex mẽses. *cap. nemo de elect. in* 6. Sed hodie *d. cap. fuit* per Trid. correctum *sess.* 24. *cap.* 18. Dum pręcipit per Episcopum deputari Vicarium. *Ita decl. Sac. Cong.* Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 59. *num.* 24. Garz. *p.* 4. *cap.* 4. *nu.* 15. Solus Papa Parochiales commendat etiã ad tempus. Episcopus duo facit.

1. Constituit Vicarium in vacantibus.
2. Dat coadiutorem ægroto, seni, & illiterato ad tẽpus, donec causa extat. *cap. penult. & cap. fi. de cleric. ęgrot.* Non tamen eum futura successione, sed cessat mortuo coadiuto, vel causa cessante. Papa autem etiam cum futura successione potest. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *&* 25. *cap.* 7. *de ref.* Piasc. *loc. cit.*

Inferior Episcopo potest commendare, & Vicarium deputare, vt Episcopus, si habeat iurisdictionẽ Episcopalem: secus si habeat tantum ius conferrendi consuetudine, vel priuilegio: Gasz. *l. c. nu.* 12. Legatus de Latere non potest ꝑpetuas facere cõmendas, nisi specialem habeat facultatem.

Ad 2. Pluribus modis conueniũt.

1. Commendatarij tenentur ad ꝓfessionem fidei: quia quò ad hoc commenda habet vim tituli. Barbos. *alleg.* 61. *num.* 12.
2. Neutra comprahenduntur sub reseruatione reg. de mensibus: quia ad effectũ reseruationis non est propriè beneficium. Nam cessante commenda per obitum cõmendatarij non dicitur beneficiũ vacare per obitum; sed vacat, vt prius. Ideo non attenditur mensis. Mohed. *decis.* 4. *&* 9. *de præb.* Barbos. *alleg.* 57. *num.* 154. Immò nec locus attenditur, vbi moritur.

tur. Put. *decis.*25.*lib.*7. Aliquando enim commenda venit nomine beneficij, aliquando non. Put. *decis.* 22. *lib.*1.

3. Commendatarius habens Curã Iurisdictionalem, non tenetur residere; sed bene habens curam Sacramentalem. Barbos. *alleg.* 53. *num.* 112.

Quò ad horas Canonicas, si integrè Ecclesia commẽdatur quò ad totum seruitium, tenetur ad illas; quia stat loco beneficij. Si verò quò ad exteriora negotia e.g. quò ad Curam tantum, non tenetur, nisi quantum ex onere Ecclesiæ canere debet, & nisi alia ratione teneatur. Barb. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 19. & 20.

Ad 3. Pluribus modis differunt.

1. In Commenda temporali non adest titulus, nec ius in re, neq; ad rem, neq; facit fructus suos, nisi quantum sufficit ad cõgruam sustentationem sui, & necessariorũ ministrorum, reliqui verò cõuerti debent in vtilitatem Ecclesiæ. Put. *lib.* 1. *dec.* 32. *in correctis.* Quia non est verò Prælatus. At in Cõmenda perpetua est titulus Canonicus. *cap. dudum li.* 2. *de elect.* Put. *decis.* 158. *lib.* 1. Rot. *diuers. p.* 3. *decis.* 765. & datur iure in re. Ideo commendatarius habet eãdem auctoritatem Iurisdictionis, administrationis fructuum, & in omnibus, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, sicut habet beneficiatus in titulum. Quare Commendatarius Abbatiæ vtitur Mitra, & Baculo. Zorol. *n. benef.* §. 11. Piasc. *l.c.* Quia est verus Prælatus, parùm, aut nihil differens à beneficiato in titulum. *ca. relatio. ca. qui plures.* 21. *q.* 1. Ideo in perpetuis Commẽdatarijs Parochialium non se promouentib⁹ ad Sacerdotium infra annum intrat pęna *cap. licet de elect. in* 6. Secus in temporibus. Garz. *gloss.* 5. §. 8. *num.* 7. & 8.

2. Commẽda perpetua inducit incompatibilitatẽ: nemo enim potest plura habere beneficia incõpatibilia, etiam in commendam. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* secus de temporali, & hunc esse sensũ Trid *citato cap.* 4. *testatur.* Azor. *l.c. cap.* 11. *qu.* 11.

3. In impetratione beneficij faciẽda est mentio Comendæ perpetuę alias gratia est sub restit. Put. *lib.* 2. *decis.* 26. Non temporalis. Put. *l.c.d.* 272. Si tamẽ vellet Ecclesiam sibi ad tempus commendatam impetrare in perpetuum, id exprimere debet, aliàs gratia esset nulla, & subreptitia. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 31. *q.* 6. & 15.

Ad 4. Distinguo. Non ad fauorẽ coram Ordinario. Sed an simpliciter, sub distinguo. Si habuit ab Episcopo, potest. Si à Papa, siuè in perpetuum, siuè ad tẽpus, solũ coram Papa potest renuntiare: quia ex quo Papa manum apposuit commendando, censetur affecta. Azor. *l.c. qu.* 3. & 8. Idem dicen-

dicendum est de permutationibus. Sed Temporalis coram Ordinario nequit permutari contra Imol.*cap.vlt.de rer.permut.* Vide Paris *lib.2.qu.17. num.9. & 10.*

De Collatione.

CAP. IX.

MODVS beneficia aquirendi immediatus est Collatio, de qua ordinatè procedendo, tria explicabimus.

1. Diffinitionem, diuisionem, & differentiam ab alijs prouisionibus.
2. Quot modis beneficia conferātur.
3. Quot requirantur ad licitam, & validam collationem.

DE primo. Collatio propriè sumpta est liberalis beneficij vacantis donatio, procedens à libera legittimi Collatoris voluntate. Ita DD. communiter.

Declaro. Donationem hanc differre à donatione aliarum rerum: hæc enim ob ingratitudinem reuocatur. Sed collatio, & similiter perfecta renūtiatio reuocari nequit; quia nō est simplex Episcopi liberalitas, cum ex officio eam facere teneatur. Vgol. *2.p. de potest. Episcopi cap.50. § 17. ad fi.* Procedit de inferioribus: nam Papa valide priuat beneficijs, etiam sine causa, & illius enuntiatio facit fidem. Seraph. *decis.254.*

Tres potissimùm sunt Collationis diuisiones.

1. Collatio duplex est.
   1. Libera, ad quam concurrit solū voluntas Collatoris, & capacitas subiecti, vt de beneficijs simplicibus, quæ ob id liberæ collationes dicuntur.
   2. *Non libera.* Ad quam præter collatoris voluntatem, & subiecti capacitatem cōcurrit etiam ius alterius, vt in Parochialibus, quæ per concursum conferri debent. In Patronatibus, in quib. patronorum requiritur præsentatio, & huiusmodi.
2. Collatio duplex, scilicet.
   1. Bona, siue recta, quę fit ab habēte auctoritatem clerico capaci, & cum alijs requisitis, de quibus in vltima parte huius capitis.
   2. Mala, quæ fit contra prohibitionem Sacrarum Constitutionum, vt in personis prohibitis, de quibus infra *p.2.sect.1. cap. 1. cond.3. vers. ex delicto, & cap.2. per tot.*
      2. Per Simoniam.
      3. Per confidentiam, vt ibidem dicitur.
      4. Cum pluralitate, de qua *sup.ca.2.*
      5. Sine concursu in Parochialibus.
      6. De Beneficijs viuentium, de quo *sup. cap. 8. de Impetrat.*
      7. Si consanguineis, affinibus, vel familiaribus renuntiantium, vel Collatorū, si fiat collatio auctoritate ordinaria vt sup. *de re.req.6.*

8. Si

8. Si contra decreta, Trid. *fiat* 9. Si recipiens careat requisitis explicandis infra 2. *p. sect.* 1. *cap.* 2. vide Thes. *form. Eccl. tit.* 32. *per tot.*

3. Diuisio Collatio est duplex, scilicet voluntaria, & necessaria, *Voluntaria* est illa, quæ ex libera voluntate conferentis fit, quando .s. Collator ad eam faciendam cogi nequit, & ob hoc, quod collationem non facit, nequit appellari. Rebuf. *prax. Benef. tit. de coll.* Garz. 4. *p. cap.* 1. *num.* 4. Necessaria est illa, quam collator de Iure facere tenetur, & ad illam faciendam compelli potest; vel quia ad hoc faciendum fuit à Superiore Iurisdictio demandata collatori *cap. tibi*, *cap. duobus de rescript. in* 6. Rebuf. *l. cit.* Vel quia debita est certo genere personarũ, vel quia facienda est certę personæ nominatæ ad præsentationem Patroni, vel Nominationem, quæ dicitur institutio *cap. vnic. de inst. in* 6. Rebuf. ex Garz. *l.* 1. *nu.* 4. *& p.* 5. *cap.* 7. *nu.* 73. *vsq; ad* 77. vel quia ratione optionis benefitium debetur antiquiori optanti, vt in *ca. fin. de consuet. in* 6. de qua supra diximus *cap.* 8. Vtilitas huius diuisionis est, quia Capitulum Sede Vacante succedit in omnibus necessarijs, vt dicit Glossa cõmuniter approbata, Clem. 1. *de hæret.* Garz. late 5. *p. cap.* 7. *num.* 55. *& seq.* vbi impugnat rationes Coratis.

Sed dubitaẽ an Collatio Parochialis mediante Concursu facienda ab Ordinario fit necessaria. Affirmat Vgol. *de Cens. tab.* 2. *cap.* 11. §. 2. *num.* 3. Quia Benefitium debetur digniori de necessitate, put probatur infra *p.* 2. *sect.* 3. Contrarium fuit decisum per Rot. *in vna Tol.* corã Merlino teste Garz. *l. c. num.* 8. Quia pendet tota à voluntate Episcopi, qui potest ab illa abstinere, & permittere etiam facto Concursu vt ius collationis deuoluatur ad Superiorem prout etiam, decisum fuit coram Blanchet. *l.* 1. teste Garz. *num.* 83. Megal. *in promp. vers. Benef. num.* 7. *ad finem.*

B Differunt Dispositio, Prouisio, Institutio, & Collatio, si strictè sumantur, licet largè vnum pro altero vsurpetur; quia dispositio latissimam habet significationem, & omnem complectitur modum prouidendi de benefitio; ita vt comprehendatur etiam electio, & præsentatio, Gonz. *gloss.* 20. *nu.* 1. *post* Selua. *de benef. p.* 3. *qu.* 1. *in fin.* Maxime vbi pręcedit verbum generale, *& quæcumque*. Kocchier. *reg. de nõ impetr. benef. viuenti nu.* 1.

Declaro, quandoq; verbum hoc *Dispositio*. Limitari secundum subiectam materiam, vel à præcedenti Constitutione. Ideo in Bulla Pij V. in conferendis, vbi anullat omnes prouisiones, & dispositiones factas, non seruata forma Concilij. Non comprædienditur *Præsentatio*: quia Bulla venit in execu-

executionem Concilij; Ideo habet locum in ijsdem terminis, scilicet in prouisionibus Episcoporum, & aliorum inferiorum Ordinariorum, & nō de patronis præsentantibus, nec debet culpa Episcopi nocere Patronis. Seraph. *decis.* 1238. *num.* 5. *Casalen. Parochialis*.

Prouisio dupliciter capitur.

1. Large, & ita continet omnē modum prouidendi de beneficio.

2. Strictè, & fit iure deuoluto à Superiore in repurationem inferioris Gloss. *in rub. de inst. in 6.*

Collatio similiter largè sumpta cōtinet omnem modum de beneficijs prouidendi, & ita institutio aliquando vocatur collatio: sed strictè, & propriè est liberalis donatio, vt dictum est in princip. huius cap.

Collatio a lege prolata continet electionem, præsentationem, & prouisionem; quia tunc non datur aliqua ambitio, secus si proferatur in rescriptis. Paris *lib.* 12. *qu.* 5. *num.* 51.

Institutio itidem capitur dupliciter.

1. Large, & ita complectitur etiam collationem, & ita capitur *reg.* 1. *de reg. iur. in 6.* Vbi dicitur, beneficium non posse sine canonica institutione obtineri.

2. Stricte, & ita est prouisio, quæ fit de beneficijs iurispatronatus ad præsentationem Patroni.

Declaro 1. Beneficium non posse obtineri sine Canonica institutione, quando datur in titulum: sed C præbenda aliqua datur aliquando laicis, vt paruulis, pulsatoribus campanarum, &c. & in his nō requiritur canonica institutio. *gloss. de reg.* 1. Item sine canonica institutione quandoque possidentur fructus Ecclesiastici necessitatis, vel paupertatis, vel impensi obsequij causa, & ex hoc non dicitur beneficiatus. Gloss. *l. c. cap. quicumq; 16. q. 5.*

Declaro 2. Collationem, & Institutionem proprie differre.

1. Collatio fit sine cōsensu alicuius. Institutio cum cōsensu Patronorum, vt supra patet de *Iurep. p.* 4. etiam à Legato Papæ. Abb. cap. dilectus de Iurep.

2. Collatio fit ab Episcopo, non tamen à Vicario generali sine speciali facultate: sed Institutio fit D etiam à Vicario ex generali deputatione: quia Vicarius Generalis omnia potest, quę sunt iurisdictionis, exceptis quæ Ius excipit: sed excipit Collationem, nō institutionem. *cap. ex frequentibus d. Inst. vbi Gloss.* Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *qu.* 3.

3. Collatio potest fieri absenti. *ca. si tibi absenti de præb.* Institutio tātum pręsenti, vt dictum est *de Iurep. l. c.*

4. Collatio fieri debet intra sex mēses à die scientię. Institutio infra duas Bullas *Pij V. conferendis.*

5. Collatio duas personas requirit, scilicet

scilicet collatorem, & recipientẽ. Institutio tres, scilicet etiam Patronum. vide sup. *de Iurep. l.c.*

De 1. Tribus diuisionibus cognitio traditur.

1. Beneficia tripliciter cõferantur, scilicet in Titulum, Commendam, & administrationem.

Primò in Titulum, quando Ecclesia assignatur alicui, tãquam Rectori in perpetuum, & per hoc est verè beneficiatus, qui æquiperatur vsufructuario. Gloss. *in cap. præsenti de off. ord. in 6. & cap. fin. de peculi. cler.* Ideo fructus percipit, & possidet.

2. In Commendam, quando Ecclesia custodiæ causa commẽdatur, & per hoc non est vere, sed quasi beneficiatus, est enim vti tutor. Rot. *decis. 244. in antiq.*

3. In Administrationem, seu Iure Administrationis, quando Ecclesiæ pura administratio, & regimẽ committitur, vt sunt Ecclesiæ Regularium, quę fit à suis Superioribus conceduntur. Hospitalia, quę etiam laicis gubernanda cõmittuntur, prout dictum est *sup. de renunt. req. 11.* Non enim datur tũc in titulum; quia potest ad libitum reuocari. Non propriè in Commendam, quia recipiens non habet ius percipiẽdi fructus absolute, cum rationem reddere cogatur. Azor. *2. p. lib. 3. cap. 26. qu. 2.*

2. Beneficia in vno quoque prædictorum modorum dupliciter cõferri possunt.

1. Motu proprio Superioris.

2. Ad petitionem. *cap. si motu. cap. si tibi de preb. in 6.* Si motu proprio Papæ conferantur, non est necessaria prioris beneficij mentio. *Vid. sup. 2. sect. 3. cond. 5. ad finem.*

3. Conferuntur beneficia dupliciter. Vel iure proprio ordinario, vel iure deuoluto. Iure ordinario dicitur cõferre, qui beneficia ad sui Collationem spectantia cõfert intra legittimũ tempus personis habilibus, & seruatis de Iure seruandis. Iure deuoluto quis confert beneficia ab negligentiã, vel delictum inferioris collatoris, vel alia de causa in Iure expressa.

Declaro 1. Deuolutionem esse trãslationem iuris conferẽdi beneficia in alium collatorem ob negligentiam, vel delictum prioris, seu ex alia causa in iure expræssa, vt patebit ex infradicendis.

Declaro 2. Duabus de causis *Ius deuolutum* in Ecclesia introductum fuisse.

1. Ne Ecclesiæ paterẽtur ex negligentia, vel mala electione.

2. In pęnam negligentiæ, & delicti primi Collatoris, vel Patroni. *cap. qudm sit de elect. in 6.* Azor. *2. p. lib. 6. cap. 27. qu. 1.*

Declaro 3. Regulariter deuolutionem fieri gradatim de inferiori ad proximum Superiorem, vt notat Barbos. *de pot. Episcopi alleg. 58. num. 11.* Tamen quandoque fit deuolutio immediatè ad Papam.

pam, quandoque etiam ad inferiorem, si ad illum spectet collatio, & ita à iure cõcedatur. Gloss. Clem. 1. *de supl. negl. Prab.* Barbos. *alleg.* 72. *num.* 108. & dare patebit ex sequentibus.

Declaro 4. Quemlibet Collatorem Iure deuoluto, etiã si pluries fiat vt si ab Episcopo, ad Archiepiscopum, ab eo ad Patriarchã deuoluatur, habere sex menses ad conferendum à die sciẽtiæ. Barb. *alleg.* 58. *num.* 11. Papa autem potest, cum voluerit conferre, cum nullo iure communi cõstrigatur. Azor. *l. c. q.* 12. Nec beneficia lapso vno semestri, dicuntur de nouo vacare. Barbos. *l. c. num.* 27.

G

An autem idem tempus cõcedatur in conferendis iurispatronatibus deuolutis? Affirmat Selua *de benef. p.* 3. *qu.* 59. *vers. Idem dicendum.* Massob. *requis.* 7. *dub.* 23. *arg. ca.* 1. *de Iurep.* Nam mutata conditione personæ, conuenit rei conditionem mutari. *L. cum qui ff. de sol.* Ego verò id non approbo: quia Pius V. *const.* 33. *in conferendis.* tempus institutionis ad duos menses restrinxit, vt sup. *ca.* 5. *p.* 4. Ideo tempus sex mensium est in Collatione, sed duorum tãtum in Institutione; quia deuolutio fit cum suis qualitatibus. *L. item veniunt* §. *prædinerimus ff. de pet. hæred.* Et Superior, ad quem fit deuolutio, tenetur seruare naturam beneficij, vt notat, Barb. *alleg.* 72. *num.* 109.

Declaro 5. Non posse beneficium iure deuoluto conferri, nisi verè sit deuolutum; quia antea nullam habet facultatem, vt *not. DD. ca.* 2. *de præb. in* 6. Vt autem sit beneficium verè deuolutũ, duo requiruntur.

1. Vt causa deuolutionis sit effectũ sortita: quia verba intelligenda sunt cũ effectu, potissimum quando pæna apponien. *cap. in cunctis cap. perpetuo de elect. in* 6. Ideo si fiat deuolutio propter delictum malæ collationis, requiritur delictum patratum scienter: quia si bona fides intercedat, vt quia vitium, erat occultum, non intrat deuolutio. *cap. si elect. de elect. in* 6. Irritata enim collatione ad suum reuertitur collatorem. Quod procedit, siue collatio fiat iure ordinario, siue iure deuoluto; vt si cõferatur censuris, vel irregularitate inodato, non habente legittimam ætatem, &c. Quotiescũq; enim collatio non valuit ob aliquod canonicum impedimentũ, collatio reddit ad suum collatorem. *Selua de benef. p.* 3. *qu.* 3. Item si collatio non habuit effectum; vt quia non acceptauit, vel cessit, vel mortuus est post acceptationem, tunc collatio reddit ad suum collatorem, qui habet alios sex menses à die dissensus, renuntiationis, vel mortis. *d. cap. si elect.* etiam secunda, tertia, & quarta vice, vt *not. ibi Gloss. u. aliam.*

H

Procedit, nisi fraus intercedat. Ideo intra-

intraret deuolutio, si fundanter cõferret vltima die sex mensiũm illi, quem sit statim dissensurum, vt habeat alios sex menses. Gloss. *u. fraudolenter.* *Azor. cap.* 27. *q.* 7. Tandem debet elapsum esse tempus integrum: quia quando pęna imponitur ex non facto intra certum tempus, non incurritur, nisi totum tempus labatur. Anchar. *cap. commissa de elect. in* 6. Nec potest purgari mora: quia quãdo à lege certum tempus apponitur ad substantiam pertinet. *Ant. quæ supplicatio C. de præ. Imp.* Potest bene Superior prorogare tempus inferiori: quia tunc non suo, sed superioris Iure confert. Azor. *q.* 16.

2. Requiritur, quòd beneficia non sint reseruata, vel affecta: quia in his non datur deuolutio. Veral. *decis.* 63. & 253. Semper enim illa confert Papa, Cassad. *decis.* 8. *de præb.* Idem de beneficijs Sancti Ioanni Hierosol. quę semper confert Magnus Magister. Quod si Episcopus habens alternatiuã, non resideat in aliquo mense reseruato, Papa confert non iure deuoluto, sed primæuo suæ reseruationis, quia alternatiua nõ tollit reseruationem, sed aperit viã prouidendi de reseruatis.

Declaro 6. necesse esse, vt impetrãs beneficium deuolutum, exprimat omnia necessaria, & specialiter modum, quo vacauit, alias prouisio non teneret. *Azor. l. c. q.* 13.

Sed occasione secũdi requisiti Superioris declarationis moueo pulchrum dubium. Cardinalis confert omni mense beneficia: quia regula de mensibus non compræhendit Cardinales. Vacauit beneficium in Diæcesi Cardinalis mẽse Ianuario, qui alias esset Apostolicus, Cardinalis non confert intra sex menses fit deuolutio. Dubium est, an deuoluatur immediate ad Papã, an ad Archiepiscopum, vel alium inferiorem collatorem, ad quem de iure, vel consuetudine spectat collatio.

Resp. deuolui non ad Papam, sed ab alium collatorem: quia cum regula de mensibus non compręhendat Cardinales, perinde est, ac si reseruatio mensis tunc non esset, & beneficium præseruatur liberum. Per deuolutionẽ enim non inducitur noua vacatio; sed durat prima. Cassad. *decis.* 8. *de præb.* Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 631.

Declaro 7. Si Cardinalis habet tantum indultum Ordinarium, tunc si non conferat infra sex menses, deuolutio fit ad Archiepiscopũ; quia tunc confert tanquam Ordinarius, qui ex sua ordinaria facultate confert omnia beneficia suæ diæcesis in omni mense, Put. *decis.* 496. *lib.* 2. *Greg. XV. decis.* 99. Si conferat vigore indulti extraordinarij, tunc fit deuolutio ad Papam: quia tunc confert, vti delegatus Papæ. Cassad. *decis.* 8. *de præb.* Germon. *de indult.* §. *Volumus*

lumus num.56.57. Quid sit ordinarium, & extraordinariũ indultum, Vide *p.2. sect.1. cap. 1. cond. 4. num. 2.*

Declaro 8. Deuolutionem fieri sex modis.

1. Ad Episcopum.
2. Ad inferiorem collatorem.
3. Ad Capitulum.
4. Ad Archiepiscopum, & Antistitẽ Superiorem.
5. Ad Papam.
6. De Papa ad Ordinarium.

Ad Episcopum fit deuolutio dupliciter. Ex parte inferioris Collatoris, & ex parte Patroni.

1. Ex parte inferioris Collatoris sex modis.

1. Si inferior, vel Capitulum, quando ad illud spectat, non conferat intra legittima tempora. *cap. 2. de conceß. præb.*
2. Si indigno conferat, nisi ex consuetudine, vel priuilegio, ad aliũ fieret deuolutio. Clem. 1. *de supl. negl.* Azor. *lib.6. cap.27. qu.4.*
3. Inferiore mortuo, vel ab Ecclesia remoto.
4. Inferiore per censuram impedito, quod etiam de Capitulo procedit, quando ad illud tantũ spectat collatio. *cap. nulla de conceß. præb.*
5. Capitulo Censura impedito non solum si generaliter; sed etiam si singulariter singuli Canonici sint censura irretiti, quando collatio spectat communiter ad Episcopum, & Capitulum. *cap. 1. ne sed. vac. in 6.*
6. Vicario male conferente, si Episcopus non sit in culpa. Sbroz. *de off. Vic. lib.3. qu.38. ad fi.*

Ex parte Patronorum dupliciter.

1. Si non præsentent intrà legittima tempora, tunc Episcopus lapso termino sine illorum consensu confert. *cap. 1. de supl. negl. cap. cum te de iurepatron.* Rot. *nouiss. decis. 586. 4. p.* Procedit etiam si regulares habeant ius præsentandi. Piasce *p.2. c.3. num.46.* Clem. 1. *de sup. negl.*
2. Si præsentarunt indignum cum hac distinctione. Si Patronus est laicus, etiam scienter indignum præsentans, potest variare intra legittima tempora, & ita dignum præsentare. Sed quadrimestri lapso libere Episcopus instituit. Si Patronus est Ecclesiasticus, sciẽter indignum præsentans, priuatur ipso facto pro illa vice potestate præsentãdi, & fit ad Episcopum deuolutio. Si ignorãter, poterit intra semestre variare, dũmodo prius indigni facta præsentatio repudietur. *cap. 1. de Iurep. in 6.* Azor. *lib.6. cap.22. q.6.* contra Host. & Imol. generaliter dicentes. Præsentantes indignum tunc Iure suo priuari.

Declaro 1. Ad Episcopum fieri deuolutionem ex negligẽtia Patronorum, nisi alia adsit reseruatio. e.g. Ex defectu publicationum, si enim post lapsum tempus ad publicandum, labatur etiam tempus

pus ad præsentandum, tunc deuolutio fit ad Papam, etiam si sit Patronatus laicorum, & confertur absque alia derogatione. *ex reg.* 41. Cancell. Et ita ego vidi practicari.

Declaro 2. Ex negligentia inferioris collatoris fieri deuolutionem ad Episcopum, in beneficijs regularibus procedit, tam in exemptis, quā in non exemptis: quia in non exemptis prouidet sua, in exemptis Apostolica auctoritate. Requiritur, quod si beneficium sit seculare ad Prælatum regularem spectans prouideat Clerico seculari, si regulare regulari. Clem. 1. *de supl. negl.* In secularibus tenet tantùm in non exēptis: quia in exemptis fit deuolutio ad Papam. *cap.* 2. *de concess. preb.* Nā qui non est Superior, non suplet negligentiam, nisi vbi est à Iure expræssum. *cap. licet de cōcess. preb.* Exprimitur autem solum in regularibus exemptis.

Declaro 3. Inferiorem hoc loco intelligi eum, qui habet Ius conferendi ex consuetudine, vel priuilegio: ob illius enim delictum, vel negligentiam deuolutio fit ad Episcopum loci, vbi est beneficiū. Clem. 1. *de supl. negl.* non autem qui haberet Iurisdictionem Episcopalem, & proprium territorium: quia ab eo deuolutio fieret Archiepiscopo, nisi aliud consuetudine, vel speciali iure caueretur. Vide Azor. *l. c. qu.* 4.

*A*d inferiorem dupliciter.

L 1. Ex parte alterius collatoris, etiā Superioris, quando ex particulari consuetudine, vel priuilegio, ad dictum inferiorem tūc spectaret collatio.

2. Ex parte Patronorum ijs modis, quibus dictum est de Episcopo. *Azor. l. c. q.* 5.

Declaro. Presentantem inhabilem sub conditione, si dispensationem obtinuerit, non priuari iure suo. Rot. coram Seraph. *Firmana* 4. *Martij* 1596. *apud* Ric. 1. *par. re- sol.* 186.

Declaro 2. Cardinalem posse conferre beneficia deuoluta ad Papā propter negligentiam inferiorū collatorum; quia illa Papa confert, non tanquam reseruata, sed tanquam Ordinarius. Seraph. *decis.* 1270. Secus deuoluta ob nō factas publicationes. Gonz. *gloss.* 24. *num.* 70. Greg. Thol. *de benef. cap.* 24. *num.* 4.

Ad Capitulū dupliciter, scilicet Sede Vacante, & Episcopo viuente.

Primò casu tripliciter.

1. Institutio in Iurepatronatus *cap.* 1. *de instit. in* 6.

M 2. Collatio beneficiorum spectantium ad collationem simultaneā, scilicet communem simul cum Episcopo, & Capitulo: nam si tātum ad Episcopum spectabat, ad Papam deuoluitur. Bulla Pij V. *Sanctissimus*. Procedit ex identitate rationis etiam in iure præsētādi, & eligendi, quoties ad vtrūque

quæ spectaret. Requiritur, quod quælibet pars habeat *Ius* æquale; quia tunc potestas de vno transit de facili ad alium: secus si collatio pertineret ad *Episcopum* cum consilio, vel cõsensu Capituli: tũc enim Capitulum non succedit. *Quaranta u. Capitulum Sede vacante vers. 9. quęsi o.* vide infra *X. decl. 3.*

3. Præstatio consensus, quando ad Episcopum spectat ratione Iurisdictionis, vt in concessione *Iurispat.* & decimorum. *cap. nullus cũ concord. de Iurep.* tunc enim succedit Capitulum, alias non. e. g. Si alius ex speciali iure, vel consuetudine debet conferre cum consilio *Episcopi*, sede vacante poterit etiam irrequisito capitulo cõferre. *Idem* si Episcopus sit valdè remotus, ne *Ecclesiæ* periculũ immineat. *cap. 1. §. fi. ne Sede vac. in 6.* Si debet conferre cum consensu *Episcopi*, debet successorẽ expectare. *Interim* non currit tempus. *cap. quia diuersitatem de concess. preb. in 6.* Quar. *l. c.*

Secundo casu dupliciter.

1. Si non conferat intra legitima tempora, scilicet sex mensium, vt *cap. 2. de concess. preb.* Procedit tribus concurentibus.

1. De beneficijs ab Episcopo collatis iure proprio Ordinario, quia in collatis iure deuoluto ob negligentiam, mortem, renuntiationem, censuram, culpam inferioris collatoris, deuolutio fit ad Superiorem Antistem; quia noluit ius paritem esse communionẽ inter capitulum, & Episcopum in his deuolutis: quoniam tunc *Episcopus* vtitur potestate, tanquam *Superior*. *Ideo* collegium ius nõ habet. *Abb. cap. cum incunctis de elect. num. 5. §. Cler. sanè Quaranta l. c.* Azor. 2. *p. cap.* 27. *lib. 6. q. 2.*

2. De beneficijs, quorum collatio cõmuniter spectat ad *Episcopũ*, & Capitulum: quia *Episcopus*, & *Capitulum* vnum corpus efficiuntur. *Azor. l. c. ad fin.* Quando autem collatio spectat ad solum *Episcopum*, etiam *Sede* vacante non transit in capitulum: Tùm quia ius noluit æquare *Episcopũ*, & *Capitulnm*: tùm quia collatio computatur inter fructus, de quibus *Capitulum* nequit disponere. *Azor. l. c. q. 9. contra Io. And. cap. quamquam de elect. in 6.* Sententiem, Sede vacante ad capitulum collationem tranfire: quia est iurisdictionis, & omnia iurisdictionem concernentia ad Capitulum transeunt sede vacante. Verior tamen est prima sententia.

3. De beneficijs sine concursu conferendis: nam vbi concursu opus est iuxta formam Trid. *sess. 24. c. 18. de Ref.* Si non cõferantur intra sex menses ab ordinarijs fit deuolutio ad Papam Bulla *Pij V. In conferendis*.

Secundo Episcopo viuẽte ad Capitulum fit deuolutio, si *Episcopus* scienter indignum instituat, vel con-

confirmet. *ca. in cunctis. vbi Abb. de elect.* Tunc enim institutio, vel confirmatio electi ad capitulum deuoluitur. Non tamen collatio, etiam si Episcopus indigno conferat: quia confirmare, & instituere est necessitatis, conferre voluntatis. Ideo collatio tunc ad Superiorem Antistem deuolutur. *cap. quamquam de elect. in 6. Azor. l. c. q. 4. & 9. ad fi.*

Declaro 1. Collationem beneficiorum quandoque spectare ad Episcopum, & Capitulum simul, & tunc vnus nihil potest facere sine alio. Quandoque ad Episcopum solum, quandoque ad Capitulum solum, quandoque ad inferiorẽ, quandoque ad Episcopum cum consensu, vel consilio Capituli. *cap. 1. vbi Gloss. ne Sede vac. in 6.* De iure communi præbẽdas Cathedralium conferebant Episcopi cum consensu, vel consilio Capituli. Sed ex consuetudine hodie sine dicto consilio, & consensu cõferunt: Ideo consuetudo attenditur. *Azor. lib. 6. ca. 25. q. 9.*

Declaro 2. Aliquando consilium poni pro consensu, & è contra: sed re vera plus dicit consensus, quàm cõsilium; Ideo tenetur expectare quando requiritur consensus, non quando consilium, vt dictum est *in 3. casu deuol. ad cap. Sede vacante. Gloss. in cap. 1. ne Sede vac. in 6. u. cum consilio.*

Declaro 3. Cardinales posse conferre omnia beneficia cum cura, & sine cura in quocunque mense ad suam, & cum alijs prouisionẽ spectantia.

Sed an Capitulum, vel alius capax simultaneam habens collationem, concurre debeat. Affirmat Gonzal. *gloss. 24. num. 12.* quia quæ cõmunia sunt, communiter sunt expedienda. *L. si communem ff. quemadmodum ser. amit.* Negat *Garz. p. 5. cap. 1. num. 628.* quia confert vti delegatus Papæ. Conciliantur, vt prima procedat in indulto ordinario. 2. in extraordinario.

Declaro 4. Indignum dici in quem non cadit ius dignitatis, vt in muliere, infante, omnino illiterato, &c. secus, si ius caderet, vt in homicida. *Ita Io. And. relatus per Gloss. marginalem d. cap. quamquam de elect. in 6.* Sed ego sentio ad effectum deuolutionis dici, qui nõ habet requisita, *cap. cum in cunctis de elect.* 3. litterarum scientiam, bonos mores, & debitam ætatem Post hæc reperi Menoch. *de arbitr. centuria 6. casu 511.* qui ibi *in fine* innuit indignum dici etiam, qui delictum fecit, quod mihi probatur; nam consonat cum Trid. vbi mandat de beneficio prouidendum debere iudicari dignum non solum scientia: sed etiam vita, & moribus.

Quando autem eligens indignum priuetur eligendi facultate? Distinguit ibi Menoch. tres casus.

1. Si *scienter* id fiat, priuatur eligendi facultate non solum in electione

ne canonica *cap. cum in cunctis §. vlt. de elect.* sed etiam in officijs laicorum Bald. *in cap. Venerabilem de elect.* Idem in Patrono præsentante indignum Decius *d. §. vlt.* qui scienter male priuilegio vtitur, illud amittit *cap. priuilegium 11. qu. 3.*

2. Si *ignoranter* indignum eligat, nō priuatur DD. *d. cap. cum in cūctis;* quia non deliquit, qui animum non habuit delinquendi.

3. In dubio an. s. sciuerit, vel ignorauerit eum esse indignum, Bart. & Bald. in *L. si Patronus ff. de cōfirm. tutor.* dicunt præsumi scienter elegisse indignum. Alij dicunt presumi ignoranter, & ità nō priuari; quia in dubio mitior fit interpretatio, & delictū non præsumitur. *L. meritò ff. pro Soc.* Peralta in *l. cum quidam ff. de leg. 2.* Melius Menoch. *l. c.* ait id arbitrio Prudentis relinqui considerando qualitates, & circumstantias, an. s. delictum sit publicum, in eodem loco patratum, vel è contra, &c.

Ad Archiepiscopum, & ad Superiorem Antistem fit deuolutio tripliciter.

1. Quando fit electio indigni, vel non seruata forma, *cap. quia propter de elect.* quò ad tempus, & alias conditiones ibi expressas. Procedit de benneficijs inferioribus Episcopatu, & non exemptis *cap. quamquam de elect. in 6. vbi Gloss. fin.*

Requiritur 1. Quod eligentes sint prius priuati potestate pro illa vice saltem eligendi: nam peccātes contra materiam, scilicet eligentes indignum, sunt priuati ipso iure: sed peccantes contra formam *d. cap. quia propter* priuandi sunt per sententiam, vt dicitur *d. cap. quamquam.*

Requiritur 2. Quod omnes eligant indignum, siuè simul, siuè separatim: quia si aliqui tantum, tunc ad alios bene eligentes fit deuolutio, qui si fuerint negligentes, tum deuolutio fit ad Archiepiscopum; quia illi repræsentant Capitulum, *Gloss. pen. in fi. d. cap. quamquam.*

2. Quando Capitulum in beneficijs deuolutis esset negligens: tunc .n. lapsis sex mēsibus collatio ad Archiepiscopum deuoluitur. *cap. 2. de concess. preb. in fi.*

3. Quādo Episcopus male cōfert, vel negligens est in collatione deuolutorum ad eum: tunc enim Episcopus habet potestatem, vti superior eius, ob cuius delictum, vel negligentiam facta fuit deuolutio. Ideo ad Archiepiscopum transit. Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 27. qu. 2.*

Declaro 1. Facta deuolutione ad Archiepiscopum, ab eo male cōferente, vel negligente, fit ad proximum superiorem, vti ad Primatem, Patriarchā, & sic gradatim vsque ad Papam. *Ita* intelligitur *ex cap. ne pro defectu de elect.* Barb.

de

de potestate Episcopi alleg. 58. *n.* 11.

Declaro 2. Deuolutionem fieri beneficiorum cũ omnibus suis cõditionibus,& qualitatibus. *Ideo* si conferendum erat à primo collatore personis de certa familia, vel Patria; *Ita* à collatore Iure deuoluto; quia res transit cũ sua causa, actione, & iure, *l. alienatio ff. de contrah. empt.* Azor. *l.c. q.*8.

Declaro 3. Facta collatione inhabili per Vicarium, fieri deuolutionem ad Archiepiscopum, non ad Episcopũ, si Episcopus sit in culpa. Sbroz. *lib.* 3.*q.*38.*ad fi.* si non sit in culpa ad Episcopum, vt supra de deuol. ad Ep. *num.*6.

Ad Papam fit deuolutio pluribus modis.

1. Per negligẽtiam, vel dilectũ collatoris exempti, vel qui est immediatè Papæ subiect⁹, sicut de electione Episcopi, qui non Archiepiscopo, sed immediatè Papæ subijcitur *habetur cap. licet, ca. sicut de sup. negl.*

2. Ob negligentiam, vel delictum vltimi collatoris. e.g. Archiepiscopi, vel Primatis. Azor. *l. c. q.* 12. *in medio.*

3. Si fiat indigni electio, vel non intra debita tempora,& non seruata debita forma de Cathedralibus, & alijs dignitatibus exẽptis cum requisitis dictis supra de deuolutione *ad Archiepiscopum nu.*1. Nam licet olim talis deuolutio fieret ad Archiepiscopum, & ab eo ad Primatem, & sic gradatim vsque ad Papam *ex cap. ne pro defectu de elect.* fuit tamen illud caput correctum *per cap. quamquam de elect. in* 6. Vbi hæc potestas Episcopis aufertur; quia prompti essent in cassandis electionibus, vt prouisionum potestas rediret ad eos, *vt notat ibi Gloss. u. deuoluetur post med.*

4. Collatio Parochialium, quæ sine concursu,& omissa forma Const. Pij V. *In conferendis*. Fuerunt collatæ, vel si factus fuit concursus, non fuit facta collatio intra sex mẽses, si ad Ordinarium collatio spectat, vel intra quadrimestre non fuit facta significatio electionis: Si ad Papam collatio pertinebat, vt dicitur in dicta Bulla. A mala tamen electione potest ad Archiepiscopum appellari, qui etiam conferre poterit, si alia non obstet reseruatio, vt in fine dictæ Bullæ.

Ampliatur etiam, si sine concursu prouisus fuisset à Cardinali: quia dicta Bulla ligat etiam Cardinales, & habet decretum irritans Thes. *for. Eccl. cap.* 19. *num.* 32.

5. Institutio Iuspatronatus, quę nõ fuit facta ab ordinario intra duos menses. Pius V. d. Bulla. Procedit si nec Patroni, nec præsẽtatus institui peterit: Sed si id fuit petitum, datur optio patronis, & præsentato ad eundi, vel Sanctã Sedem, vel Metrapolitanum, vel viciniorem, vt dictum est supra *c.*5.*p.*4.*requis.*5.*ex parte præsentati.*

6. Collatio beneficiorum illius, qui ex vi decreti in assecutione secũdi, debebat primum dimittere in manibus Papæ, & non dimisit, vtrunque vacat, & deuoluitur ad Papam. Cassad. *decis. 3. de reser. Vide p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3. num. 10.*

7. Ob omissionem publicationum. Vide *infra cap.* 10. De his satis dixi supra de renunt. requis. 11. Nunc duo addo.

1. Publicationes faciendas esse, etiã de Commendis Militiarum, in quibus Priores sunt veri ordinarij exempti ab aliorũ ordinariorum iurisdictione: quia ratio bullæ etiam in his viget. Procedit si fiant renuntiationes, vel permutationes extra conuentum, quas etiam dicti Priores admittunt, secus si in conuentu in præsentia Magni Magistri, & familia, quia sic dicitur satis publicata. Thes. *for. Eccl. cap. 19. num. 41. & seqq.*

2. Publicationes non esse necessariò faciendas de Coadiutorijs: quia licet habeant vim resignationis, reseruatis fructibus. Put. *lib. 1. decis.* 108. Tamen, cum bulla sit pœnalis, non debet extendi; nam licet habeat formam resignationis, nõ dicitur propriè beneficiorum resignatio. Rot. *diuers. p. 3. decis.* 10. Thes. *for. Eccl. cap. 19. num. 48. & seqq.*

8. Collatio beneficiorum excedentium summam ducatorum 24. de quibus Cardinales fecerunt prouisionem, si prouisi non obtinuerunt à Sede Apostolica nouã prouisionem intra quattuor menses citra montes, & infra octo vltra mõtes à die captæ possessionis pacificæ. Caputaq; *decis.* 51. *&* 110. *lib. 1. & decis.* 128. *lib. 3.* vbi quod solum currit tempus à die notitiæ captæ possessionis. Rot. corã Orano 1596. Tiracon. *Canonicatus* 8. *Nouembris*. Ampliatur, vt Cardinalis non possit dictum beneficium sic vacans conferre, quia Papa decreuit, quod dumtaxat à Sede Apostolica possit cõferri: Dictio autem *dumtaxat*, est restrictiua, & negatiua, quæ omne aliud excludit. Aut. *fin. §. de consuetud. Germon. de Indult. §. volumus num.* 53. Posset bene prouisus, etiã lapso termino reintegra, quando scilicet Papa alteri non contulisset, nouam illam prouisionem expedire, exprimendo moram; quia pœna apponitur, ne Camera Iuribus fraudetur Germon. *l. c. num.* 37. Non tenetur si non excedant ducatos 24. Neq; si conferat in mense alternato; qa præsumitur conferre ratione alternatiuæ, non indulti secus si in mente reseruato.

9. Beneficiorum collatio vacantiũ per priuationẽ cum declaratione data infra de reseruatione *cap. 10. num. 13.*

10. Collatio beneficiorum vacantium de iure tantùm, quæ numerantur *p. 4. sect. 1. cap. 1. cond. 3.* & signan-

signanter propter crimina reseruata, vt propter hæresim, simoniã, &c. quæ ibi vide, ne eadẽ sæpius repetantur.

Sed an intret deuolutio in beneficijs Papę Reseruatis. Distinguo si collator habet indultum conferendi, etiam reseruata intrat, qua dare potest negligentia, vt de Archiepiscopo Tol. firmat Cassad. *decis. 8. de preb.* alias nõ, quia cum inferior nequeat conferre, cessat negligentia ob quam fit deuolutio.

De Papa ad Ordinarium fit collationis deuolutio dupliciter.

1. Si Papa nõ conferat intra mensem beneficia, tàm parochialia, quàm simplicia in Curia vacantia. *cap. statutum de preb. in 6.* Ita quod mensis currit à die vacationis, non a die scientiæ. Barbos. *de pol. Episcopi p. 3. alleg. 57. num. 24.* Non currit tamen Sede vacante. *Gloss. d. cap. u. numerandum.* Potest bene Papa, re adhuc integra, lapso mense, si ordinarius non contulit, purgare morã propter magnam prærogatiuam, quod inferiores Collatores facere nequeũt Barb. *l. c.* Kocchier *reg. 1. num. 22.* Facienda tamen esset mentio vacationis in Curia, alias collatio esset nulla, etiam si apposita esset clausula. *quacunque generali reseruatione non obstante*, nisi addatur. *Etiam clausa in corpore iuris.* Vel nisi *motu proprio* collatio facta esset.

Sed an d. *cap. statutum* sit in vsu: dissentiunt DD. *Æneas de Falcon. de reseru. q. 4. esse. 6.* ait, totum mundum dicere esse reuocatum per *extrauag. Piæ sollicitudinis de preb.* vbi absolutè dicitur, beneficia in Curia vacantia Papæ reseruari. Rot. *decis. 12. in nou. de preb.* non audet tamen aliquid affirmare, quia videmus hodie, bullas beneficiorum datari sub die obitu. Vnde vix potest casus euenire. Alij testantur esse in obseruantia. Gloss. & *Io. And. d. cap. statutum.* Gard. *cons. 117.* Kocchier. *nouiss. commendator reg. 1. num. 22.* vbi ait, Ordinarios non debere esse pigros; quia honor est fungi Vice Papæ. Alij distinguunt. Si adest tantum reseruatio ratione loci, scilicet vacationis in Curia, tunc est in obseruantia: Sed Episcopus, vel eius Vicarius generalis habens specialem facultatem conferendi, debẽt esse in diœcesi, non extra, dum confertur, secundum Germ. *de indult. §. tibi quò ad vixeris num. 95.*

Ego vero etiam in Curia posse credo, quia id nõ exprimitur in Iure. Franc. *cap. si Apostolica de preb. in 6.* Si vero alia de causa adest reseruatio, non poterit conferre. Gaspar *de Perusio de reser. Gloss. fin. d. cap. statutum.* Hæc opinio mihi placet: quia dicti cap. dispositio non est in odium Papæ negligentis; sed in fauorem Ecclesiæ, ne ex longa vacatione damnum patiatur:

patiatur: Ideo non est iudicanda de facili omnino reuocata; tanto magis, quia redit ad ius commune, quod dat Episcopis facultatẽ conferendi omnia beneficia suæ diœcesis. *cap. 2. cap. ex parte. cap. constitutus de conceß. præb. & omnibus mensibus.* Put. *lib. 2. decis.* 496. Greg. *XV. decis.* 99. Res enim de facili redit ad suam naturam. *cap. ab exordio 35. d. l. si vnus ff. de pact.*

2. Collatio Parochialium vacãtiũ Sede vacante, vel quæ vacarunt Sede plena, de quibus Papa non disposuit. *cap. si Apostolica de præb. in 6.* Putat Garz. *p. 5. cap. 1. num.* 646. omnia beneficia, vacantia Sede vacante esse reseruata, quia Paulus V. videtur reseruare pro Conclauistis, & ideo non posse Ordinarium conferre. Alij affirmant posse, quia dispositio *d. cap. si Apostolica*, introducta est fauore animarum. *Granut. addit. ad Simon. qu. 47. num.* 15. Greg. *Thol. cap. 24. num. 17. & ita ego sentio.* Plura tamen requiruntur.

1. Quod sint Parochiales propter periculum animarũ, vt not. Gloss. 161. Et debent esse Parochiales actu stricto modo: quia *d. cap. si Apostolica, & correctorium*; Ideò strictè debet intelligi. *Io. And. ibi*, & ita non habet locum in simplicibus, nec in Parochialibus habitu tantùm, nec in curatis largo modo, neq; in Collegiatis per *not. in cap statutum de elect. in 6. & cap. licet ibidem.*

2. Vt conferantur seruato iuris ordine, scilicet per concursum, & iure ordinario: nam de iure communi Episcopi conferunt omnia beneficia suæ diœcesis. *cap. regenda.* 10. *q.* 1.

3. Vt conferantur intra sex mẽses, quia licet *d. cap. si Apostolica* nullum præfigat terminum, tamen intelligitur seruato iuris ordine. *Io. And. d. cap. statutum.* vbi cum Franc. resoluunt terminum currere à fine mensis Papę. Ego verò puto, sex mẽses computari debere à die vacationis Sedis: quia tunc intrat auctoritas ordinaria. Nam si vacauit beneficium, viuente Papa, post mensem potest conferre vigore *d. cap. statutum.* Et forte tempore vitæ Papę stetit vacans per plures menses: sed si vacauit Sede vacante à die notitiæ vacationis currit tempus, nec tunc Papa, qui non est, habet mensem.

4. Vt illa beneficia sint tantum reseruata ratione temporis, scilicet mensis: quia sic Ordinarius confert omnia beneficia omni mense vacantia etiam in Curia, Sede vacante, *d. cap. si Apostolica.* Nam cessant regulæ Cancellariæ: quia si sint reseruata ratione personarum, vt quia erant familiarium Papæ, vel Cardinalium, &c. Vel ratione loci, & quia est maior dignitas in Cathedrali post Pontificalem, vel ex alio capite, etiam regu-

regulatum Cãcellariæ contracta esset reseruatio, vt quia vacarunt in mensibus Apostolicis, viuente Papa, vel sunt affecta, vel deuoluta ad Papam ob negligentiam, vel omissionem formæ cõcursus, & decretorum Tridentini, tunc ad futurum Pontificem spectat collatio: quia *d. cap. Apostolicæ* non corrigit Conc. Later. neque Trid. neque Bullas Pij V. & aliorum Pontificum, quæ sunt posteriora. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 97. & seqq.*

Declaro 1. Papam posse concurrere cum Ordinarijs collatoribus. *Ita post Garz. & Gonz. Koccbier. 1. reg. num. 22.* Inferiores autẽ collatores, quando vel iure speciali, vel consuetudine concurrunt simul cum Episcopo, hoc potest dupliciter accidere.

1. Vt simul conferant, & tunc vtriusque consensus requiritur. *Gloss. cap. 1. ne Sede vac. in 6.*

2. Vt detur locus præuentioni, & tunc inferior collator, habita notitia vacationis Parochialis, debet coram Notario, & testibus declarare, se velle conferre, & ideo rogare Episcopum, & proponat ædicta, & ita suę præuẽtionis iura tuebitur Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 125.* De alijs beneficijs illa collatio tenet, quæ prius facta est; vt quãdo sũt simplicia, in quorum collatione præuentioni locus detur.

Declaro 2. Regulam generalẽ esse, quando Regulæ Cancellariæ cessant, mortuo Papa, procedit, quò ad ea, quæ disponunt vltra ius cõmune.

Fallit de clausis in corpore iuris cõmunis, quod semper viuit, vt de vacantibus in Curia per *cap. 2. de preb. in 6.*

Fallit hodie ex particulari dispositione *Sanct. DD. Vrbani VIII. reg. 68.* Vbi vult omnia beneficia vacantia à die obitus Greg. XV. vsque ad sui creationẽ reseruari solita, esse reseruata, de quibus Ordinarij non disposuerũt, quasi semper viguerint regulæ Cancellariæ.

Declaro 3. Regulas Cancellarię nõ ligare S. R. E. Cardinales. Gomez. *in prohem. qu. 6. num. 10.* Thes. *For. Eccl. cap. 19. num. 20.* Ligant bene omnes alios, etiam extra Curiam, reseruando secundum intentionem reseruantis, secus vbi non intrat reseruatio. Gomez. *l. c. q. 2.* vbi testatur de magis communi. Ideo resignans in manibus Papæ, si moriatur intra 20. dies extra Curiam in mẽse Ordinario, tunc collatio spectat ad Ordinarium, nisi alia obstet reseruatio. Simonet. *de reser. qu. 28. num. 6.* Ligant tamen in foro exteriori non conscientiæ, vt ex Gomez. not. Diana *1. p. tract. 10. resol. 43.*

De 3. Ad validam, & licitam Collationem octo requiruntur.

1. Auctoritas conferentis.

2. Leg-

2. Legittimum tempus.
3. Vacatio beneficij.
4. Modus conferendi.
5. Habilitas recipientis.
6. Locus.
7. Solemnitas.
8. Iustitia.

Auctoritas conferrendi tripliciter competit.

1. Iure communi.
2. Particulari priuilegio.
3. Cõsuetudine, vel præscriptione.

Primo casu Ius conferendi quidã habent plenum, quidam minus plenũ, quidam diminutum. Plenum habet Papa, quia potest cõferre in toto mundo cuiusuis generis, scilicet electiua, collatiua, mixta, vacantia, & vacatura. *cap.* 2. *de conceß. prab.* in perpetuum, ad tempus, simpliciter, sub cõditione, cum reseruatione pensionis, & fructuũ, q̃ cęteri nequeunt. *cap. si gratiose de rescrip. in 6. cap. veniens de fil. prasb. & ibi Gloss.* Ratio est quia Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis Clem. 1. *vt cit. pen. cap.* 2. *de prasb.* quamuis enim Episcoporum dignitas sit de iure diuino instituta sicut Papalis Trid. *sess.* 23. *cap. 6. & 7.* tamen quia Episcopi non recipiunt iurisdictionẽ à Deo immediate, sicut Papa ad quem de iure diuino spectat eorum electio, vt probat Belarm. *tom.* 1 *controuers.* 3. *lib.* 1. *cap.* 8. & *tom.* 2. *controuers.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *cap.* 2. *d.* 22. & licet Papa facultatem conferendi cõcedat Episcopo, tamen pænes se retinet maiorem *cap. dudum de prab. in 6.* ideo per pręseruationem factam iuriũ Ordinarij in sex mensibus non ligantur manus Papæ cum sit Ordinarius ordinariorum Rota coram Brauo *Salamantina Parochialis* 1. *Decemb.* 1578. Immò si Papa conferat in mensibus alternatiuę Episcopi, non est necessaria derogatio alternatiuę, licet in ea sit decretum irritans, quia nõ ligat manus Papæ, qui concurrit cum omnibus ordinarijs *cap. si à Sede de prab. in 6.* Rota coram Quirogha *in vna Corduben si Cantoria* 15. *Feb.* 1557. Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 19.

Declaro 1. Conciliũ generale posse beneficia conferre, quia Papę auctoritate fulcitur, quando scilicet necessitas vrgeret, nec posset aliter prouideri Ecclesiæ vacanti. Selua *p.* 2. *qu.* 2. Non tamen Collegium Cardinalium Sede vacãte. Clem. *Ne Romani de elect.* Neque Vicarius Papę, nisi id expreßè concedatur. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 25. *qu.* 4.

Minus plenum habent Legati de Latere, quia possunt conferre in sua Prouincia tantum, possunt beneficia vacatura reseruare; ita vt Ordinarij, cum vacauerint, nequeant conferre. *cap. pręsenti de off. leg. in 6.* Non tamen vacatura conferre. Ratio differentiæ est, quia conferendo tribuitur ius electo.

electo, & datur occasio optandæ mortis, quod non fit sibi reseruãdo. *cap. nulla. cap. relatum de conceß. præb. Azor. l.c.qu.6.*

Declaro 2. prędicta vera esse de Legatis à Latere, qui sunt Cardinales, non de Legatis, qui *nati* dicuntur, qui scilicet non sunt Cardinales. *cap. dilectus de off. leg. cap. si à Sede de præb. in 6.* Neque de Legatis, qui *nati* dicuntur, qui .s. tales sunt ratione Ecclesiarum, quas consequuntur, vt Archiepiscopus Cantuariensis, & Rhemẽsis. Hi enim non ratione Legationis, sed ratione ordinariæ iurisdictionis beneficia conferunt in suis diæcesibus.

Vnde sequuntur duo.

1. Legatos non conferre iure talis Legationis: sed iure ordinario *cap. 1. de off. leg. in 6.*

2. Non dici conferre, auctoritate Apostolica; quia non est ex speciali commissione, Megal. *u. benef. conferre contra Abb. & Gloß. cap. 2. de off. ord.*

Ampliatur 1. Vt possint conferre Legati, etiam extra Prouinciam & concurrere cum alijs Ordinarijs collatoribus, vt post Arch. ca. final. de off. leg. in 6. not. Garz. *p. 5. cap. 3. num. 39.* Duo tamen hic notanda sunt.

1. Pendente vna reseruatione ad collationẽ alicuius Prelati pertinente non posse aliam sibi facere reseruationem de beneficio ad collationem eiusdẽ Prelati pertinente *ca. præsenti de off. Leg. in 6.*

2. Finita Legatione finiri reseruationem beneficij nondum collati *d. cap. præsenti.*

Ampliatur 2. non solum ad beneficia, quæ sunt conferenda ab Ordinarijs, sed quæ sunt prouidenda ad nominationem, vel pręsentationem Clericorum, etiam extra Prouinciam existentiũ; dummodo beneficia sint in Prouincia, & etiam nulla facta mentione iurispatronatus cap. cum dilect. de iurepat. *Lamber. p. 1. lib. 1. q. 1. art 6. & p 3. lib. 2. q 8. art. 1.* Garz. *d. cap. 3. num. 17. 18.* & 27.

Ampliatur 3. in beneficijs non solũ morte, vel resignatione vacantibus: sed in deuolutis ex negligẽtia Ordinariorum collatorũ. *cap. venerabilis de præb.* & in deuolutis ob negligentiã patronorum, etiã laicorum: quia tũc Episcopi cõferunt iure Ordinario, Legati vero concurrunt cum Ordinarijs Garz. *d. cap. 3. num. 66.* secus si beneficia deuoluantur ad Episcopos tanquam delegatos Sedis Apostolicæ, vt ob negligentiã Prælatorum Regularium ex Clem. 1. de super negl. quia generalis prouisio cessat vbi adest specialis *ca. dudum de præb. in 6.* nisi Episcopi essent negligentes: quia collatio deuoluitur ad Papam, & sic Legatus posset conferre Clem. *si de benef. de præb.* Selu. *3. p. qu. 66.* Similiter facultas Legatorum non intraret si deuolutio facta esset

ad Prælatum extra Prouinciam Selu *l.c.q.6* 4. *num.6.* vbi limitat nisi ob negligentiam collatio ad Papam deuolueretur *cap. venerabilis de præb.*

Fallit 1. in Cathedralibus Collegiatis, Regularibus, & Dignitatibus post Pontificalem maioribus; qa hæc Papæ reseruantur.

Fallit 2. in resignationibus ad fauorem, vel cum resignatione pensionis, vel alimentorum, aut cum alijs pactis; quia possunt solum beneficia simpliciter resignata conferre, Paris *ibi.7.q.13.nu.17.*

Fallit 3. in beneficijs de Iurepatronatus laicorum ex fūdatione, vel dotatione; secus ex priuilegio, vel præsctiptione Garz. *d. cap. 3. num.72.* Item in Iurepat. mixto; quia quoad priuilegia, & comoda censetur Ecclesiasticum: sed quoad derogationē laicale Garz. *l.c. num. 69.*

Fallit 4. in omnibus reseruatis Papæ cap. quod trāslationem de off. *Leg.* Selu. *3.p.q.72.* & si data esset facultas de reseruatis, non cēsetur data de vacantibus in Curia, nisi exprimatur *cap.2. de præb. in 6.*

Fallit 5. in litigiosis donec lis fuerit finita *cap.2. vt lit. pen. in 6.* & ita pluries, Rot. resoluisse refert. Garz. *d.cap.3.num.57.*

Diminutum habent Episcopi, quia Iure communi possunt conferre omnia beneficia, & omni mense. *cap. ex parte. cap. constitutus de concess. præb. cap. omnes basilicæ. 16.q. 6.* Put. *lib. 2. decis. 496.* Sed restringitur per multas reseruationes, vt in seqq. cap. dicetur de coadiutore Episcopi distingue, vt sup. *cap. 6. req. 13.*

Declaro, Episcopos posse conferre etiam ante consecrationem: quia collatio non est ordinis, sed Iurisdictionis. *cap. transmissam de elect.* Immò secundum Abb. d. cap. de Iure etiam ante adeptam possessionem, licet ex vsu Curiæ possessio requiratur, vt notat, Azor. *l. c. q. 11.* Non tamen Vicarium generalem, nisi ei specialiter cōmittatur. *cap. vlt. de off. Vic. in 6.* Sbroz. *lib. 1. qu.7.* Et si detur potestas, intelligitur de prima vice, nisi aliter exprimatur, vt probat Sbroz. *lib. 3. qu. 38.*

Ampliatur 1. etiam si Episcopi essent Rei sceleris, propter quod incurrissēt priuationem ipso iure, vel cēsuram; quia ante declarationem cum sit occultum valida sunt, quæ ab eo geruntur. *L. Barbarius ff. de off. Prat.*

Ampliatur 2. vt accusati non priuentur possessione *cap. 2. vt lit. pend.* Neq; condennati prohibētur munera Episcopalia exercere si ritè appellarunt. Gloss. *cap. sæpè de appell.* nam damnatus non cēsetur, qui prouocauit *L. furti ff. de Infam. L. 2. §. fin. ff. de pæn.*

Declaro 2. Nequaquam conferre posse Vicarium post reuocationem, etiam non intimatā. Sbroz. *l. c.*

l. ei. qu. 36. fieret tamen collatio valida duobus casibus, 1. si sciente, & patiẽte Episcopo fieret; quia tunc potestas renouata censetur duobus concurrentibus.

1. Quod prius habuerit potestatẽ conferendi; nam illa non cõmunicatur tacite, sed tãtum expręsse per d. cap. vlt.

1. Quod sciat ante collationem; quia ratificatio collationis nulliter factę non tenet. Sbroz. lib. 3. qu. 36. num. 11. sed facienda esset de nouo. Idem Sbroz. lib. 1. q. 52. num. 13.

1. Quando prouisus possideret beneficium 30. annis. Mohed. decis. 225. in manuscript. Sbroz. lib. 2. qu. 80.

Declaro 3. Capitulum Sede vacãte non posse conferre beneficia spectantia ad Collationem solius Episcopi; quia tunc vacantia Papę reseruantur ex Bulla Pij V. incip. Sanctissimus 1567. sed confert in sequentibus casibus.

. Benefitia spectãtia ad collationem Capituli, & Episcopi simul tunc enim mortuo, vel suspenso Episcopo, vel alio modo Sede vacante, Capitulum confert, etiam si Episcopus, vt Prælatus in illa collatione interesse habeat cap. vnico, ne Sede vacante in 6. & ibi Gloss. v. mortuo, tunc enim non habet locum d. Bulla Pij V. Prax Neq. cap. 35. num. 21.

. Quod ex aliqua consuetudine, vel priuilegio Capitulum confert cum consilio Episcopi, tunc enim mortuo Episcopo, vel suspẽso, vel in remotis agente, ita quod illius præsentia breui haberi nequeat solum Capitulum confert, secus si cõtra si collatio ad solum Episcopum spectaret cum consilio, vel assensu Capituli, Capitulum .n. nequit se intromittere, nisi Episcopus sit in mora in petenda suspensionis absolutione d. cap. vnico §. fin.

3. Quod beneficiorum collatio est necessaria, vt dixi in prin. huius c. diuis. 3. Multo magis conferret Patrono Feder. de permut. qu. 32. Vide supra de deuolutione ad Capitulum.

4. Quod collatio spectaret simul ad Episcopum, & Capitulum, & viuente Episcopo fieret a Canonico, qui esset Vicarius etiam vti Canonicus, teneret sine alio Capituli consensu Put. decis. 15. de prab.

5. Potest resignationes admittere Rot. decis. 6. in nouiss. de renun.

6. Potest concursum facere de Parochialis, & nominationem transmittere ad Papam, vt dicitur infra p. 2. sect. 1. cap. 3. cond. 1.

Declaro 4. Vicarium, habentem speciale mandatum ad conferẽdum, posse conferre omnia beneficia simplicia, Curata, Capellas, & munera Ecclesiastica, etiã ante datam facultatem vacantia; quia hæc facultas est fauorabils, & ampliãda i. Caputaq; decis. 168. lib. 1.

lib. 1. atque dignitates; quia veniunt appellatione beneficiorũ, vt probat Sbroz. *lib.* 2. *q.* 81. *et* 82. Immò etiam posset commendare; quia plus est cõferre, nisi datus esset tantum ad conferendũ. *cap. nemo de elect. in* 6. Notat tamen Sbroz *lib.* 1. *qu.* 90. Non posse Episcopum committere collationem Vicario habenti tantũ spiritualium administrationem, nisi etiam temporalium habeat; Tamen forma mandati seruãda est, quod si contra formam conferret, peccaret grauiter, nulliter ageret, teneretur ad damna illi clerico, & ita aliud beneficiũ dare per *tex. cap. Inter cætera vbi DD. de præb.* Et Episcopus tunc non tenetur stare collationi Vicarij, sed potest conferre Sbroz *loc. cit. qu.* 79.

Declaro 5. Vltra specialem facultatem conferendi, requiri aliam facultatem magis specialem in aliquibus casibus.

1. In beneficijs de nouo creatis: hæc enim nequit Vicarius cõferre, nisi magis specialiter illi committatur. Clem. *fin. de rescript.*
2. In beneficijs Iure deuoluto, vel Apost. auctoritate ad Episcopũ spectantibus, nisi magis specialiter exprimatur. Sbroz. *qu.* 72. Potest bene sine specialitate cõferre in mense alternatiuæ. Put. *lib.* 1. *decis.* 488.
3. In beneficijs à Papa infra mensem non collatis Archid. *cap. statutum de præb. in* 6. Sustineretur, si Episcopus esset absens, immò semper, postquam esset facta. Sbroz. *qu.* 76.
4. In resignationibus, vel permutationibus quas admittere nequit sup. *cap.* 6. & 7. probatum est.
5. Si facultas est conferendi in absentia, non potest Episcopo præsente, aliàs secus. Boer. *decis.* 347. & si est de conferendo graduatis, non potest alijs: quia fines mandati excedi nequeunt. *cap. cui de præb. in* 6. Idem dic de alijs restrictionibus appositis.

Declaro 6. Si collatio facta fuisset diuersis ab Episcopo, & Vicario, seù à Capitulo Sede vacante, & ab eius Vicario, pręferri eum, cui prius facta est. Si ambæ eodem die factæ sint, pręferri illam, in qua dies apposita est, & hora, sicut in simili de concursu collationum factarum à Papa, & ab Ordinario, Rota resoluit. Sed si factæ sint ambæ eadẽ die, & hora, subdistinguo. Si alter accepit possessionem, ille præfertur; quia melior est conditio possidentis; si neuter accepit possessionẽ, collatio Episcopi præfertur. *cap. si à sede de præb. in* 6. etiam si extra diœcesim cõtulisset: quia semper Maioris collatio pręsumitur pręcessisse. Calder. *cons.* 2. *de off. Vic.* Idem dic si collatio facta sit a Papa, Legato, & Ordinario.

Declaro 7. Episcopo excommunicato, suspenso, vel interdicto, Vicarium

carium habentem facultatē conferendi, non posse conferre; quia tunc suspensa est facultas *cap. 1. vbi Gloss. Arch. & Franch. in vlt. not. de off. Vic. in 6.* duobus concurrentibus.

1. Quod sit ab Episcopo creatus.
2. Quod sit publicus, & non toleratus, Felin. *cap. ad probandum de re iud.* vbi ait, ita in Rota fuisse indicatum Rebuff. tamen etiam occultam censuram suspendere potestatem in his, quæ gratia priuati officij gerūtur, asserit, in *tit. forma Vic. num. 228.* Sed prima est verior; quia confert ratione publici officij, vt notat Sbroz *lib. 3. qu. 17.* E contra tamen excommunicato Vicario potest Episcopus cōferre, & etiam successor in Vicariatu; quia excōmunicatur persona, non dignitas. Abb. *cap. quoniam de off. de leg. per not. cap. 1. de off. Vic. in 6.*

Secundo casu speciale requiritur priuilegium Papæ, vel Episcopi: cum enim hoc sit iurisdictionis, potest concedi. Azor. *2. p. lib. 2. cap. 25. qu. 20.* cum hac differentia: quia Episcopus potest solum in sua diœcesi concedere, & non laico; sed Papa in toto orbe, & laicis, & ita Imperator in singulis Alemaniæ Ecclesijs vnum Canonicum constituit. Rex in quibusdam Ecclesijs beneficia confert, dū illę sunt proprio viduatæ pastore, & alij, vt refert. Azor. *l. c. qu. 19.*

Declaro 1. Accipientem beneficiū scienter à laico sine auctoritate, fieri inhabilem ad curata, & dignitates, & non ad alia. *cap. qui satis de elect. in 6.*

Declaro 2. si crederetur quis habere auctoritatem, & non habere collationem tenere: quia error communis pro veritate habetur. *L. Barbar. ff. de off. Præsid. Dyn. reg. 1. de reg. Iur. in 6. qu. 8.*

Sed an Collator debeat esse in sacris?

Resp. negatiuè: quia collatio connumeratur inter fructus beneficij. Cassad. *de pens.* & est actus Iurisdictionis, non ordinis. Ideò si Canonici habeant per Turnum collationem, etiam Canonicū nō constitutum in sacris posse conferre resoluit, Rot. *diuers. 4. p. decis. 600. 603.*

Declaro 3. Quod aliquando beneficium, confert *Sequester.* 1. ille apud quem Iudex, vel partes beneficium deposuerunt, dummodo beneficium habeat annexum ius conferendi; *quia hic Sequester* potest omnia beneficij iura exercere. Glos. Clem. 1. *die seq. post.* Neq; distinguendum est inter sequestrum voluntarium, vel à Iudice datū, vt sentit Selu. *p. 2. q. 9.* quia in vtroq; militat eadem ratio Corras. *de benef. cap. 6.* Item confert Iudex, cuius sequestrum fuit violatum, vt dicitur *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3. §. ex delicto,* ibi *p violationem sequestri.*

Tertio

Tertio casu. Non solum conferunt Abbates, qui sibi contra Episcopos prescripserunt proprium territorium, & iurisdictionem, quasi Episcopalem, qui in suo territorio ea Iurisdictionalia faciunt, q̄ Episcopi in sua Diœcese; sed etiā inferiores. Consuetudo enim dat Iurisdictionem. *cap. cum contingat de for. comp.* Et ita aliquando Archidiaconus habet collationem, & Capitulum Vrbini confert canonicatus, & habet alternatiuam cum Papa.

Declaro 1. Consuetudinem dare iurisdictionem tribus concurrentibus.

1. Re licita: nam quæ seruari nequit sine peccato, tenet. *cap. vlt. de præscript.*

2. Quod prescribens sit iurisdictionis capax. Ideo consuetudo, q̄d laicus habeat iurisdictionem in clericos, non tenet. Rot. *in antiq. decis.* 10. *de consuet.* Rota coram Pegna *lib.* 3. *decis.* 60. *& lib.* 5. *decis.* 286. quæ ponuntur per extensum à Rub. *in suis sing. in fin. ad Pegnam*.

3. Quod sit legittimè præscripta, scilicet spatio 30. vel 40. annorū. Rot. coram Iusto Tirasson. *Sacristia* 1600. & cum patientia, & scientia illius, contra quem præscribitur, alias secus. Put. *decis.* 28. *lib.* 2. Scientia etiam debet esse certa, & actus effectuati, atq; vniformes, nam varij, & turbidi non iuuant. Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 112. *&* 497. Grat. *cap.* 113. *num.* 67.

Declaro 2. Quemlibet licite conferre, quādiu est bonæ fidei possessor. *cap. cum olim de caus. possess.* Immò prefertur recipiens à bonę fidei possessore recipienti à nouo ordinario. Abb. *cap. consultationibus de Iurep.*

Secundo requiritur tempus legittimum. s. sex mensium. *cap.* 2. *de concess. præb.* quo elapso fit deuolutio ex negligentia, vt dicitur est supra. Procedit de collatione: nā significatio electionis, quādo collatio spectat ad Papam, fieri debet infra quattuor menses. Bulla Pij. V. *In conferendis*.

Declaro 1. Tempus currere à die notitiæ vacationis, & non tantum à die vacationis. Seraph. *decis.* 580. Immò etiam non currit tēpus suspēso, & legittimè impedito, nisi sit in mora petendi absolutionem, quia tempus non currit habenti legittimum impedimentum. *cap. quia diuersitatem de concess. præb.* Fama ad hoc, vt cōuincat Episcopū, debet esse certa, & clara. Ideo nō offecit fama, quæ ortum habuet à duobus, qui dicebāt, se audiuisse, talem mortuum, cuius ipsi erant affines; & nullum signum luctus fecerunt, Garz. *p.* 10. *cap.* 2. *num.* 53. Cæsar de Grass. *decis.* 1. *de supl. negl. præb.*

Declaro 2. Tempus ad prçsentandū currere à die vacationis ignorantibus, etiam, & impeditis, ita quod

quod Ordinarij nullam debent admittere excusationem, vt probat Lambert. *lib.2.p.2.art.8.q.1.* Collatori vero à die notitiæ Rot. coram Bisignet *decis. 7. de preb.* Ratio diuersitatis est; quia ita à Iure cauetur. Nam collator habet Ius conferendi mero Iure, Patronus vero ex gratia. Mensis vero numeratur secundum Calẽdarium Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 58.num.8.contra Gul. cap. statutum de preb. in 6.* dicentem cõputari 31. dierum.

Declaro 3. Id intelligi, non tantum de notitia vera, sed etiam præsũpta; hoc enim determinandum erit à Iudice, considerata qualitate beneficij, distantia, &c. per Clem. 1. *de conceß. preb. in 6. vbi DD.* Nam ignorantia probabilis excusat, quæ arguitur ex beneficij qualitate, longitudine, vacationis modo, &c. Seraph. *decis.* 380. Ideo si vacaret per priuationem, vel liberam renuntiationem, curritá die, quo desisteret possidere. Lamb. *l.c. & art.20.*

Declaro 4. Diem vacationis non computari *cap. 1. de iurepat. in 6.* Vide infra *p.2. sect.3. cond.3. in fi. ad 2.*

3. Requiritur vacatio beneficij: nã ante vacationem nequit conferri, nec promitti, vt dictum est supra de auctoritate conferentis in primo casu.

4. Requiritur modus conferendi, idest seruando ordinem iuris e.g. concursum. Item legem fundationis. Item vni tantum, & non duobus, siue coniunctim, siue alternatiuè. Gloss. *cap. de elect. in 6.* Potest bene diuidere, si fructus sufficiant. *cap. vacante de preb.* Papa tamen vtrunque potest.

5. Habilitas recipientis per conditiones, quæ explicantur infra *p.2. sect.1.cap.2.*

Pœnæ indignis conferentium præcipuè sunt peccatum mortale, Restitutio damnorum Ecclesiæ, & deuolutio. Alias vide apud Rebuff. *tit. pœna coll. indig. confer. per totum.*

Sed quo tẽpore habitas requiritur? Resp. tempore collationis; quia hæc est Iuris. Ideo si tunc fit excommunicatus, collatio non tenet, secus si tempore acceptationis: quia acceptatio, & possessio valent cum sint quid facti. *Dia. reg.1.qu.7.* Quid si excommunicatus inuincibiliter ignorat excõmunicationem; an valeat collatio, vide infra *p.2.sect.1.cap.2. cond.3.req.4.*

6. Locus cum hac tamen distinctione.

1. Illa, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, vel quæ causæ cognitionem requirunt, Episcopus nequit extra diœcesim expedire; vbi nõ habet Iurisdictionem. Ideo nequit extra diœcesim concursũ facere, nec electos confirmare, nec præsentatum instituere; quia examẽ, & causæ cognitionem requirunt,

runt, ita nec sententiam excōmunicationis, aut alterius censuræ ferre, & multo multo minus in Curia, & ita intelligitur. *L.2.ff.de off. proc.* quod nullus, præsente Principe potest ordinariā Iurisdictionem exercere.

2. Illa, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, & quæ non requirunt causæ cognitionem, potest Ordinari' facere extra diæcesim, vt beneficia conferre, causas delegare, cōfessiones subditorum audire, & similia. Azor. *2. p. lib.6. cap. 25. qu. 12.* Si tamen Episcopus esset in Curia ob reuerētiam Papę debet extra mænia exire, & ibi conferre, & ita Eminentissimus Gypsius Arimini Episcopus mihi cōtulit Parochialem Sancti Ioannis Euangelistæ Paxiani extra portam latinam.

7. Solemnitas; quia conferri debet coram testibus, alias ex vsu Curiæ non tenet. Azor. *l.c. cap. 26. qu. 2. u. pos*

Declaro. De iure antiquo collationē fieri posse sine scriptura, quia iure communi scriptura non est de essentia collationis. De iure nouo *Extrauag. iniūcto de elect.* nemo potest beneficium consequi, nisi habeat litteras collationis, aliás collatio est irrita, & inanis. Procedit, si à Papa, secus si ab Episcopo conferratur. Azor. *l. c. qu.5.* Vide sup. *cap.6.req 6.*

8. Iustitia, vt scilicet digno conferatur. Sed hic tres distinguo cas'.

Primus casus est, vt cōferatur digno, relicto indigno, & hoc est de essētia in vtroque foro; nam collatio CC facta indigno in foro externo irritari debet. Trid. *sess.7.cap.3.* & in foro interiori eligens indignū, peccat mortaliter; facit .n. præceptum graue. Trid. *l.c.*

2. Tenetur ad restitutionem damnorum Ecclesiæ secundum omnes.

Sed an ad restitutionem, digno prętermisso, teneatur? Negat Nau. *cap.17. num. 73.* quia beneficia non distribuuntur tanquam debita illis, sed seruitio Ecclesiæ. Affirmat Caiet. *2. 2. qu. 62. art. 2.* tribuendo aliquid æquiualens; qa iura pręcipiunt, beneficia dignis conferri: Ideo digni habēt strictū ius ad excludendum indignos, & hanc iudico veriorem; quia sunt bona communia, sed singularibus distribuenda.

Secundus casus est. Si conferatur digno, prætermisso digniori, & hæc collatio videtur tenere, quia adest habilitas, vide de hoc *par. 2. sect.3. cond. 1. E.* An autem sic cōferens, vel eligens peccet mortaliter? Affirmat Vasquez *de benef.cap.2.dub.8.num.38.* Et etiam de omnibus beneficijs: tùm quia cōmittitur acceptatio personarum, tùm quia Trid. *sess. 24. cap. 1. de Ref.* statuit peccare mortaliter, nisi digniores, & Ecclesiæ vtiliores elegerint. Immò, & ad restitutionem teneri; quia digno-

gniores habēt strictum ius, vt diximus in primo casu. Alij dicunt, omittere digniorem, esse mortale solum in beneficijs maioribus, vt Cathedralibus, tùm quia de illis loquitur Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. tùm quia *sess.* 7. *cap.* 3. habetur sufficere inferiora dignis conferri. Alex. de Ales 2.*p.qu.*136.§.2. Sed fallitur nam Trid. *d. cap.* 3. habet sufficere, vt collatio fiat dignis, scilicet, vt nō irritetur in foro exteriori, nō autem vt fiat sine peccato, & sic intelliguntur quidā Canonistę 2.*p. tract.* 15. *resol.*61. Alij dicunt, omittere digniorem semper esse veniale. Ita Pedrazza *cum Gloss. cap. licet 8.q.1. & ca. 3. de Iurepat.* Immò Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 4. *num.* 187. ait, in omni electione sufficere dignum eligere. per *cap. cum nobis de elect.* vbi dicitur sufficere, quod electus habeat sufficientiam mediocrem; licet nō habeat sufficientem. Sed hoc est contra communem, vt notat, Barbos. *collect. tom.*1.*lib.*1.*tit.* 6. *cap.*19. *num.*4. Ad textum *d. cap. cum nobis* dicitur ibi sufficere scientiam mediocrem; quia concurrebat etiam experientia regēdi, nam electus fuit Subdiaconus Pontificis. Diana *l. c. ad fi.* Alij dicūt esse mortale, dignorē omittere in Curatis, & simplicibus maioribus, vt sunt Canonicatus, &c. secus in alijs minoribus ex paruitate materię Rebell. *de oblig. Iust. p.*1.*lib.*3.*qu.*9.*num.*12.

Ego vero distinguo.

1. Si beneficia conferuntur per cōcursum, vel oppositionē, vel electionem, mortale est omittere dignorem, siue concursus fiat ex natura beneficij, siue ex dispositione fundatoris, & ita in institutione ex pluribus pręsentatis, tùm per rationes Vasquez, tùm quia *cap. si forte d.* 63. dicitur. Vbi vota sunt paria, præferendum esse, qui maioribus iuuatur meritis. An autē inducatur obligatio restitutionis? Affirmatiua est tutior: quia dignior *ex d. cap. forte*, & alijs habet strictius ius. Negatiua tamen est etiam probabilis: quia beneficia non sunt aliquorū propria. Sot. *de Iust. lib.* 4. *qu.* 6. *art.* 3. *ad* 6. Nau. *l. c.* Conciliantur per Vgol. *de pot. Episcopi* 2.*p.cap.* 50.§.13.*num.*2. vt teneatur ad restitutionem, ratione iniuriarum, non ratione collationis beneficij. Sed re vera nulla est collatio, & adest restitutionis obligatio per ea, quæ dicuntur *p.*2.*sect.*3.*cond.*1.

2. Si beneficia ad liberam spectant prouisionem, possunt dignis licite cōferri, omissis dignioribus: quia Trid. sola Episcopalia, & Curata iubet dari dignioribus, & à simili dicitur de alijs, vbi ius alijs competere potest per electionē, concursum, vel præsentationem. Cætera autem iura antiqua censentur abrogata. *Dia* *l.c. resol.* 38.

Tertius casus est, si æquè digno confeatur, & tunc nec peccat, nec te-

A 2 netur

6. Collatio beneficiorum illius, qui ex vi decreti in assecutione secũdi, debebat primum dimittere in manibus Papæ, & non dimisit, vtrunque vacat, & deuoluitur ad Papam. Cassad. *decis. 3. de rescr. Vide p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3. num. 10.*

7. Ob omissionem publicationum. Vide *infra cap.* 10. De his satis dixi supra de renunt. requis. 11. Nunc duo addo.

1. Publicationes faciendas esse, etiã de Commendis Militiarum, in quibus Priores sunt veri ordinarij exempti ab aliorũ ordinariorum iurisdictione: quia ratio bullæ etiam in his viget. Procedit si fiant renuntiationes, vel permutationes extra conuentum, quas etiam dicti Priores admittunt, secus si in conuentu in præsentia Magni Magistri, & familia, quia sic dicitur satis publicata. Thes. *for. Eccl. cap. 19. num. 41. & seqq.*

2. Publicationes non esse necessariò faciendas de Coadiutorijs: quia licet habeant vim rasignationis, reseruatis fructibus. Put. *lib. 1. decis.* 108. Tamen, cum bulla sit pœnalis, non debet extendi; nam licet habeat formam resignationis, nõ dicitur propriè beneficiorum resignatio. Rot. *diuers. p. 3. decis.* 10. Thes. *for. Eccl. cap. 19. num. 48. & seqq.*

8. Collatio beneficiorum excedentium summam ducatorum 24. de quibus Cardinales fecerunt prouisionem, si prouisi non obtinuerunt à Sede Apostolica nouã prouisionem intra quattuor menses citra montes, & infra octo vltra mõtes à die captæ possessionis pacificæ. Caputaq; *decis. 51. & 110. lib. 1. & decis. 128. lib. 3.* vbi quod solum currit tempus à diæ notitiæ captæ possessionis. Rot. corã Orano 1596. Tiracon. *Canonicatus 8. Nouembris*. Ampliatur, vt Cardinalis non possit dictum beneficium sic vacans conferre, quia Papa decreuit, quod dumtaxat à Sede Apostolica possit cõferri. Dictio autem *dumtaxat*, est restrictiua, & negatiua, quæ omne aliud excludit. Aut. *fin. §. de consuetud. Germon. de Indult. §. volumus num.* 53. Posset bene prouisus, etiã lapso termino reintegra; quando scilicet Papa alteri non contulisset, nouam illam prouisionem expedire, exprimendo moram; quia pœna apponitur, ne Camera Iuribus fraudetur Germon. *l. c. num.* 37. Non tenetur si non excedant ducatos 24. Neq; si conferat in mense alternato; qa præsumitur conferre ratione alternatiuæ, non indulti secus si in mente reseruato.

9. Beneficiorum collatio vacantiũ per priuationẽ cum declaratione data infra de reseruatione *cap. 10. num. 13.*

10. Collatio beneficiorum vacantium de iure tantùm, quæ numerantur *p. 4. sect. 1. cap. 1. cond. 3.* & signan-

signanter propter crimina reseruata, vt propter hæresim, simoniã, &c. quæ ibi vide, ne eadẽ sæpius repetantur.

Sed an intret deuolutio in beneficijs Papæ Reseruatis. Distinguo si collator habet indultum conferendi, etiam reseruata intrat, q̃ dare potest negligentia, vt de Archiepiscopo Tol. firmat Cassad. *decis. 8. de preb.* alias nõ, quia cum inferior nequeat conferre, cessat negligentia ob quam fit deuolutio.

De Papa ad Ordinarium fit collationis deuolutio dupliciter.

1. Si Papa nõ conferat intra mensem beneficia, tàm parochialia, quàm simplicia in Curia vacantia. *cap. statutum de preb. in 6.* Ita quod mensis currit à die vacationis, non a die scientiæ. Barbos. *de pot. Episcopi p. 3. alleg. 57. num. 24.* Non currit tamen Sede vacante. *Gloss. d. cap. u. numerandum.* Potest bene Papa, re adhuc integra, lapso mense, si ordinarius non contulit, purgare morã propter magnam prærogatiuam, quod inferiores Collatores facere nequeũt Barb. *l. c.* Kocchier *reg. 1. num. 22.* Facienda tamen esset mentio vacationis in Curia, aliàs collatio esset nulla, etiam si apposita esset clausula. *quacunque generali reseruatione non obstante*, nisi addatur. *Etiam clausa in corpore iuris.* Vel nisi *motu proprio* collatio facta esset.

Sed an *d. cap. statutum* sit in vsu: dissentiunt DD. *Æneas de Falcon. de reseru. q. 4. effe. 6.* ait, totum mundum dicere esse reuocatum per *extrauag. Pia sollicitudinis de preb.* vbi absolutè dicitur, beneficia in Curia vacantia Papæ reseruari. Rot. *decis. 12. in nou. de preb.* non audet tamen aliquid affirmare, quia videmus hodie, bullas beneficiorum datari sub die obitu. Vnde vix potest casus euenire. Alij testantur esse in obseruantia. Gloss. & *Io. And. d. cap. statutum.* Gard. *cons. 117.* Kocchier. *nouiss. commendator reg. 1. num. 22.* vbi ait, Ordinarios non debere esse pigros; quia honor est fungi Vice Papæ. Alij distinguunt. Si adest tantum reseruatio ratione loci, scilicet vacationis in Curia, tunc est in obseruantia: Sed Episcopus, vel eius Vicarius generalis habens specialem facultatem conferendi, debẽt esse in diœcesi, non extra, dum confertur, secundum Germ. *de indult.* §. *tibi quò ad vixeris num. 95.*

Ego vero etiam in Curia posse credo, quia id nõ exprimitur in Iure. Franc. *cap. si Apostolica de preb. in 6.* Si vero alia de causa adest reseruatio, non poterit conferre. Gaspar *de Perusio de reser. Gloss. fin. d. cap. statutum.* Hæc opinio mihi placet: quia dicti cap. dispositio non est in odium Papæ negligentis; sed in fauorem Ecclesiæ, ne ex longa vacatione damnum patiatur:

patiatur: Ideo non est iudicanda de facili omnino reuocata; tanto magis, quia redit ad ius commune, quod dat Episcopis facultatẽ conferendi omnia beneficia suæ diœcesis. *cap. 2. cap. ex parte. cap. constitutus de conceß. præb. & omnibus mensibus.* Put. *lib. 2. decis.* 496. Greg. *XV. decis.* 99. Res enim de facili redit ad suam naturam. *cap. ab exordio* 35. *d. l. si vnus ff. de pact.*

2. Collatio Parochialium vacātiũ Sede vacante, vel quæ vacarunt Sede plena, de quibus Papa non disposuit. *cap. si Apostolica de præb. in 6.* Putat Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 646. omnia beneficia, vacantia Sede vacante esse reseruata, quia Paulus V. videtur reseruare pro Conclauistis, & ideo non posse Ordinarium conferre. Alij affirmant posse, quia dispositio *d. cap. si Apostolica*, introducta est fauore animarum. *Granut. addit. ad Simon. qu.* 47. *num.* 15. Greg. *Thol. cap.* 24. *num.* 17. *& ita ego sentio.*

Plura tamen requiruntur.

1. Quod sint Parochiales propter periculum animarũ, vt not. Gloss. 161. Et debent esse Parochiales actu stricto modo: quia *d. cap. si Apostolica, & correctorium*; Ideò strictè debet intelligi. *Io. And. ibi*, & ita non habet locum in simplicibus, nec in Parochialibus habitu tantùm, nec in curatis largo modo, neq; in Collegiatis per *not. in cap statutum de elect. in 6. & cap. licet ibidem.*

2. Vt conferantur seruato iuris ordine, scilicet per concursum, & iure ordinario: nam de iure communi Episcopi conferunt omnia beneficia suæ diœcesis. *cap. regenda.* 10. *q.* 1.

3. Vt conferantur intra sex mẽses, quia licet *d. cap. si Apostolica* nullum præfigat terminum, tamen intelligitur seruato iuris ordine. *Io. And. d. cap. statutum.* vbi cum Franc. resoluunt terminum currere à fine mensis Papę. Ego verò puto, sex mẽses computari debere à die vacationis Sedis: quia tunc intrat auctoritas ordinaria. Nam si vacauit beneficium, viuente Papa, post mensem potest conferre vigore *d. cap. statutum.* Et forte tempore vitæ Papę stetit vacans per plures menses: sed si vacauit Sede vacante à die notitiæ vacationis currit tempus, nec tunc Papa, qui non est, habet mensem.

4. Vt illa beneficia sint tantum reseruata ratione temporis, scilicet mensis: quia sic Ordinarius confert omnia beneficia omni mense vacantia etiam in Curia, Sede vacante, *d. cap. si Apostolica.* Nam cessant regulæ Cancellariæ: quia si sint reseruata ratione personarum, vt quia erant familiarium Papæ, vel Cardinalium, &c. Vel ratione loci, & quia est maior dignitas in Cathedrali post Pontificalem, vel ex alio capite, etiam regu-

regularum Cācellariæ contracta esset reseruatio, vt quia vacarunt in mensibus Apostolicis, viuente Papa, vel sunt affecta, vel deuoluta ad Papam ob negligentiam, vel omissionem formæ cōcursus, & decretorum Tridentini, tunc ad futurum Pontificem spectat collatio: quia *d. cap. Apostolicæ* non corrigit Conc. Later. neque Trid. neque Bullas Pij V. & aliorum Pontificum, quæ sunt posteriora. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 97. & seqq.*

Declaro 1. Papam posse concurrere cum Ordinarijs collatoribus. Ita post Garz. & Gonz. Kocchier. 1. reg. num. 22. Inferiores autē collatores, quando vel iure speciali, vel consuetudine concurrunt simul cum Episcopo, hoc potest dupliciter accidere.

1. Vt simul conferant, & tunc vtriusque consensus requiritur. *Gloss. cap. 1. ne Sede vac. in 6.*

2. Vt detur locus præuentioni, & tunc inferior collator, habita notitia vacationis Parochialis, debet coram Notario, & testibus declarare, se velle conferre, & ideo rogare Episcopum, & proponat ædicta, & ita suę præuētionis iura tuebitur Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 125.* De alijs beneficijs illa collatio tenet, quæ prius facta est; vt quādo sūt simplicia, in quorum collatione præuentioni locus detur.

Declaro 2. Regulam generalē esse, quando Regulæ Cancellariæ cessant, mortuo Papa, procedit, quò ad ea, quæ disponunt vltra ius cōmune.

Fallit de clausis in corpore iuris cōmunis, quod semper viuit, vt de vacantibus in Curia per *cap. 2. de præb. in 6.*

Fallit hodie ex particulari dispositione *Sanct. DD. Vrbani VIII. reg. 68.* Vbi vult omnia beneficia, vacantia à die obitus Greg. XV. vsque ad sui creationē reseruari solita, esse reseruata, de quibus Ordinarij non disposuerūt, quasi semper viguerint regulæ Cancellariæ.

Declaro 3. Regulas Cancellariç nō ligare S. R. E. Cardinales. Gomez. *in prohem. qu. 6. num. 10.* Thes. *For. Eccl. cap. 19. num. 20.* Ligant bene omnes alios, etiam extra Curiam, reseruando secundum intentionem reseruantis, secus vbi non intrat reseruatio. Gomez. *l. c. q. 2.* vbi testatur de magis communi. Ideo resignans in manibus Papæ, si moriatur intra 20. dies extra Curiam in mēse Ordinario, tunc collatio spectat ad Ordinarium, nisi alia obstet reseruatio. Simonet. *de reser. qu. 28. num. 6.* Ligant tamen in foro exteriori non conscientiæ, vt ex Gomez. not. Diana *1. p. tract. 10. resol. 43.*

De 3. Ad validam, & licitam Collationem octo requiruntur.

1. Auctoritas conferentis.

2. Leg-

2. Legittimum tempus.
3. Vacatio beneficij.
4. Modus conferendi.
5. Habilitas recipientis.
6. Locus.
7. Solemnitas.
8. Iustitia.

Auctoritas conferrendi tripliciter competit.

1. Iure communi.
2. Particulari priuilegio.
3. Cõsuetudine, vel præscriptione.

Primo casu Ius conferendi quidã habent plenum, quidam minus plenũ, quidam diminutum. Plenum habet Papa, quia potest cõferre in toto mundo cuiusuis generis, scilicet electiua, collatiua, mixta, vacantia, & vacatura. *cap. 2. de concess. preb.* in perpetuum, ad tempus, simpliciter, sub cõditione, cum reseruatione pensionis, & fructuũ, q̃ ceteri nequeunt. *cap. si gratiose de rescrip. in 6. cap. veniens de fil. presb. & ibi Gloss.* Ratio est quia Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis Clem. 1. *vt cit. pen. cap. 2. de presb.* quamuis enim Episcoporum dignitas sit de iure diuino instituta sicut Papalis Trid. *sess. 23. cap. 6. & 7.* tamen quia Episcopi non recipiunt iurisdictionẽ à Deo immediate, sicut Papa ad quem de iure diuino spectat eorum electio, vt probat Belarm. *tom. 1 controuers. 3. lib. 1. cap. 8. & tom. 2. controuers. 2. lib. 1. cap. 8. cap. 1. d. 22.* & licet Papa facultatem conferendi cõcedat Episcopo, tamen pænes se retinet maiorem *cap. dudum de preb. in 6.* ideo per preseruationem factam iurisi Ordinarij in sex mensibus non ligantur manus Papæ cum sit Ordinarius ordinariorum Rota coram Brauo *Salamantina Parochialis 1. Decemb.* 1578. Immò si Papa conferat in mensibus alternatiuę Episcopi, non est necessaria derogatio alternatiuę, licet in ea sit decretum irritans, quia nõ ligat manus Papæ, qui concurrit cum omnibus ordinarijs *cap. si à Sede de preb. in 6.* Rota coram Quirogha *in vna Corduben si Cantoria 15. Feb. 1557.* Garz. *p. 5. cap. 1. num. 19.*

Declaro 1. Conciliũ generale posse beneficia conferre, quia Papę auctoritate fulcitur, quando scilicet necessitas vrgeret, nec posset aliter prouideri Ecclesiæ vacanti. Selua *p. 2. qu. 2.* Non tamen Collegium Cardinalium Sede vacãte. Clem. *Ne Romani de elect.* Neque Vicarius Papę, nisi id expresse concedatur. Azor. *2. p. lib. 6. cap. 25. qu. 4.*

Minus plenum habent Legati de Latere, quia possunt conferre in sua Prouincia tantum, possunt beneficia vacatura reseruare; ita vt Ordinarij, cum vacauerint, nequeant conferre. *cap. presenti de off. leg. in 6.* Non tamen vacatura conferre. Ratio differentiæ est, quia conferendo tribuitur ius electo.

electo, & datur occasio optandæ mortis, quod non fit sibi reseruãdo. *cap. nulla. cap. relatum de conceß. præb. Azor. l.c.qu.6.*

Declaro 2. prędicta vera esse de Legatis à Latere, qui sunt Cardinales, non de Legatis, qui *nati* dicuntur, qui scilicet non sunt Cardinales. *cap. dilectus de off. leg. cap. si à Sede de præb. in 6.* Neque de Legatis, qui *nati* dicuntur, qui .s. tales sunt ratione Ecclesiarum, quas consequuntur, vt Archiepiscopus Cantuariensis, & Rhemēsis. Hi enim non ratione Legationis, sed ratione ordinariæ iurisdictionis beneficia conferunt in suis diœcesibus.

Vnde sequuntur duo.

1. Legatos non conferre iure talis Legationis: sed iure ordinario *cap. 1. de off. leg. in 6.*

2. Non dici conferre, auctoritate Apostolica; quia non est ex speciali commissione, Megal. *u. benef. conferre contra Abb. & Gloß. cap. 1. de off. ord.*

Ampliatur 1. Vt possint conferre Legati, etiam extra Prouinciam & concurrere cum alijs Ordinarijs collatoribus, vt post Arch. ca. final. de off. leg. in 6. not. Garz. *p. 5. cap. 3. num. 39.* Duo tamen hic notanda sunt.

1. Pendente vna reseruatione ad collationē alicuius Prelati pertinente non posse aliam sibi facere reseruationem de beneficio ad collationem eiusdē Prelati pertinente *ca. præsenti de off. Leg. in 6.*

2. Finita Legatione finiri reseruationem beneficij nondum collati *d. cap. præsenti.*

Ampliatur 2. non solum ad beneficia, quæ sunt conferenda ab Ordinarijs, sed quæ sunt prouidenda ad nominationem, vel pręsentationem Clericorum, etiam extra Prouinciam existentiũ; dummodo beneficia sint in Prouincia, & etiam nulla facta mentione iurispatronatus cap. cum dilect. de iurepat. Lamber. *p. 1. lib. 1. q. 1. art 6. & p 3. lib. 2. q 8. art. 1.* Garz. *d. cap. 3. num. 17. 18. & 27.*

Ampliatur 3. in beneficijs non solũ morte, vel resignatione vacantibus: sed in deuolutis ex negligētia Ordinariorum collatorũ. *cap. venerabilis de præb.* & in deuolutis ob negligentiã patronorum, etiã laicorum: quia tũc Episcopi cōferunt iure Ordinario, Legati vero concurrunt cum Ordinarijs Garz. *d. cap. 3. num. 66.* secus si beneficia deuoluantur ad Episcopos tanquam delegatos Sedis Apostolicæ, vt ob negligentiã Prælatorum Regularium ex Clem. 1. de super negl. quia generalis prouisio cessat vbi adest specialis *ca. dudum de præb. in 6.* nisi Episcopi essent negligentes: quia collatio deuoluitur ad Papam, & sic Legatus posset conferre Clem. *si de benef. de præb.* Selu. *3. p. qu. 66.* Similiter facultas Legatorum non intraret si deuolutio facta esset

ad Prælatum extra Prouinciam Selu *l.c.q.64. num.6.* vbi limitat nisi ob negligentiam collatio ad Papam deuolueretur *cap. venerabilis de præb.*

Fallit 1. in Cathedralibus Collegiatis, Regularibus, & Dignitatibus post Pontificalem maioribus; qa hæc Papæ reseruantur.

Fallit 2. in resignationibus ad fauorem, vel cum resignatione pensionis, vel alimentorum, aut cum alijs pactis; quia possunt solum beneficia simpliciter resignata conferre, Paris *ibi.7.q.13.nu.17.*

Fallit 3. in beneficijs de Iurepatronatus laicorum ex fũdatione, vel dotatione; secus ex priuilegio, vel præscriptione Garz. *d. cap. 3. num.72.* Item in Iurepat. mixto; quia quoad priuilegia, & comoda censetur Ecclesiasticum: sed quoad derogationẽ laicale Garz. *l.c. num. 69.*

Fallit 4. in omnibus reseruatis Papæ cap.quod trãslationem de off. Leg. Selu. *3.p.q.72.* & si data esset facultas de reseruatis, non cẽsetur data de vacantibus in Curia, nisi exprimatur *cap.2. de præb. in 6.*

Fallit 5. in litigiosis donec lis fuerit finita *cap.2. vt lit. pen. in 6.* & ita pluries, Rot. resoluisse refert. Garz. *d.cap.3.num.57.*

Diminutum habent Episcopi, quia Iure communi possunt conferre omnia beneficia, & omni mense. *cap. ex parte. cap. constitutus de concess. præb. cap. omnes basilicæ.16.q.6.* Put. *lib. 2. decis.* 496. Sed restringitur per multas reseruationes, vt in seqq. cap. dicetur de coadiutore Episcopi distinguẽ, vt sup. *cap. 6. req. 13.*

Declaro, Episcopos posse conferre etiam ante consecrationem: quia collatio non est ordinis, sed Iurisdictionis. *cap. transmissam de elect.* Immò secundum Abb. d. cap. de Iure etiam ante adeptam possessionem, licet ex vsu Curiæ possessio requiratur, vt notat, Azor. *l. c. q. 11.* Non tamen Vicarium generalem, nisi ei specialiter cõmittatur. *cap. vlt. de off. Vic. in 6.* Sbroz. *lib. 1. qu.7.* Et si detur potestas, intelligitur de prima vice, nisi aliter exprimatur, vt probat Sbroz. *lib. 3. qu.38.*

Ampliatur 1. etiam si Episcopi essent Rei sceleris, propter quod incurrissẽt priuationem ipso iure, vel cẽsuram; quia ante declarationem cum sit occultum valida sunt, quæ ab eo geruntur. *L. Barbarius ff. de off. Prat.*

Ampliatur 2. vt accusati non priuentur possessione *cap. 2. vt lit. pend.* Neq; condennati prohibẽtur munera Episcopalia exercere si ritè appellarunt. Gloss. *cap. sæpè de appell.* nam damnatus non cẽsetur, qui prouocauit *L. furti ff. de Infam. L. 2. §. fin. ff. de pæn.*

Declaro 2. Nequaquam conferre posse Vicarium post reuocationem, etiam non intimatã. Sbroz. *l. c.*

l. c. qu. 36. fieret tamen collatio valida duobus casibus, 1. si sciente, & patiēte Episcopo fieret; quia tunc potestas renouata censetur duobus concurrentibus.

2. Quod prius habuerit potestatē conferendi; nam illa non cōmunicatur tacite, sed tātum expręsse per *d. cap. vlt.*

3. Quod sciat ante collationem; quia ratificatio collationis nulliter factę non tenet. Sbroz. *lib.* 3. *qu.* 36. *num.* 11. sed facienda esset de nouo. Idem Sbroz. *lib.* 1. *q.* 52. *num.* 13.

3. Quando prouisus possideret beneficium 30. annis. Mohed. *decis.* 225. *in manuscript.* Sbroz. *lib.* 2. *qu.* 80.

Declaro 3. Capitulum Sede vacāte non posse conferre beneficia spectantia ad Collationem solius Episcopi; quia tunc vacantia Papę reseruantur ex Bulla Pij V. incip. *Sanctissimus* 1567. sed confert in sequentibus casibus.

1. Benefitia spectātia ad collationem Capituli, & Episcopi simul tunc enim mortuo, vel suspenso Episcopo, vel alio modo Sede vacante, Capitulum confert, etiam si Episcopus, vt Prælatus in illa collatione interesse habeat *cap. vnico, ne Sede vacante in* 6. & ibi Gloss. *v. mortuo*, tunc enim non habet locum d. Bulla Pij V. Prax Neq. *cap.* 85. *num.* 21.

2. Quod ex aliqua consuetudine, vel priuilegio Capitulum confert cum consilio Episcopi, tunc enim mortuo Episcopo, vel suspēso, vel in remotis agente, ita quod illius præsentia breui haberi nequeat solum Capitulum confert, secus si cōtra si collatio ad solum Episcopum spectaret cum consilio, vel assensu Capituli, Capitulum .n. nequit se intromittere, nisi Episcopus sit in mora in petenda suspensionis absolutione *d. cap. vnico* §. *fin.*

3. Quod beneficiorum collatio est necessaria, vt dixi in *prin. huius c. diuis.* 3. Multo magis conferret Patrono Feder. *de permut. qu.* 32. Vide supra de deuolutione ad Capitulum.

4. Quod collatio spectaret simul ad Episcopum, & Capitulum, & viuente Episcopo fieret a Canonico, qui esset Vicarius etiam vti Canonicus, teneret sine alio Capituli consensu Put. *decis.* 15. *de præb.*

5. Potest resignationes admittere Rot. *decis.* 6. *in nouiss. de renun.*

6. Potest concursum facere de Parochialis, & nominationem transmittere ad Papam, vt dicitur infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 3. *cond.* 1.

Declaro 4. Vicarium, habentem speciale mandatum ad conferēdum, posse conferre omnia beneficia simplicia, Curata, Capellas, & munera Ecclesiastica, etiā ante datam facultatem vacantia; quia hæc facultas est fauorabilis, & ampliādai Caputaq; *decis.* 168.

lib. 1. atque dignitates; quia veniunt appellatione beneficiorũ, vt probat Sbroz. *lib.* 2. *q.* 81. *et* 82. Immò etiam posset commendare; quia plus est cõferre, nisi datus esset tantum ad conferendũ. *cap. nemo de elect. in* 6. Notat tamen Sbroz *lib.* 2. *qu.* 90. Non posse Episcopum committere collationem Vicario habenti tantũ spiritualium administrationem, nisi etiam temporalium habeat; Tamen forma mandati seruãda est, quod si contra formam conferret, peccaret grauiter, nulliter ageret, teneretur ad damna illi clerico, & ita aliud beneficiũ dare per *tex. cap. Inter cætera vbi DD. de præb.* Et Episcopus tunc non tenetur stare collationi Vicarij, sed potest conferre Sbroz *loc. cit. qu.* 79.

Declaro 5. Vltra specialem facultatem conferendi, requiri aliam facultatem magis specialem in aliquibus casibus.

1. In beneficijs de nouo creatis: hæc enim nequit Vicarius cõferre, nisi magis specialiter illi committatur. Clem. *fin. de rescript.*

2. In beneficijs Iure deuoluto, vel Apost. auctoritate ad Episcopũ spectantibus, nisi magis specialiter exprimatur. Sbroz. *qu.* 72. Potest bene sine specialitate cõferre in mense alternatiuæ. Put. *lib.* 1. *decis.* 488.

3. In beneficijs à Papa infra mensem non collatis Archid. *cap. statutum de præb. in* 6. Sustineretur, si Episcopus esset absens, immò semper, postquam esset facta. Sbroz. *qu.* 76.

4. In resignationibus, vel permutationibus quas admittere nequit sup. *cap.* 6. & 7. probatum est.

5. Si facultas est conferendi in absentia, non potest Episcopo præsente, aliàs secus. Boer. *decis.* 347. & si est de conferendo graduatis, non potest alijs: quia fines mandati excedi nequeunt. *cap. cui de præb. in* 6. Idem dic de alijs restrictionibus appositis.

Declaro 6. Si collatio facta fuisset diuersis ab Episcopo, & Vicario, seu à Capitulo Sede vacante, & ab eius Vicario, preferri eum, cui prius facta est. Si ambæ eodem die factæ sint, preferri illam, in qua dies apposita est, & hora, sicut in simili de concursu collationum factarum à Papa, & ab Ordinario, Rota resoluit. Sed si factæ sint ambæ eadẽ die, & hora, subdistinguo. Si alter accepit possessionem, ille præfertur; quia melior est conditio possidentis; si neuter accepit possessionẽ, collatio Episcopi præfertur. *cap. si à sede de præb. in* 6. etiam si extra diœcesim cõtulisset: quia semper Maioris collatio presumitur precessisse. Calder. *cons.* 2. *de off. Vic.* Idem dic si collatio facta sit a Papa, Legato, & Ordinario.

Declaro 7. Episcopo excommunicato, suspenso, vel interdicto, Vicarium

carium habentem facultatẽ conferendi, non posse conferre; quia tunc suspensa est facultas *cap. 1. vbi Gloss. Arch. & Franch. in vlt. not. de off. Vic. in 6.* duobus concurrentibus.

1. Quod sit ab Episcopo creatus.

2. Quod sit publicus, & non toleratus, Felin. *cap. ad probandum de re iud.* vbi ait, ita in Rota fuisse iudicatum Rebuff. tamen etiam occultam censuram suspendere potestatem in his, quæ gratia priuati officij gerũtur, asserit, in *tit. forma Vic. num. 228.* Sed prima est verior; quia confert ratione publici officij, vt notat Sbroz *lib. 3. qu. 17.* E contra tamen excommunicato Vicario potest Episcopus cõferre, & etiam successor in Vicariatu; quia excõmunicatur persona, non dignitas. Abb. *cap. quoniam de off. de leg. per not. cap. 1. de off. Vic. in 6.*

Secundo casu speciale requiritur priuilegium Papæ, vel Episcopi: cum enim hoc sit iurisdictionis, potest concedi. *Azor. 2. p. lib. 2. cap. 25. qu. 20.* cum hac differentia: quia Episcopus potest solum in sua diœcesi concedere, & non laico; sed Papa in toto orbe, & laicis, & ita Imperator in singulis Alemaniæ Ecclesijs vnum Canonicum constituit. Rex in quibusdam Ecclesijs beneficia confert, dũ illę sunt proprio viduatæ pastore, & alij, vt refert. Azor. *l. c. qu. 19.*

Declaro 1. Accipientem beneficiũ scienter à laico sine auctoritate, fieri inhabilem ad curata, & dignitates, & non ad alia. *cap. qui satis de elect. in 6.*

Declaro 2. si crederetur quis habere auctoritatem, & non habere collationem tenere: quia error communis pro veritate habetur. *L. Barbar. ff. de off. Præsid. Dyn. reg. 1. de reg. Iur. in 6. qu. 8.*

Sed an Collator debeat esse in sacris?

Resp. negatiuè: quia collatio connumeratur inter fructus beneficij. Cassad. *de pens.* & est actus Iurisdictionis, non ordinis. Ideò si Canonici habeant per Turnum collationem, etiam Canonicũ nõ constitutum in sacris posse conferre resoluit, Roc. *diuers. 4. p. decis. 600. 603.*

Declaro 3. Quod aliquando beneficium, confert *Sequester.* 1. ille apud quem Iudex, vel partes beneficium deposuerunt, dummodo beneficium habeat annexum ius conferendi; *quia hic Sequester* potest omnia beneficij iura exercere. Gloss. Clem. 1. *die seq. post.* Neq; distinguendum est inter sequestrum voluntarium, vel à Iudice datũ, vt sentit Selu. *p. 2. q. 9.* quia in vtroq; militat eadem ratio Corras. *de benef. cap. 6.* Item confert Iudex, cuius sequestrum fuit violatum, vt dicitur *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3. §. ex delicto,* ibi per *violationem sequestri.*

Tertio

Tertio casu. Non solum conferunt Abbates, qui sibi contra Episcopos præscripserunt proprium territorium, & iurisdictionem, quasi Episcopalem, qui in suo territorio ea Iurisdictionalia faciunt, q̃ Episcopi in sua Diœcese; sed etiã inferiores Consuetudo enim dat Iurisdictionem. *cap. cum contingat de for. comp.* Et ita aliquando Archidiaconus habet collationem, & Capitulum Vrbini confert canonicatus, & habet alternatiuam cum Papa.

Declaro 1. Consuetudinem dare iurisdictionem tribus concurrentibus.

1. Re licita: nam quæ seruari nequit sine peccato, tenet. *cap. vlt. de præscript.*

2. Quod præscribens sit iurisdictionis capax. Ideo consuetudo, q̃d laicus habeat iurisdictionem in clericos, non tenet. Rot. *in antiq. decis.* 10. *de consuet.* Rota coram Pegna *lib. 3. decis. 60. & lib. 5. decis.* 286. quæ ponuntur per extensum à Rub. *in suis sing. in fin. ad Pegnam*.

3. Quod sit legittimè præscripta, scilicet spatio 30. vel 40. annorũ. Rot. coram Iusto Tirasson. *Sacristia* 1600. & cum patientia, & scientia illius, contra quem præscribitur, alias secus. Put. *decis.* 28. *lib.* 2. Scientia etiam debet esse certa, & actus effectuati, atq; vniformes, nam varij, & turbidi non iuuant. Rot. Recent. *p. 2. decis.* 112. & 497. Grat. *cap.* 113. *num.* 67.

Declaro 2. Quemlibet licite conferre, quãdiu est bonæ fidei possessor. *cap. cum olim de caus. possess.* Immò præfertur recipiens à bonæ fidei possessore recipienti à nouo ordinario. Abb. *cap. consultationibus de Iurep.*

Secundo requiritur tempus legittimum. s. sex mensium. *cap. 2. de concess. præb.* quo elapso fit deuolutio ex negligentia, vt dicitur est supra. Procedit de collatione: nã significatio electionis, quãdo collatio spectat ad Papam, fieri debet infra quattuor menses. Bulla Pij. V. *In conferendis*.

Declaro 1. Tempus currere à die notitiæ vacationis, & non tantum à die vacationis. Seraph. *decis.* 580. Immò etiam non currit tẽpus suspẽso, & legittimè impedito, nisi sit in mora petendi absolutionem, quia tempus non currit habenti legittimum impedimentum. *cap. quia diuersitatem de concess. præb.* Fama ad hoc, vt cõuincat Episcopũ, debet esse certa, & clara Ideo nõ officit fama, quæ ortum habuit à duobus, qui dicebãt, se audiuisse, talem mortuum, cuius ipsi erant affines, & nullum signum luctus fecerunt, Garz. *p.* 10. *cap.* 2. *num.* 53. Cæsar de Graff. *decis.* 1. *de supl. negl. præb.*

Declaro 2. Tempus ad præsentandũ currere à die vacationis ignorantibus, etiam, & impeditis, ita quod

quod Ordinarij nullam debent admittere excusationem, vt probat Lambert. *lib. 2. p. 2. art. 8. q. 1.* Collatori vero à die notitiæ Rot. coram Bisignet *decis. 7. de preb.* Ratio diuersitatis est; quia ita à Iure cauetur. Nam collator habet Ius conferendi mero *Iure*, Patronus vero ex gratia. Mensis vero numeratur secundum Calẽdarium Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 58. num. 8. contra Gul cap. statutum de preb. in 6.* dicentem cõputari 31. dierum.

Declaro 3. Id intelligi, non tantum de notitia vera, sed etiam præsũpta; hoc enim determinandum erit à Iudice, considerata qualitate beneficij, distantia, & c. per Clem. 1. *de conceß. preb. in 6. vbi DD.* Nam ignorantia probabilis excusat, quæ arguitur ex beneficij qualitate, longitudine, vacationis modo, &c. Seraph. *decis.* 380. *Ideo* si vacaret per priuationem, vel liberam renuntiationem, currit à die, quo desisteret possidere. *Lamb. l. c. & art. 20.*

Declaro 4. Diem vacationis non computari *cap. 1. de iurepat. in 6.* Vide infra *p. 2. sect. 3. cond. 3. in fi. ad 2.*

3. Requiritur vacatio beneficij: nã ante vacationem nequit conferri, nec promitti, vt dictum est supra de auctoritate conferentis in primo casu.

4. Requiritur modus conferendi, idest seruando ordinem iuris e.g. concursum. *Item* legem fundationis. *Item* vni tantum, & non duobus, siue coniunctim, siue alternatiuè. Gloss. *cap. de elect. in 6.* Potest bene diuidere, si fructus sufficiant. *cap. vacante de preb.* Papa tamen vtrunque potest.

5. Habilitas recipientis per conditiones, quæ explicantur infra *p. 2. sect. 1. cap. 2.*

Pœnæ indignis conferentium præcipuè sunt peccatum mortale, Restitutio damnorum Ecclesiæ, & deuolutio. Alias vide apud Rebuff. *tit. pœna coll. indig. confer. per totum.*

Sed quo tẽpore habitas requiritur? Resp. tempore collationis; quia hæc est Iuris. *Ideo* si tunc fit excommunicatus, collatio non tenet, secus si tempore acceptationis: quia acceptatio, & possessio valent cum sint quid facti. *Dia. reg. 1. qu. 7.* Quid si excommunicatus inuincibiliter ignorat excõmunicationem; an valeat collatio, vide infra *p. 2. sect. 1. cap. 2. cond. 3. req. 4.*

6. **Locus cum hac tamen distinctione.**

1. Illa, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, vel quæ causæ cognitionem requirunt, Episcopus nequit extra diœcesim expedire; vbi nõ habet Iurisdictionem. *Ideo* nequit extra diœcesim concursũ facere, nec electos confirmare, nec præsentatum instituere; quia examẽ, & causæ cognitionem requirunt,

runt, ita nec sententiam excōmunicationis, aut alterius censuræ ferre, & multo multo minus in Curia, & ita intelligitur. *L. 2. ff. de off. proc.* quod nullus, presente Principe potest ordinariā Iurisdictionem exercere.

8. Illa, quæ sunt iurisdictionis volūtariæ, & quæ non requirunt causæ cognitionem, potest Ordinari° facere extra diœcesim, vt beneficia conferre, causas delegare, cōfessiones subditorum audire, & similia. Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 25. qu. 12.* Si tamen Episcopus esset in Curia ob reuerētiam Papę debet extra mænia exire, & ibi conferre, & ita Eminentissimus Gypsius Arimini Episcopus mihi cōtulit Parochialem Sancti Ioannis Euangelistæ Paxiani extra portam latinam.

7. Solemnitas; quia conferri debet coram testibus, alias ex vsu Curiæ non tenet. Azor. *l. c. cap. 26. qu. 2. n. pos.*

Declaro. De iure antiquo collationē fieri posse sine scriptura, quia iure communi scriptura non est de essentia collationis. De iure nouo *Extrauag. iniūcto de elect.* nemo potest beneficium consequi, nisi habeat litteras collationis, aliās collatio est irrita, & inanis. Procedit, si à Papa, secus si ab Episcopo conferratur. Azor. *l. c. qu. 5.* Vide sup. *cap. 6. req 6.*

8. Iustitia, vt scilicet digno conferatur. Sed hic tres distinguo cas°.

Primus casus est, vt cōferatur digno, relicto indigno, & hoc est de essētia in vtroque foro; nam collatio facta indigno in foro externo irritari debet. Trid. *sess. 7. cap. 3.* & in foro interiori eligens indignū, peccat mortaliter; facit .n. præceptum graue. Trid. *l. c.*

2. Tenetur ad restitutionem damnorum Ecclesiæ secundum omnes.

Sed an ad restitutionem, digno prętermisso, teneatur? Negat Nau. *cap. 17. num. 73.* quia beneficia non distribuuntur tanquam debita illis, sed seruitio Ecclesiæ. Affirmat Caiet. 2. 2. *qu. 62. art. 2.* tribuendo aliquid æquiualens; q̄a iura pręcipiunt, beneficia dignis conferri: Ideo digni habēt strictū ius ad excludendum indignos, & hanc iudico veriorem; quia sunt bona communia, sed singularibus distribuenda.

Secundus casus est. Si conferatur digno, prætermisso digniori, & hæc collatio videtur tenere, quia adest habilitas, vide de hoc *par. 2. sect. 3. cond. 1. E.* An autem sic cōferens, vel eligens peccet mortaliter? Affirmat Vasquez *de benef. cap. 2. dub. 8. num. 38.* Et etiam de omnibus beneficijs: tùm quia cōmittitur acceptatio personarum, tùm quia Trid. *sess. 24. cap. 1. de Ref.* statuit peccare mortaliter, nisi digniores, & Ecclesiæ vtiliores elegerint. Immò, & ad restitutionem teneri; quia digno-

gniores habēt strictum ius, vt diximus in primo casu. Alij dicunt, omittere digniorem, esse mortale solum in beneficijs maioribus, vt Cathedralibus, tùm quia de illis loquitur Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. tùm quia *sess.* 7. *cap.* 3. habetur sufficere inferiora dignis conferri. Alex. de Ales 2. *p. qu.* 136. §. 2. Sed fallitur nam Trid. *d. cap.* 3. habet sufficere, vt collatio fiat dignis, scilicet, vt nō irritetur in foro exteriori, nō autem vt fiat sine peccato, & sic intelliguntur quidā Canonistę 2. *p. tract.* 15. *resol.* 61. Alij dicunt, omittere digniorem semper esse veniale. Ita Pedrazza *cum Gloss. cap. licet* 8. *q.* 1. *& ca.* 3. *de Iurepat.* Immò Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 4. *num.* 187. ait, in omni electione sufficere dignum eligere. per *cap. cum nobis de elect.* vbi dicitur sufficere, quod electus habeat sufficientiam mediocrem; licet nō habeat sufficientem. Sed hoc est contra communem, vt notat, Barbos. *collect. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 19. *num.* 4. Ad textum *d. cap. cum nobis* dicitur ibi sufficere scientiam mediocrem; quia concurrebat etiam experientia regēdi, nam electus fuit Subdiaconus Pontificis. Diana *l. c. ad fi.* Alij dicūt esse mortale, dignorē omittere in Curatis, & simplicibus maioribus, vt sunt Canonicatus, &c. secus in alijs minoribus ex paruitate materię Rebell. *de oblig. Iust. p.* 1. *lib.* 3. *qu.* 9. *num.* 12.

Ego vero distinguo.

1. Si beneficia conferuntur per cōcursum, vel oppositionē, vel electionem, mortale est omittere dignorem, siue concursus fiat ex natura beneficij, siue ex dispositione fundatoris, & ita in institutione ex pluribus pręsentatis, tùm per rationes Vasquez, tùm quia *cap. si forte d.* 63. dicitur. Vbi vota sunt paria, præferendum esse, qui maioribus iuuatur meritis. An autē inducatur obligatio restitutionis? Affirmatiua est tutior quia dignior *ex d. cap. forte*, & alijs habet strictus ius. Negatiua tamen est etiam probabilis: quia beneficia non sunt aliquorū propria. Sot. *de Iust. lib.* 4. *qu.* 6. *art.* 3. *ad* 6. *Nau. l. c.* Conciliantur per Vgol. *de pot. Episcopi* 2. *p. cap.* 50. §. 13. *num.* 2. vt teneatur ad restitutionem, ratione iniuriarum, non ratione collationis beneficij. Sed re vera nulla est collatio, & adest restitutionis obligatio per ea, quæ dicuntur *p.* 2. *sect.* 3. *cond.* 1.
2. Si beneficia ad liberam spectant prouisionem, possunt dignis licite cōferri, omissis dignioribus: quia Trid. sola Episcopalia, & Curata iubet dari dignioribus, & à simili dicitur de alijs, vbi ius alijs competere potest per electionē, concursum, vel præsentationem. Cætera autem iura antiqua censentur abrogata. *Dia. l. c. resol.* 38.

Tertius casus est, si æquè digno confeiatur, & tunc nec peccat, nec te-

netur ad restitutionem. Immò impediens dignum, vt detur æquè digno, non tenetur ad restitutionem, licet pro vno sit appropriatio inchoata; vt quia Episcopus iam declarauit velle vni conferre: nô enim violatur iustitia; quia talis appropriatio nô initur iustitiæ, sed gratiæ. Posset fortè peccare côtra charitatem. Caiet. 2.2.q.62.art 2.ad 1. Vide tamen de hoc infra p.2.sect.2.in princ. F. & sect.3. cond.1. E.

Declaro. Pluribus casibus licere, dignum eligere, omisso digniori.

1. Si dignior sit extraneus: quia Patria, & genus faciunt aliquando vtiliorem Azor.2.p.lib.6.cap.4. qu.25.

2. Si idoneitate paruus sit excessus.

3. Quando maior pars vult eligere dignum, omisso digniori, tunc id licitè facit etiam minor pars.

4. Quando periculum, ne indignus eligatur, si pars vellet digniorem eligere.

5. Quando dignus est acceptior.

6. Quando dignus est magis expertus, & aptus ad Ecclesiam gubernandam, & dignior inexpertus, licet sanctior, & doctior. Vgol. 2.p.cap.50.§.13.num.2.

7. Si ex fundatione dandum sit personis ex certa familia: si tamen ex illa plures sint, dignior eligatur, nisi alia causa excuset.

8. Si dignior sit negotijs implicat⁹, quæ impediunt.

9. In Præsẽtatione, & hoc casu aliqui dicunt, in omnibus beneficijs etiam Curatis non teneri Patronos digniorem præsentare: quia Trid. sess. 24.cap.18. de ref. ait, qd reperiatur idoneus. Diana 2.p. tract.15.resol 37. Alij dicunt, teneri semper digniores præsentare per easdem rationes, quæ de alijs beneficijs dictæ sunt. Vasquez c.5 § 2.dub.5.nu.74. Azor. l.c.cap. 21. qu. 5. Alij distinguunt, vt in Curatis, & dignitatibus teneantur Patroni digniores præsentare; quia hi sunt Ecclesiæ necessarij, non alijs Lambert.lib.1.p.2.q. 10. art. 3. Ego distinguo. Fundator potest eligere dignũ omisso digniori, cæteri tenẽtur digniorem eligere, quia hæc est forma iuris ad trad. p.2.sect.3.cond.1. D. nisi aliud in fũdatione caueatur; quia fundator potest apponere quas conditiones voluerit, & de hac ita Sac. Cong apud. Garz.p. 9.cap.2. num. 270.

10. In renuntiatione, & permutatione, cum à partium voluntate dependeat Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 61. contra Vasquez l.c. §.4.

Vltimo. In regularibus prælaturis, vbi electus non habet beneficiũ; sed officium & onus. Valer. diff. vtriusque fori u. electio diff. 8. Ego vero non assentio; quia dignior eligi debet, non ratione vtilitatis propriæ, sed Ecclesiæ.

DE

De Reseruatione.

CAP. X.

QVorumcunque beneficiorum Collatio iure communi ad Episcopos spectat. *cap. omnes basilicæ 16. q. 7. cap. nullus. cap. olim de præscript. Abb. cap. cum Venerabilis num. 43. de except.* & in omnibus mensibus. *Put. decis. 496. lib. 2.*

Hoc tamen verum est ex Papæ concessione: nam Papa in principio A Ecclesiæ beneficia, & dignitates instituit. *cap. 1. & 2. d. 22.* estque ordinarius Ordinariorũ, & Dominus beneficiorum. *cap. 2. de præb. in 6. in Gloss. fin.* Ideo ad Papam in primis spectat collatio *arg. cap. admonet de Ven.* Christus enim non omnibus Apostolis, sed Beato Petro potestatem dedit de beneficijs disponendis. *cap. ita Dominus S. Manc. d. 19.* & totus mundus illius est Parochia. Garz. *de mensibus §. 1. proem. num. 8.* Episcopi vero in suis diœcesibus dicuntur Vicarij Papæ. Gonz. *l. cit. num. 6.*

Prædicta autem concessio Episcopis facta conferendi omnia beneficia suarum diæcesum restricta fuit p multas reseruationes, tam in iure communi positas, quam in regulis Cancellariæ, & alijs Pontificijs Constitutionibus. Papa enim potest ligare manus Ordinariorum. *cap. si à Sede de præb. in 6.* Ideo rite reseruationes inducit, vt viris virtute præstantibus, quibus Ecclesia indiget, prouideatur. *cap. cum ex eo. de elect. in 6.* & ne Ordinarij solum suis consanguineis, & familiaribus beneficia conferant. Thes. *For. Eccl. cap. 20. num. 5.*

Post caput ergo de Collatione subnectitur de Reseruatione. de qua duo videbimus.

1. Quid, & quotuplex sit Reseruatio.
2. Quænam sint beneficia reseruata.

DE Primo. Reseruatio est potestatis conferendi ab Ordinarijs B auocatio facta per Papam. Nullus enim inferior potest beneficia suæ collationi reseruare.

Duæ potissimum diuisiones Reseruationis assignantur.

1. Reseruatio duplex est. 1. Mentalis, quæ sola mente fiebat, & hæc sublata est per Trid. *sess. 24. cap. 19. de ref.*
2. Realis, quę est duplex, scilicet à iure, & ab homine. A iure est, quæ reperitur in corpore iuris, vt de vacantibus in Curia. *cap. 2. de præb. in 6.* & de vacantibus per obitum eorum, qui vadũt ad Curiam. *cap. præsenti eo. extrauag. ad regimen de præb.* Ab homine est duplex, scilicet generalis, & particularis. Prima est ratione loci, vt si Papa omnia beneficia ali-

cuius diœcesis reseruaret.

An autem tunc comprehenderentur beneficia, quæ de nouo creantur? Negat Garz. *p.5.cap.1.nu.520.*

Ego distinguo. Comprehenderentur, si indefinitè fieret reseruatio, Alias subdistinguo: quia solum attendendus esset communior modus vacationis, qui est per mortem, non per creationē.

2. Si respexit accidētalia. e.g. duos Canonicatus Brittonorij, cum se obtulerit occasio, tunc comprehenderentur, quia sunt verba apta Gemi.*conf.6.* Requiritur, quod præcesserit Ordinarij approbatio, licet post tantum fuerit dotatio; quia tunc solum dicitur Ecclesia. *cap. cum sicut de conse. Eccl.* aliàs secus; quia non præsumitur ad illa Papam habuisse considerationem. Æneas *qu.3. Fel. cap. cum adeo de rescript.*

Secunda triplex est, scilicet specialis, & specialissima.

1. Introducta est per regulas Cancellariæ, quæ morte expirant Pōtificis. Ideo non dicuntur generales. Anchar. *conf.297. Vide cap.9.p.2.de deuol. de Papa ad ord. declar.2.& 3.*

2. Est, in qua exprimuntur tria, scilicet beneficium, locus, & persona, cui prouidetur; vt si reseruaret tres Canonicatus primo vacaturos in Cathedrali Brittonorij.

3. Est, in qua exprimuntur, quattuor, scilicet vltra illa tria, etiam persona possidens beneficium.

Secūda diuisio. Reseruatio est quodruplex.

2. Ratione loci, vt beneficia, quæ vacant in Curia.

3. Ratione personę, vt beneficia familiarium Papæ, vel Cardinaliū.

4. Ratione temporis, vt quando beneficia vacant in mensibus Apostolicis, de quibus dicemus in fine huius capitis. De omnibus reseruationibus facienda est mentio in Impetratione, vel pluribus, si adsint, alias gratia esset subreptitia, & nulla. Fel. *cap. in nostra de rescrips. corrol. 6.* Caputaq; *decis. 85. p. 2.*

Declaro 1. Quamcumque reseruationem, siue generalem, siue specialem esse seruandam; nam semper ligat manus inferiorum collatorum. Rot. *decis. 858.* Et si est ratione beneficij, vt de primis dignitatibus in Cathedralibus, & Collegiatis, de beneficijs extincti ordinis humiliatorū, &c. est perpetua. Si verò reseruatio est ratione personę, obtinentis beneficium, vt quia est Protonotarius, Curialis, &c. Tunc durat, donec plenarium cōsequatur effectum, idest donec Papa post reseruationem de illo fecerit prouisionē. Quod si iterum conferatur simili personæ, iterum intrat reseruatio, & durat, vt dictum est, & ita intelligitur regula Cassad. 23. *decis. de præb.* scilicet, reseruatum semper manere reseruatum. Simon. *de reser. qu.33.num.5.& qui*

34.

34. num. 7. Vide infrà. cap. 11. p. 3. num. 11.

Declaro 2. Sub reseruatione non comprehendi manualia, quæ semper conferunt Ordinarij; quia cũ simus in pœnalib. & odiosis, stricta fit interpretatio; & ità solum de beneficijs propriè, quæ sunt perpetua ex dictis in primo capite. Ideo non comprehenduntur in regula de trienali. Mohed. decis. 169. Rot. diuers. p. 1. decis. 739. Nec valet impetratio non facta mētione manualitatis. Cassad. decis. 4. de præb. Ideo in bullis dicitur semper eum perpetuum beneficium, &c. Additur fortius, quod si beneficium manuale commēdetur à Papa, veniente vacatione cessat affectio, & Ordinarius pōt prouidere, quod secus est in perpetuis beneficijs, vt notat, Ric. 3. p. resol. 385. num. 3. in fi. Si tamen Papa illa specialiter reseruasset, vel affectasset, pro illa vice Ordinarij impediuntur à collatione. Achil. de Grass. decis. 9. num. 9. de præb.

Declaro 3. Plures esse effectus Reseruationis, & affectionis.

1. Ligat manus ordinariorum; ità quod collatio ordinariorum est ipso iure nulla. cap. ex eo de elect. in 6. & ligat quoad nullitatem, etiam ignorantes. Cassad. decis. 2. de rest. spol.

2. In reseruatis non cadit deuolutio. Verall. decis. 63. & 253. Cassad. decis. 8. de præb.

3. Inficit titulum. Rot. decis. 3. de rest. spol. Ità vt prouisus non acquirat titulum coloratum, nec triennali inuetur, vt dicetur infrà p. 3. cap. 1. num. 12. Nam habet decretum irritans, quod tollit facultatem conferendi; & abrogat omnes leges. Mand. reg. 4. num. 7.

4. Inficit possessionem. Rot. decis. 31. alias 858. de præb. in antiq. Ideo Ordinarius non potest præscribere collationē beneficij reseruati, etiā si bis, aut plures contulisset; quia licet in beneficialibus præualeat vltima possessio, & vltimus status attendatur. Rot. decis. 49. de rescript. in antiq. tamē Papalis reseruatio operatur, quod quilibet titulus, ei possessio careat omni effectu. Rot. decis. 3. de rest. spol. Ric. 3. p. resol. 384.

5. Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato, tenetur ad restitutionem fructuum cum hac distinctione. Si reseruatio est in corpore Iuris, vel super certo corpore beneficij, vel notoria, & indotata, tenetur restituere omēs fructus, etiam ante litem motam, sicut tenetur intrusus; quia semper fuit malæ fidei possessor, cum nō possit ignorantia allegari, aliàs tenetur à die motæ litis; quia ab initio habuit bonam fidem, & solum post motam litem incipit esse possessor malæ fidei, vt Rota relata per Ric. 3. p. resol. 383.

6. Multæ pœnæ irrogantur contra collatores beneficiorum reserua-

uatorum.

1. Nullitas actus. *Rot. 4. p. nouiss. decis. 695.*

2. Priuatio facultatis cōferendi vacantia in suis mensibus, quæ ligat omnes.

3. *Suspensio à diuinis, interdictum ab ingressu Ecclesiæ, quò ad Archiepiscopos.*

4. *Excōmunicatio*, & aliæ arbitrio Summi Pontificis: quò ad inferiores collatores, vt ex *Bulla Pij IV.* & V. relatis per Ric. 3. *par. resol* 381.

DE 1. Multa sunt beneficia Papæ reseruata, sed opus est distinctione. Reseruata dupliciter beneficia dicuntur, scilicet largè, & strictè. Largè dicuntur, quæ solus Papa confert iure ordinario, & sunt plura.

1. Beneficia existentia in Vrbe, & illius districtu, quæ iure communi in omni mense spectant ad Papā, vti ad Episcopum Romanum. *ca. si quis Episcopus 7. qu. 1.*

Fallit in Ecclesijs titulorum Cardinalium, quia Cardinales cōferūt, si sint præsentes, alias nō. Barbos. *de pot. Episcopi alleg. 57. nu. 51.*

2. Beneficia maiora, vt Cathedrales, Patriarchales, & Metropolitanæ Ecclesiæ, & Abbatię.

Fallit, vbi Rex habet iuspat. quia tunc Rex pręsentat. Barbos. *alleg. 57. num. 88.*

3. Beneficia exempta ab Ordinarijs.

4. Beneficia ad Papam deuoluta, de quibus vide sup. *cap. 9. 2. p.*

5. Litigiosa: lis enim non facit reseruationem, sed parit effectum, vt Ordinarius nequeat prouidere, & ita idem importat litigium, & reseruatio quo ad hoc. Lancell. *de attent. p. 1. cap. 3. nu. 99. cū decl. in fi. p. 3. cap. 1. declar. 2.*

Declaro 1. In beneficijs impetratis ob crimen, beneficia non dici, litigiosa; sed personam accusatā. Ideo si vacant per obitum colligiatoris in mense Episcopi, poterit Episcopus conferre. Barb. *de pot. Episcopi alleg. 57. nu. 49.* Nisi sententia transiisset in iudicatum, & expositum est sup. *cap. 7. § de imp. req. 9.*

Declaro 2. Si beneficium in edicto exprimatur reseruatum, cum re vera non sit, non propter hoc locum esse reseruationi, quia erronea est expressio. Rot. corā Gypsio Volterana Parochialis 20. Maij 1591. *Strictè reseruata* dicuntur, quæ aliqua lege, vel regula, seu constitutione Papa sibi reseruat, & sunt plura.

1. Vacantia in Curia, & apud Sanctam Sedem. *cap. licet de præb. in 6.* Hæc est maior omnium; quia per quamcunque facultatem nunquā vniunt vacantia in Curia. *Rot. decis. 4. de præb. in nouiss.* Thes. *For. Eccl. cap. 26. num. 8.*

Declaro 1. Sub hac reseruatione compræhendi omnes dignitates, Canonicatus, cæteraq; beneficia cum cura, & sine cura, secularia, & re-

& regularia. *d. cap. licet. Extrauag. id regimen. de prab.* Thes. *For. Eccl. l. c. num. 6.*

Immò etiam iuspatronatus Ecclesiasticum, & laicum ex consuetudine, vel præscriptione, vel priuilegio: quia his facile derogatur. *Azor. 2. p lib. 6. cap. 24. qu. 7. vide cap 5. ad fi.*

Declaro 2. De patronatibus laicus, vel mixtis ex fundatione, vel dotatione distinguendum esse.

1. In Abbatijs Episcopatibus, & ceteris dignitatibus per 2. & 3. regulam Cãcellariç reseruatis. Nominatio est patronorum, sed institutio fit à Papa, & ita. *Azor. l. c qu. 3.* Intelligit dictum Gloss. *in reg. 40. Cancellaria ad fi.* Inferiora vero non reseruantur, & semper institutio fit ab Ordinario & ita intelligitur Sera. *decis. 1231. & 1265. dicens Iusp. laicorum non cadere sub reseruationibus.*

Declaro 3. Aliqua alia beneficia hac reseruatione non comprehendi.

1. Curata vacantia Sede Apostolica vacante, vel Papa viuente, de quibus non disposuit, vt declaratum est supra *cap. 9. de deuolut. de Papa ad ordinarium.*

2. Benefitia Regularium manualia alijs regularibus dari solita per suos superiores. Barbos. *loc. cit. num. 29.*

3. Beneficia habentium in Curia, quando Curia est in alia Ciuitate, si nõ sint Curiales. Rot. Farin. *in nouiss. decis. 616.*

4. Addit *Gloss. cap. cum in Ecclesia de prab. in 6.* Et Falconius d. reser. *qu 5. num. 22.* non comprehedi Canonicatum per electionẽ confectẽdum Doctoribus, & Magistris, id tamen dubium esset ait Couar. *in pract. p. 9. cap. 36. nu. 4.*

Declaro 4. In Curia intelligi.

1. Vbi moratur Curia, non solum Romæ, sed etiam alibi, & tunc distingue. Si sit Curialis, beneficia sunt reseruata, siue Curia sit Romæ, siue alibi: si non sit Curialis, non comprehenduntur beneficia habentium domicilium, vel originem, vbi est Curia, quando nõ est Romæ.

2. Beneficia accedentium, vel recedentium à Curia pro quibuscunque negotijs, si mors sequatur, vbi est Curia, vel locis vicinis per 20. milliaria.

3. Sequentium Curiam translatam ad alium locum, & in itinere descendentium.

4. Infirmorum, qui remanserunt, vnde Curia discessit, quam secuti erant, & ibi morientium *cap. præsenti de prab. in 6.*

5. Curialium morientium intra 20. milliaria à Curia recedentium infirmitatis, recreationis, aut quacunque alia de causa. Thes. *For. Eccl cap. 20. num. 13.*

Addo de de iure requiri, vt sint Curiales i. officiales, vel occasione Curiæ morentur in Vrbe, nec sufficere morari ratione originis. Mandos.

Mandos. *reg.* 5. *q.* 1. *num.* 18. De stilo Dataria hanc distinctionem seruat in beneficijs suis in loco Curiæ, secus in alijs; quia dummodo moriantur in Curia, facit prouisiones vti de vacantibus apud S. Sedem. Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 23.

Declaro 5. Quando Curia transfertur, Curiam dici, vel vbi est Papa, etiam si esset in rusticano Tugurio secundum Gomez. *de trien. qu.* 31. *num.* 14. Vel vbi ex Audientia, & expeditio literarum Apostolicarum, licet ibi non sit Papa. Clem. *ne Romani*. §. *sane de elect. Mand. reg.* 6. *qu.* 2.

Declarauit tamen Clemens VIII. Const. 54. Vnam, & eandem Romanam Curiam existere, dū Papa ad alium locum se transferat, tàm in Vrbe, quàm in alijs locis, vbi Papa accedit: ita quod sint reseruata beneficia per obitū illorum, qui illum, vel suam Curiā sequuntur, tàm in Vrbe, quàm in Ciuitate, ad quam Papa accessit, vel locum, vbi eundo, vel redeundo moram trahit.

Declaro 6. Hanc reseruationē locum habere, tàm in vacatione p obitum, quàm renuntiationem in Curia. Nau. *cons. fi. de ren.* Et quando renuntiatio fit per procuratorem, attenditur locus renuntiationis, non habitationis illius, qui constituit procuratorē; quia ibi censetur destinatus effectus talis renuntiationis. Ric. *p. resol.* 266. Procedit non tantum de renuntiatione ad fauorem, q̄ ab ordinarijs nequit admitti: sed etiam de simplici in Curia.

Declaro 7. Cardinalem Ordinariū non posse conferre beneficia vacantia in Curia; quia nec Papa confert, quæ spectant ad collationem Cardinalis ratione indulti, etiam vacantia in Curia, nisi Cardinalis accedat, consensus si sit præsēs, vel procuratoris, si sit absēs. Put. *decis.* 31. *lib.* 2.

Declaro 8. Vacare in Curia generaliter, & impropriè continere & vacare apud Sāctam Sedem. Sed propriè vacare apud Sedem est vacatio vera per obitum: aliæ fictæ dicuntur vacationes in Curia, vt ob non factas publicationes, &c. Barbos. *lib.* 3. *Iur. Eccl. ca.* 13. *num.* 56.

2. Beneficia S. R. E. Cardinalium reg. 1. Cancell. extrauag. *ad regimen de prab.*

H

Declaro 1. Procedere de Cardinalibus re, qui à solo Papa creantur, nam sunt Papæ familiares; non de Cardinalibus nomine tantùm, vt olim dicebantur Canonici Mediolanen. Rauennaten. & alij.

Declaro 2. Cardinalem posse conferre vacantia per obitum familiarium Cardinalium, & etiā per obitum alicuius Cardinalis; si sit Ordinarius illorum beneficiorū: quia per indulta restituūtur Cardinalibus, quę per regulas Cācellariæ,

latiæ, & extrauagantes fuerunt Ordinarijs ablata. Germon. *de indult. §. etiam ex eo nu. 31. & 36.* Paulus tamē V. *Const.* 58. dat declarationem, quò ad beneficia familiarium Cardinalium, & moderatur indulta Cardinalium, exceptis, quę illis competunt ratione titulorum Cardinalatus.

3. Monasteria virorum excedentia valorem 200. florenorum auri communi æstimatione, reg. Cancell.

Declaro 1. Eadem regula comprębendi, & esse reseruatas Ecclesias Cathedrales: sed hæ sunt reseruatæ, etiam si 20. ducat. tantum nō excedant. Gloss. *in d. reg.*

Declaro 2. comprehendi non solū dignitates, sed omnia beneficia electiua. Barbos. *alleg.* 57. *nu.* 91. Fallit in Monialibus, quæ habēt Iurisdictionem quasi Episcopalē. Mand. *reg.* 26. *qu.* 3.

Declaro 3. Dictum excessum esse debere iuxta communem æstimationem. Ideo non sufficit taxa: nā si secundum communem ęstimationem non excedat 200. florenorum, & sit ita taxatum, non intrat reseruatio. Gloss. *l. c.* Excessus ergo est in litteris exprimendus.

4. Beneficia Officialium Sedis Apostolicæ, scilicet Camerarij, Vicancellarij, Pęnitentiarij, Commissarij Cameræ, Datarij, Auditorum, Correctorum, Scriptorū litterarum Apostolicarum, Abbreuiatorum, Capellanorum, Legatorum, Nunciorum, Thesaurariorum, Prothonotariorum Apostolicorum, & omnium Sāctæ Sedis Commēsalium, & familiariū. *Extrauag. ad regimen. de preb.* & etiam Officialium Cancellariæ Apostolicæ. Vide Nouariū *sect.* 2. *qu.* 36.

Declaro 1. Ad effectum reseruationis Commensales esse Referēdarios, Scutiferos, Auditores Rotæ, Secretarios, Cubicularios, & omnes Officiales ex Palatio Apostolico, & deseruientes Papæ, licet ibi non habitent, nec in Tinello comendant. *Cōst.* 74. *&* 79. *Pauli III. &* 44. *Iulij III.*

Declaro 2. Dimissis etiam officijs, dicta beneficia quandocumq; assecuta esse sub hac reseruatione.

Declaro 3. Beneficia Abbreuiatorum, tām de maiori, quàm de minori esse reseruata: quia faciūt idem Collegium, & differunt solum, quia Abbreuiatores de maiori plus recipiunt. Put. *lib.* 1. *decis.* 237.

Declaro 4. Non solum illorū beneficia esse reseruata, qui specialiter creantur Prothonotarij; sed etiam qui ratione alicuius Officij consequuntur Prothonotariatus dignitatē, vt de Militibus Pij resoluit Rot. coram Orand. *decis.* 34. *lib.* 2. *manuscript. & coram Lancell. decis.* 99. *inter illius select. manuscript.*

Declaro 5. Reseruata esset benefi-

ficia Prothonotariorum, etiam non participantium, & etiã quod non constet de acceptatione illi' dignitatis. Seraph. *decis.* 1251.

Declaro 6. Prothonotariorum tria fuisse nomina.

1. Dicti sunt Notarij: quia initio nascentis Ecclesiæ septem Notarios Clemens. 1. deputauit ad scribendas res gestas Martyrum.

2. Scriniarij, quia illas debebant scrinij recondere. Gloss. *ad cap. audient. de præscript.*

3. Prothonotarij, ideſt primi Notarij; quia sunt Notarij Sedis Apostolicæ, Officialesque Papę, & dicuntur habere dignitatem. Vide *const.* 125. *sect.* 2. Ideò possunt esse Delegati Papæ. Et gaudent priuilegio fori in Ciuilibus, & Criminalibus etiam si nulli Ecclesiæ sint adscripti Sac. Cong. 27. Martij 1632.

Declaro 7. Cardinalem Ordinariũ non posse beneficia familiarium Papæ actu seruientium conferre, sed bene Prothonotariorũ; quia familiares sunt large, cum actu non seruiant. Germon, *tract. de indult. Card.* §. *Præterquam.* & exépti sũt ab ordinarijs quò ad causas ciuiles excedentes 25. ducat. vt ex Sac. Cong. not. Sell. *in select. cap.* 71. *num.* 2. Pap. 14. *Decemb.* 1630.

Declaro 8. Beneficia Cursorum Papæ esse reseruata *ex reg.* 6. tũ quia dicuntur Papæ familiares, tùm ratione officij, quod est intimare Cardinalibus Consistoria, & similia.

Declaro 9. Beneficia Cubiculariorum Papæ, etiam honoris tantũ esse reseruata: quia ita additum fuit à Greg. XV. *reg.* 7. *Cancell.* Antea enim non erant reseruata, vt probat Ric. 3. *p. resol.* 183.

5. Beneficia omnia familiarium S. R. E. Cardinalium *Const.* 37. Pij V. et 58. Pauli V. *ex reg.* 3. *Cancell.*

Declaro 1. Regulam esse, quòd mẽs, & dens faciant familiaritatem, tamen id vberius explicando, quæ sunt requisita ad hoc, vt quis dicatur familiaris Papæ, vel Cardinalis, quæ partim tacite, partim expræsse colliguntur *ex ca. vlt. de verb. signif.*

1. Animus.
2. Receptio sine fraude.
3. Seruitium.
4. Commensalitas.
5. Continuatio seruitij, & commẽsalitatis.

1. *Animus recipientis, & recepti* in familiarem, & mutuus consensus: vnius enim tantum non sufficit. Anchar. *cons.* 398. Ideo non sufficiunt litterę familiaritatis, etiam à Papa factæ, vbi declarat aliquos familiares, nisi ad petitionem factæ appareant, cum vtriusque cõsensus sit necessarius, vt eleganter distinguit Ric. 3. *p. resol.* 388. *num.* 6. Familiaritas .n. est species societatis, quæ mutuo consensu contrahitur.

2. Quod Clericus sit sine fraudè in fami-

familiarem receptus à Cardinali: secus si solum causa conferẽdi illius beneficia; quia diceretur in fraudem. Gamb. *de aut. leg. dub. an possit plura benef. num.* 137.

3. Quod Cardinali inseruiat; quia non sufficit, quod expensis Cardinalis viuat alio titulo, vt ex elemosina, vel vt magister litterarũ Græcorum, &c. *Sarn. reg. de benef. famil. q.* 13. *ad fi.* Vel vt fratres, Nepotes, & amici; quia talium beneficia non sunt reseruata. Rot. coram Penia Salamantina *benef. 9. Iunij* 1599. Nec sufficit honorari litteris familiaritatis, si actu non seruiat, quia propriè sic non dicitur familiaris, vt probat Ric. 3. *p. resol.* 380. *num.* 6.

Sed an Vicarius Episcopi Cardinalis, quòad effectum reseruationis dicatur familiaris? Distinguo, si est ex continuis commensalibus, vtique, alias dicitur familiaris quò ad alia priuilegia, non quo ad effectum reseruationis, vt ex Rot. tenet Simon. *de reser. qu.* 35. *num.* 21.

4. Quod sit commensalis, idest viuat expensis Cardinalis, etiam in aliena domo. Gomez. *reg. de benef. famil. Card. qu.* 13. Immò sufficit, quod possit habere locum in Tinello comedere, & habere victum, & partem, licet ex sua liberalitate voluerit. Crescen. *decis.* 16. *de vsurp.* quia dicitur continuus commensalis, qui potest cõtinuo comedere, licet actu non semper comedat. Gloss. *cap. fin. de verb. sig. u. continue.*

5. Quod commensalitas, & seruitiũ sint continua. Ideo absens ob pria negotia, etiam de licentia Cardinalis, non dicitur familiaris, & ita intelligi dictum *cap. fin. testatur* Caracciol. *Conc. ad ritus Cur. Neap. tit.* 46. *num.* 21. quod verũ est de longa, non de modica absentia. Si verò absit ob negotia Cardinalis, dicitur familiaris, qa seruit. probat Ric. 2. *p. resol.* 35.

Ex solo autẽ discessu à Curia an familiaritas amittatur?

Resp. affirmatiuè, si erat destinatus ad certum seruitium, à quo diù cessauit. ita intelligitur Franc. *ca. sicut de verb. sig. in* 6. secus in familiaribus sine aliquo seruitio: quia familiaritas est species societatis, quę mutuo dissẽsu dissoluitur. Rot. coram Vert. Fulginaten. *Prioratus* 1549. Ric. 3. *p. resol.* 186.

Sed an familiaris alicuius familiaris Cardinalis contineatur in hac reseruatione? Pro affirmatiua facit Rot. corã Rom. *Regien.* 1551. *Pro negatiua Crescent. decis.* 5. *de preb.* Conciliantur distinctione. Si Cardinalis non dat illi expensas, vel si dat, habet plures, & non nominat exprẹssè, quem Cardinalis alit expensis, nullius sunt beneficia reseruata ratione incertitudinis. Si vero Cardinalis dat victum pro illo familiari, etsi plures habet, expræssè declarat quẽ

alit mensa Cardinalis, tunc sub hac reseruatione cõtinetur. Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 330.

Declaro 2. In beneficiorum familiarium Cardinalis Collatione debere accedere consensum illius Cardinalis, & illius nomen, & titulus debet exprimi. alias Bullæ essent nullę, dummodo sit in Curia, alias dictus consensus non est necessarius. *reg.* 3. *Cancell.* Vel nisi absens haberet de hoc à Papa speciale priuilegium. Bene verum est, Cardinales præstare consensum per Cædulam, quia in eis fraus non præsumitur. Caputaq; *lib.* 3. *decis.* 28. Sed alij in pstandis consensibus debent id facere coram Notario, & testibus, & si sint consensus resignationũ, cessionum, & vnionum debẽt extendi in libris Cameræ infra tres dies. *Const.* 17. *Clem.* 7. *vbi Cherub. Scol.* 2.

Declaro. Quãdo beneficiarius fuit duorum Cardinalium familiaris, si vterque viuit, illius requiritur consensus, vbi erat, dum beneficium obtinuit. Si vnus defunctus est, illius consensus requiritur, in cuius familiaritate decessit. Et licet mortuo primo Cardinali intret reseruatio reg. 3. ad fauorẽ Papæ antequã ad alterius Cardinalis familiaritatem transiret, hoc est ad effectum, ne Ordinarii possint conferre, non autem ad effectum liberæ collationis, quãdo adest interesse alicuius Cardinalis, qui à illius consensus requiritur, vt declaratur *reg.* 30. Rot. coram Seraph. 29. *Aprilis* 1594. Ric. 3. *p. resol.* 187.

Declaro 4. Familiaritatem dupliciter considerari.

1. Ad effectum reseruationis ad excludendum prouisum ab Ordinario.
2. Ad effectum priuilegii fori, & ad alium effectum.

Primo casu agitur de pjuditio tertii, idest Ordinarii. Ideo familiaritas est plene, & concludenter probanda. Veral. *decis.* 147. *p.* 1. *Greg. XV. Hispal. benef.* 7. *Maij* 1507. Plena dicitur probatio, si debitis modis fiat, & necessaria probentur.

Primus modus est, per testes.

2. Per litteras cum distinctione data *sup. decl.* 1. *num.* 1. *requis.* 3.
3. Per assertionem Papę, etiam in præiuditium tertii per Clem. 1. *de pub.* quia Papa asserendo creat. Cagnol. *l. si quis maior num.* 150. *l. de integ.* Non per assertionem Cardinalis; quia agitur de propria causa, scilicet vt possit conferre. Cap. Theolog. *decis.* 464. Mascard. *de prob. cõcl.* 268. *nu.* 23. Rot. *tamen contra* Put. *lib.* 1. *decis.* 3. ait, Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papę, credendum esse, etiam si de tertii præiuditio agatur. *Felin. cap. super his de fid. inst.*

Tria autem sunt probanda.

1. Ipsa familiaritas, vt dictum est in de-

in 1. *decl.*

2. Continuatio familiaritatis, quæ tamē etiā præsumptionibus grauibus probatur, si plenè sit familiaritas probata. e. g. quia non apparet, an alio modo beneficiū obtinuerit, vel non discernitur mutatio status inter tempus familiaritatis, & obtenti beneficij propter breuitatem temporis, vt Rot. apud Ric. 3. *p. resol.* 190.

3. Continua commensalitas, quæ contrahitur corpore, & dentibus. *cap. fi. de verb. sig.* Ideo solum panem recipiens à Papa, vel Cardinali, non dicitur commensalis, qa non in solo pane viuit homo Rot. coram Lancell. *Archidiaconatus* 19. *Martij* 1601.

Secundo casu leuiores probationes sufficiunt. Rot. coram Pamphilio Salamantina *Capellania* 20. *Nouembris* 1592. Et ad effectum gaudendi priuilegio fori, non requiritur familiaritas ita stricta; sed sufficit, vt sint deputati ad aliquod honestum seruitium, licet domi suæ viuant, & non expensis Episcopi, vel Vicarij. Ratio differentiæ est: quia materia reseruationis est odiosa, per quam aufertur potestas conferendi beneficia ab Ordinarijs. Ideo strictè familiaritas requiritur. Sed quādo agim' de fauore Ecclesiæ, larga sit interpretatio. Barb. *Iur. Eccl. vni. lib.* 3. *cap.* 39. §. 4. *num.* 35.

6. Beneficia vacantia cuiuscunque sint generis Sede Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali vacante. *Const.* 55. *Pij V.*

Declaro 1. Procedere non solū de vacatione per mortem, sed etiam per translationem, dimissionem, renuntiationem, & priuationem, donec alius Episcopus constituatur. *reg.* 3. *Cancell.*

Declaro 2. An comprehendantur vacātia Sede plena, sed mortuus sit Episcopus ante dispensationē? Negat Gonzal. *de mensibus gloss.* 24. *à num.* 108. *vsq;* 122. quia in reseruatione inspicitur tempus ab initio. Affirmat Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 636. quia eadem ratio videtur. Ego ab affirmatiua non discedo, tùm quia est magis Ecclesiæ fauorabilis; vt citius prouideatur de Rectore; tùm quia vacantia, Papa viuo, si in vita non disposuit, ad Ordinarium deuoluuntur, vt diximus *cap.* 9. *de deuolutione de Papa ad Ordinarium.* Ergo idem è contra.

Declaro 3. Plura non comprehendi hac reseruatione.

1. Beneficia, quæ simul ad Episcopum, & Capitulum spectant: quia mortuo Episcopo solum Capitulum confert ante captam possessionem ab alio Episcopo. Rot. coram Lancell. *de bull. decis.* 1. *inter select.* Licet alias contrarium tenuerit *decis.* 44. *de coll.*

2. Quando ex cōsuetudine, vel priuilegio, in tali casu deuolueretur collatio ad Capitulum.

3. Quando ex concordia diuisa fuit colla-

collatio inter Episcopum, & Capitulum per Turnum; nam Sede vacante Capitulum confert in suo Turno, & Episcopi. Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 57. *num.* 904. In beneficijs quorũ collatio spectat ad Cardinales; nam de eis requiritur specifica mentio. Seraph. *decis.* 1148. *Cherub. d. const.* 55. *scol.* 1.

7. Parochiales collatæ ab Ordinarijs, non seruata forma concursus, tradita per Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de Ref.* Ita quod prouisio sine illa forma, nec dat titulum coloratum, & à Papa cõferuntur sine concursu. *Const.* 32. *Pij V. in conferendis*.

Declaro, dictam formam seruandã esse in Parochialibus etiam de Iurepat. Ecclesiastico, & merito ex Sac. Cong. non laicali, cum declarationibus positis infra 2. *p. sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *num.* 3.

4. Beneficia per Ordinarios, vel alios Collatores collata contra formam Decretorum Cõc. Trid. *reg.* 1. *Cancell.*

Declaro 1. Sub hac reseruatione compræhendi, si fiat collatio contra infrascripta decreta.

1. *Sess.* 7. *cap.* 13. Vbi cauetur, vt collatio Parochialis non fiat minori 25. annorum.

2. *Sess.* 22. *cap.* 4. Vbi decernitur, ne prouideatur de dignitate, officio, præbenda, vel personatu certa onera habentibus, nisi prædictis ętate, & omni habilitate.

3. *Sess.* 23. *cap.* 6. Vbi statuitur, nullum beneficium etiã simplex cõferri minori 14. annorum, & prima tonsura non initiato.

4. *Sess.* 23. *cap.* 18. §. *De cætero.* Vbi decernitur, vt Scolasticæ non cõferantur, nisi Doctoribus, aut licentiatis.

5. *Sess.* 24. *cap.* 12. Vbi pręcipitur, vt Archidiaconatus conferatur Doctori, vel licẽtiato, & dignitates, atque Canonicatus initiates Sacro Ordine, quem dignitas, vel Canonicatus requirit, vel saltem in ea sit ętate, vt infra annum initiari valeant.

6. *Sess.* 24. *cap.* 8. Vbi præcipitur, Pęnitentiariam conferri Doctori in ætate 40. annorum.

7. *Sess.* 25. *cap* 15. Vbi vetatur cõferri beneficia filiis illegittimis Clericorum in Ecclesiis, vbi pater habet, vel habuit beneficium, Barbos. *de pot. Episcopi alleg.* 57. *num.* 80. Vide infra *p.* 2. *sect.* 2. *ca.* 2. *cond.* 7. *decl.* 5.

Declaro 2. Inter locos Trid. sub pdicta reseruatione per d. Barb. non recenseri.

1. *Sess.* 7. *cap.* 13. *& sess.* 23. *cap.* 9. Vbi cauetur beneficia nõ conferri sine examine.

2. Nec *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* Vbi vetatur Ordinarijs conferre beneficium habenti duo.

3. Non compræhenduntur beneficia iurispatronatus laicorum ex dotatione, vel fundatione; quia non cadunt sub reseruationibus;

etiam

etiam si in reseruatione adsint illa verba. *Ad cuiuscumq; collationem, præsentationem, &c.* Vel etiã si reseruatio facta sit motu proprio. Ideo si Patroni disposuerũt contra decreta Trid. etiam seruata institutione, non habet locum hac reseruatio, quia inducta est in odium Ordinatiorum disponentium contra decreta Trid.

9. Omnes dignitates, post Pontificalem, Maiores, & primæ in Cathedralibus, vel Collegiatis. *reg. 4. Cancell.*

Declaro 1. Dignitates tales cognosci ex consuetudine Ecclesiæ, & vbi sunt plures, illa est prima, vel principalis, quæ pro tali reputatur. Requiritur, quod sint dignitates principales actu. Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 50.*

Declaro 2. Vnam tantum comprehendi, si tamen alicubi duæ essẽt æquè primæ, & æquè principales, ambę erunt reseruatæ. Garz. *p. 5. cap. 1. num. 265.*

Declaro 3. Cardinales vigore indulti non posse cõferre prædictas dignitates, Germon. *de indult.* §. *etiam si.*

10. Dignitates omnes Conuentuales, vt Præposituræ, Prioratus, & Abbatiæ. *reg. 3. Cancell.*

Declaro 1. Procedere de perpetuis, quæ solent dari in commendam, nam temporales conferunntur per Superiores regularium ipsis regularibus. Barbos. *l. c. num. 60.*

Declaro 2. Fallere in dignitatibus Ordinum militarum, quia illas confert Magnus Magister Ordinis, qui potest etiam sua beneficia dismẽbrare fratribus suæ religionis concedere, resignationes admittere, pensiones reseruare, etiam si illa beneficia sint reseruata, vel affecta. Thes. *For. Eccl. p. 2. cap. 19. num. 38. & 39.*

11. Vacantia per promotionem ad Patriarcatum, Archiepiscopatũ, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina. *Extrauag. ad Reg. de præb.*

Declaro 1. Vacare per promotionem etiam ad Papatum, esseq; reseruata. Barb. *lib. 3. cap. 4. num. 48.*

Declaro 2. Vacare, & esse reseruata per promotionem ad Abbatiã, si habeat Iurisdictionẽ, quasi Episcopalem; ita quod Abbas dicatur Sponsus, & Pastor, alias secus. Garz. *p. 11. cap. 7.*

Declaro 3. Ad hoc quattuor copulatiue requiri.

1. Prouisionem.
2. Confirmationem.
3. Consecrationem.
4. Possessionis appræhensionem. *cap. cum in cunctis.* §. *Cum vero de elect.* Quod de iure procedit: nã de stilo Curiæ statim facta collatione per Papam, cẽsentur vacare. Germ. *de Indult.* §. *Si vero nu. 2.* Hoc tamen verum est pręsumptiue; nam vere, & in effectu nõ vacant, nisi adepta possessione, vel

nisi

nisi promotus sit in mora. Ideò antea nulla est necessaria retentionis dispensatio. Mand. reg. 26. qu. 4. num. 5. Tamen Barbos. de pot. Episcopi alleg. 57. num. 68. & seqq. testatur, stilum Curię hodiæ esse conferendi beneficia promotorum, tanquam vacantia ante consecrationem.

12. Per assecutionem alterius beneficij, dummodo sit incompatibile Extrauag. execrabilis de præb. Procedit non solum de Curatis; sed etiam de Canonicatibus, & portionibus. Rot. 4. p. nouiss. decis. 609. Neque suffragatur Triẽnalis. Rot. ibi decis. 608. ex Sac. Cong. Sed vtrisque collatio Papæ reseruata. d. extrauag. execrabilis, & fructus vtriusque spectant ad Cameram Apostolicam. Extrauag. cum nonnulli de præb. Quando autem acceptãs beneficium faciat primum vacare Vide Vrsell. tom. 1. cond. 16.

Declaro 1. per distinctionem.

1. Si consequitur quis secundũ beneficium ab Ordinario, olim debebat primum dimittere incontinenti in manibus Ordinarij coram Notario, & testibus, alias vtroq; erat priuatus. Primo, quia ius amplius ibi non habebat, secundo propter transgressionem. Gloss. d. Extrauag. u. secundo. Sed hodie talis solemnis dimissio non est necessaria: nam ipso iure primum incõpatibile vacat per possessionem secundi.

An autem illud primum sic vacans possint Ordinarij conferre? Distinguo. Si nulla fraus intercedit, possunt Ordinarij conferre tribus concurrentibus.

1. Vt vacat per possessionis appræhensionem.

2. Vt in suis mensibus possessio capiatur, quia si in mensibus Papæ, tunc Ordinarius facit concursũ, sed Papa confert.

3. Vt non obstet alia reseruatio. Paris lib. 2. qu. 16. num. 22. Si vero fraus intercederet, vt quia contenderet primum incompatibile retinere simul cum secundo, scilicet fructus etiam primi percipiendo, tunc etiam hodie vtriusque beneficij intrat priuatio, & reseruatio. Rot. coram Rub. Cracouien. Canonicatus 13. Decembris 1562. Et dicuntur vacare propter execrabilitatem, ad quam ꝓbandam non sufficit instrumentũ possessionis; sed debet probari ꝑceptio fructuum, vel tãtum tempus effluxisse, quod retinenti possit pro notabili negligentia imputari.

2. Si consequitur quis secundũ incompatibile à Papa, tunc apponitur in Bullis Decretum, vt prouisus, intra duos menses debeat purè, & cum specificatione talis decreti in manibus Papæ dimittere à die pacificæ possessionis secundi, vel à tempore, quo per ipsum steterit, quo minus illam cõsequatur, & tunc transgressor est

vtroque priuatus, & vtrumque Papæ reseruatur ex dicto decreto. Neque excusat ignorantia, cum decretum sit in literis. Garz. *p.* 11. *cap.* 5. *num.* 63. Quod si vellet in primo perseuerare, debet à Papa gratia obtineri. Paris *lib.* 8. *qu.* 7. *num.* 162. vbi dat formam supplicationis pro tali gratia. Neq; possit primum ad fauorem renuntiare; quia in decreto iubetur, vt liberè dimittat.

Declaro 2. Ad incurrendam pœnā dictę priuationis cum reseruatione alterum de duobus requiri.

1. Vel adeptus sit possessionem pacificam secundi beneficij: nam si possessio capta nō fuit, vel habuit molestias iudiciales, vel saltē extraiudiciales, & de facto non currit tempus. Seraph. *decis.* 1254. Similiter donec patitur litem. Greg. *decis.* 451. & ibi Beltram. *nu.* 9. & 12. Immò nō sufficit possessio sterilis, sed bene maioris partis fructuum Barb. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 174. *per tex. cap. si tibi concess. prab. in* 6. *Azor.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 16. *qu.* 9.

2. Vel per ipsum steterit, quo min⁹ possessionem caperet, vt *in d. extrauag. execrabilis*, & d. decreto dicitur. Dicitur autem per eum stetisse, si per duos menses à die collationis non cœperit possessionem. Seraph. *decis.* 856. nisi ꝓbet, se fuisse legittimè impeditū; quia legittimè impedito nō currit tempus. Seraph. *decis.* 997. Itē requiritur quod validè sit prouisus alias etiamsi dimisisset potest redire ad 1. sine noua collatione, Massob. *req.* 1. *dub.* 2. & 6. Rot. per Verall. *p.* 1. *decis.* 339.

Declaro 3. Seraph *l. c.* addere alia tria valde notanda.

1. Idem obseruandum esse de eo, qui vigore decreti debet infra sex mēses Bullas expedire, vt scilicet non currat tempus legittime impedito.

2. Idem esse, si lis, vel impedimentum superueniat post ceptā possessionem sine culpa prouisi; quia tantum tempus ei restituendū est post ablatas molestias, quantum per eas ablatum est.

3. Nō vacare beneficia, si molestiæ superueniant in tempore prorogato. Vide etiam aliud notabile sup. *cap.* 5. *p.* 3. *illius cap. ibi. pluralitas.*

13. Beneficia vacantia per dispositionem, vel priuationem. *Extrauag. ad regimen de prab.* Kocchier. *reg.* 1. *num.* 22.

Declaro 1. Si priuatio est à iure ex delicto inducente reseruationem vt Simoniæ, Confidentiæ, hęresis, & huiusmodi, vel ex aliqua contrauentione Constitutionum Pōtificalium, vt ob non factas publicationes, ob non seruatam formā concursus, & huiusmodi, tunc sūt reseruata, & à Papa conferuntur sine concursu. Si vero priuatio est ab homine.

Subdistinguo 1. Beneficium est reserua-

seruatum, & fine concursu: confertur à Papa tripliciter.

1. Si sententia priuationis profertur in Curia, etiam quod priuatus sit alibi. Parif. lib. 11. qu. 8. nu7.

2. Si sententia profertur extra Curiam, sed Apostolica auctoritate.

3. Si fiat in mense Apostolico.

2. Non erit reseruatum, & de Parochialibus fiet concursus, & collatio ab Ordinario, tribus concurrentibus.

1. Si priuatio fiat auctoritate ordinario.

2. In mense ordinario.

3. Ob delictum non reseruatum, & & quod nulla alia adsit reseruatio. Gonz. de Alter. gloß. 14. Kocchier l. c. Et hoc modo intelligitur Zerol. per 2. u. Alternatiua. §. 1. Vbi ait. Episcopus faciat priuationem cadere in suo mense, vt possit de illo disponere.

14. Beneficia, de quibus in concordia electi, vel postulati facta fuit electio, vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata, vel renũtiata, & admissa reseruatio. Extrauag. ad regimen de præb. §. Necnon si forsan.

15. Si Beneficia Regni Germaniæ vacantia in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris. Const. 1. Nicolaus V. vbi facta fuerunt concordata Germaniæ super Collatione, & reseruatione beneficiorum.

Declaro. In mensibus, in quibus Papa non cõfert ibi, neque coadiutorias concedere cum futura successione. Put. lib. 3. decis. 225.

16. Canonicatus, & Præbendæ Ecclesię Cęsaraugustanæ de regulari in secularem erectæ, vacantia in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris Papæ reseruantur in illius erectione. Kocchier. reg. 1. vers. 35.

17. Vacantia in Abbatia Sanctæ Crucis Ordinis Camaldulensium Diæcesis Eugubinæ. Const. 107. Greg. XIII. fuit vnita postea Collegio Germanico. Barbos. Iur. Eccl. lib 3. cap. 13. num. 72. & 73.

18. Beneficia Ordinis Humiliatorum suppressi sunt reseruata Papę in perpetuum. Const. 123. Pij V. Thes. For. Eccl. cap. 34. num. 54.

19. Beneficia Ecclesiarum Sancti Io. Lateranensis. Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. reg. 8. Cancell. quia licet Iuri ordinario beneficia spectent ad Papam; tamen, quia illarum Ecclesiarũ Archipræsbyteri sunt Cardinales, quibus competit Ius conferendi beneficia suarum Ecclesiarum, Papa facit hanc reseruationem. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 39. qu. 10.

Declaro 1. Reseruationem restringi ad Canonicatus, dignitates, psonatus, & officia: nam clericatus, & beneficiatus confert Archipræsbyter. Rot. apud Farin. in nouiss. decis. 616.

Declaro 2. In eadem regula reseruari Papæ beneficia titulorum Car-

Cardinalium absētium, idest vacātia in Ecclesijs titularibus Cardinalium de Vrbe, vel in sex diœcesibus Episcoporum Cardinaliū antiquorum, quorum Episcopatus sunt annexi Cardinalibus, & optātur per sex antiquiores Cardinales Præsbyteros, qui tempore vacationis requiruntur in Vrbe, & sunt Hostien. Portuen. Prænest. Tuscul. Sabinen. & Albanē. Et quia eorum officium est Papæ assistere, nequeunt sine illius consensu abesse. Paris. *lib. 1. qu. 10. num. 27. & lib. 2. qu. 1. nu. 34.* Ideo Cardinales obtinentes Episcopatus non ratione Cardinalatus, nō compræhenduntur sub hac reseruatione, & solent habere indultum, vt gaudeant omnibus gratijs, sicut præsētes. Thes. *For. Eccl. p. 2. cap. 5. num. 21.*

30. Beneficia Collectorum, & Subcollectorum *Apost. reg. 5.*

Declaro. Plura requiri.

1. Quod sit deputatus, & in hoc Rota diuersimode sentit. Aliquando dixit, sufficere deputationem sine acceptatione, & exercitio, vt coram Blanchetto Vrgelen. *can. 7. Maij* 1593. Aliquando dixit exercitium requiri Crescen. *decis. 17. de prab. Put. lib. 1. decis.* 31. Rot. *diuers. p. 3. decis.* 1846. Conciliantur sic. Sufficit deputatio, quando per subcollectorem non stetit, quin se exerceret. Ideo intrat reseruatio, etiamsi non exercuit; sed fuit paratus exercere, alias non. Rot. coram Lancell. Asloricen. Archid. 6. Nouembris 1602.

2. Vt sit deputatus à Papa, vel Thesaurario, vel alio immediato officiali: quia si esset deputatus ab alio Subcollectore, etiam facultatem habente, esset quidem verus subcollector, sed non intraret hæc reseruatio. Barbos. *de pot. Episcopi 3. p. alleg. 57. num. 123.*

3. Quādo sit vnicus in quacunque Ciuitate, & Diœcesi: nam si diœcesis esset amplissima, quæ haberet plures Ciuitates, & Cathedrales, tamen vnicus tantum potest esse subcollector. Rot. coram Lācell. Calaguritana *benef.* 2. Decēbris 1602.

Benè verum est, qd̄ si in vna Ciuitate esset Collector generalis Prouinciæ, & subcollector illius Ciuitatis, amborum beneficia sunt reseruata. Barb. *l. c. num.* 118.

Declaro 2. Quod si Collector generalis deputauit plures subcollectores simul in vna Ciuitate, vel vnum in Ciuitate, & alterum in diœcesi, neuter compræhenditur sub reseruatione; quia vnus tantùm esse debet. Gonzal. *requ. 8. gloss. 43. num.* 167. Sed si successiuè vnum post alium deputauit, omnium beneficia sunt reseruata. Simonet. *q.* 33. & deputando secundum videtur primum reuocare, Rot. *decis 9. de prab. in nouiss.* Subcollectorem habere dignitatem, Iurisdictionem, & posse illi

L ficia Prothonotariorum, etiam non participantium, & etiã quod non constet de acceptatione illi' dignitatis. Seraph. decis. 1251.

Declaro 6. Prothonotariorum tria fuisse nomina.

1. Dicti sunt Notarij: quia initio nascentis Ecclesiæ septem Notarios Clemens. 1. deputauit ad scribendas res gestas Martyrum.

2. Scriniarij, quia illas debebant scrinij recondere. Gloss. ad cap. audient. de præscript.

3. Prothonotarij, idest primi Notarij; quia sunt Notarij Sedis Apostolicæ, Officialesque Papę, & dicuntur habere dignitatem. Vide cons. 125. sect. 2. Ideò possunt esse Delegati Papæ. Et gaudent priuilegio fori in Ciuilibus, & Criminalibus etiam si nulli Ecclesiæ sint adscripti Sac. Cong. 27. Martij 1632.

Declaro 7. Cardinalem Ordinariũ non posse beneficia familiarium Papæ actu seruientium conferre, M sed bene Prothonotariorũ; quia familiares sunt large, cum actu non seruiant. Germon, tract. de indult. Card. §. Præterquam. & exẽpti sũt ab ordinarijs quò ad causas ciuiles excedentes 25. ducat. vt ex Sac. Cong. not. Sell. in select. cap. 71. num. 2. Pap. 14. Decemb. 1630.

Declaro 8. Beneficia Cursorum Papæ esse reseruata ex reg. 6. tũ quia dicuntur Papæ familiares, tùm ratione officij, quod est intimare Cardinalibus Consistoria, & similia.

Declaro 9. Beneficia Cubiculariorum Papæ, etiam honoris tantũ esse reseruata: quia ita additum fuit à Greg. XV. reg. 7. Cancell. Antea enim non erant reseruata, vt probat Ric. 3. p. resol. 183.

5. Beneficia omnia familiarium S. R. E. Cardinalium Const. 37. Pij V. et 58. Pauli V. ex reg. 3. Cancell.

Declaro 1. Regulam esse, quòd mẽs, & dens faciant familiaritatem, tamen id vberius explicando, quæ que sunt requisita ad hoc, vt quis dicatur familiaris Papæ, vel Cardinalis, quæ partim tacite, partim I expræsse colliguntur ex ca. vlt. de verb. signif.

1. Animus.
2. Receptio sine fraude.
3. Seruitium.
4. Commensalitas.
5. Continuatio seruitij, & commẽsalitatis.

1. Animus recipientis, & recepti in familiarem, & mutuus consensus: vnius enim tantum non sufficit. Anchar. cons. 398. Ideo non sufficiunt litterę familiaritatis, etiam à Papa factæ, vbi declarat aliquos familiares, nisi ad petitionem factæ appareant, cum vtriusque cõsensus sit necessarius, vt eleganter distinguit Ric. 3. p. resol. 388. num. 6. Familiaritas .n. est species societatis, quæ mutuo consensu contrahitur.

2. Quod Clericus sit sine fraudè in fami-

familiarem receptus à Cardinali: secus si solum causa conferēdi illius beneficia; quia diceretur in fraudem. Gamb. *de aut. leg. dub. an possit plura benef. num.* 137.

3. Quod Cardinali inseruiat; quia non sufficit, quod expensis Cardinalis viuat alio titulo, vt ex elemosina, vel vt magister litterarū Græcorum, &c. *Sarn. reg. de benef. famil. q.* 13. *ad fi.* Vel vt fratres, Nepotes, & amici; quia talium beneficia non sunt reseruata. Rot. coram Penia Salamantina *benef. 9. Iunij* 1599. Nec sufficit honorari litteris familiaritatis, si actu non seruiat, quia propriè sic non dicitur familiaris, vt probat Ric. 3. *p. resol.* 380. *num.* 6.

Sed an Vicarius Episcopi Cardinalis, quòad effectum reseruationis dicatur familiaris? Distinguo, si est ex continuis commensalibus, vtique, alias dicitur familiaris quò ad alia priuilegia, non quo ad effectum reseruationis, vt ex Rot. tenet Simon. *de reser. qu.* 35. *num.* 21.

4. Quod sit commensalis, idest viuat expensis Cardinalis, etiam in aliena domo. Gomez. *reg. de benef. famil. Card. qu.* 13. Immò sufficit, quod possit habere locum in Tinello comedere, & habere victum, & partem, licet ex sua liberalitate voluerit. Crescen. *decis.* 16. *de vsurp.* quia dicitur continuus commensalis, qui potest cōtinuo comedere, licet actu non semper comedat. Gloss. *cap. fin. de verb. sig. u. continue.*

5. Quod commensalitas, & seruitiū sint continua. Ideo absens ob propria negotia, etiam de licentia Cardinalis, non dicitur familiaris, & ita intelligi dictum *cap. fin. testatur Caracciol. Conc. ad ritus Cur. Neap. tit. 46. num.* 21. quod verū est de longa, non de modica absentia. Si verò absit ob negotia Cardinalis, dicitur familiaris, qæ seruit. probat Ric. 2. *p. resol.* 35.

Ex solo autē discessu à Curia an familiaritas amittatur?

Resp. affirmatiuè, si erat destinatus ad certum seruitium, à quo diù cessauit. ita intelligitur *Franc. ca. sicut de verb. sig. in* 6. secus in familiaribus sine aliquo seruitio: quia familiaritas est species societatis, quę mutuo dissēsu dissoluitur. Rot. coram Vert. Fulginaten. *Prioratus* 1549. Ric. 3. *p. resol.* 186.

Sed an familiaris alicuius familiaris Cardinalis contineatur in hac reseruatione? Pro affirmatiua facit Rot. corā Rom. *Regien.* 1551. *Pro negatiua Crescent. decis.* 5. *de preb.* Conciliantur distinctione. Si Cardinalis non dat illi expensas, vel si dat, habet plures, & non nominat exprçssè, quem Cardinalis alit expensis, nullius sunt beneficia reseruata ratione incertitudinis. Si vero Cardinalis dat victum pro illo familiari, etsi plures habet, expræssè declarat quē

in 1. *decl.*

2. Continuatio familiaritatis, quæ tamē etiā præſumptionibus grauibus probatur, ſi plenè ſit familiaritas probata. e. g. quia non apparet, an alio modo beneficiū obtinuerit, vel non diſcernitur mutatio ſtatus inter tempus familiaritatis, & obtenti beneficij propter breuitatem temporis, vt Rot. apud Ric. 3. *p. reſol.* 190.

3. Continua commenſalitas, quæ contrahitur corpore, & dentibus. *cap. fi. de verb. ſig.* Ideo ſolum panem recipiens à Papa, vel Cardinali, non dicitur commenſalis, qa non in ſolo pane viuit homo Rot. coram Lancell. *Archidiaconatus* 19. *Martij* 1601.

Secundo caſu leuiores probationes ſufficiunt. Rot. coram Pamphilio Salamantina *Capellaniæ* 20. *Nouembris* 1592. Et ad effectum gaudendi priuilegio fori, non requiritur familiaritas ita ſtricta; ſed ſufficit, vt ſint deputati ad aliquod honeſtum ſeruitium, licet domi ſuæ viuant, & non expenſis Epiſcopi, vel Vicarij. Ratio differentiæ eſt: quia materia reſeruationis eſt odioſa, per quam auſertur poteſtas conferendi beneficia ab Ordinarijs. Ideo ſtrictè familiaritas requiritur. Sed quādo agim⁹ de fauore Eccleſiæ, larga ſit interpretatio. Barb. *Iur. Eccl. vni. lib.* 3. *cap.* 39. §. 4. *num.* 35.

6. Beneficia vacantia cuiuſcunque ſint generis Sede Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali vacante. *Conſt.* 55. *Pij V.*

Declaro 1. Procedere non ſolū de vacatione per mortem, ſed etiam per tranſlationem, dimiſſionem, renuntiationem, & priuationem, donec alius Epiſcopus conſtituatur. *reg.* 3. *Cancell.*

Declaro 2. An comprehendantur vacātia Sede plena, ſed mortuus ſit Epiſcopus ante diſpenſationē? Negat Gonzal. *de menſibus gloſſ.* 24. *à num.* 108. *vſq;* 122. quia in reſeruatione inſpicitur tempus ab initio. Affirmat Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 636. quia eadem ratio videtur. Ego ab affirmatiua non diſcedo, tùm quia eſt magis Eccleſiæ fauorabilis; vt citius prouideatur de Rectore; tùm quia vacantia, Papa viuo, ſi in vita non diſpoſuit, ad Ordinarium deuoluuntur, vt diximus *cap.* 9. *de deuolutione de Papa ad Ordinarium.* Ergo idem è contra.

Declaro 3. Plura non comprehendi hac reſeruatione.

1. Beneficia, quæ ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum ſpectant: quia mortuo Epiſcopo ſolum Capitulum confert ante captam poſſeſſionem ab alio Epiſcopo. Rot. coram Lancell. *de bull. deciſ.* 1. *inter ſelect.* Licet alias contrarium tenuerit *deciſ.* 44. *de coll.*

2. Quando ex cōſuetudine, vel priuilegio, in tali caſu deuolueretur collatio ad Capitulum.

3. Quando ex concordia diuiſa fuit

colla-

collatio inter Episcopum, & Capitulum per Turnum; nam Sede vacante Capitulum confert in suo Turno, & Episcopi. Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 57. *num.* 904. In beneficijs quorũ collatio spectat ad Cardinales; nam de eis requiritur specifica mentio. Seraph. *decis.* 1148. *Cherub. d. const.* 55. *scol.* 1.

7. Parochiales collatæ ab Ordinarijs, non seruata forma concursus, tradita per Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de Ref.* Ita quod prouisio sine ille forma, nec dat titulum coloratum, & à Papa cõferuntur sine concursu. *Const.* 32. *Pij V. in conferendis*.

Declaro, dictam formam seruandã esse in Parochialibus etiam de Iurepat. Ecclesiastico, & merito ex Sac. Cong. non laicali, cum declarationibus positis infra 2. *p. sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *num.* 3.

4. Beneficia per Ordinarios, vel alios Collatores collata contra formam Decretorum Cõc. Trid. *reg.* 1. *Cancell.*

Declaro 1. Sub hac reseruatione comprehendi, si fiat collatio contra infrascripta decreta.

1. *Sess.* 7. *cap.* 13. Vbi cauetur, vt collatio Parochialis non fiat minori 25. annorum.

2. *Sess.* 22. *cap.* 4. Vbi decernitur, ne prouideatur de dignitate, officio, præbenda, vel personatu certa onera habentibus, nisi prædictis ętate, & omni habilitate.

3. *Sess.* 23. *cap.* 6. Vbi statuitur, nullum beneficium etiã simplex cõferri minori 14. annorum, & prima tonsura non initiato.

4. *Sess.* 23. *cap.* 18. §. *De cætero.* Vbi decernitur, vt Scolasticæ non cõferantur, nisi Doctoribus, aut licentiatis.

5. *Sess.* 24. *cap.* 12. Vbi pręcipitur, vt Archidiaconatus conferatur Doctori, vel licẽtiato, & dignitates, atque Canonicatus initiates Sacro Ordine, quem dignitas, vel Canonicatus requirit, vel saltem in ea sit ętate, vt infra annum initiari valeant.

6. *Sess.* 24. *cap.* 8. Vbi præcipitur, Pęnitentiariam conferri Doctori in ætate 40. annorum.

7. *Sess.* 25. *cap* 15. Vbi vetatur cõferri beneficia filiis illegittimis Clericorum in Ecclesiis, vbi pater habet, vel habuit beneficium, Barbos. *de pot. Episcopi alleg.* 57. *num.* 80. Vide infra *p.* 2. *sect.* 2. *ca.* 2. *cond.* 7. *decl.* 5.

Declaro 2. Inter locos Trid. sub pdicta reseruatione per d. Barb. non recenseri.

1. *Sess.* 7. *cap.* 13. *& sess.* 23. *cap.* 9. Vbi cauetur beneficia nõ conferri sine examine.

2. Nec *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* Vbi vetatur Ordinarijs conferre beneficium habenti duo.

3. Non compræhenduntur beneficia iurispatronatus laicorum ex dotatione, vel fundatione; quia non cadunt sub reseruationibus;

etiam

etiam si in reseruatione adsint illa verba. *Ad cuiuscumq; collationem, præsentationem, &c.* Vel etiã si reseruatio facta sit motu proprio. Ideo si Patroni disposuerũt contra decreta Trid. etiam seruata institutione, non habet locum hac reseruatio, quia inducta est in odium Ordinariorum disponentium contra decreta Trid.

9. Omnes dignitates, post Pontificalem, Maiores, & primæ in Cathedralibus, vel Collegiatis. *reg. 4. Cancell.*

Declaro 1. Dignitates tales cognosci ex consuetudine Ecclesiæ, & vbi sunt plures, illa est prima, vel principalis, quæ pro tali reputatur. Requiritur, quod sint dignitates principales actu. Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 50.*

Declaro 2. Vnam tantum comprehendi, si tamen alicubi duæ essẽt æquè primæ, & æquè principales, ambę erunt reseruatæ. Garz. *p. 5. cap. 1. num. 265.*

Declaro 3. Cardinales vigore indulti non posse cõferre prædictas dignitates, Germon. *de indult.* §. *etiam si.*

10. Dignitates omnes Conuentuales, vt Præpositura, Prioratus, & Abbatiæ. *reg. 3. Cancell.*

Declaro 1. Procedere de perpetuis, quæ solent dari in commendam, nam temporales conferuntur per Superiores regularium ipsis regularibus. Barbos. *l. c. num. 60.*

Declaro 2. Fallere in dignitatibus Ordinum militarum, quia illas confert Magnus Magister Ordinis, qui potest etiam sua beneficia dismẽbrare fratribus suæ religionis concedere, resignationes admittere, pensiones reseruare, etiam si illa beneficia sint reseruata, vel affecta. Thes. *For. Eccl. p. 2. cap. 19. num. 38. & 39.*

11. Vacantia per promotionem ad Patriarcatum, Archiepiscopatũ, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina. *Extrauag. ad Reg. de præb.*

Declaro 1. Vacare per promotionem etiam ad Papatum, esseq; reseruata. Barb. *lib. 3. cap. 4. num. 48.*

Declaro 2. Vacare, & esse reseruata per promotionem ad Abbatiã, si habeat Iurisdictionẽ, quasi Episcopalem; ita quod Abbas dicatur Sponsus, & Pastor, alias secus. Garz. *p. 11. cap. 7.*

Declaro 3. Ad hoc quattuor copulatiue requiri.

1. Prouisionem.
2. Confirmationem.
3. Consecrationem.
4. Possessionis appræhensionem. *cap. cum in cunctis. §. Cum vero de elect.* Quod de iure procedit: nã de stilo Curiæ statim facta collatione per Papam, cẽsentur vacare. Germ. *de Indult.* §. *Si vero nu. 2.* Hoc tamen verum est pręsumptiue; nam vere, & in effectu nõ vacant, nisi adepta possessione, vel nisi

vtroque priuatus, & vtrumque Papæ reseruatur ex dicto decreto. Neque excusat ignorantia, cum decretum sit in literis. Garz. *p.11. cap.5. num.63.* Quod si vellet in primo perseuerare, debet à Papa gratia obtineri. Paris *lib. 8. qu.7. num.162.* vbi dat formam supplicationis pro tali gratia. Neq; possit primum ad fauorem renuntiare; quia in decreto iubetur, vt liberè dimittat.

Declaro 2. Ad incurrendam pænã dictę priuationis cum reseruatione alterum de duobus requiri.

1. Vel adeptus sit possessionem pacificam secundi beneficij: nam si possessio capta nõ fuit, vel habuit molestias iudiciales, vel saltẽ extraiudiciales, & de facto non currit tempus. Seraph. *decis.* 1254. Similiter donec patitur litem. Greg. *decis.* 451. & ibi Beltram. *nu. 9. & 12.* Immò nõ sufficit possessio sterilis, sed bene maioris partis fructuum Barb. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. num. 174. per tex. cap. si tibi conceßi. præb. in 6.* Azor. 2. *p. lib. 7. cap. 16. qu. 9.*

2. Vel per ipsum steterit, quo min⁹ possessionem caperet, vt *in d. extrauag. execrabilis*, & d. decreto dicitur. Dicitur autem per eum stetisse, si per duos menses à die collationis non cæperit possessionem. Seraph. *decis.* 856. nisi pbet, se fuisse legittimè impeditũ; quia legittimè impedito nõ currit tempus. Seraph. *decis.* 997. Itẽ requiritur quod validè sit prouisus alias etiamsi dimisisset potest redire ad 1. sine noua collatione. Massob. *req. 1. dub. 2. & 6.* Rot. per Verall. *p. 1. decis.* 339.

Declaro 3. Seraph *l. c.* addere alia tria valde notanda.

1. Idem obseruandum esse de eo, qui vigore decreti debet infra sex mẽses Bullas expedire, vt scilicet non currat tempus legittime impedito.

2. Idem esse, si lis, vel impedimentum superueniat post ceptã possessionem sine culpa prouisi; quia tantum tempus ei restituendũ est post ablatas molestias, quantum per eas ablatum est.

3. Nõ vacare beneficia, si molestiæ superueniant in tempore prorogato. Vide etiam aliud notabile sup. *cap. 5. p. 3. illius cap. ibi. pluralitas.*

13. Beneficia vacantia per dispositionem, vel priuationem. *Extrauag. ad regimen de præb.* Kocchier. *reg. 1. num. 22.*

Declaro 1. Si priuatio est à iure ex delicto inducente reseruationem vt Simoniæ, Confidentiæ, hęresis, & huiusmodi, vel ex aliqua contrauentione Constitutionum Põtificalium, vt ob non factas publicationes, ob non seruatam formã concursus, & huiusmodi, tunc sũt reseruata, & à Papa conferuntur sine concursu. Si vero priuatio est ab homine.

Subdistinguo 1. Beneficium est reserua-

seruatum, & sine concursu: confertur a Papa tripliciter.

1. Si sententia priuationis profertur in Curia, etiam quod priuatus sit alibi. Paris. *lib.* 11. *qu.* 8. *nu* 7.

2. Si sententia profertur extra Curiam, sed Apostolica auctoritate.

3. Si fiat in mense Apostolico.

2. Non erit reseruatum, & de Parochialibus fiet concursus, & collatio ab Ordinario, tribus concurrentibus.

1. Si priuatio fiat auctoritate ordinario.

2. In mense ordinario.

3. Ob delictum non reseruatum, & & quod nulla alia adsit reseruatio. Gonz. *de Alter. gloss.* 14. *Kocchier l. c.* Et hoc modo intelligitur Zerol. *per* 2. *u.* *Alternatiua.* §. 1. Vbi ait. Episcopus faciat priuationem cadere in suo mense, vt possit de illo disponere.

14. Beneficia, de quibus in concordia electi, vel postulati facta fuit electio, vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata, vel renūtiata, & admissa reseruatio. Extrauag. *ad regimen de prab.* §. *Necnon si forsan.*

15. Si Beneficia Regni Germaniæ vacantia in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris. Const. 1. Nicolaus V. vbi facta fuerunt concordata Germaniæ super collatione, & reseruatione beneficiorum.

Declaro. In mensibus, in quibus Papa non cōfert ibi, neque coadiutorias concedere cum futura successione. Put. *lib.* 3. *decis.* 225.

16. Canonicatus, & Præbendæ Ecclesię Cęsaraugustanæ de regulari in secularem erectæ, vacantia in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris Papæ reseruantur in illius erectione. Kocchier. *reg.* 1. *vers.* 35.

17. Vacantia in Abbatia Sanctæ Crucis Ordinis Camaldulensium Diæcesis Eugubinæ. Const. 107. Greg. XIII. fuit vnita postea Collegio Germanico. Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 72. & 73.

18. Beneficia Ordinis Humiliatorum suppressi sunt reseruata Papę in perpetuum. Const. 123. Pij V. Thes. *For. Eccl. cap.* 34. *num.* 54.

19. Beneficia Ecclesiarum Sancti Io. Lateranensis. Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. reg. 8. Cancell. quia licet Iuri ordinario beneficia spectent ad Papam; tamen, quia illarum Ecclesiarū Archipræsbyteri sunt Cardinales, quibus competit Ius conferendi beneficia suarum Ecclesiarum, Papa facit hanc reseruationem. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 39. *qu.* 10.

Declaro 1. Reseruationem restringi ad Canonicatus, dignitates, psonatus, & officia: nam clericatus, & beneficiatus confert Archipræsbyter. Rot. apud Farin. *in nouiss. decis.* 616.

Declaro 2. In eadem regula reseruari Papæ beneficia titulorum

Car-

Cardinalium absētium, ideſt vacātia in Eccleſijs titularibus Cardinalium de Vrbe, vel in ſex diœceſibus Epiſcoporum Cardinaliū antiquorum, quorum Epiſcopatus ſunt annexi Cardinalibus, & optātur per ſex antiquiores Cardinales Præsbyteros, qui tempore vacationis requiruntur in Vrbe, & ſunt. Hoſtien. Portuen. Præneſt. Tuſcul. Sabinen. & Albanē. Et quia eorum officium eſt Papæ aſſiſtere, nequeunt ſine illius conſenſu abeſſe. Pariſ. *lib.* 1. *qu.* 10. *num.* 27. & *lib.* 2. *qu.* 1. *nu.* 34. Ideo Cardinales obtinentes Epiſcopatus non ratione Cardinalatus, nō comprzhenduntur ſub hac reſeruatione, & ſolent habere indultum, vt gaudeant omnibus gratijs, ſicut præsētes. Theſ. *For. Eccl. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21.

30. Beneficia Collectorum, & Subcollectorum *Apoſt. reg.* 5.

Declaro. Plura requiri.

1. Quod ſit deputatus, & in hoc Rota diuerſimode ſentit. Aliquando dixit, ſufficere deputationem ſine acceptatione, & exercitio, vt coram Blanchetto Vrgelen. *can.* 7. *Maij* 1593. Aliquando dixit exercitium requiri Creſcen. *deciſ.* 17. *de prab.* Put. *lib.* 1. *deciſ.* 31. Rot. *diuerſ. p.* 3. *deciſ.* 1846. Conciliantur ſic. Sufficit deputatio, quando per ſubcollectorem non ſtetit, quin ſe exerceret. Ideo intrat reſeruatio, etiamſi non exercuit; ſed fuit paratus exercere, aliàs non. Rot. coram Lancell. Aſtoricen. Archid. 6. Nouembris 1602.

2. Vt ſit deputatus à Papa, vel Theſaurario, vel alio immediato officiali: quia ſi eſſet deputatus ab alio Subcollectore, etiam facultatem habente, eſſet quidem verus ſubcollector, ſed non intraret hæc reſeruatio. Barboſ. *de pot. Epiſcopi* 3. *p. alleg.* 57. *num.* 123.

3. Quādo ſit vnicus in quacunque Ciuitate, & Diœceſi: nam ſi diœceſis eſſet ampliſſima, quæ haberet plures Ciuitates, & Cathedrales, tamen vnicus tantum poteſt eſſe ſubcollector. Rot. coram Lācell. Calaguritana *benef.* 2. Decēbris 1602.

Benè verum eſt, qđ ſi in vna Ciuitate eſſet Collector generalis Prouinciæ, & ſubcollector illius Ciuitatis, amborum beneficia ſunt reſeruata. Barb. *l. c. num.* 118.

Declaro 2. Quod ſi Collector generalis deputauit plures ſubcollectores ſimul in vna Ciuitate, vel vnum in Ciuitate, & alterum in diœceſi, neuter comprzhenditur ſub reſeruatione; quia vnus tantùm eſſe debet. Gonzal. *requ.* 8. *gloſſ.* 43. *num.* 167. Sed ſi ſucceſſiuè vnum poſt alium deputauit, omnium beneficia ſunt reſeruata. Simonet. *q.* 33. & deputando ſecundum videtur primum reuocare. Rot. *deciſ.* 9. *de prab. in nouiſſ.* Subcolltctorem habere dignitatem, Iuriſdictionem, & poſſe illi

causas à S. Apost. committi tradit Gonz. *gloss.* 5 1. *num.* 79.

Declaro 3. Non solum esse reseruata beneficia, quæ tempore officij obtinuerunt, sed etiam quæ ante. Rot. *decis.* 10. *in nouiss.* & tam in officio, quàm post sunt ab Ordinarijs exempti Sac. Cong. *Ep.* 15. *Iulij* 1616. Sell. *select. cap.* 71. *num.* 10.

21. Vacantia ob non factas publi-
A cationes. Const Greg. XIII. *Hu-*
A *mano de quibus cap.* 5. *reg.* 11.

Declaro. In pluribus casibus non intrare hanc reseruationem.

1. Si resignatio fit nulla ex defectu consensus, quia non dicitur resignatio. Rot. coram Lancell. *Hispalen. Præstim.* 14. *Iunij* 1600. Garz. *p.* 17. *cap.* 3. §. 4. *num.* 77.

2. Si resignans nō habet, vnde aliūde viuat. Garz. *l. c. num.* 179.

3. Si resignatarius decessit intra tēpus datum ad publicandū: quia pœna apposita ex non facto intra certum tempus, non incurritur, nisi toto tempore finito. Anchar. & Gemin. *cap. commissa de elect. in* 6. Garz. *l. c. num.* 281. Paris *lib.* 3. *qu.* 2. *num.* 8.

22. Vacantia ob Violationem seq-
BB stri, lite pēdente in Curia Romana. Clem. *vnica.* §. *si quis de seq. poss.*

Fallit, si pēdeat lis in Rota, quia tūc Auditor poterit beneficium cōferre in personam colligantis in odium violantis sequestrū. Clem. *Auditor de rescript.*

23. Ob decretum dimittēdi in manibus Papæ infra duos menses, quando aliud assecutum est: quia tunc si dimittitur, dimissum à solo Papa confertur. Thes. *For. Eccl. cap.* 30. *num.* 39. Et si esset Parochialis, non fit concursus. Si vero non obediat, elapso tempore, vtrumque vacat, & vtrumq; Papæ reseruatur, vt patet ex forma dicti Decreti. Pendente tamen lite super 2. beneficio non currit tempus. Add. *ad decis.* 451. *num.* 10. Greg. *XV.*

24. Beneficia illorum, qui pro se alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficijs, vel impetrāt beneficia pro alijs, vt ab illis pensiones recipiant, vel impetrant p se intentione renuntiandi. Const. 11. Pauli IV. inter cæteras.

25. Ob non delationē habitus Clericalis. Sixtus *V. const.* 92.

26. Vacantia per crimen hęresis, etiam si sint Ordinis Ierosolimi-
CC tani, & quorumcunque Ordinū, & Militiarum, & cuiuscunq; sint generis *cap. ad abolendam de hæreticis.* Const. 29. *Pij V.*

Declaro 1. posse etiam ante sententiam impetrari. Rot. 3. *p. diuer. decis.* 707. & 728.

Declaro 2. Etiam beneficia Sodomitarum posse ante sententiam impetrari. Rot. *decis.* 728. *p.* 3. *diuers.* Quaranta u. Sodomia ad fi. Vide Cherub. *Scol.* 1. *Const.* 72. Pij V.

Decla-

Declaro 3. Beneficia schismaticorum esse reseruata à die commissi criminis, sicut illa hæreticorum. *cap. nos consuetudinē d. 12. cap. quia diligentia de elect.*

Declaro 4. Duo esse in hęresi specialia circa beneficia.

1. In impetratione debet exprimi vacatio propter hæresim. Pius V. *const. 29.* Greg. *XIII. const. 66.*

2. Licet in alijs delictis regulariter nō liceat pænitere. *l. qui ex mente ff. de fur.* tamen in hæresi si paratus esset statim hęresim suā abiurare, aliquando beneficiorum retentio conceditur. *d. cap. ad abolendam, vbi Abb.*

27. Collata personis prohibitis ꝓpter suum genus, aut propter crimen hæresis, vel Apostasiæ à fide. Greg. *XIII. const. 66.* Ric. *resol. 333.*

Declaro 1. Propter prædicta delicta aliqua beneficia vacare ꝓpter commissionem criminis, & de hoc intelliguntur dicta *sup. nu. 26.* Aliquando propter collationem, quæ nulla est, etiam si fiat à Papa, vt in d. const. Greg. & sic loquimur hic.

Declaro 2. Quod si hæreticus sua renunciaret beneficia, nulla esset renūciatio, & resignatarius nihil aquireret: quia hæreticus ex tūc omne ius amisit, & ex tunc Sedi Apostolicæ sunt reseruata. *Direct. Inq. p. 3. conf. 126.*

28. Beneficia recepta in confidentiam. *Const. 85. Pij 4. & Pij 5. In-*
D *tollerabilis.* Procedit non solum
D in quibus confidentia commissa est, sed etiam in alijs, etiam legitimè habitis. vt *in d. Const. Pij V. vers. sed nec quisquam.*

29. Vacantia per Simoniam, quia æquiparatur crimini læsæ Maiestatis. *cap. 1. vbi Gloss. vl. de testib. in 6. Thes. For. Eccl. cap. 20. nu. 36.*

30. Vacantia per adæptionem possessionis, litteris non expeditis: quando quis fuit à Papa de beneficio prouisus. Paul. 3. *const. 33. Sanctissimus.* Vide supra *cap. 5. req. 6.*

31. Parochiales, de quibus Ordinarij habentes collationem, non
E prouiderunt intra sex menses, &
E si non habent collationem infra quattuor menses, non significarunt Papæ electionem pro litteris expediendis. Tunc enim Papa confert sine concursu. *Const. 32. Pij V. In conferendis.*

Declaro. Quando alia beneficia nō fuerunt ab Ordinarijs collata à die scientiæ vacationis, fit deuolutio ad Archiepiscopum. *cap. 2. de conceß. prab. Vide sup. cap. 9. p. 2.*

32. Parochiales, quarum prouisi non curarunt, se promoueri facere ad Sacerdotium intra annum *cap. licet, cap. commißa de elect. in 6.*

Declaro, Plura requiri.

1. Quod sint Parochiales.
2. Quod nullum adsit legittimum
G impedimentum: currit enim tēpus,
G cessante impedimento.
3. Quod sint pacificam possessionē adepti

adepti, vel à tempore, quo per prouisus stetit, quo minus pacifica in consequantur possessionem *d. ca. commissa* Gloss. d. cap. *licet*. *Add.* ad *decis.* 451. Greg. XV. Vide sup. *num.* 12. *decl.* 2. Et de hoc fuse *infra* 2. *p. sect.* 3. *cond.* 7. An commendatarij hanc pœnam incurrãt vide supra *cap.* 8. §. *de commendatione ad* 3.

33. Vacantia per delictum offendẽtis litigantes in Curia Romana,
H eorumq; Iudices, Aduocatos, te-
H stes, Procuratores, & Notarios. Const. 2. Alen. 6. *in eminentia*. Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 161.

Declaro. Omnia beneficia esse reseruata, quæ causa rebellionis cõtra Sedem Apostolicam, contumaciæ, aut cuiuscunque criminis Apostolica auctoritate vacare declararunt. Thes. *For. Eccl. cap.* 20. *num.* 38.

34. Vacantia ob non factam nouã prouisionem, vt supra cap. 9. *de deuolut. ad Papam num.* 8. & *p.* 2. *cap.* 1. *cond.* 3. §. *fine delicto num.* 26.

Vltimo. Vacantia in mensibus Apostolicis reg. 8. num. 9. *Cancell.*

Declaro 1. Qui nam sint menses
II Apostolici, opus esse distinctione. Si Episcopus habet Alternatiuã, tunc semper sunt Apostolici, scilicet Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, Nouember. Reliqui sunt Ordinarij. Si non habet Alternatiuam, quattuor sunt Ordinarij, scilicet Martius, Iunius, September, December, reliqui sunt Apostolici. Nam cũ Papa sit Dominus beneficiorum. *cap.* 2. *de præb. in* 6. *cap. proposuit de conceß. præb.* Sicut olim Episcopis concessit, vt omnia suarũ diœcesum beneficia conferrant, ita per regulam Cancell. prædictam facultatem restrixit. Non habet locum tamen in Vicarijs amouibilibus, nec perpetuis, vbi non fit concursus Gonzal. *Gloß.* 5. §. 3. *num* 59.

Declaro 2. Regulam octo mensium non comprahendere Cardinales. Mohed. *decis.* 196. Crescen. *decis.* 218. Ideo cõferunt in omni mẽse beneficia suarum diœcesum. Rot. 4. *p. nouiß. decis.* 642. *num.* 8. Immò etiam Vicarius Episcopi assumpti ad Cardinalatum potest conferre beneficia, quę potest ipsemet Cardinalis, dummodo Vicarius habeat mandatum speciale ad conferendum. Germon. de Indult. §. tibi num. 39. Si tamen beneficia excedant ducat. 24. valoris, prouisi à Cardinalibus debent nouam facere prouisionem, vt dictum est sup. *cap.* 9. *p.* 2. *de deuolut. ad Papam*.

Declaro 3. Quod Alternatiua est Papæ cõcessio, qua tollitur obsta-
K culum Regulę Cancellariæ irri-
K tantis collationem Episcopi in mensibus alternatis. Inuenta ea ad inuitandum Episcopos ad residentiam. Ideo regula, quæ reuocat indulta conferendi, non reuocat Alternatiuam, quia per hãc nil

nil de nouo conceditur, sed tolliũtur obstacula, & ita Episcopi vigore Alternatiuæ conferunt iure Ordinario communi, non vigore indulti *ad cap. cum aliquibus de rescript. in 6.* Ric. *3. p. resol. 7.*

Declaro 4. Episcopos vigore Alternatiuæ posse conferre non solũ beneficia, quę sunt in diœcesi, sed etiam extra cum hac distinctione, idest si beneficij collatio extra diœcesim existentis ad illum spectat, vt Episcopum, potest, si verò vt ad Abbatem, vel aliũ inferiorem collatorem, non potest; quia inferioribus non competit Alternatiua Gonzal. *gloss. 42. num. 1. & 2.* & ita intelligitur Rot. corã Plato, quæ absolute affirmat.

Declaro 5. Papam posse conferre etiam in mensibus Ordinarij, & tunc Alternatiua reuocatur; tùm quia est Ordinarius Ordinariorũ *cuncta per mundum q. 9. 3.* Tum q̃a concessa facultate à Superiori, sẽper intelligitur illa auctoritas concedentis, & sic concessa censetur cumulatiuè, non priuatiuè. Put. *lib. 3. decis. 139. & lib. 2. decis. 145.* cum pluribus alijs Iuribus apud Ric. *l. c. resol. 9.*

Sed. An Nuncius Apostolicus habens conferendi facultatem, possit in mensibus Ordinariorum conferre?

Resp. Affirmatiuè: quia sicut Papa potest cum Ordinario concurrere, ità Nuncius, qui Papæ auctoritate fungitur. *arg. cap. si Apostolici de præb. in 6.* Ric. *3. p. resol. 8.* Vide infra *cap. 11. p. 3. num. 8.*

Declaro 6. Plura requiri, vt Alternatiua locum habeat.

1. Vt sit Episcopus.
2. Petat, & acceptet,
3. Vere resideat.
4. Non abutatur.

Primo conditio comprehendit Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Primates; sed excludit Abbates, & inferiores collatores, quia hi non habent Alternatiuam. Rot. coram Coccin. *decis. 600.* Neque Capitulum, tam Sede vacante. Rot. coram Plato Sogobien. Canonicatus 24. Nouembris 1568. quàm Sede plena, quando habet per se collationẽ iuxta terminos. *cap. vnico ne Sede vac. in 6.* Rot. coram Robust. *Salamantina Alternatiua 22. Octobris 1581.*

Fallit tamen, vbi Capitulum ex speciali priuilegio, vel consuetudine talem haberet facultatem, vt est Capitulũ Metropolitanæ Ecclesiæ Vrbini, quod habet Alternatiuam cum Papa in collatione Canonicatuum illius Cathedralis, prout à D. D. Canonici illius Metropolis audiui.

Secunda conditio patet ex verbis reg. de mensibus. Acceptatio fit per litteras manu Episcopi subscriptas, & eius sigillo munitas in sua diœcesi, vel Ciuitate datas, atque Datario transmissas. Illis habitis, & recognitis incipit Alternatiua.

Quid

Quid si Episcopus dubitet, an Procurator acceptarit eam, posset ne conferre in mensibus Martij, & Septembris.

Resp. posse sub conditione, quatenus alternatiua sit acceptata; sed prouisus non capiat possessionē, donec id certificetur ad vitandū periculum Intrusionis. Garz. *p.* 3. *cap.* 1. §. 11. *num.* 778.

Sigillum Episcopi potest p æquipollens impleri. s. per instrumentum publicū Episcopi manu subscriptum, quod æquiparatur litteris sigillo munitis per textum *cap. si Canonici de off. ord. in 6.* vbi habetur quod sigilli appositio non debet plus operari, quàm subscriptio. Faciunt trad. per Rom. *cons.* 303. Guidoq; *decis.* 175. Rot. coram Gyp. *Salamantina fructuū* 30. *Ian.* 1587.

Tertia conditio quattuor requirit.

1. Locum.
2. Veram præsentiam.
3. Tempus.
4. Animum permanendi.

Locus est Ciuitas, vel diæcesis eius, & sufficit esse in loco exēpto suæ diæcesis: quia locus exēptus diæcesis dicitur de diœcesi. *cap. cum Episcopus de off. ord. in 6.* Gonz. *reg.* 8. *gloss.* 43. *num.* 140. *contra* Garz. *l.c. num.* 704. Si tamen Episcopus sit extra diæcesim; quia propter potentiam impiorum non potest ingredi, posse vti, Alternatiua tenet. Gonz. *l.c. nu.* 200. Tùm quia per ipsum non stat, tū quia in simili casu potest Episcopus omnem Iurisdictionem exercere extra diæcesim in loco vicino, & licet teneatur ab Episcopo illius loci licentiam potere, si cōcedere recuset, potest nihilomin⁹ exercere. Clem. 1. *de for. comp.*

Præsentia vera, nam ficta non sufficit. Ideo Episcopus absens à Diæcesi non solum recreationis gratia, sed etiam ex causa iusta, & à Cōcilio approbata, & etiā pro exercitio alicuius officij. e. g. *Inquisitoris*, Visitatoris, Generalis, Nūcij, non gaudet Alternatiua, nisi habeat speciale priuilegium, qđ tamē dare noluit Clemens VIII. teste Barbos. *de pot. Episcopi alleg.* 53. Procedit hodie: quia in reg. dicitur, *vere*, *resideat*. & ita Clemens VIII. respondisse testatur, Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 467. Nam secus erat tēpore Gregorij *XIII.* quia in reg. nō aderat illa dictio. *Vere.* & sic præsentia ficta, scilicet ex iusta causa absentia suffragabatur, & ita intelligitur Sac. Cōg. 9. *Iulij* 1593. quæ dixit Episcopū ex iusta causa absentem non dici absentem per *cap. ex parte de cler. non resid. vt refert*, Paris *lib.* 1. *qu.* 10. *num.* 58. & 59.

Tempus debet esse continuū ad hoc vt totus ille mensis sit Ordinari⁹. Ideò non sufficit, si resideat in principio mēsis; quia à die absētiæ ius per Alternatiuam aquisitum amittitur per absentiam, & statim ius conferendi consolidatur

tur cum Sede Apostolica. Quare si Episcopus absit in principio mensis, etiam quod postea reuertatur, totus ille mensis est Apostolicus. Quod si abfuit in alia parte mensis, à die absentiæ fit Apostolicus vsque ad finem; etiam si reuertatur: quia licet in regula dicatur. *Quandiu abfuerit*. Quæ dictio apta est distribuere tempora, horas, & momenta: tamen secūdum subiectam materiam habet aliam interpretationem. Vnde *regula de mēsibus inscribitur Reseruatio mensium Apostolicorum*, sequitur dictionem illam. *Quandiu*. qualificare integrum mensē, vel partem, scilicet à diæ absentię vsque ad finem. Rot. coram Mãzaned *nouiss*. 2.*p. dec*. 144. *Et in Paduana Prioratus* 5. *Decembris* 1614. Coram Pirouano dicitur, quod in modica etiam absentia potest fraus considerari. Excipiuntur tamen duo menses, scilicet Iunius, & December, qui *fixi* dicuntur; quia semper sunt Ordinarij, siuè habeat alternatiuã, siuè non, & vacantia in eis Ordinarius confert, siuè resideat, siuè non. Rot. coram Martino Andr. Papien. *beneficij* 10. *Aprilis* 1617. contra Gonzal. *sup. reg*. 8. *modo q. gloss*. 45. *num*. 116. Vbi tenet, Episcopum amittere collationem ēt in mēsibus fixis ex idoneitate rationis. Sed fallitur; quia non est eadem ratio. Nam menses fixi nō competunt ratione Alternatiuæ. *Animus permanendi* requiritur; quia si Episcopus moratur extra diæcesim. e. g. propter aliquod officium, & reuersus sit in diæcesi; & tunc vacat aliquod beneficium in mense alternato, non potest conferre, si sit ad officiū reuersurus; quia non habetur pro residente, cum consueuerit alibi morari, & sit reuersurus. Greg. *XV. decis*. 70.

Nec sufficit assertio Episcopi, affirmantis, se velle residere, sed ex p̄cedentibus, & sequentibus conijcitur. Rot. *l. c*. Tamen Gonz. *gloss*. 43. *num*. 16. & Garz. *par*. 5. *cap*. 1. §. 12. *num*. 702. tenent, Episcopū posse tuto conferre; quia vere p̄sētialiter residet in diæcesi. Quod non improbarem, si à principio mensis ante vacationem iam esset in Diæcesi. Curia tamen forte id non admitteret.

Quid si Episcopus propter absentiā amisit mensem, vel menses, an redeat postea ad quattuor menses ordinarios?

Resp. negatiue: Episcopus enim nō potest retrocedere; quia quando acceptat Alternatiuam, facit pactum, & permutationem mensiū, & quasi contractum. Mand. *cons*. 18. *num*. 8. Garz. *l. c. num*. 506. ob non residentiam enim priuatur tantum illa vice; ita quod durante absentia suspenditur effectus; sed non tollitur Alternatiua. Rot. coram Lancell. *Sulmonen. Alternatiua* 14. *Maij* 1612. Ric. 1. *p. resol*. 582.

4. Conditio, quod Alternatiua non
Q abutatur; nam ea absens illam
Q amittit; ita vt non recuperet, nisi ex noua cõcessione, & collatio esset nulla. *Ita habetur expræssè in* reg. de mensibus.

Abuti dicitur, si Episcopus se intromittat in prouisione beneficij vacã is in mẽse reseruato, vel quãdo beneficium erat alia de causa reseruatum, vel affectum, vel aliquo modo impedimentum præstiterit, quominus gratiæ, vel prouisiones Sedis Apostolicæ non habeant effectum, vt in dicta regula dicitur, Garz. *l.c. num.* 747. Requiritur, quod scienter abutatur: nam ignorantia facti excusat à culpa, & pæna. Gloss. *c. si benef. de præb. in 6. u. si culpa.* Ignorantia vero Iuris non excusat. Put. *decis.* 361. *num.* 3. *&* 373. *lib.* 2. nisi esset Iuris obscuri, cuius error dicitur iustus. Bella. *de permut. benef. p.* 11. *q.* 4.

Sed an abutens Alternatiua redeat
R ad 4. menses ordinarios? Affir-
R mat Gonzal. *gloss.* 16. *num.* 147. *limit* 4. *Ant. Aug. in suo repertorio, verbo Alternatiua;* quia natura rescissorum est, vt quando rescinditur Res quæsitũ facto legis, vel Iudicis, reuertatur Ius antequã *l.* 1. *&* 2. *C. si aduers. transact.* Garz. *vero p.* 5 *cap.* 1. §. 12. *num.* 49. ait amittere Alternatiuam in damnũ sui, quia amittit Martium, & Septembrem, non in damnũ Papæ. Ideo certiorare debet Papã de amissione Alternatiuæ, vel nouiter Alternatiuam petendo, vel renuntiando: sed renuntiatio debet expræsse acceptari, nec sufficit, quod Papa vsus esset amissione Alternatiuæ prouidendo ex narratiua impetrantis, *Conciliantur*, vt prima possit habere locũ, quando abfuit dolus; quia non irrogatur pæna, vbi non est culpa. secunda vero quãdo fecit in fraudem.

Declaro vltimo, in Alternatiua nõ
SS solum attendendos esse menses, sed etiam dies, & horas. Menses computantur iuxta curriculũ Calendarij. Barb. *de pot. Episcopi alleg.* 58. *num.* 8. Hora vero incipit à media nocte in instanti primi pulsus horologij illius loci, vel viciniori, quo homines communiter vtuntur. Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *nu.* 526. *& seqq.* Vbi autem non est horologium, media nox indicatur secundum iudicium hominũ, habentium ibi experientiam, & à communiter accidentibus, vt à Galli cantu, à stellis, semper arbitrio Iudicis. Gonzal. *l.c. nu.* 28.

Quod si constare non possit, vt quia cadauer mortuum inuentum est, in dubio Ordinarius confert; qa præsumitur pro Ordinario, quia habet intentionem fundatam in Iure. Quinimò si Ordinarij collatio sit antiquior, illius vigore possessor excludit prouisum Apostolicum. *Put. lib.* 3. *decis.* 207. *&* 266. Secus si Papa vellet cõ-

currere

currere cum Ordinario, Ideò Ordinarij collationem non differãt. Gonzal. *gloss.* 11 *num.* 26. *Satis.*

De Affectione.

CAP. XI.

Beneficium affectum latè dicitur reseruatum, vt diximus seq; *ca.* 1. *diuis.* 11. Ideo de Affectione iure caput subnectitur, de qua tria videbimus.

1. Quid sit, & quotuplex Affectio.
2. Quomodo inducatur.
3. Quomodo cesset.

DE primo. Affectio est quædam ademptio facultatis conferendi ab Ordinarijs, & cæteris inferioribus Collatoribus propter manuum Papę appositionem. *Extrauag. ad Roman. de præb.*

A

Introducta est ob prerogatiuã manuum Papæ: non enim decet, vt inferiores manum apponant, vbi Papa apposuit, vt dicitur in dicta Extrauag.

Affectio fit dupliciter, vel cum reseruatione, vel simpliciter.

1. Si reseruatio expressa præcessit, tunc Affectio est effectus reseruationis: & qa statim apposita manu imprimitur, & consumatur, nõ cessat etiã sublata reseruatione. e. g. si litteræ Apostolicæ ex aliqua causa suum nõ sortiantur effectum, tunc sublata est facultas quibuscũque inferioribus prouidendi de beneficijs taliter reseruatis. d. Extrauag. ad Roman.

2. Si nulla reseruatio præcessit, tũc Affectio est tacita reseruatio. Ideo in primo casu reseruatio, & affectio differunt, sicut causa, & effectus. In 2. sicut tacitum, & expressum.

Declaro. De Affectione ex quacũque causa proueniente faciẽdam esse mentionem, sicut de expressa reseruatione. *Simet. q.* 64. *nu.* 144.

DE 2. Plures esse causas affectionem inducentes.

B

Prima est Collatio Papæ: Ideo si Papa alicui beneficium contulit, qui æget dispensatione, quã posset Episcopus concedere. e. g. Illegittimo ad beneficium simplex: In hoc casu non potest, quia Papa manum apposuit. Belett. *p.* 1. §. 3. *num.* 35. vbi plures allegat.

C

Ampliatur, hoc procedere, etiam si Papę collatio, vel prouisio fuit subreptitia, nulla, & etiam ex falsa causa; Ex quo enim Papa manũ apposuit, non potest inferior se ingerere pro illa vice. *cap. cet. nostrum de appell.* Sed cum distinctione.

1. Si falsa causa fuit circa pertinentiam collationis, vt quia contulit, vti reseruatum, cum non sit, vel circa ipsam vacationem principaliter narratam, & tamen vacatio non adsit, tunc prouisio Papæ non inducit affectionem. Rot.

Dd a coram

Bratt. per Farin. *p.1.decis.* 570.

2\. Si alio modo fuit subreptitia, & nulla. Subdistinguo.

1\. Si beneficium erat reseruatum, vel si non erat, Papa mandauit conferri, non expræssa persona, tunc intrat affectio, & ita omnes DD. communiter.

2\. Si vero prouisio Papæ fuit ad fauorem certę personę; tunc si collatio non tenuit, vel propter subreptionem, vel propter indignitatem personæ, tunc potestas conferendi redit ad Ordinarium, & non intrat affectio; quia Papa respexit personam, quæ non fuit capax secundum. Ric. 2. *par. resol.* 278. Sed contrarium puto verius, cum Papa, non tàm personæ, quã beneficio prouidere censeatur, & indignum sit, collationem, super qua manum Papa apposuit, remitti ad inferiorem. Anchar. *cõs.* 58. Rot. apud *Farin.p.1.decis.*570.

Neque obstat dicere, quod gratia principali non subsistente, aliæ clausulæ nihil operẽtur, vt notat. Gem. *rap. præsertim de off. deleg. nu.* 6. Put. *decis.* 108. *in nouiss. lib.* 3. Quia id procedit respectu impetrantis, cui talis gratia nihil prodest, non autem respectu Papæ, q habuit intentionem afficiendi in futura vacatione ex tali collatione. Fallit si Papæ prouisio esset sub conditione, & conditio deficeret, vt inf. *p.2 sect.3.cond.3.ad* 1. *in fin.*

2\. *Commendatio* beneficij, vel vnio à Papa facta, siue ad tempus, siuẽ ad vitam inducit affectionem. Gonz. *gloss.* 52. *num.* 12. & 12. Vide *cap.*8. § 4.

Declaro 1. Dissoluta vnione remanere affectum beneficium, quando dum erat vacans fuit vnitum, secus si plenum; quia tunc dicitur palliata dispensatio. Crescen. *decis.*2. *de Paroch.*

Declaro 2. Ex vnione nulla non resultare affectionem: quia Papa vult limitatè ad illũ effectũ vnire. Rot. coram Damasceno Barchinonen. Pręcedentiæ 23. Ianuarij 1602.

Declaro 3. Beneficia commendata, & vnita, dissoluta vnione, & finita commenda, siue ad tempus, siue ad vitam posse Cardinalem conferre. Germon. *de indult. si qua extra num.* 8.

Declaro 4. Dissoluta commenda beneficia perpetua remanere affecta, secus manualia. Ideo hæc, finita commenda, poterit Ordinarius conferre, vt notat Ric. 3. *p. resol.* 385. *num.* 5. Vbi etiã notat, non tenere vnionem, nec quamlibet impetrationem de manualibus, non facta mentione manualitatis. Cassad. *decis.* 4. *de prab.*

3\. *Mandatum* à Papa concessum de prouidendo de certo beneficio, etiam ante illius vacationem. Sed hoc non solent Pontifices hodie concedere.

4\. Decretum de dimittendo primum incompatibile in manibus

Papę,

Papæ, quādo beneficiatus fuit prouisus de alio simili, & hoc fit quotidie. Vide infra *p.2.sect.1.cap.1. cond. 3. num.10.* & sup. *p.1.ca.10. num. 12.*

5. Præuentio Papæ, quando scilicet Papa præueniret Ordinarium. Procedit, si Papa habuit intētionem præueniendi. e.g. Papa contulit in mense Ordinario, & hoc scire Papa potuit, vt quia mensē expræssit, qui est Ordinarij. Tunc si collatio non tenuit, vt quia erat incapax, vel non fuit verus valor expræssus, vel alia de causa, beneficium remanet effectum; quia censetur, Papam voluisse præuenire. Gonzal. *gloss.* 52. *num.* 48. Seraph. *declarat Canon 26. Iunij* 1595.

Declaro. Tunc censeri, Papam velle præuenire, quando adest clausula, dummodo *à die data præsentium alteri non sit Ius quæsitum.* vel clausula. *Seu alio veriori mense.* Non autem quando adest clausula. *Dummodo Collatio hac vice ad nos pertineat.* Beltram. *ad decis.* 314. *num.* 6. *Greg.XV. Rot.recēt. p.1.decis.* 444.

6. Renuntiatio facta in manibus Papæ, cum declaratione, quæ in sequenti parte huius capitis traditur *num.* 7.

7. Renuntiatio iurium, quæ habeat aliquis ad beneficium, vel in beneficio. Gonzal. *gloss.* 52. *nu.* 16.

8. Interpositio manus Papæ super aliquo actu concernente validitatē electionis, vel collationis. Gonzal. *nu.* 20. Secus si super alijs, vt ad indicandum quis sit potior in iure, vt infra declarabitur in sequenti parte huius capitis

9. Mandatum prohibitorium Papæ, ne collatores conferant, vel electores eligant. Gonzal. *loc.cit. num.* 19.

10. Priuatio facta Apostolica auctoritate. Vide supra, *c.10.n.13.*

11. Multiplicitas collationum in tribus casibus.

1. Si prouisus à Papa recurrat ad ordinarium, accipiens ab eo collationem; tunc propter ingratitudinē cadit ab omni iure, & beneficium remanet affectum. Gonzal. *gloss.* 52. *num.* 23.

Potest bene prouisus ab Ordinario recurrere ad Papam pro noua prouisione, quæ nō datur, nisi dubitet de validitate prouisionis Ordinarij. Rebuff. *de nou.prouis. num.6. & de ea vide p.3.cap.1.*

2. Quādo quis impetrauit litteras validas, deinde subreptitias, quibus vsus est ante primas, tunc nihil consequitur; quia vltimę sunt subreptitię, & nullę, & vltimis vtēdo, videtur primis renuntiasse. Host. *in cap. in nostra de rescript.* & beneficium remanet affectum.

3. Si quis vidēs beneficiarium moriturum in mense Apostolico, dedit supplicationem Papæ, a quo fuit signata, sed postea vacauit in mense Ordinario, tunc beneficiū affectum est respectu illius, qui im pe-

impetrauit dictam supplicationē. Ideo potest Ordinarius conferre omnibus, excepto illo, quia pro illo Papa manum apposuit. Massob. *prælud.* 25. *dub.* 13. *num.* 48. Tandem alijs etiam modis olim inducebatur affectio, qui hodie non sunt in vsu.

DE Tertio. Pluribus modis cessat Affectio.

1. Quando Papa manum apponeret ad diuersum effectum, quàm conferendi, vt si super beneficio F litigioso Papa destineret, quis esset potior in iure, vel id alteri committeret. Vital. *Clem.* 1. *vt lit. pēd.* An autem fiat affectum ex Reseruatione Pensionis? Affirmat *Greg. Thol. de benef. cap.* 24. *num.* 5. Sicut datum in commendam remanet affectum mortuo Commendatario. G Simonet. *q.* 59. Negat verius Gonzal. *gloss.* 52. *nu.* 40. *& seqq.* quia manum Papa apposuit ad aliud effectum, quam conferendi. Pensio enim non dicitur propriè conferri, sed assignari, & ibi testatur de stilo Curiæ. Neque currit similitudo commendæ, qa hæc vacat, vt prius, sed pensio morte extinguitur. Conciliari possent. Vt prima procedat, si Papa reseruaret pensionem pro concordia litis, & beneficium remanet conferendum: quia tunc est affectum. Secus si erat collatum, & pro bono pacis pēsio vni datur. Simonet. *q.* 62. Gonz. *l. c.*

2. Quando Papa manum apposuit ex falsa causa cum declaratione data sup. *in prima causa affect.*

3. Quando Papa manum apposuit ex vna vacatione principaliter narrata, & vacat ex alia causa. e. g. Impetratur beneficium vti vacans certo modo, & ante litem introductā moritur ille, cui fuerat impetratum. *Gonz. l. c. nu.* 50.

4. In beneficijs iurispatronatus laicorum, vel mixtorum, nisi aliter constet de mente Papæ, vt in casu non factarum publicationum: nam etiam Iurepatronata laicorum ex illo capite Papæ reseruātur ex Bulla. *Greg. XIII. de public.*

5. Quando resultauit derogatio in præiuditio concordatorum Germaniæ. Kocchier. *super reg.* 8. *gloss.* 11. Nam seruantur concordiæ. Ideo in generali derogatione nō veniunt concordiæ; quia sunt maioris roboris. Crescen. *decis.* 2. *de priuil. & ibi Rub. vbi in suis sing. alios alleg.*

Declaro. Legatum de Latere existens in Germania posse conferre in mensibus Ordinarij, non obstantibus concordatis. Put. *decis.* 335. *alios* 345. *lib.* 2.

7. Si facta resignatione in manibus Papæ, resignās moritur intra 20. H dies, potest libere ab Ordinario conferri, dummodo moriatur in mense ordinario, & alia non obstet reseruatio: quia dicitur vacare per obitum, nō per resignationem, vt dicitur in *reg. de infirm.* 18. *de qua sup. cap.* 6. *requis.* 12.

Decla-

Declaro 1. In duobus casibus tunc beneficium esse affectum.

1. *Si* resignatio facta fuit de beneficio, aliàs reseruato.

2. Si facta fuit resignatio, non ad fauorem, sed simpliciter, & fuit à Papa admissa: quia tunc ligantur manus Ordinariorum.

Declaro 2. *In* renuntiationibus ad fauorem, si moriatur renuntians ante 20. dies, regulariter posse Ordinarium conferre; quia Papa manum apposuit in re conditionata, & conditio non existit: quotiescunque enim decretum Papę appositum est iuxta gratiam cõditionalem, non prius afficit, quã existat conditio, & ita intelligitur dictio *Ex tunc.* idest conditione existente, licet in alijs dispositionibus exponatur à die datę *l. cõd. ff. de cond. & demonst.* Anch. Clem. 1. de concess. præb. in 6. *Ideo* si collatio fiat à Papa alicui absenti, qui moriatur antequam consentiat, non remanet affectum; quia requiritur consensus Prouisoris, & prouisi. *cap. cum inter canonias de elect. cap. si tibi absenti de præb. in 6.* & moriens habetur pro dissentiente. *cap. si gratiose de rescript. in 6.* Tamen beneficiũ ad fauorem renũtiatum erit affectũ, quando nulliter sciẽter facta fuit renuntiatio. Garz. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 170.

8. Quãdo Ordinarius pręuenit Papæ collationem. Gonz. *gloss.* 51. *n.* 58. Procedit, dummodo nulla alia obstet reseruatio, vel affectio. Vide *sup. cap.* 9. *p.* 3. *requis.* 1. *decl.* 6.

Declaro. Legatum de *Latere* posse præueniendo in mensibus Ordinarij conferre beneficia ex generali auctoritate suæ *Legationis. c.* 1. *de off. leg.* 1. *in* 6. Rot. corã Comitul. *decis.* 5. *in manuscript.* vbi reprobatur Sarmen. de *Trien. q.* 28. cõtrarium asserentem. Vide sup. *cap.* 10. *num. vlt. decl.* 5.

9. Quando beneficium semel affectum est, & affectio sortita est effectum per prouisionem Papæ. Gonzal. *gloss.* 51. *num.* 59. Seraph. Placentina *Canon.* 8. *Febr.* 1577.

10. *Si* Papa manum apposuit tantũ quò ad forũ interius, vt si aliquã pænitentiam imposuerit pro aliquo peccato, tunc potest Ordinarius illam alterare, vel minuere. Gloss. *sing. cap. tempora verb. suo iudicio* 16. *qu.* 6.

11. Quando habens in beneficio ius tantùm ad rem, moritur etiã in Curia. Gonzal. *l. c. num.* 17. Ideo non est affectum, nec reseruatum beneficium, quando familiaris Cardinalis, qui habebat regressũ ad illud, moritur ante beneficiarium, vel post, nondum acceptato regressu. Seraph. decis. 315.

Declaro 1. Quod, quando beneficiũ est affectum, vel reseruatum ratione familiaritatis, vel officij, vel alterius qualitatis, semper tale durat, etiam quod ante obitum cesset familiaritas, vel officiũ, vel illa qualitas. Rot. *decis.* 10. *in nou.*

Simo-

Simonet. *q* 64. *num.* 7. & 8. Quæ regula duas recipit intelligẽtias.

1. Affectionem, & reseruationẽ sẽper durare, idest vsque ad futuram prouisionem Papæ inclusiuẽ, nam per eam expirat, nisi iterum conferatur familiari, vel officiali, &c. Seraph. *decis.* 38. *& sup. cap.* 10. *decl.* 1.

2. Si tempore familiaritatis, vel officij habuit ius in re: Ideo si habebat tantum regressum, quem acceptauit cessato officio, vel familiaritate, cessat affectio, vel reseruatio; quia licet beneficiũ aquiratur ex prouisione, habita tempore familiaritatis; tamen quia illa est euentualis, & cum clausula. *Ex nunc prout ex tunc*. quæ tribuit ius tantum ad rem, spectari debet tempus euenientis conditionis, & acceptationis regressus, in quo non erat familiaris.

Declaro 2. Ex coadiutoria non induci affectionẽ in duobus casib⁹.

1. Si non fuit cum futura successione; quia hæc non tribuit ius in beneficio.

L

2. Si fuit cum futura successione; sed habuit effectum, vt quia per obitum coadiuti, coadiutor effectus est titularis, qui siue renuntiet, siue decedat, non adest affectio, quamquam Papæ collatio habuit effectum. Put. *lib.* 3. *decis.* 226. nisi aliũde resultet affectio, vel reseruatio.

Si vero renuntiauit, vel decessit, dũ erat coadiutor, tunc beneficium est affectum: quia Papæ collatio habuit effectum. Rot. apud Farin. *p.* 1. *decis.* 570. Garz. *par.* 5. *cap.* 1. *num.* 174.

12. Quando reseruatur beneficiũ propter contractum matrimonij, tunc si matrimonium sequatur, beneficium remanet affectũ, alias non. *reg.* 58. *Cancell. olim* 57. *vt apud Quarant.*

Vltimo. Si prouisus Apostolicus de beneficio possesso ab ab alio, etiã inualide, si violenter possessionẽ plenam ingrediatur, non expulso prius possessore, nec adhibito Iudicis Ecclesiastici ministerio, amittit omne Ius. Lap. *alleg.* 127. *cap.* 1. *cum qui de preb. in* 6. Ita qđ collatio cassatur Old. *cons.* 227. *num.* 3. Qua cassata potest Ordinarius conferre illud, tanquam vacans ex huiusmodi iuriũ amissione, nec remanet affectum: dũmodo possessio prædicta capta sit in mense ordinario, vel Apostolico etiam quando beneficium esset de iurepat. laicorum. Lap. *l. c.* Garz. *p.* 4. *cap.* 2. *nu.* 2. quia nemo etiam intrusus debet amoueri à possessione, nisi cum causæ cognitione, prius constet de meliori iure alterius. Rot. *decis.* 70. *in antiq. de re iud.*

M

Declaro id procedere, etiam si Procurator id faceret: sed habes remedium datum sup. *cap.* 5. *p.* 4. *requis.* 4. *ex parte Episcopi decl.* 1.

D I

De Concursu.

CAP. XII.

TANDEM ad rem nostram ꝓpius accedamus oportet, ad Concursus videlicet materiam. Hic est omnium beneficia aquirendi modus pręstantissimus, certantibus .n. & vincentibus corona rependitur. De Concursu igitur in hoc vltimo primæ partis capite tria breuiter videbimus.

1. Quid sit, & quotuplex concursus.
2. Quænam Ecclesiæ per Concursum conferantur.
3. In quibus non fiat Concursus.

DE Primo. Concursus est plurium Clericorum ad idem beneficium congressus cũ prælatione dignioris in Ecclesiastico legittimi examinis certamine. A Concursus duplex est .s. voluntarius, & necessarius. Voluntarius est ille, qui à Superiori adhibetur in beneficijs, quæ de sui natura sunt liberæ collationis, vt sunt beneficia simplicia: Et hic concursus non solũ celebrari potest à Summo Pontifice, prout Paulus V. contulit Pręposituram Brittonorij Antonio Iseppo per concursum, sed etiam ab Ordinarijs, qui possũt de simplicibus prouidere per Concursum, si vellent. Rot. coram Ser. *Lod. decis.* 378. *Salamantina benef.* 28. *Nouembris* 1606. *num.* 15. Vbi propter hoc resoluit non probari Parochialitatem ex solo concursu, nisi alia concurrant requisita, ea ratione; quia simplicia per cõcursum possunt prouideri.

Necessarius est duplex, vel necessitate legis, vel fundatoris.

1. Casu fit in Parochialibus iuxta dispositionem Sacri Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de Ref.* de quo infra parte secunda per totum, & etiam in Patronatibus modo infra posito *p.* 2. *sect.* 1 *c.* 1. *cõd.* 4. *n.* 3.
2. Casu seruanda est dispositio, & mens fundatoris, qui potest apponere conditiones, & formam, prout vidimus supra de Iurep. *in* 4. *p. illius c. req.* 5. ex parte patroni.

Sed plura, & notabilis difficultas est. *Si* in *Bullis* nulla fieret mẽtio B concursus, an sit præsumendus celebratus? Resp. Affirmatiuè; qa licet factum non præsumatur, nisi probetur. *cap. cum Io* §. *verum de fid. instrum. cum concord.* tamen præsumitur, quando factum solitum est fieri. *l. vlt. C. de fideiuss.* *Siluan. cons.* 68 *num.* 8. *lib.* 2. vt est concursus in prouisione Parochialis. Ita Ric. 1. *p. resol.* 514.

DE 2. Per Concursum conferuntur necessario.

1. Parochiales non reseruatæ.
2. Parochiales reseruatæ, & affectę; D Ric. *l. c.* Sac. Cong. vt inf. *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *num.* 1. *declar.* 3.
3. Parochiales de Iurepatronatus Ecclesiastico, vel mixto, vel laico, ex priuilegio, vel consuetudine, vel pręscriptione: secus de laico ex fundatione, vel dotatione, &

Ee pro-

put latius infra *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *num.* 3.

4. In iurispat onatibus laicis, ex fūdatione, vel dotatione, vbi plures fuerunt præsentati, fit. n. concursus inter illos Sac. Cong. vt refert Piasc. *p* 2. *cap.* 5. *nu.* 18. & infra *d. cond* 4. *num.* 3.

5. Quoties in fundatione concursus præscribitur, vt mens fundatoris seruetur; sicut potest illum prohibere infra *d. cōd.* 4 *n.* 3. *dec.* 2.

Declaro omittere concursum.

1. Esse mortale; quia est cōtra graue præceptum Trid. *sess.* 24 *c.* 18.

2. Recipiens non est tutus in cōsciētia, & fructus nequit retinere Ric. 1. *p. resol.* 351.

D

3. Beneficium ad Papam deuoluitur, & potest impetrari. Pius V. Const. 33. *In conferendis.*

DE 3. Non fit Concursus in pluribus. Nam aliquando Concursus in totum omittitur, aliquando in aliqua parte tantum.

In totum concursus omittitur in pluribus casibus. 1. Quādo Papa vellet Parochialem conferre absq; cōcursu, quod omninò potest: sed necessaria est derogatio Concilij Trid. vt appareat de intentione Papæ; Nunquam tamen hoc Papa facere solet; nam propter auctoritatem Trid. non consueuit illi derogari Gōzal. *gloss.* 6. *n.* 110. Nec sufficit Papam habere notitiam decreti 18. *sess.* 24. Trid. de ref.

E

Declaro ad derogandum Trid. sufficere generalem derogationem & clausulam. *Non obstantibus Const. Apost.* quia Trid. *sess.* 25. *cap. fi.* Saluam vult auctoritatem Papæ circa eius Decreta, Rot. coram Pamphilio S. *Angeli Pensionis* 16. *Decembris* 1594. Grat. *cap.* 940. *&* 963. sed ad derogādum alijs Cōcilijs Generalibus requiritur specifica, & expressa derogatio, ità vt generalis nō sufficiat Felin. *c. nonnulli de rescript.* Capra *cons.* 157. *num.* 32. 2. Vbi Concilium non est acceptatum; nam tria copulatiuè requiruntur.

F

1. Quod Trid. fuerit acceptatum.
2. Celebrata sit Synodus diœcesana.
3. Electi examinatores Synodales ex declaratione Sac. Cong. Garz *p.* 9. *cap.* 2. *num* 6.

Declaro quod si Concilium fuit acceptatum, non tamen facta fuit Sinodus, vel non fuerunt examinatores deputati post sex menses post acceptationē Concilij, Parochialis vacans non poterit ab ordinario per concursū cōferri etiā in suo mense: sed ad Papam deuoluitur; nā Episcopi negligētiæ imputatur, qui non fecit, quæ debebat in tempore. Si verò nō fint lapsi sex menses prouisio ordinarij valebit; quia nondum venit tempus necessarium ad celebrandum Sinodum, & conditio suspendit actum in aduentum ipsius. Massob. *req.* 17. *dub.* 3.

3. Non fit concursus in officio prophano, vel in alio quocumq; quod

non

non sit beneficium Ecclesiasticũ, vide *p.2.sect.1.cond.1.* A.

4. In Confraternitatibus laicorum. ibidem. B

5. In Beneficijs manualibus. ibid. C

6. *In* perpetuis etiam *Parochialibus*, si adeò sint tenues, vt totius examinis opem non ferant. ibi. D Tamen quantumuis sint modici valoris, tres examinatores adhibere oportere, censuit Sac. Cong. referente Nald. *u. Beneficium n.14.* Immò concursum faciendum cẽseo, si competitores ad illud etiã tenuissimum compareant; quia Trid. *sess.24.cap.18.de ref.* præsentem casum excepit, quando re vera cõcursus celebrari nõ posset.

7. Si graues rixæ, & tumultus timerentur. ibidem D

8. In Vicarijs temporalibus, & perpetuis, quæ per se non sint beneficium distinctum. ibidem E

9. In Pẽsionibus. *ibidẽ G. & §. Pẽsio.*

10. *In Beneficijs* simplicibus *par. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 2.* B

11. In habentibus iurisdictionem tantum fori contentiosi. ibidẽ. C.

12. *In* Episcopatibus. ibidem *C.n.3.*

13. *In* Curatis, quæ sunt propriè dignitates. ibidem num. 4.

14. *In* Cura existenti in Cathedrali, vel Colleggiata. ibidem. nu. 5.

15. *In* Cura vbi plures sunt paris potestatis indistinctè. ibidem D

16. In Ecclesia Baptismali tantum. ibidem E

17. In Ecclesia sepultuaria tantũ. ibidem E num. 8.

18. In Cura, quæ est penes Episcopum. ibidem. F

19. In Collegiatis etiam Curatis. ibidem. G

20. *In* Permutatione etiam *Parochialium p.2.sect.1.cap.1.cõd.3.* R

21. In Renuntiatione ad fauorem ibidem. R

22. *In* Beneficijs suppressis. ibid. R

23. In Beneficijs per regressum acquisitis. ibidem. R

24. *In* beneficijs de mensa. ibid. S

25. *In* Beneficijs vnitis. ibid. T

26. In Cura Monasterio subiecta ibidem ad fin.

27. In *Parochialibus* collatis non seruata forma cõcursus, vide *p.2. sect.1.c.1.cõd.4.et supra c.10.n.7.* R

28. In *Parochial.* collatis ab Ordinario contra formam Decretorũ Trid. *sup.cap.10.nu.8.* R

29. In *Parochialibus* vacantibus p assecutionem alterius incompatibilis à *Papa* propter Decretum de dimittendo ibidem *nũ.12.* Y & 23. BB

30. In *Parochialibus* p priuationẽ vacantibus in casibus relatis. ibidem *nu.13.* X

31. *In* Parochialibus vacantibus ob non factas publicationes. ibidem *num.21.* AA

32. *In* Beneficijs illorum, qui se p alijs examini supposuerunt. ibidẽ *num.24.* BB

33. *In Parochialibus*, quarum collatio ab ordinario non fuit facta intra sex menses, vel significatio intra quattuor ibidem. *nu.31.* EE

& 2.p. *sect.* 3. *cond.* 2. *A.*

34. *In* Parochialibus, quarum prouisi nõ curarunt se facere promoueri intra annum ad Sacerdotiũ. *sup. ca* 10. *num.* 32. *FF.*

35. *In* Beneficijs, quæ ante sententiam rite impetrantur vt hæreticorum, Sodomitarum &c. ibid. *num.* 26. *CC.* & in alijs vacantibus de iure tantum, cum declarationibus, de quibus *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 3. & in litigiosis, in quibus datur subrogatio, de qua infra *p.* 3. *cap* 1. *num* 1.

36. Quando Sedes Apostolica facit prouisiones in forma dignũ; quia licet requiratur examen prouisi, non tamen alij Competitores ad Concursum admittuntur *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 4. *decl.* 1. *A.*

37. *In* Vacantibus in Diæcesi alicuius Cardinalis modo, quo explicatur. ibidem *num.* 2. *C.*

38. In Beneficijs de iurepatronatus ibidem D.

39. In Parochialibus litigiosis. ibidem. E.

40. Quando in Concursu electus nõ vult accõsẽtire pẽsioni, ibidẽ *ad f.*

41. In Beneficijs electiuis *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cond.* 5. B.

42. *In* Commendatione ibidem. C.

43. In prouisione Consistorialium ibidem D.

44. *In* Regularibus beneficijs, personis regularibus conferri solitis *p.* 2. *sect.* 1. *cap* 1. *cond.* 6. *B.*

45. *In* Prioratibus Curatis Regularibus commendari solitis ibidẽ *C.* *nu.* 2.

46. Quando nullus ad Concursum comparuit post edictum, & prorogationem *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 3 *cond.* 5. *ad fin G.* vel si comparuerũt aliqui, & noluerunt se examini supponere. ibidem.

47. *In* Parochialibus habitu tantũ, & non actu vt *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 1. *cõd.* 2. *in prin. A.*

48. *In* Parochialibus de Iurepatronatus laicorum ad Episcopũ deuolutis ob negligentiam Patronorum, vide *p.* 1. *cap.* 5. *R. conclus. vers.* 2. *casu.*

49. *In* Vacantibus per simplicem resignationem in Curia vide *p.* 2. *sect.* 1. *cond.* 4. *nu.* 1. *cap.* 1. *A.* Licèt neget Ric. 1. *p. resol.* 351. *ampl.* 5. Fortè fieret concursus in Vrbe, & si ad ordinarium remittatur, fit Concursus, & ab ordinario electio dignioris cum significatione Papę intra quattuor mẽses iuxta Bullam Pij V. *In conferendis*; Collatio autẽ fit à Papa; quia ex tali vacatione in Curia, inducitur reseruatio, vt supra *ca.* 10. *G. num.* 1. *decl.* 6.

50. Si facto concursu nullus fuit approbatus *p.* 2. *sect.* 1. *cap.* 3. *cõd.* 5. *G. ad fin.*

In parte aliqua tantum concursus omittitur in pluribus casibus.

1. Romæ, vbi non adhibentur examinatores Synodales; quia ibi nõ fit Sinodus, sicut in alijs Episcopatibus Romæ.n. adhibẽtur duo soliti examinatores Sum. Pontificis, & alij, qui deputantur ab E- G

minen-

eminentissimo Cardinali Vicario, qui non solum habet auctoritatē deputandi examinatores: sed ēt eligendi digniorem in Concursu Parochialium, cū in reliquis fiat concursus, sicut extra Romam. Item Vicarius Papæ confert ordines in Vrbe, & etiam primā tōsuram forensibus sine licentia ordinarij, ex auctoritate sui officij Rot. coram Durano *Firmana Pensionis 15. Decembris 1617.* & tandem in punitione delictorum potest Romæ, quæ Episcopi in suis Diœcesibus. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 1. cap. 15. num. 48.*

2. Vbi Sinodus Prouincialis aliqd immutauit; nam potest aliquid addere, vel minuere circa formā examinis per concursum, quia id permittitur à Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* Duo tamen requiruntur.

1. Vt sit Sinodus Prouincialis; nam Diocesana non sufficit.

2. Vt non mutet in totum quia pmittitur, vt aliquid possit addere, vel minuere, non autem in totū abrogare.

3. Quando fuit aliquis defectus cōmissus circa concursus, tunc ibi electus validè obtinebit, si supplicetur Papæ, & ipse defectus suppleat. Potest etiam defectus supplere Sac. Congr. comm. Card. Sac. Trid. Conc. interpretum de facultate sibi à SS. impertita, duo tamen requiruntur.

1. Vt in supplicatione defectus aperiantur.

2. Vt supplicetur re integra, vt not. Massob. ad fin. suæ Praxis.

Sed pro complen. huius primæ partis duo quæruntur.

1. *An forma concursus possit per æquipollens impleri.*

2. *Quid agendum est, si ordinarius nolit facere concursum?*

Ad 1. Duæ sunt sententiæ. Aliqui affirmant dicentes quando non extant Sinodales examinatores, posse nō Sinodales adhiberi Hōbon. *de exam. p. 1. tract. 2. cap. 3. qu. 30.* quia si satisfiat menti legis tātum est, ac si verbis satisfieret. *castra uitans de off. de leg. cap. ubi periculum §. porrò de elect. in 6.* Cassad. *decis. 22. super reg.* Lex. n. non stringit vbi de pacto seruari nequit. *cap. arit. d. 4.* Abb. *cons. 25. p. 2.* & sic forma à lege inducta si neqat præcisè seruari, sufficit, vt actus fiat eo modo, quo potest: Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 52. nu. 36. & seq.* Alij negant; quia quando ordinarius aliquid facere debet, in quo habet iurisdictionem, tūc si modus statutus nequeat impleri, sufficit per æquipollens, sed si recipit iurisdictionem ab ipsa lege, vel iurisdictio ab ipsa lege modificetur, tūc actus est nullus, si forma præcisè non seruetur. Gloss. *Clem. 1. de iurep. v. inhibentes* Anchar. *ibi nu. 4. Imol. num. 7.* Sed Ordinarius circa Ecclesias reseruatas recipit iurisdictionē à Trid. & Const. 32. Pij V. & circa nō reseruatas illius iurisdictio modificatur

catur per Trid. & d. Const. vbi apponitur decretum irritans, qđ annullat, in contrarium gesta ipso iure *cap. si eo tempore de elect. in 6. cap. quodã* vbi Gloss. *de præb. in 6.* Hęc est verior, & sequenda; quia ita declarauit Rot. coram Litta *Dertusen Parochialis* 29. *Iunij* 1595 Paris *lib. 8. de resig. qu. 9. num. 86.* tãtò magis; quia habetur remedium si Sinodales examinatores nõ extarent, de quo infra *p. 2. sect. 2. cond. 2. req. 2. vers. quid adueniète.*

L Declaro quod aliter prouisus, quàm forma Trid. præcisè seruata, caret ipso iure titulo, quem nunquã habuit, & dicitur intrusus, vacat ipso iure beneficiũ, quod potest impetrari Thes. *for. Eccl. cap. 32. num. 34.* & fructus non facit suos Cassad. *de caus. poss. decis. 1.*

M Declaro 2. Quod percipiens indebitè fructus incurrit pœnam inhabilitatis ad quęcumquè beneficia *cap. cum eam.* vbi Abb. *num. 4. de præb.* & indiget rehabilitatione, q̃ non datur, nisi facta compositione cum Camera de fructibus perceptis, qua facta datur noua prouisio, & hunc esse stilum Datariæ, & Cancellariæ testatur Thes. *for. eccl. l. c. num. 35. 36. & 37.*

N Ad 2. Distinguo 1. si collatio spectet ad alium, ille poterit ordinarium requirere litteris, vel protestatione iudiciali de faciendo Concursu, & remittendo sibi dignioris electionem iuxta forma Trid. & ordinario recusante, vel negligẽte duplex habebit remedium alterum est, vt rogat cum litteris Sac. Cong. Alterum, vt appellet ad Metropolitanum Thes. *for. Eccl. l. c. num. 30.*

2. Si collatio spectat ad ipsum, & multi velint concurrere, eis quoq; prædicta duo remedia competere censeo; Tùm quia interest Ecclesię plures habere concurrẽtes; Tùm quia digniores habent ius strictum, & perfectum ad Parochiales, vt not. Nau. *cap. 17. de redd. Eccl.* & habens ius ad finem, habet etiam Ius ad media, alias esset vanum, & sic ad Laudem Dei Omnipotentis, & B. V. explicit prima Pars.

Finis Primæ Partis.

DE
CONCVRSV
BENEFICIORVM

D. PAROLETTI LONGIANENSIS

PARS SECVNDA.

AVREÆ
CLERICALIS PALAESTRAE
CONCVRSVS BENEFICIORVM
IO. BAPTISTAE PAROLETTI
LONGIANENSIS I. V. D.
CANONICI Cathedralis BRITTONORIJ, & Prothonotarij Apoſtolici.

PARS SECVNDA.

Iactis fundamentis fabricam conſurgere neceſſe eſt, explicata igitur natura, & diuerſitate beneficiorum mod ſq, illa acquirendi, modo rem propoſitam Concurſus. ſ. materiam aggredimur, & partem hanc in tres ſectiones diuidemus, vbi videbimus.

In 1. Sect. conditiones neceſſarias ante Concurſum.
In 2. Sect. conditiones neceſſarias in ipſo Concurſu.
In 3. Sect. conditiones neceſſarias poſt Concurſum.
Prima Sectio in tria Capita diuidetur.
In 1. Cap. videbimus conditiones ex parte benefitij.
In 2. Cap. conditiones ex parte concurrentium.
In 3. Cap. conditiones ex parte Ordinarij.

De Conditionibus ex parte Beneficij.

CAP. I.

SEX requiruntur ex parte beneficij nam debet esse.
1. Beneficium Ecclesiasticum propriè.
2. Parochiale.
3. Vacans.
4. Liberum.
5. Collatiuum.
6. Seculare.

Sit Beneficium Ecclesiasticum Conditio. 1.

Ratio est quia Concursus præcipitur de Parochialibus Ecclesijs tãtum à Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* & à *Pio* V. Bulla *in. conferendis* q̃ sunt propriè beneficia Ecclesiastica; nam habent requisita necessaria ad Constitutionem beneficij explicata *sup.* 1. *p. cap.* 3. nõ entium. n. nullæ sunt qualitates *l. eius qui ff. si cert. pet.*

Per hoc sex excluduntur á prædicta lege Concursus.

1. Quodlibet officium profanum nã Trid. loc. cit. loquitur de *A*nimarum gubernio immò etiam Hospitale non solum seculare, & prophanum: sed & Ecclesiasticũ nisi sit in titulum erectum de quo *vid. sup.* 1. *p. cap.* 3. *in requisito erectionis.*

2. Confraternitates laicorum quia non sunt beneficia licet. n. Episcopi auctoritate sint fundatæ non propter hoc dicũtur beneficia cũ non erigantur in titulum sed sunt loca pia vt ait Rebuff. tract. *de confrat. nu.* 2. Valas. *decis.* 105. Tũ quia Episcopus vti talia potest & debet eas visitare Feder. de sen. *cons.* 111. Tum legatum pijs locis factum potest confraternitatibus concedi Castrens. *Vol.* 2. *cons.* 5. Tum quia bona illarum si sint Episcopi auctoritate fundatæ, non alias, nequeunt sine solemnitate Extrauag. ambitiosæ de reb. Eccl. non alien. alienari Valas. l. c. Rota Bonon. *dec.* 124. Ric. 1. *p. resol.* 45

3. *Manualia beneficia de quibus* 1. *p. c.* 1. *decis.* 3. quia nõ sunt propriè beneficia *cap. præcepta d.* 55. *cap.* 1. *de cap. Monac.* est. n. contra naturam beneficij, vt ostendimus supra 1. *p. cap.* 1. *declar.* 3. *diff.* Ideò omne beneficium Ecclesiasticum potest dici Ecclesia non è contra Germon. *tract. de indult.* S. R. E. Card. S. *Regularia num.* 53. Ideò excluduntur à concursu Massob. *prelud.* 10. *dub.* 1.

4. *Perpetua Parochialia beneficia*, sed ità parua & fructuum tenuia, vt totius examinis à Trid. præcepti *in cap.* 18. *de refor sess.* 24. operam non ferant, vel nemo velit se examini subijcere vel ob apertas factiones, quæ in aliquibus locis reperiũtur timeantur grauiores tumultus; Tunc de his prius constito Episcopus potest priuatum facere

facere examen Trid. l. c. §. si tamen. Parum .n. iurisdictione prò nihilo reputatur *cap. bene* 12. *q*. 2. *cap. Iudices* 1. *q*. 1.

Declaro tamen adhibendos esse examinatores Sinodales Galet. *u. beneficium* Barbos. *p*. 3. *de pot. Episcopi alleg*. 60. *num*. 38. q. Trid. ibi dat licentiam recedendi à publico concursus examine, & faciendi priuatum ex causis ibi expressis, sed addit cæteris tantum vt supra seruatis, quæ. s. seruari possunt in priuato examine causæq; ibi expressę debent apertè prius constare vide infra *par*. 2. *sect*. 2. *cond*. 3. B.

5. *Vicaria temporales* quia nō sunt propriè beneficia. Immò nec perpetuę per hanc tamen distinctionē.

E 1. Si Vicaria perpetua ex per se erecta vel in beneficio vnito seperando curam, & illam actu transferendo in Vicarios tunc fit cōcursus q a tūc Vicaria est vere beneficium Rebuff. *tit. de Vic*. & tales Vicarij habent verum titulū cap. adhæc & ibi *Abb. nu*. 3. *de off. Vic*. nam omnimoda cura translata est tūc in Vicarios nec possunt remoueri etiamsi Rector principalis moriatur Glar. *gloss*. 5. §. 3. *nu*. 19. & 11. Ita declar. Sac. Cong. apud Garz. *p*. 9. *cap*. 1. *nu*. 301.

2. Si verò Vicaria est dependens ab aliquo Collegio ex gr. Capitulo Cathedralis Collegiatę vel Monasterio, vel ab aliquo pio loco, vel ab aliquo Rectore, vel comēdatario, ità quid tunc cura residet pœnes Collegium vel cōmendatarium, & in Vicarium translatum est tantummodo Exercitium Curæ tunc non fit concursus: sed capitulum, vel Rector, vel Commendatarius nominabit Vicariū perpetuum nec requiritur examen per examinatores Sinodales sed sufficit examen & approbatio Ordinarij Const. Pij V. & Trid. *sess*. 7. *cap*. 13. *Garz. l. c. num*. 293. & Ordinarius facit collationem quocunq; mense; q a nō habet locum regula de mensibus. Gbaz. *ibi l. c. num*. 59. *vsq; in fin*. De Vicarijs vide infra cap. 3. cond. 1.

F Declaro quid dicitur tantum exercitium Curię translatum quando Vicario assignata est certa portio fructuum, & ius nominādi resseruatum est Collegio vel Rectori, siuè Commendatario. Tunc dicitur translata omnimoda cura quando ab alio non dependet. In dubio non censetur omnimodo cura translata quādo faciēda est interpretatio vt minus præiudicet vt Rot. coram Litta Vlixibon. iuriscōferēdi 2. Decēbris 1605. quæ est apud Farinac. p. 1. decis. 101. vbi plenè differitur.

G Vltimo Pensio quæ secūdum communem DD. sententiam non est beneficium vt sup. cap. 1. decis. 3. ad fin. idest ius quidam distinctū à beneficio vt vsus fructus à proprietate. Attamen habet plura communia cum beneficio.

1. Con-

1. Confertur Clerico.
2. Auctoritate Rom. Pontificis.
3. Eadem tantum auctoritate redimitur.
4. Non percipitur nisi expeditis litteris.
5. In pensione etiam simonia committitur. Ideo hic breuiter aliqua de pẽsionibus explicare decreui.

§. De Pensionibus.

Quatuor videbimus.
1. Quid, & quotuplex sit Pẽsio.
2. Quomodo constituatur.
3. Quomodo extinguatur.
4. Quomodo exigatur.

De primo. Quoad quid nominis Pensio dicitur, quia pendet .s. á beneficio vnde extrahitur vel quia appenditur .i. soluitur, ita enim quælibet annua solutio pẽsio dicitur Barbos. *Iur. Eccl. Vni. p. 3. cap. 11. num. 2.*

A

Quoad quid rei 2. consideratur .s. materialiter, & formaliter.

Matterialiter est certa portio fructuum ex aliquo beneficio Ecclesiastico detracta, & hoc modo est quid facti & res prophana. Rot. 1. *p. diuers. decis.* 245. & sepius, ita resolutum testatur Gãb. *de off. & pot. leg. 6. num.* 633.

Formaliter pensio est ius exigendi certam portionem fructuum annuatim ex beneficio Ecclesiastico iusta de causa concessum ad tempus Ecclesiastico Superiore facultatem habẽte & hoc modo Pensio est quid Iuris.

Declaro hoc ius non esse simpliciter sacrum; quia non datur ratione spiritualis ministerij, & distinguitur á beneficio.

1. Quia beneficium est perpetuum *vt p. 1. cap. 1. in diff.* sed pensio finitur morte Pensionarij est bene ius spirituali annexum, quia non datur nisi Clerico ab Ecclesiastico Superiore, & habet multa communia cum beneficijs vt vidimus Azor. 2. *p. lib. 8. cap. 5. qu. 1. & 6.*

B

2. Quia beneficium potest cum beneficio permutari vt sup. p. 1. de permut. vidimus, sed non pẽsio cum beneficio etiam si haberet facultatem transferendi. Tũ quia est potius quid temporale. Tum quia Pensionarius non dicitur habere ius in beneficio. Tũ quia si beneficium non potest pmutari cum electione, & presentatione, quæ dant ius ad beneficium multo minus cum pensione. *Azor. l. c. cap. 12. qu. 8.* Procedit de Auctoritate Ordinarij non Papæ qui posset tales permutationes concedere.

Diuiditur pensio in largè, & strictè captam. Prima est verè beneficium quando .s. ex pingui beneficio certa detrahitur portio inde erigitur perpetuum beneficiũ

Card.

Card. Clem. 1. de sup. negl. prel. Strictè Pensio 2. est. s. clericalis, & temporalis. Prima est quæ ex fructibus Ecclesiæ conceditur ob tẽporale ministerium quod Clericis vel Ecclesijs pstatur vt pulsandi campanas Aduocati Magistri, &c. Secunda est quæ datur clerico de fructibus Ecclesiæ, supponit Clericatum, & habet onus recitandi Officium B. V.

Declaro 1. Pensionem temporalẽ & Clericalẽ pluribus modis differre.

1. Datur laico, & non extinguitur per matrimoniũ temporalis Gigas *q.* 54. Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 287 C Clericalis datur solum Clerico, & per matrimoniũ expirat Put. *lib.* 2. *decis.* 449. Non tamen per sponsalia cap. 1. de Cler. coniug. Rot. eod. tit. decis. 1. in nouiss.

2. Habens temporalem non gaudet priuilegio fori ità intelligitur Paris *lib.* 1. *q.* 11. *nu.* 70. Garz. *p.* 1. *cap.* 5. sed bene habens Clericalem Crescen. decis. 14. de sent. & re Iud. & ità Sac. Cong. declarauit quã vidisse testatur Barbos. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 17.

3. Illegittimus vt capax temporalis non spiritualis, & Clericalis Nau. *cons.* 61. *de fil. presb.*

4. Temporalis nõ est proprie materia simoniæ sed bene Clericalis non tamen temporalis vendi potest ppria auctoritate alias Reus videretur simoniç contra ius humanũ Azor. *l.* 1. *c.* 10. *q.* 10.

5. Clericalis vacat per promotionem ad Episcopatum, & professionem in Religione nõ temporalis Barb. *l. c. num.* 8. *&* 9.

6. Temporalis valide datur excõm. non Clericalis alias differentias vide apud Barbos. *l.* 1. non de Clericali loquimur.

Sed duæ remanent difficultates.

1. Quot sint onera pensionarij.

2. Quot priuilegia pensionis.

Ad 1. Resp. quinque.

1. *Annata* cum declaratione quæ de beneficijs dicitur. s. cum excedit 24. ducatos soluitur D *Annata* alias non Gig. *q.* 16. *num.* 2.

2. Expeditio litterarũ Apost. quia licèt litteræ regulariter non pertineant ad substantiam gratiæ, sed solum ad probandum in Iudicio vt tenet Gig. *q.* 34. tantum ita est stilus Curię vt sine illis exigi nequeat Azor. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 3 Imò litteris non expeditis redditur nulla quia ità dicit Papa in rescripto, Put. *lib.* 3. *decis.* 199. Greg. XV. *decis.* 440. vbi Beltrã & licet gratia dicatur facta per suplicationem tantum nõ potest in exercitium deduci sine litterarum expeditione nisi adesset clausula quod sola supplicatio sufficiat Mohed. *decis.* 3. *de rescrip.*

An qui plures distulit annos litteras expedire possit litteris expeditis etiam pręteritas pensiones exigere. Aliqui negant quia sibi imputet si non expediuit. Alij verius affirmant etiam à no-

à nouo beneficij possessore quia Pensio est onus reale beneficio impositū, & satis est vt quis possideat beneficium tali pensione grauatum licet fructus non perceperit Azor. *loc. cap.13. qu. vlt.* Hodie tamen Dattaria non relaxat litteras beneficij sine litteris pensionis nec è contra.

3. Relatio habitus Clericalis, ità quod nec sufficit togam Doctoralem deferre si sit Doctor quia debet etiam agnosci vt Clericus *Sd Clericus num. 31.* Homob. *1. p. consult. resp. 84.* Grat. decis. Masch. 158. Duo tantū requirūtur.

1. Vt sit pensio clericalis.

2. Quod excedat 60. aureos de Cam. Bulla Sixti V. Sacrosancta. Contrafaciens peccat mort. & tenetur ad fructuum restitutionem saltem in foro conscientiæ DD. cit. præ requiri tantum Iudicis sententiam testatur. Belet. *p.1.§.17.* & Praxis Neap. cap.7. quia vsus legum interpres declarauit nullam pænam incurri ante Iudicis sententiam cēsuris exceptis.

4. Recitatio Officij B. Virginis ex Bulla Pij V. ex proximo sub pæna peccati mortalis, & priuationis fructuū ipso facto prout beneficiatus tenetur ad horas canonicas ideò nō solum omittens, sed sine attentione recitans etiā ante sententiam restituere tenetur prò rata omissionis, & deffectus. Tum quia beneficium & pensio dantur propter Officiū, & quoad substantiam non satisfecit. Tum à simili nam quando Ecclesia præcipit confessionem iubet etiam internum animi dolorem, ità præcipiens Officiū iubet attentionem. Barbos. *cap. dolentes de celeb. Miss. num. 10.* Molf. *tract.5. cap.3. num.46.* Suarez *de relig. tom.2. tract.4. cap.22.*

5. *Iustificatiò* litterarum quia impetrans tenetur gratiam suam iustificare, Rot. Greg. *XV.* Burgens Canonicatus quæ est decis. 242. Recent. *1.p.decis.329.* Rub. in d. Burgen. vbi plures allegat concor.

Non tantum omne narratum est iustificandum, sed duo.

1. Quando ex illa causa motus fuit Papa ad concedendū quod alias non concessisset vnde dicens se præsbyterum cum sit tātum Clericus non vitiat quando beneficium non reqnirit Sacerdotium.

2. Quando agitur de præiudicio tertij. Rota Conchen. Beneficij coram Sacrato 11. Maij 1609. Nam confirmatio Apostolica etiam motu proprio non operatur præiudicium tertij. Rot. diuers. *1.p. decis. 455. vt est illa clausula dummodo remaneant centum pro Rectore.* Quia confirmatio Apost. non operatur præiudiciū ignoratum cum obstet deffectus intentionis Belam. *decis.392.* Seraph. *decis.* 981.

An semper requiratur iustificatio qualis

qualis & ad quem spectet vide in seq. pute in requisito de sufficientia beneficij.

Ad 2. Plura sũt Pẽsionis priuilegia.

1 Fructus illius beneficij sunt tacita hipoteca obligati Pensionario

2 & potest agere hippotecaria qa dictio *super* 1. iuxta certæ rei, *vt super fructibus talis Ecclesia tacitã hippotecã inducit l. Codicillis §. Institutio ff. leg.* 2. Bart. *l. fundum ff. de ann. leg.* quod verũ est siue fructus sint percepti, siue pendentes & non solum si pensio sit resseruata pauperi, vt alimentum, vt sentit Castren. *cons.* 338. sed etiã diuisi vt prob. Gig. q. 51.

Declaro qđ agi põt hippotecaria.

1. Contra Rectorem qui consensit etiam si beneficio cessit si fructus percepit.

2. Contra heredem, quia fructus sunt illi hippotecati. Azor. 2. *p. lib.* 8. *cap.* 8. *q.* 15.

3. Contra succesſ. Rot. corã *Merlino Toleta. pẽsionis* 1. *Iulij* 1630.

Contra Beneficiarium, & successorem potest agere Pensionarius executiuè, sed contra hæredem necesse est Iuris ordinem seruare Barbos. *de Iur. Ecclesi. Vn. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 72.

Declaro 2. Successorem teneri ad pensiones decursas tempore prædecessoris, quia sẽper fructus beneficij sunt hippotecati pensioni Rota tãtum declarauit dummodo diligentię præcesserint contra prædecessorem, Rota corã Pamphil. Cæsaraugustana Pensionis 13. *Aprilis* 1592. Cassad. *decis.* 3. & 4. *de locat.* Crescen. *decis.* 3. *de resolut.* Successor tãtum habet regressum contra prædecessorem & eius hæredes, Put. *lib.* 2. *decis.* 189. Ric. 1. *p. resol.* 372. si non precesserint diligentiæ tenetur quatenus adsint fructus. Ita Barbos. *in praxi pens. q.* 2. *num.* 48.

2. Pensionarius spoliatus possessione pensionis (quia. s. negatur cum iam solui consueuerat) potest agere spolio, & iudicio possessorio, & interdicto recuperandæ possessionis, Rot. *decis.* 24. *de rest. spol. in antiq.* Abb. *cons.* 24. Cacialup. *qu.* 18.

Sed an cogatur ostendere titulum distinguo si per multos annos fuit in possessione non cogitur, quia diuturna possessio inducit titulum, siue ius saltem pręscriptum Abb. *cap. quarellam de elect.* vbi dicitur probata præstatione solita debet actor reduci ad statum vbi prius erat licet nihil doceat de proprietate iuris percipiendi. Rot. *decis.* 4. *rest. spol. in nouiss.* si fuit in possessione per modicum tẽpus non solum debet probare se possedisse, sed ẽt ius pensionis exigendæ, ità intelligitur. Rota *decis.* 11. *in antiq. de rest. spol.* Azor. *lib.* 8. *cap.* 13. *q.* 2.

3. Pensionarius manutenendus est in possessione exigendi etiam cõtra successorem stantibus solutionibus factis à prædecessore Greg.

Greg. XV. *P. florten. pensionis 3. ulij 1606. Pegna lib. 4. decis. 143.* & Pensionario datur remedium reintegrandæ si à successore denegetur solutio pensionis, quàm à prędecessore exegerat, Put. *lib. 1. decis.* 151. in quibus vide Rub. *in suis sing.* Ratio est quia pro pẽsione datur actio realis, & personalis contra quemcumq; successorem acceptãtem beneficiũ tali pensione grauatum, ita .n. dicitur in Bullis Ric. 1. *p. resol.* 370.

Quid si pensio sit super Canonicatu an Canonico decedente, vel renuntiante agi possit cõtra Capitulum? Distinguo si fructus nõ sint distincti, sed de communi massa dantur à Sindico potest totam .n. soluit pensionem pro tempore quo Capitulum habuit omnes fructus, & distributiones Rot. 2. *p. recent. decis.* 332. Si sunt distincti agitur contra successorem, Azor. *lib.* 8. *cap.* 13. *qu.* 4. Si autem Pensio sit super fructibus & distributionibus (quid expresse debet exprimi, alias super distributionibus non intelligitur) Tũc si propter absentiam canonici alijs distributiones accreuerunt potest agi contrã Capitulũ prò rata etiam si distributiones iã Canonicis bona fide fuissent distribute, & nũquam à Capitulo Pensionarius exegerit.

G

Primo, quia hæc pensio datur ex gratia Papæ qui antequam Capitulum acquireret, iam Pensionario hippotecauerat Gigas. *qu.* 39. Rota *coram Pamphil. Burgen. Pensionis 29. Octobris* 1591. Barbos. *prox. pens. q.* 7. *num.* 25. *et seq.* intentio .n. Papæ est grauare distributiones etiã ante seruitiũ.

2. Quia alias pensio non esset annalis, sed euentualis pendens à seruitio, Rot. 2. *p. recent. decis.* 133.

3. Quia declarauit Greg. *XIII.* cõtra Capitulũ eleboren. & Clem. VIII. contra Cap. Vixbonen. vt apud Garz. *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 217. Rot. *l. 1.*

4. Quia Bullæ cantant, vt soluatur per successores quomodolibet. i. quocunque modo, ita Paris. *cons.* 58. *num.* 10. exponit, & sic comprendit omnem modum, & omnia vltra expressa .s. quocunquè modo succedentes in redditibus Ric. 1. *p. resol.* 370. Garz. *l. c. nu.* 22. Bonac. *de destrib. q.* 6. *p.* 3. *nu.* 11. *contra Monet. de destrib. p.* 3. *q.* 8. *num.* 17. *& seq.* Immò non valet contraria cõsuetudo. Crescẽ. *decis.* 3. *de contra* Guttier *lib.* 1. *q.* 1.

4. Vbi titularis agere vellet cõtra Pensionarium de inualiditate, vel excessu Pensionis signatura rescribit *sine retardatione solutionis.* Tùm ob honorem Papæ ne eius litterę careant obedientia, Tum vt obuietur malitijs soluere recusantium, nam ad fugiendam solutionem facile mouerẽt litem, Marescot. var. resol. *cap.* 21. Ideo pendente lite pensio sol-

H

soluenda est litteris tantum expeditis etiamsi non sit in possessione exigendi, Rot. coram Seraph. Tarraconen. *Pensionis 29. Aprilis 1596. & coram Blanchet Rom. Pensionis 13. Martij 1576.* Quod verum est quando pensio est pura vt declaratur infra de sufficientia benef. dub. 1.

5. Solet in Bulla pensionis apponi clausula, *vt habita vel non habita beneficij possessione soluatur.* Non operatur tamen ex benignitate Rotæ vltra duos, vel tres annos Rot. *decis. 12. de praben. & 2. p. diuers. decis. 699.*

Procedit vt etiam non habita possessione teneatur soluere quando per ipsum stetit, vel malitiosè & sine iusta causa non cepit; secus si iusta de causa Seraph. *decis. 66.* Rot. *diuers. p. 3. decis. 705.* quia iniquissimum esset, vt soluere teneatur, qui non potuit fructus percipere.

Quid si lite fructus non percepit. Distinguo si lis fuit calumniosa, vt quando non processit in lite respondendo quod debebat tunc malitiose succumbit, & tenetur ad pensionem, quia illa clausula inuenta est ad obuiandum fraudibus.

Si vero lis non est calumniosa, & bona fide succumbit ad nihil tenetur, quia pensio est super fructibus, quos non percepit, nec per eum stetit, Rot. coram Seraph. Taraconen. 29. Aprilis 1596.

Declaro idem dicendum esse de excommunicato, vel suspenso à beneficio, nam tenetur ad pensionem etiam si fructus non percipiat, qui .n. culpa sua eiectus est ab Vrbe licet nō habeat suorum bonorum fructus tamen tenetur ad censum, & onera *Bart.* relatur à Gig. *qu. 4.*

6. Pensio libera est ab omni collecta decima, & ab omni onere ordinario, & extraordinario, & quauis impositione etiā ex causa vrgentissima, ità dicitur in Bullis, & sentit Rota, ideo Seraf. *decis.* 1348. dicit onus soluendi subsidium quod aliquando Regibus ex Papæ concessione debetur totum spectare ad titularem.

Procedit de vsu Curiæ nam de iure communi qui habet partem fructuum prò rata tenetur ad onera distinctio tantum hęc adhibetur. Pensio posterior est libera ab omni onere, & impositione priori. Pensio Anterior nō q.a posteriora derogant prioribus, *l. non est nouum ff. de leg. ita Rot. p. 2. diuers. 162. Azor. lib. 8. cap. 9. qu. 2.* Barbos. *l. 1. q. 7. n. 31.* forma tātum concessionis inspiciatur quia Papa potest etiam à posterioribus liberare, sicut solet etiam huic priuilegio derogare.

Declaro si Pensionarius vexaretur à Collectore decimarum Apost. ad quas non teneretur debe p-

B 2 mit-

præmittere protestationem, q̃a sic solutio non noceret cum non fit sponte facta alias, nec priuilegio censeretur renũtiare DD. *cap. cum accessissent de Const.* Azor. *l. 1. cap. 13. qu. 9.*

7. Plures pœne irrogantur in recusantem soluere pensionem .s.

K Excom. priuatio, & Regressus.

1. *Excommunicatio* latæ sententiæ à qua absolui nequit nisi satisfacta, vel concordata parte excepto mortis articulo. Requiritur, quid lapsum sit tempus 30. dierum post terminum solutionis. s. festiuitatis illius in qua est destinata solutio, & integrè non soluerit, vt dicitur in bullis.

2. Priuatio beneficij ipso iure. Requiritur, quod per sex menses dictos 30. dies immediatè sequẽntes dictam Excommunicationem sustinuerit vt dicitur in Bullis Declaro prædictas pœnas incurri etiam nulla præcedente monittione dummodo, vel ipse beneficiarius consenserit, vel litteræ sint intimatæ, quia tum dies interpellat prò homine Nauar. *cap. 27. nu. 278.*

Aliqui tamen tenent non incurri nisi Pensionarius declaret velle incurri cum eius fauore sint inflictæ alterius *Tom. 1. de Censu. lib. 2. disp. 1. cap. 4.*

Declaro 2. Non incurri quando Pensionarius prorogaret cũ sint in illius commodum irrogatæ. *Azor. lib. 8. cap. 9. ad fin.* Immò donec Pẽsionarius declaret sua voluntatem beneficiarius retinet titulum, & ita potest renunciare, Barbos. *prax. pens. q. 9. n. 21.*

3. Regressus ad beneficium p quẽ pensionario conceditur lapsis p̃dictis sex mensibus regredi ad

L suum beneficium absq; alia p̃uisione, quia Papa concedendo regressum confert beneficiũ ex nunc prout ex tunc, ideò Colatio censetur facta ab initio. *Put. lib. 1. decis. 306.*

Duo requiruntur.

1. Vt beneficiarius in excommunicatione perseueret per sex mẽses post dictos 30. dies. Tunc. n. ex duplici capite datur regressus, vel quia non soluit, vel quia annullari pẽsionem petit, vel ad minorem summam reduci vnũ tamen sufficit, Veral. *decis. 9. p. 3.* Rota coram Vbal. Cremonen. *Pensionis super regressu. 23. Iunij 1623.*

Immò Rota non solet regresũ cõcedere nisi ex magna proteruia in denegãdo sollutiones per plures annos, Gig. *qu. 99.* Rota coram Pirouano 22. *Iunij* 1629. *Pensionis* Barbos. *l. c. q. 9. nu. 6.*

2. Vt Pensionarius declaret se velle vti iure quod habet beneficiũ repetendi sicut Emphiteuta nõ incurrit priuationẽ ob denegatam Pensionẽ nisi Dominus declaret velle vti iure suo, & bona fuisse facta caduca. Azor. *l. c. cap. 9. qu. 4.* Decius *cons. 146. vol. 1.*

Mar-

Marchesf. p. 1. §. 2. *de Com. appell. in causa Cam.* vbi citat Rot.

Sciendum tantum est quod declaratio Pensionarij inducit quidē vacationem, sed tamen beneficiarius iuuatur Triennali, quando recepit pensiones, ideo habēs regressum repellitur exceptione Triennalis Caputq; *decis.* 10. *p.* 3. Mohed. *decis.* 2. *de cau. poss.* quia ex triennali præsumitur titulus.

Declaro regressum in pluribus casibus permitti.

1. Quando quis renuntiat beneficium.

2. Quando liti cedit cum pensione.

reseruato regressu.

Gig. *qu.* 99. *num.* 22. vbi ait his tantum casibus permitti.

3. Quando confertur beneficium per obitum vni resseruata alteri pensione cum facultate impediendi ad illud beneficiario denegante pensionem Mandosf. de signat. grat. tit. Regressus, sed hic dicitur potius Accessus.

4. Quando quis renuntiauit e. g. Canonicatum reseruata pensione quam Canonicus soluere denegat, quia Canonicatus nullos habet fructus, sed tantum distributiones super quibus non fuit speciatim expressum resseruari tunc recuperat Canonicatū non vi regressus, sed ratione spolij. Idem quando alter beneficium dedit quod cedere non poterat, vel non erat, vel priuatus fuerat. Ita Rota iudicauit teste, Parisf. *de resig. lib.* 6. *q.* 3. *nu.* 8. Neque hic accessus est regressus qui in ressignantibus conceduntur ablati fuere per Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *de ref.* quia idest ex pacto est. n. iustissimum vt recusās soluere pēsionem beneficium restituat, vt pluribus probat. Barbosf. *prax. pens. qu.* 9. *per tot.*

Declaro 2. Regressum dari etiam contra successorem, quia, idest onus super beneficio, & ita in Bullis conceditur. Sed si beneficiarius non soluat, & lapsis sex mensibus post 30. dies per terminum solutionis, aut infra annum moriatur, & Pensionarius non egerit contra beneficiarium mortuum non potest vti regressu. tunc cōtra successorem, quia suo iuri videtur renuntiasse Crescen. *decis.* 21. *de locat.*

Quid si dimidiam pensionem extinxerit datur ne regressus; si aliam dimidiam soluere recuset. affirmat Paris *l.* 1. *nu.* 33. testans ita Rotam iudicasse.

Sed remanet Difficultas. An qui vult regressū possit decursas pēsiones recipere, & an recipiendo præiudicet regressui.

Distinguo 1. si lapsus est terminus, ita quod detur regressui locus, & solum pensionem recepit extraiudicialiter, tunc censetur renuntiare tāquam proprio fauori sicut recipiens Canonem post incursam caducitatem videtur illam

iam remittere. Surd. *decis.* 317. Mantic. *decis.* 200.

2. Si potuit agere ad regressum & in iudicio solum petijt pensiones illas recipiendo sine protestatione censetur regressui renuntiare Gamb. *lib.* 6. 10. 2. 48. Imò etiã cum protestatione secundum Surd. & Mantic. l. c.

3. Si egit ad vtrumque, & super vtrumq; fuit pronuntiatum tunc recipiẽdo pensionem etiã absq; protestatione nõ dicitur regressui renuntiare, quia per sententiam iudicis ressolutus est titulus possessoris, & consolidatur in pensionarium sui ex nunc prout ex tunc Papa iam in Bullis resseruando regressum fecit beneficij colationẽ, ità quod nec titularis possit reuerti ad illud Achil. *decis.* 7. *de renunt.*

Neque confunditur creditum, quia pensiones decursæ debentur ex fructibus perceptis. Ità resoluit. Rot. coram Pirouano 22. *Iunij* 1619. In causa Pensionis Barbos. & propterea edidit Praxim exigen. pens. vbi de regressu. *qu.* 9. & 10.

Neque obstat quod non possit peti pena, & res debita quando pena succedit loco rei debitæ *l. Calum* §. *labeo ff. de dol. except.* quia in hoc casu Regressus non succedit loco pensionum, sed accedit, & vtrumq; petitur ex diuersis causis. s. Pẽsiones ex antiqua actione Regressus, vel ex contumacia vel ex pacto in litteris Apost. inito Grat. *cap.* 182. *num.* 19. & *cap.* 617. *num.* 13. contra Gig *q.* 76.

DE 2. Ad validam, & licitam pẽsionis constitutionem quinq; requiruntur.

1. Auctoritas concedentis.
2. Consensus beneficiarij.
3. Capacitas recipientis.
4. Sufficientia beneficij.
5. Iusta causa.

Auctoritas concedentis in quatuor residet. s Papa Legato Episcopo, & Prelatis Religionum.

1. *Papa* eam habet plenè potest. n. in omnibus beneficijs simplicibus Parochialibus, Episcopalib. commendis de iure patronatus &c. quia Papa habet liberam omnium beneficiorum administrationem ca. licet de preb. in 6. Clem. 1. vt lit. pend. infin. & probat Azor. 2 *p. lib.* 8. *cap.* 8.

2. *Legati Papa* possunt pensionem imponere in suis Prouincijs super beneficiorum personis prout Episcopi possunt in suis Diœcesibus modo sint à Latere. Secus alij vt not. Azor. *l. c. q.* 2. 3. 4. Sed super beneficijs habent facultatem solum in renuntiationibus ea conditione, vt tertiam partem fructuum non excedat. Ideo nequeunt dummodo fit resignatio reseruare pẽsionem super alio beneficio, quod habet his qui resignat, quia nequeunt suæ facultatis limites excedere Gig. *q.* 6. *num.* 24. Azor. *l. c. qu.* 5.

3. Epi-

3. *Episcopus* in tribus casibus pensiouem resseruat.

1. In casu dirimendæ litis potest vni litigiosum beneficium applicare, & alteri pensionem ratione alimentorum expēsarum laboris, & prò bono pacis *cap. nisi de præb. & cap. de cætero de transact.*

Quattuor requiruntur.

1. *Aliqua* iusta causa ex dictis, sine causa .n. non potest. Rota coram Millino Meliten *Canon. 6. Maij* 1596.

2. Quod pensio nō imponatur beneficio, quia iure vetatur beneficia cum diminutione conferri, *cap. si quis 1. q. 3. cap. prohibemus de cens.* Sed beneficiariorum personis, itaut non afficiat successorē, sed beneficiarij morte finiatur, Azor. *l. c. cap. 6. qu. 1.* Bonac. de Sim. *q. 4. §. 15. num. 9.* contra Gig. & Gamb. relat. per Suarez *tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 51. num. 18.* lutantes etiam beneficio per Episcopum imponi posse.

3. Vt nulla conuentio inter partes interueniat.

4. Vt beneficium adiudicetur habenti titulum Canonicum, vel talis exactis appareat. Barbos. Iur Eccles. *lib. 3. cap. 15. nu. 50.*

Ampliat Bonac. *l. c. num. 12.* Idem posse arbitratorem cum prædictis requisitis dummodo sit Clericus, quia nullo iure probatur, quod esse debeat Iudex cū alia iurisdictione quam data à partibus, & si adsint dicta requisita non repugnat. *cap. vlt. de transact.*

Sed an ex conuentione partium litigantium possit cum prædictis requisitis pensio imponi negant. Panor. & Gloss. in cap. *cū pridem de transact.* quia conuentio temporalis prò spirituali dando, vel retinendo est simonia affirmat Suarez, *l. c. num. 20. & 21.* quia pensio illa est spiritualis licet habeat quid temporale annexum. Prima vera est quod inter litigantes fuit conuentio absolutè firmata, & perfecta etiam quod postea ad Superiorem accedāt. Secunda vera est quando totum ad Superiorem remiserunt cum clausula accedente assensu. Superioris naturaliter, nec alio modo Bonac. *l. c. nu. 10.* nam clausula illa geminata naturaliter, nec alio modo reddit nullam illam conuentionē ante approbationem, & ita alienans rem Emphiteuticā eccitat caducitatē. Ric. *3. p. resol. 512.*

2. Episcopus potest pēsionem resseruare in fundatione iurispatronatus modo dicto in *1. p. cap. 5. p. 5. in fin.*

3. In vacatione per obitum in suis mensibus in quibus ex stilo Curiæ permittitur, vt Episcopus faciat nominationem beneficiarij, & etiam Pensionarij cum quantitate pensionis. Sed Papæ Auctoritas intercedere debet, & Bullarum expeditio, tàm beneficij

ficij, quàm pensionis fit in Curia Romana solet tamen colatio ordinario remitti, vt mihi pluries contigit dum Vicarij Generalis offitio functus sum.

Additur 4. in permutatione, nam tunc Episcopus cessante pacto, mandare vt pinguius beneficiũ recipiens soluat alteri pensionẽ ad coequandos fructus cum requisitis prædictis. Rot. coram Marquem. *Alboganen. Confidentia 6. Martij* 1606. Barbos. Iur. Eccl. Vn. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 60.

4. Superiores Religionum in suis manualibus beneficijs, quæ sunt de mensa possunt iusta de causa pensionem imponere, in illis quę conferri debent in titulum nequeunt. Clem. 1. *de supl. negl.* & idem de Generali Militiarum in suis Ecclesijs. & suis subditis tantum Rot. coram Pirouano 25. *Iunij* 1610. *Barbos. l. c. num.* 62.

Consensus Beneficiarij est de substãtia in omnibus inferioribus etiã Legato de Latere non autem in Papa qui potest imponere pensionem etiam inuito, & reclamãte Rectore, sed id non solet, vt patet ex reg. 43. Cãcell. Ideo deberet derogare expræsè d. to consensui alias gratia præsumitur nulla, quia etiam motus proprius intelligitur, vt non præiudicet tertio Rot. diuers. *p.* 1. *decis.* 451.

Qua ratione non imponitur cum damno habentis ingressum, & regressum nisi specialiter Papa id exprimat, Ideò regrediens ad beneficium non soluit pensionẽ sine suo consensu impositam sed pensio valet sine eius detrimento, Put. *decis.* 97. *lib.* 2. *Azor. cap.* 8. *qu.* 12. Cassad. *decis.* 1. *de pens.* Idem de translatario.

Declaro 1. quod qui consentit etiã prò successoribus cõsentit, Barbos. *prax. pens. qu.* 2. *num.* 45. Ideo Pensionarius manutenendus est contra successorem vt supra priuileg. 3. quia ex variatione personarum non variatur possessio Put. *decis.* 151. *lib.* 3. Seraph. *decis.* 1147. *Recent. p.* 2. *decis.* 562. & 508.

Declaro 2. Cõsensum prętari posse per se, & per Procuratorem, sed speciale mandatum requiritur, nam quæ sunt magni præiuditij, non potest facere Procurator cum libera, & generali administratione, nisi adsit spirituale mãdatum, Menoch. *cons.* 331. *num.* 90. & *cons.* 400. *num.* 4. Non requiritur spãle quo ad talẽ Ecclesiam, sed sufficit generale ad quęcumq; beneficia, & ad in omnem pensionis quantitatem bene Visam, Paris *lib.* 9. *qu.* 7. *n.* 21.

Declaro 3. Mandatum prædictum probari in primis expręsso per Instrumẽtum deindè eo deficiẽte per coniecturas. Rot. Recentissim. *decis.* 174. & 722. *p.* 1. & *p.* 2. *decis.* 166. *Greg. XV. decis.* 111. Coniecturæ plures sunt.

1. Enun-

2. Enunciatiua Papæ, qui dicit in Bullis *cuius expressus accedit assensus* cum .n. hoc sit coram eo factum verba illius plenam fidem faciunt, Mascard. *de prob concl.* 139. Veral. *decis.* 186. *p.* 2. Put. *p.* 1. *decis.* 829. Rot. *Recentin. p.* 1. *decis* 405. *& p.* 2. *decis.* 191. ita vt non admittat probationem in contrarium, Mascard. *l. c.* Rot. coram Merlino Bergomen. *Capellaniæ* 18. *Iunij* 1629.

2. Quando ex Bullis constat consensum fuisse præstitum tunc .n. potest opponi deffectus consensus, quia Papa prohibet Bullas expediri non prestito consensu, Caffad. *decis.* 1. *de renunt.* Rot. 1. *p. diuers decis* 396.

3. Ex admissione renuntiationis factæ per Papam, quia Notarij nõ recipiunt suplicationes, nisi constito de mãdato. Paris *lib.* 8. *q.* 22. Immò faciunt obligare Procuratorem nomine proprio ad exhibendum magis sufficiens mãdatũ alias ipse teneatur ad oĩa damna Rot. *p.* 1 *diuers. decis.* 741. & à tergo Bullarum testantur de consensu, vt ex Praxi.

4. Ex magnis impensis præsumitur facta de mandato expendẽdentis, Seraf. *decis.* 856. Rot. 2. *p.* Recent. *decis.* 206. etiamsi non constet de mandato, Caffad. *decis.* 3. *de procur.* Caualer. *decis.* 590

5. Ex Vna supplicationis, & litterarum vbi cõsensus exprimitur; quia capiens possessionem vigore illarum litterarum ratificat, & ratificatio facti acta validius confirmat, quam quæ verbis *ca. dilecti in* 1 *de appell.* Rot. coram Caualer. *decis.* 26.

Capacitas recipientis quatuor requirit. s. legitimitatem Natali um, etatem sufficientem, Tonsuram, & Censuræ Carentiam.

P

1. *Leggitimitas*, quia Pensio est res spirituali anexa cuius spurij sunt incapaces, & irregulares. Tum quia in eis defficit claritas Clerici necessaria. Tum ob detestationem paterni scelleris. Tum quia incontinentes præsumuntur, vt Parentum imitatores Homob. *exam. Eccl. p.* 2. *tract.* 12. *cap.* 2. *q* 5. Procedit de pensione Clericali, Gig. *q.* 6. Papa tantum potest dispensare non Episcopus, Azor. loco citando.

Quid si spurius esset ad beneficia dispensatus iudicandus est ne Pensionis capax?

Distinguit *Azor. lib.* 8. *cap.* 7. *qu.* 6. 8. s. vt sit capax pensionis quando ad beneficia fuit à Papa dispensatus, ideo renũtians reseruata pensione tacito natalium vitio valida erit secus si ab Episcopo, quia Episcopus nequit pensiones imponere ego statim, ac clericus est censo capacem esse pensionis etiam à solo Epõ dispensatus quia illegitimus nõ est inhabilis ad pensionem nisi rõne Clericatus super quo dispensatus alia non eget dispensatione

fatione, Seraph. *decis.* 1264. Rota *Recentior p.* 1. *decis.* 54 *& alibi, vt Rub. in d. decis.* Seraph. Ad rationem. Azor. dicitur quod Clericatus reddit capacem. Aliud autem est capacem reddere, & pensionem imponere.

Declaro filium Clerici etiam ex legittimo matrimonio non posse habere pensionem in Ecclesijs in quibus Pater habuit beneficium, vel pensionem, Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de ref.* si tamē Pater habuit pensionem super beneficio quod nunquam habuit, & potiatur facultate transferēdi de Iure posset in filium transferre, quia ius vetat filium succedere in beneficio Patris Pensio autem non est propriè beneficium, & odia sunt restringenda *cap. odia de reg. iur. in* 6. Paris *lib.* 6. *qu.* 4. Hodie tantum Const. Pij V. Quæ ordine vetat spurijs aliquid relinqui, & sub elemosina de bonis Ecclesiæ.

Sed quid si Pater ante Trid. transtulisset pensionem filio super suo beneficio soluendam post mortem Patris an per superueniens Decretum Triden. Pensio annulletur?

Distinguo 1. Si loquimur de iure habituro in vel ad rem sub spe vt est vacatio, & collatio beneficij annullatur, quia *Sac. Cong. super sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* statuit Dispensatum ante Trid. ad dignitatem cum Parochiali non posse postea vtrumquè rettinere nam Constitutio comprendit præterita quando expectant perfectionem ab actu futuro, Gloss. *Clem.* 1. *de etat. & qualit. cap. in posterum ab omnibus approb.*

2. Si loquimur de iure creato in re, vel ad rem, vt est solutio pensionis. Ius. n. soluendi creatum fuit per reseruationem non annullatur, quia actus censetur perfectus licet executio sit in suspēso, Rot. coram Gypsio *lib.* 1. *manuscrip. decis.* 77. Cassad. *decis.* 3. §. *hinc est de preb. vbi Rub* Nec est pulchra distinctio adhibenda in omni materia obtenta ante legem prohibentē subsequētem.

1. *Etas sufficiens* est septem annorum, quia requiritur etas primæ tonsuræ. Papa tamē potest etiā Infanti Pensionem dare. Sed facienda est mētio etatis infantis, quia in Bullis dicitur *Vita, ac morum honestas &c.* quæ in infante non cadunt. Ric. 1. *p. resol.* 567. Azor. *lib.* 8. *cap.* 7. *q.* 1. Grat. *cap.* 397. *num.* 17. Barbos. ad Trid. *sess* 23. *cap.* 1. *de Ref.* cōtra Garz *p.* 1. *c.* 5. *num.* 129. *Sā beneficium num.* 30. putantes requiri 14. annos, vt in beneficio.

3. Tonsura, quia laicus non est capax pensionis Clericalis, sed tantū profanę, & temporalis extende etiāsi Clericus fiat post gratiam gratia est nulla, quia quod ab initio non valuit solo tempo-

rio

sis cursu, non conualescit cap. non firmatur de reg. iur. in 6. Gig. q. 21. cōtra Anchar. & alios. Ex dispensatione tantum Papæ laicus fit capax. Immò sunt quędam militum Congregationes in quibus etiam Vxorati possunt habere pensiones ex Sum. Pont. Concess. vt Equites Sancti Petri, & Pauli ducatorum 150. Lauretani, & Sancti Pauli 200. *Azor. cap. 7. qu. 3.* SS. *Mauritij*, & *Lazari*. *Item* Sancti *Stefani* Ducatorum 400. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 11. num. 33.*

Sed an Regulares sint capaces olim erant cōcessa Abbatib⁹ amouibiliter ad nutum. Hodie tantum ex Papali dispensatione, quia proprium habere nequeunt, & vetatur à Trid. *seß. 25. cap. 2. de regul.*

4. Carentia censuræ, quia excommunicatus suspensus, interdictus & irregularis sunt incapaces beneficiorum, & pensionum, tum de iure, tum de stilo Curiæ, ita omnes.

Sed an pensio sit nulla quando beneficij colatio non tenuit Resp. negatiuè, quia non inconuenit, quod eadem gratia sit pro parte valida, & pro parte inualida. Felin. cap. Sedes de rescrip. nu. 2. In separabilibus .n. & diuiduis exclusio vnius partis non facit exclusionem alterius *l. fin. C. fam. ercisc.* Ità in terminis Gonzal. *de Altern. gloß. 5. §. 9. num. 6.* Ric. *1. p. resol. 369.*

Sufficientia beneficij, vel in Curatis consideratur, vel in simplicibus. Primo casu Episcopatus grauari nequeunt pensionibus nisi mille liberi pro Episcopo, & Parochiales nisi centum ducati liberi remaneant pro Rectore. Trid. *seß. 24. cap. 13. de ref.* idcò talis clausula semper in Bullis ponitur. Papa tantum posset pensione grauare etiam si non remaneant prędicta; sed conditio illa *dummodo remaneant &c* non derogatur nisi expressa facta mentione, vt not. *Azor. lib. 8. cap. 8. qu. 7.* vbi in fin. addit Canonicatus, & dignitates non solere pensionibus grauari nisi fructus cētum ducatos excedat id tamen Trid. non dicit neque Curia semper obseruat.

Secundo casu non debet excedere tertiam partem fructuum, & ita præsumitur voluntas Papæ Gig. *q. 9.* Sed stilus Curiæ est, vt non excedat medietatem, Rot. *diuers. 3. p. decis. 1160.* Quod si excedat non corruit in totum, sed in quātum importat excessus, Cassad. *decis. 4. de pens.* Rot. coram Mantica riguentina pensionis 28. *Iunij* 1591. Si tantum fuit etiam super incertis imposita, vel expssè, vel tacitè hoc modo *super fructibus redditibus*, *& emolumentis vniuersis*, & etiam super distributionibus hæc etiam debēt pbari, & computari, vt videatur

expensio sit excessiua. Rot. coram *Pegna* Pensionis 11. *Maij* 1612. *&* 1. *p. Recent. decis.* 510.

Sed quomodo Rota corā Robust. 1. *p. diuers. decis.* 710. statuit quod si pensio sit nulla in vno obstio in totum corruat. Resp. Intelligi quando valor beneficij fuit expressus, & positus in conditione. s. *dummodo remaneant &c.* vel non excedat terciam partem, qa tunc si venditio nō est vera gratia est subpreptitia, & in totum nulla tamen resignans ad suum reuertitur beneficium, Crescen. *decis.* 17. *de rescript.* Si vero non adsit clausula conditionalis, *sed quatenus non excedat &c.* tunc si excedit reducitur ad verā quātitatem. Rub. in suis sing. *in d. decis* Robust. vbi plures allegat.

At pro complemento huius requisiti septem pulchræ, & necessariæ difficultates sunt soluendæ.

1. *Quando littera pensionis sint iustificanda.*
2. *Qualis iustificatio requiratur.*
3. *Ad quem spectet litterarum iustificatio.*
4. *Centum pro Rectore, & mille pro Episcopo.*
   Cuius sint valoris.
5. *Quomodo liberi remanere debeant pro Rectore.*
6. *In qua moneta, & valore sit pensio soluenda.*
7. *Quid requiratur adhoc vt pensionarius constituatur in possessione exigendi.*

Ad 1. Distinguo de petitorio, & possessorio. In Petitorio si gratia & pura proceditur ad executionem etiam absq; litterarum iustificatione, Rot. Recent. 1. *p. decis.* 547. *&* 2. *p. decis* 517. Seraf. *decis.* 1017. Beltran. ad Lod. *decis.* 57 *vid. sup. priuil* 4 *pēs.* Si gratia est conditionalis. s. *dummodo remaneant centum &c.* Tunc requiritur iustificatio non solum quando agitur contra successorem, qui non consensit Seraf. *decis.* 1132. Sed etiam contra beneficiarium, qui consensit. Rot. Recent. 1. *p. decis.* 847. quia consensus habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia cui accedit consensus. s. *dummodo remaneant &c.* Rot. coram Gypsio Salamantina Pensionis 26. *Martij* 1596. Rot. 4. *p. nouis. decis.* 479.

Declaro quando præstitus fuit cōsensus ab initio reseruationis sine *clausula dummodo remaneant*, Liberat Pensionarium à iustificatione, Caualler. *decis.* 26. *& decis.* 148. & ita solet dici quod sufficit Consensus vndecumq; collectus secus si consensit cum illa clausula ex post ante nam nec obligatio de soluendo pensionē æquipollet consensui. Coccin. *decis.* 40. *num.* 26.

Insurgit pulcherrima difficultas. An Pensionarius possit vti cōsēsu Prædecessoris contra successorem pro liberatione à iustificatione

catione. Distinguo si successor habet causam à prædecessore, e. g. Franciscus qui consenserat renuntiauit Petro cum expressione pensionis, & ità acceptauit tunc liberatur Pensionarius à iustificatione, quia consensus Francisci est Petri, ac si Petrus consensisset, Put. *decis.* 511. *lib.* 2. & in puncto, Rot. coram Merlino *Toletana Pẽs.* 1. Iulij 1630. *&* *corã eod. Auers. Pẽs.* 27. *Mar.* 1628

Si verò successor non habet causã à prædecessore licet pensionem exprimat non videtur consentire nec liberatur pensionarius à iustificatione, quia consilio interpretatur, vt minus noceat, Rot. Recent. *p.* 1. *decis.* 366. *&* 633. & in puncto corã Pirouano Eleboren. Pẽs. & coram Merlino in eadẽ Auersana 30. *Martij* 1636. Et hoc modo diuersæ decisiones conciliantur per Illustrissimum, & Reuerendiss. Dominum Ghinium Cam. *Apost.* Comiss. Patriæ meæ splendoré, & Vniuersi iuris oraculum, *vt not.* Barbos. *lib.* 3. *Iur. Eccl. cap.* 11. *num.* 16.

In possessorio si agitur executiuè, vel adipiscendæ tunc parte opponente omnia narrata sunt iustificanda, parte vero non opponente solum quorum falsitas gratiam viciaret, vel quorum expressio mouit Papam ad concedẽdum iuxta Doctrinam Imol. *cap. super litteris de rescrip.* e. g. Dispensatio super inhabilitate, familiaritas Cardinalis &c.

Si verò agatur possessorio retinendæ, vel recuperandæ tunc litteræ sufficiunt cum possessione Rot. coram Lancellotto *inter select. de pens. decis.* 212. & coram Bubal: *decis.* 172. *in manuscrip.* nec tenetur exhibere titulum, Barbos. *prax. pens. qu.* 2. *num.* 18. *& seqq.*

Ad 2. Iustificatio debet esse concludens, & nõ sufficit per coniecturas, Mohed. *decis.* 148. *al.* 3. *de testi.* Rot. coram Lancellotto *Clusina pensionis* 9. *Dec.* 1574. *&* 1. *p. diuers. decis.* 298. etiã si agatur via executiua. Rot. coram Lancellotto *Salamantina pensionis* 18. *Aprilis* 1572.

Procedit dummodo agatur principaliter ad effectum Canonizationis gratiæ, quia si incidenter tantum agatur non requiritur exacta probatio, sed sufficiunt litteræ iuxta quasi possessionem Seraf. *decis.* 1287. vid. sup. *in* 5. onere quod est iustificatio.

Ad 3. Distinguo 1. Si pensionarius agit contra Titularem possessorio, tunc onus probandi incumbit titulari quod *s. ei nõ remaneat centum*, quia possessio releuat ab onere probãdi, nec tenetur caussam suæ possessionis exprimere, sed manuteneri debet donec fuerit contra eum in Petitorio pronuntiatum.

2. Si Titularis agit contra Pensionarium *petitorio* dicens non teneri

neri, *quia non remanent centum*, tunc onus probandi pensionario incumbit. Cum.n. agatur, super proprietate Iuris percipiendi causam debet exprimere ille qui asserit sibi pensionem deberi, nec quasi possessio relleuat, Abb. *cap. querellam de elect.* Rot. coram Rubeo *Paduana pensionis* 1587. Mantica *decis* 196. Greg. XV. *decis.* 57. vbi Beltram. Barbos. *l.c. num.* 53.

Ad 4. Verbum *Ducati* intelligitur de scutis, prout valent in loco beneficij, ita Sac. Cong. declarasse refert Martha. de clauſ. 48. & sequitur, Rot. Seraph. *decis.* 1425. Ric. 2. *p. resol.* 355. ad fin. Ratio est, quia Rectori debentur alimenta ex dote Ecclesiæ juxta conditionem loci, & personarum, vt diximus. 1. *p. cap.* 3. *in req. dotis. H.*

X

Quoad locum soluenda est pensio in loco expresso, in dubio in loco debitoris, vel illi commodiori Nald. *sol. num.* 14.

Ad 5. Verba illa *centum liberi* important, vt deductis omnibus oneribus tot remaneant absquè diminutione Ruin. *conf.* 219. *sub num.* 3. *lib.* 1. Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 868. Ric. *l.c.* Et probatio debet esse concludens, nec sufficit per famam vide plures, Rot. decis. apud Ric. 3. *p. resol.* 109.

Declaro 1. onera deducenda sequuntur.

1. *Clericus*, qui saltem vnus in Parochiali esse debet vltra Sacerdotem, quia sine Clerico nō possunt Rectores Ecclesiæ seruire. Felin. *cap. ad aures de rescrip.* Veral. *p.* 3. *decis.* 318.

2. *Expensa pro Candelis* in die Purificationis B. V. & pro Palmis Veral. *l.c.* Ric. 1. *p. resol.* 511.

3. *Solutio Iurium Episcopalium cap. conquerenti de off. ord. vbi* Host. *& de Chatedratico cap. olim de censibus.*

4. *Procuratio in Visitatione d. cap. conquerenti vbi Host. & Abb.*

5. *Accessus ad Sinodum cap. cum Apostolus de censibus.*

6. *Luminaria paramenta*, & cætera necessaria in cellebratione, & Sacramentorum ministratione, *cap. nemo de censibus.*

7. *Reparatio Ecclesiæ cap. de his de Eccl. edif.*

8. *Solemnitas tituli Ecclesiæ..*

9. *Onera Camrralia ita Sac. Cōg. super cap.* 18. *sess.* 23.

Declaro 2. Si quis promittat maiorem pensionem, quam beneficium ferre queat, & mentiatur exp rimendo remanere centum cum non remaneant non esse tutum in conscientia *cap. cum Clerici de pactis*, Azor. 2. *p. lib.* 8. *cap.* 12 *q.* 12. *nu.* 13.

Ad 6. soluenda est Pensio in moneta posita in obligatione e. g. scuta aurea ducati di Camera, quia tunc debetur species monetæ. Nec facit obseruantia in contratium, quia quando constat

Y

ftàt de expressa voluntate reseruantis non est locus obseruātiæ interpretatiuę. Rot. coram Orano *lib. 1. manuscrip. decis. 98. &* 57. *lib. 3.* Rub. *in obseruat. u. Beneficium* §. 7. vbi plures allegat

Ampliatur vt in illa specie monetæ sit soluenda etiamsi adderetur aliquid gratia demonstrationis e. g. ducati auri in auro lib. 500. constituere, quia libræ non sunt in obligatiòne, sed posite sunt gratia demōstrationis. Rot. coram Orano *decis.* 57. & coram Pegna *decis.* 17. *lib. 4. manuscrip.* Si non sit facta mentio loci intelligitur de scutis iuxta valorem loci dantis, & si ibi scuta non repetiantur detur alia moneta iuxta valorem in Curia Rot. *4. p. nouiss. decis.* 678. Hic obiter notandum est de Anno 1596. in Romandiola prohibita fuisse scuta aurea, ideò post dictum tempus contractus continens debitum scutorum auri intelligitur de solidis 84. quia modo illum scutum aureum est imaginatium. Rot. coram Coccino Foroliuien. Dotis 3. *Decembris* 1629.

Ad 7. quatuor requiruntur ad cōstituendum Pensionatium in quasi possessione.

1. Vt solutio sit effectualis.
2. A parochiali, vel de eius speciali mandato facta.
3. Libere.
4. Quod habeant titulum iustum, vel saltem coloratum.

1. *Solutio actualis*, q̄a ex pluribꝰ solutionib. factis ēt à Predecessorib. possessio dicitur probata ex instrumētis quietantiarum Greg. XV. *Pistorien. pensionis* 3. *Iulij* 1606 vbi add. *nu.* 17. 19. & 20. Imò sufficit quietantia vnici actus. Barbos. voto *s. can. num.* 42. *post prax. pens.*

Ideò Confessiones de recepto non probant regulariter, quia respiciunt commodum confitentis, & tendunt ad alium obligandū fallit tantum si sint admodum verisimiles, vt si pñs esset beneficiarius &c. Rot. coram Gypsio *decis.* 79 *lib. 1. manuscrip. vid.* Rub. *obseru. circa Pensionis* solutionem exactionem, & manutentionem diffusè.

2. *Facta à personali*, qui. s. soluere debet, vel de eius spirituali mādato, vel saltem concurrēte sciētia, & patiētia, Rot. *decis.* 23. *aliàs* 2. *de caus. poss.* vbi dicitur etiam quod soluens pēsionem pro alio præsumitur habere mandatum ex coniecturis. Rot. coram Gyp. *lib. 1. manuscrip. decis.* 151. *vbi* Rub. *quam plures &c.*

Si tantum facta esset post resignationem etiam ab ipsomet beneficiario non cōstituit quasi possessionem cōtra eum qui debet habere beneficium, quia in incorporalibus non suffragatur possessio non probata scientia, & patientia. Rot. coram Lancel-

lo

to *decis.* 118. *alias* 7. *de pens.* & *coram Orano lib.* 1. *decis.* 132. *in manuscript.* Ratio est quia post renuntiationem pro mortuo habetur, Put. *decis.* 80. *lib.* 3.

3. *Libere*, quia solutio facta metu censuratum non constituit possessionem dummodo ad sit protestatio alias secus, Seraf. *decis.* 1047. Rot. *coram Lancellotto inter Select. decis.* 113.

4. *Quid habeat titulum Iustum*, vel saltem coloratum, quia possessio cum titulo ex gratia subreptitia non iuat, vt Ric. 2. *p. resol.* 340. *n.* 2. *ad fin.*

Restat dubitatio an retardetur solutio per exceptionē extinctionis.

Distinguo si oritur ex ventre supplicationis, vtiq;, vel alias sit notoria, Caputaq; *decis.* 321. *par.* 1. Cassad. *decis.* 10. *de rescrip.* Aliatū non, quia requirit altiorem indaginem. Ex Ventre dicitur. 1. ex inspectione litterarum, ita vt non possit in dubium reuocari in Rot. diuers. *decis.* 310. 1. *p.* & Recent. 1. *p. decis.* 612. Marescot. Var *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 18.

Iusta causa imponendi pensionem in duplici capite consistit. s. Iure Cōi & vsu curiæ. Primo modo oneris causa conceditur tripliciter.

1. Ad litem dirimendam.
2. Compensandum renuntiationis damnum.
3. In pmutatione pinguis beneficij.

Secundo mo'o causa 'ncri datur quadruplici de causa.

1. Litteratura.
2. Hospitalitate.
3. Benemeriti præmio.
4. Amore quo Papa aliquem prosequitur.

Se tamen Papa sine vlla causa imponeret, valeret. Tum quia Papa habet liberam beneficiorum administrationem. Clem. 1. *vt lit. pend.* Tum quia beneficia cum diminutione conferri Iure tantum Ecclesiastico vetatur, qđ Papa potest dispensare. Sed si ex falsa causa esset nulla, quia licet pensio non sit beneficium tā tū est priuilegium, quod ex falsa redditum subreptitium. Azor. *lib* 8. *cap.* 5. *q.* 8.

Sed esto quod cum omnibus requisitis sit constituta aliquibus annis fructus non percipiuntur propter sterilitatem tempestatem incendia, vel alium casum fortuitū An tunc Pensio diminui debeat in totum, vel in partem.

Distinguo 1. Si fructus sunt assignati gratia demonstrationis tantū e.g. primo præcipitur Clerico tātum pensionem deinde demonstratiuè ex fructibus illius beneficij, tunc non diminuitur, quia demonstratio non restringit, l. Paulo Casimacho *ff. de leg.* 3.

2. Si gratia taxationis, quando. s. vnica oratione dicitur, vt soluat talem pēsionem ex fructibus talis beneficij, tunc pro rata diminuitur,

huitur, vel in totum, quia inest tacita conditio si fructus colligãtur, *l. interdum ff. de verb. oblig.* Ampliatur etiam si adsit clausula, vt non possit peti remissio ob casus fortuitos, Felin. *cap. ad audientiam de rescrip.* Immò etiam si diceretur quod teneatur ad casus inexcogitatos, & insolitos, quia non censetur Papa obligasse nec Rector eis renuntiasse Caputaq; *Adiacen. Pensionis 3. Nouembris* 1557. *Ric. 1. p. resol.* 371.

Declarat, *Azor. 2. p. lib. 8. cap. 13. qu. 3. ad fin.* id procedere de iure secus de vsu Curiæ, vt not. Bartol. *l. huius vers. quæro ff. de alim. & cib. leg.* Integra debentur aliméta super certo fundo assignata ēt si fundus tantum non fructificet. Pēsio autem datur causa alimētorum. Tum quia quando vberiores colliguntur non soluitur maior pensio. Procedit si hoc aliquibus annis contingat: sed si fructus reuera ita essent diminuti, vt Rectori nō posset se, & onera sustinere esset locus reductioni Garz. *p. 1. cap. 5. num.* 339. Homob. *de arbitrarijs qu. 29. in fin.*

PRÆDICTA sunt requisita Generalia in omni pēsione modo alia duo particularia affero.

1. Mentio primæ, & omnium antiquarum Pensionum illius beneficij alias secūda, vel vltima nulla est. etiamsi motu proprio cōcedatur, Cassad. *decis. 3. & 4. de præb.* Seraf. *decis.* 398.

Ne duplici onere grauetur Ecclesia Mohed. *decis. 11. de locat.*

Fallit quod Papa habuit Priorum notitiam, quæ etiam per testes probari potest. Rot. *decis. 17. de rescrip. in nouiss.* Caputaq; *decis. 51. lib. 2.*

Quid si plures præcederent pēsiones non in beneficio illo, sed in persona tenetur ne secundā impetrans pensionem prioris facere mentiònem. quam habet super alio beneficio. Aliqui negāt, quia pensio non est beneficium, nisi titulo paupertatis impetraret, Azor. *cap. 12. q. 14.* Alij affirmant per *cap. ad audientiam 1. l. 2. de rescrip.* Conciliantur Prima procedit de pensione temporali. Secūda de Clericali, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 11. num.* 18.

Nam pensiones non sunt naturæ incompossibiles tamen cum naturali Iure pugnat ratione sufficiētiæ, vt quod plures habeat vltra sufficiētiam, *Azor. cap. 4. q. 7.*

2. In Pensione cui Patruus assentit ad fauorem Nepotis duo copulatiue requiruntur.

1. Solutio effectualis.

2. Integra quia tale apponitur Decretum. Quod si Patruus pensionem ità reseruatam vere realiter, & cum effectu non persoluerit præsens resseruatio nulla sit eo ipso. Ratio est ad obuiandum fraudibus, quæ hic de facili præsumuntur, Rot. *diuers. 2. p. decis.* 244.

D Pri-

Primum requisitum, vt sit solutio actualis est in verbis decreti *vere & cum effectu*, ideò si hæc desit Pẽsio adeo nulla redditur, vt neque expressio titularis consensu possit reualidari, quia reualidatio non à partium, sed Papæ voluntate pendet, ideò sine nouo Apostolico beneplacito partes nequeunt eam reualidare, Paris *lib.6.qu.2. num.8.* Mohed. *decis. 12. de renunt.* Barbos. *d. voto 5. num. 42.*

Ampliatur neq; sufficiant confessiones de recepto, immò neque vna solutio, & cõfessiones de recepto in reliquis. Rot. *coram Coccin. Bergomen. Pensionis 7. Nouẽbris 1625. & coram Manzanedo Parmen. Pensionis 27. Ian. 1627.*

Ampliatur 2. Vt solutiones, ità stilo Curiæ iubẽte probari nequeãt nisi per Instrumenta publica cũ subscriptione publici Notarij, vel saltem dictum Testium asserentium se vidisse Patruum numerantem pecuniam, & Nepotẽ & ad se trahentem. Rot. coram Coccin. *l. 1.* Vel saltem necessaria est fides Notarij, & præsentia testium asserentiũ pecunias fuisse solutas licet Notarius non dicat *numerauit*, Rot. coram *Manzanedo*, Calaguritana Pensionis 17. *Iunij* 1624.

2. *Requisitum*, vt sit solutio Integra est in illo verbo decreti persoluerit. Prępositio .n. *Per* addita *soluo* rem igtegram, & perfectam significat, *l. 1. ff. de adult.* Rot. *Recent. 3. p. decis.* 637. & licet regulariter Pensionarius possit in totum, vel partem pensionem remittere sine Papæ auctoritate Caccialup. *qu.* 30. Gig. *q.* 45. Fallit hoc in pensione ad fauorem Nepotis.

Declaro prædicta omnia requiri ꝑ forma, quia cõtinetur pœna nullitatis in dicto decreto, ideo eorũ, vel vnius omissio vitiat, Barbos. d. voto. 5. Nam quoties ad substantiam actus requiritur dispositio qualificata non dicitur satisfactum nisi interueniat act' omnino qualificatus, Gloss. *sing. ca. significasti 33. qu. 5.* Ideo deficiente qualitate deficit dispositio, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. nu. 47.* Gloss. *l. mancipia ff. de seru. fugit.*

DE tertio Pensio multis extinguitur modis.

1. *Morte mors* .n. omnia soluit.

Sed quæstionis est dubię, si pensionarius moriatur ante completũ D semestre an debeatur pensio pro D rata, quomodo, & cui.

Resp. 2. Garz. semper pensionem hæredibus deberi pro rata temporis, quia pro illa rata satisfecit oneribus recittando Officium B. V. *Ric. 2. p. resol.* 117.

Sed secundum Rotam prius rata fructuum consideratur deinde rata temporis. Igitur Distinguo si non sunt percepti fructus nihil hæredibus debetur, sed in totum

Eccle-

Ecclesiæ remanet, quia super fructibus fundatur ergo illis non perceptis nõ debetur, Caccialup. *qu.* 25. Si sunt percepti fructus tunc pro rata fructuum perceptorum pro rata temporis debetur hęredibus pensionarij, tàm ex testamento, quam ab intestato. Homob. 2. *vol. consult. resp.* 18. quia est vti vsufructuarius, & seruatur *l. defuncta de vsuf.* Rot. coram Caual. *decis.* 121. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 678.

Procedit de iure non de stilo; nam hodie, si in vita non sit dispositum, *Cam. Apost.* recipit pensiones non exactas, tãquam fructus pendentes, non collectos, & ità obseruari vidi.

Quid si de Mense Maij nullis perceptis fructibus Pẽsionarius decedat, sed adsit alius cui post mortem primi à Papa fuit pars pensionis reseruata cui debetur Pensio. In Festo S. Io. Baptistæ. Resp. non hæredibus, quia non sunt percepti fructus, sed illi cui fuit reseruata debetur totius semestris e. g. Pensio erat scutorũ 50. reseruati fuerunt 24. debentur illi 12. residuum Ecclesiæ remanet. Tum quia in illa parte nunquam pensio fuit extincta cum ea alter sit subrogatus. Subrogatum autem assumit naturã eius in cuius locum subrogatur. *l. si eum* §. *qui inuitiarum* §. *si quis cautionem.* Tum à fortiori, quia si quis transferat Pensionem suã in alium Mense Septembri, terminus qui in Natali maturabitur in totum debetur illi cui fuit translata, & non diuidetur inter eam, & transferentem. Rota coram Orano Seguntina beneficij 1. *Iunij* 1592. Paris *lib. 6. qu. 4. nu.* 44. Azor. *lib. 8. cap.* 11. *qu.* 13.

Quid è contra si beneficiarius moriatur, & Mense Maij successor capiat possessionem quis tenebitur ad terminum pensionis S. Io. Iunij sequentis.

Resp. qui percepit fructus illius Anni. Paris *lib.* 2. *qu.* 1. *nu.* 50. quia pensio est onus reale soluitur ꝑ rata fructuum, & sequitur beneficium licet ad alium transeat, *c. querelam vbi* Abb. *de elect.* Mantic. *decis.* 224.

Declaro pro explicatione prædictorum Pensionem esse duplicẽ .s. Anticipatam & Postcipatã

Prima est illa cuius primus terminus reseruatur in tempus in quo nulli sunt percepti fructus & hæc soluitur non perceptis fructibus. Secũda est illa cuius primus terminus reseruatur in tẽpus quo fructus erant percepti, & hæc debetur tantum perceptis fructibus. Vtraq; ex forma concessionis cognoscitur, ita distinguit, Rot. vt not. Grat. *lib.* 3. *cap.* 548. *num.* 46. & 47.

2. *Extinguitur per matrimonium* etiã nullum immò etiã si mulier an-

te consumationem ingrediatur religionem, idem de beneficio, quia ius semel extinctum non reuiuiscit, *cap. quam periculosum 7. qu. 1.* Procedit de Clericali nō temporali, vt in principio huius §. *diximus decl.* 1. Fallit etiam ex dispensatione Papæ, vt sup. *p. 2. huius §. de capacita. recip.* 16. 3. *Tonsura*.

3. *Ingressus religionis* intelligitur post professionem non ante, quia, ita vacat beneficium *cap. 1. de reg. in 6.* Fallit si ingrediatur religionē militarem, quia posset retinere pensionem, vt *l. c. diximus Mart. de iurisd. p. 2. cap. 32. num. 16.*

4. *Habitus dimissione* loquendo de Clericali non temporali, vt supponere. 3. Ideò militiam ingressus monitus nisi pateat amittit beneficium, & pensionem. Azor. *cap. 10. q. 4.* An per militiam vacet ipso iure, vide infra *conditione 3.*

5. *Assecutione* Episcopatus licet Gig. *qu. 56.* neget cum Pensio nō sit beneficium.

Duo requiruntur. s. adeptio possessionis, & Consecratio. *In* translato de vno Episcopatu ad alium loco cōsecrationis requiritur lapsus trimestris datus ad cōsecrādum, Seraf. *decis.* 110. Procedit de iure communi, secus si aliter Papa dispensaret, Nard. Pensio *num.* 11. Idem dicendum est de promoto ad Abbatiam, Azor. *cap. 10. qu. 2.* Cum distinctione tantum data *sup. p. 1. cap. de reseruatione.*

6. *Voluntaria remissione* facta per Pēsionarium in totum, vel in partē in perpetuum, vel ad tempus, quia quilibet potest iuri suo renūtiare, nec Auctoritas Superioris requiritur, quia nulli nocere potest, vt in renuntiatione beneficij Gig. *qu. 45.*

Fallit 1. *In* Pensione *Nepotis* contra Patruum vt dictum est *in req. 2. Parochiali pensionis.*

Fallit 2. si ad illam esset sacris initiatus, quia tunc requiritur, vt habeat aliūdè vnde viuat, & cōsensus Episcopi, Trid. *sess. 21. cap. 12. de ref.*

Fallit 3. in venditione iuris exigēdi pensionem, quia potest vendere, & donare pensionem materialiter. s. fructus non formaliter s. ius exigendi, Azor. *c. 10. q. vl.*

7. *Assecutione beneficij*. Procedit non de beneficio diuerso ab eo super quo erat pensio constituta, quia non vetant pēsionem simul cum beneficio habere, Gig. *q. 50.* Sed de beneficio sup quo ē pēsio cum hac declaratione si beneficium dimittit *ex causa voluntaria* e. g. renuntiatione, tunc pensio censetur extincta sicut Vsufructus consolidatur cum proprietate quando requirit dominium fundi *l. si tibi ff. quibus mod. Vsufru. amittit.* Ideò non poterit pēsionem

sionem exigere sine nouo beneplacito Apostolico si dimittit *ex causa necessaria*, vt quia alter habens potiora iura in lite obtinuit tunc habebit pẽsionẽ sicut prius, ita .n. de vsufructu statuitur *l. Dominus ff. de vsuf.* Gig. *qu.* 49. Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 78.

8. *Redemptione* anticipatis solutionibus.

Declaro si pensio est *inualida* potest beneficiarius priuata auctoritate redimere ad redimendam in-

G iustam vexationem ne litibus fatigetur, sed pensionarius committit iniustitiam, quia accipit prætium non sibi debitum, & esset simoniacus si ex conscientia erronea putaret pẽsionem validam. Bonac. *de sim. qu.*4. §.13. *num.*9. *si est valida* requiritur Papæ Autoritas, quia pensio est ius spirituali annexũ, immò esset simonia, quia habet anexam obligationem spiritualem recittandi Officium B. V. Ita est stilus Curiæ *Iot. de Iust. lib.*9. *qu.*7. *art.*2. Azor. *tamen cap.*10. *qu.*10. excusat à panis simoniæ non à peccato, & punitione in foro exteriori. Immò Caiet. *tom.*1. *opusc. tract.* 31. *resp.* 10. Innuit id priuata auctoritate licere, quia pẽsio est quid temporale, vt fructus. Prima tamen est verior.

Declaro 2. redimentem propria auctoritate, vel inferiori Summi Pontificis non liberari ad obligatione Officij B. V. quia non potest priuata auctoritate se eximere ab obligatione à Superiore imposita, sed si cum Papæ auctoritate fiat liberatur, Bonac. *l.c. num.*8.

Declaro 3. secundum Iot. *l.c.* Procedere de pensione Clericali non Laicali, quę laico datur vti merces laboris, quia est quid prophanum Gigas *tamen qu.* 87. de omnibus intelligit. Mihi magis placet opinio Sot. quia nulla adest spiritualis obligatio.

Vltimo translatione, cum .n. pensio in alium trãsfertur prima extinguitur, & noua constituitur quo ad aliquos effectus licet non in

H substantia, Rot. Segobien. Pen-

H sionis 16. Maij 1598. coram Cordub. vide infra requisitios Plura tamen requiruntur.

1. Auctoritas Papæ quę tripliciter interuenire potest.

1. In ipsa impositione.

2. Separatim.

3. Vigore priuilegiorum, vt habẽt milites Sancti Petri.

Declaro 1. Debere clare constare de auctoritate in litteris Pontificijs, illarumq; forma est seruanda.

Declaro 2. Quolibet tempore posse fieri pensionis translationem etiam in articulo mortis, nec est necesse, vt translatarius 20. dies superuiuat, quia reg. de infirmis loquitur de beneficijs. Put. *decis.*138. *lib.*1. Ric. 2. *p. resol.*470.

2. Ca-

2. *Capacitas* in recipiēte modo dicto in Constitutione Pensionis.

Declaro simoniam esse aliquid tēporale prò pensionis translatione accipere, Azor.*lib.8.cap.11. ad fin.*

3. *Præsentia deputatorum* in litteris Apost. solet .n. præcipi, vt fiat coram Ordinario, vel alia Ecclesiastica Persona in dignitate Ecclesiastica, vel Canonico; militibus autem solet cōcedi, vt coram quacumq; Ecclesiastica psona Notario,& testibus fiat, *Azor.l.c.qu.11.*

4. *Consensus beneficiarij*, Potest quidem Papa id concedere etiam inuito Rectore,sed non solet. Azor. *cap.11.qu.8.* Ideò si fit absens intrà tres Menses debet beneficiarius fieri certior, Cassad. *decis.10.de rescript.*

Declaro transferentem post translationem non posse exigere pensionē, immò si exegit plures anticipatè,tamen translatarius poterit omnes etiam solutas exigere à die translationis;quia fit noua pensio, & sibi Rector imputet si anticipate soluit. Tum qa à simili succeslor in beneficio potest recipere fruct° de bonis Ecclesiæ iam locatis quod prædecessor totam receperit pensionē *cap.vlt.de pecul.Cler.* Azor.*cap. 13.qu.5.* Tamen Gig. *qu.88.*ait esse de æquitate, vt non exigat. Tum quia subrogatum sæpit naturam subrogantis. Tùm quia debiti solutione tollitur obligatio.*L. nihil interest C. de solut.*

5. *Iustificatio*, quia licèt translatio non sit noua gratia in substantia est.n.*subrogatio vnius in loco alterius.* Sed solum quo ad aliquos effectus.s.mutatione personæ respectu viæ executiuæ, & quasi possessionis debet translatarius gratiam iustificare. Possessio.n. transferentis non continuatur in translatarium. Rot. Recent. *p.1.decis.127.*

Fallit in duobus Casibus.

1. Quando agit prò solutione cōtra illum qui consensit maximè si per plures annos soluerat, tunc nihil iustificare tenetur; quia cēsetur approbasse. Rot. Recent. *p.1.decis.505.* Put.*decis.2.c.5.lib. 1.* secus si contra successorem, Rot. coram Mellin. Brixien. *Pensionis* 28. Nouembris 1594.

2. Quando possessio est longi temporis; ideò si sit 30.annorum tēpora cōiunguntur,& non est necessaria iustificatio; ex tanto.n. Cursu omnia necessaria interuenisse præsumuntur, Caputaq; *decis.220.p.3.* Rot. Recent. *p.1. decis.* 122. *&* 505.

Expressione .n. tanti temporis titulus præsumitur, Felin. *cap. licet de Simon.*

DE 4. & vltimo. Ad exigendā Pensionem duo requirūtur. s. Iudex cōpetens, & debitus mod°.

Quo ad primum duplex est Iudex competens.

1. Or-

1\. *Ordinarius*, vt Auditor Cameræ in toto Orbe, & Ordinarij in suis Diœcesibus, Vide Ric. 2. *p. resol.* 339. quia est executor omnium gratiarum Apostolicarum, Ric. 2. *p. resol.* 339. & hi seruare debent formam Decreti. *Trid. sess.* 25. *cap.* 3. *de ref.* 5. non posse declarare excõmunicatum morosum debitorem, nisi in subsidium. s. præmissis diligentijs de faciendo executionem realem, vel personalem, ita intelligitur Rot. coram Orano Illiren. *Pensionis* 13. *Nouemb.* 1593.

2\. *Executor* deputatus in Bullis vbi tres dari solent. Primus Romæ & quando est datus Auditor Cameræ potest duplici vti iurisdictione. s. ordinaria, & delegata. Alij duo in partibus. Quando Auditor Cameræ, vel alius Iudex deputatus procedit auctoritate delegata, vt executor specialiter deputatus, nõ est illi data facultas excommunicandi morosum debitorem Pensionis in subsidiũ tantum, sed potest, etiam primò excommunicare, nec tenetur seruare formã dicti Decreti, Trid. Garz. *p.* 1. *cap.* 5. *nu.* 587. Hic tamen etia sunt notanda.

1\. Vnus executor potest per se, quia illi tres in solidum deputãtur, immò vnus electus potest virtute clausulæ *caterum* in Bullis expræssè deputare sub executorem quemlibet in Dignitate Ecclesiasticã cõstitutum fulminando processum super litteris Pensionis hoc modo. s. *Io. Baptista Parolettus Canonicus Chatedralis Brittonorũ infrascriptarum litterarum Apostolicarum executor specialiter deputatus. Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Præpositis, Canonicis, &c.* & inseruntur litteræ Apostolicæ, deinde talis Processus præsentatur alicui in Ecclesiastica Dignitate Constituto, & instatur pro illarũ executione. Tunc sub executor deuenit ad executionem seruato modo infra posito. *Gig. qu.* 69.

2\. *Iurisdictio Executionis est delegata.* Ideò non potest extẽdi vltra nominatus in cõmissione alias nihil agit, immò dicitur vim inferre ca. cum olim de Off. Deleg. Menoch. *cons.* 340. *num.* 54. Bene sufficit quod comprehendatur, vel expresse, & in indiuiduo, vel tacitè. s. per clausulas generales, & virtualiter, ideò executor habet iurisdictionem etiam cõtra Capitulum in casu supra exposito priuileg. 3. pensionis; qa comprehẽditur per clausulas generales ibi aduersus successores quomodolibet, Barbos. *prax. pẽs. qu.* 7. *num.* 29.

3\. Executor potest cittare etiã extra Diœcesana in qua ipse extitit quia non dicitur propriè citatio, sed insinuatio etiã quod habeat aliqualem causæ cognitionẽ Mãtic. *decis.* 352. Ratio est ne cõtingat mandatum Apostolicum im-

impediri, neque Ordinarij licentia requiritur, quia Delegatus citat, vbiq; sicut delegans, Felin. *cap. fin. de for. comp. contra Prax. Neap. de cauf. deleg. p. 1. resol.* 422. *per cap. statutum §. in nullo de rescrip. in 6.* vbi dicitur non licere extra Ciuitatem, & Diœcesim in qua est deputatus citare, sed prima est vera, quia d. cap. statutũ intelligitur de iudicio ad lites, *Io. And. d. cap. statutum ad fi.*

Sed dicet quis, Trid. *seß.24.cap.*20. *de ref.* pcipit causas omnes quomodolibet ad Ecclesiasticũ forũ spectantes etiam beneficiales in prima instantia cognoscẽdas esse à locorum Ordinarijs vbi dictio *Omnes* est vniuersalis, & nihil excludit *l. Iulianus l. testatorē ff. de leg.* 1. Rot. coram Ss. *Lod. decis.* 315. *Item* dictio quomodolibet i. quocunq; modo, & omnia continet, *Paris. cons.* 58. *vol.* 1. *num.* 10. & Iuri primæ Instantiæ à partibus renuntiari nequit, Barbos. *Collect. d. cap.* 2. Trid.

Resp. Trid. loqui de causis forensibus contentiosis vt ibi, Barb. *num.* 46. & generalitatem illam restringi tum ex subiecta materia, tum ne resultet absurdum vt not. Cæned. sing. 25. *de dictione omnis*. Tum ex declarationibus Sum. Pontif. & Iuris Communis dispositione, ideò causę, quę à Sede Apost. in prima instantia poterant ante Trid. cognosci etiam post queunt, quia nil autoritatis Sanctæ Sedis imminutum est, Barbos. *d. cap.* 20. *num.* 42.

Declaro ad sex capita reduci posse causas, quæ ab Ordinarijs locorum in prima instantia de necessitate non cognoscuntur.

1. Vbi est clausula Cameralis illas .n. Auditor Cameræ cognoscit, & auocat etiam extra Curiã celebratas, & corã Ordinarijs pendentes. *Ric.* 2. *p. resol.* 342. Ita Sac. Congr. relata per Barbos. *Prax. pens. qu.* 6. *num.* 20. Nec opponi potest declinatoria, & incompetentia Iudicis. Zach. *qu.* 7. *num.* 26. quia est Iudex obligationum Cameralium legittimus, Rot. Recentiss 1. *p. decis.* 52. & tunc Papa inhibit etiam Cardinalibus, Paul. V. Const. 20. *Eximia*.

2. In executione litterarũ Apost. vbi dantur executores non possunt Ordinarij se intromittere etiam auxilium dando. Ita Sac. Cong. Barbos. *l. c. qu.* 7. *num.* 14.

In casibus in quibus quis forũ sortitur de Iuri communi, quia hos non intulit *d. cap.* 20. Trid. 3. *ratione contractus, & delicti commissi* Iudex .n. contractus, & delicti potest cognoscere etiam si non sit Ordinarius Sac. Cong. apud Thes. Eccl. for. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 75. quia ratione contractus, & delicti efficitur subditus *ex fin. de for. Comp.* & dũmodo ibi reperiatur cogitur respondere, *ca. Romana §. contrahentes de for. comp. in* 6.

Et

Et si ibi non reperiatur effectus est de suo foro licet non subditus & Iudex contractus potest mittere in possessionem rerum suarum, vt not. Gloss. marginalis *d.* §. *contrahentes*. Neque proprij Episcopi Consensus requiritur, tum quia prorogat iurisdictioné Delegati Papæ. Belet. *p.* 1. *de fauore personali* §. 2. *num.* 7. in casu executionis litterarum Apostol. Tum quia voluntas Clerici non est immediatè causa, vt coram alio Iudice conueniatur, sed necessitas, quæ ratione contractus, vel delicti ꝓcedit ex dispositione legis iubentis etiam inuitos respondere in loco in quo cótraxerunt *d.* §. contrahentes, ideò ad renuntiandum proprio foro non requiritur Ordinarij consensus. Abb. *cap.* 1. *num.* 21. *de Iud.* Barbos. *prax. pens. qu.* 6. *num.* 5. & 6. & ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *de ref. num.* 44. vbi ait tanto magis id procedere, vbi Clericus proprij domicilij fore renuntiauit Gloss. 2. *l.* 1. *ff. si quis in ius voc.* quam celebratissimam dicit, Couar. *pract. cap.* 19. *num.* 5. *eod.* in puncto Franc. Molin. *de Brachio Reg. cap.* 28. *num.*

4. Quando agitur de intellectu litterarum Apost sub plumbo expeditarum; quia etiam in prima instantia remittunt per signaturam Iustitiæ in Curia, & præcipuè in Sac. Rotæ Audit. ità decisum refert, Garz. *p.* 6. *cap.* 3. *q.* 8

5. In beneficijs affectis, & reseruatis; quia etiam in prima instantia in Curia cognoscũtur, ità decisum ait, Garz. *l. c. num* 7. Gonzal. Gloss. 52. *num.* 36. Barbos. ad Trid. *cap.* 20. *de ref. sess.* 24. *n.* 49.

6. In causis possessionis beneficiorum reseruatorum; quæ immediatè cognosci possunt per Aud. Cam. vel alios Iudices Apost. delegatos, vt declarauit Greg. xiij. Const. *Ad Rom. Pont. Prouidentiam* 10. *Iuly* 1574. & sæpius decisum fuisse referunt. Ric. 2. *p. resol.* 339. Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 81. *num.* 17.

7. Vbi per Papam fieret derogatio Conc. Trid.

Extra hos casus causæ omnes quomodolibet ad forum Ecclesiasticum spectantes in prima instantia ab Ordinarijs cognoscũtur, ità vt hoc ius Ordinariorum procedat, etiam cum tribus ampliationibus valde notandis.

1. Vt à partibus nequeat renũtiari in Ordinariorum præiudiciũ, vt tenent Soar. de Pace, *pract. p. Iud. vlt. Tom.* 2. *num.* 18. Lodou. à Sarauia *de Iurisd. Adiunct. qu.* 7. *num.* 7.

2. Vt Aud. Cam. nec alius Iudex Rom. Curię possit se ingerere in prima instantia in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, Ric. *resol.* 126. *p.* 2. exceptis prædictis casibus, Ric. *l. c. resol.* 342. Steph. Gratian. *cap.* 118. *in fin.*

3. Vt neq; Legati de Latere non habẽtes specialem de hoc facultatem queant se ingerere, nec ad sua Tribuualia aduocare, nisi p viam legittime appellationis, vt resolutũ refert, Ric. *in decis. Cur. Neap. p. 4. decis. 296. num. 5. &* Barbos. *ad d. cap.* 20. nam ordinaria eorũ facultas habet clausulam, dũmodo Sac.Cong.Trid. *non sequatur derogatio*, & ità seruatum est in Diœc. Brittonorij, vbi Excellẽtiss. Vrsinus olim Legatus deputauit Comissarium cõtra nõnullos Clericos D.Gub. Foroliuij: sed per Illustrissimum DD. Innocentium Maximum, tunc Brittonorij Episcopum prędictis iuribus deductis, ad dictũ Ordinarium Clericos remisit, & processus.

Quoad secundum modus iudicialiter exigendi pensiones per frequentia notabilia explicatur.

1. Executor deputatus expediet monitorium ad instantiam Pensionarij, qui faciet illud presentare Beneficiario recusanti soluere. Forma monitorij est vt in eo infrascripta ponantur.

1. Nomen cognomen, & Dignitas executoris.

2. Illi quibus dirigitur. s. *Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Præpositis, Canonicis &c.*

3. Instantia partis. s. *Noueritis ad instantiam N. fuisse coram Nobis exhibitas literas Apostolicas pensionis &c.* & deinde tenor litterarum inseritur tàm gratiæ, quã executorialium.

4. Præceptum cum clausula iustificatiua *sub pæna 500. ducatorum Cameræ eidem Cam. aplican. & præ illis mandati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis &c. requirendo 1. 2. 3. & peremptoriè Rectorem quatenùs infra sex dies quorum duos pro 1. duos pro 2. duos pro 3. vltimo peremptorio, & Canonica monitione assignamus debeat realiter, & cum effectu dictis litteris in omnibus paruisse, & ità soluisse omnes, & singulos terminos pensionum decursos, & suis loco, & tempore decurendos, & instantem manutenisse, & mandatum quodcunquẽ &c.*

5. Petitio Instantis, *qui deducit omnemq; actionem, &c.*

6. Declaratio Animi instantis .s. *fuisse, & esse, vt si Rector aliquo tẽpore desistat à solutione dictæ pensionis post lapsum 30. dierum cuiuslibet termini incidat ipso iure in excõmunicationem absq; alia monitione, nam ex nunc, prout ex tunc monetur. Item in priuationẽ beneficij ipso Iure si per sex menses perseuerarit omnesq; alias censuras, & pœnas in litteris, & his monitorialibus cominatas. absolutionem nobis reseruantes, & quod d. Instans intendit habere regreßum &c. quatenus adsit. Vltimo citatio designando locum Audientiæ, & horam .s. quatenus 2. die post dictum terminum immediatè sequentem alias prima iuridica succeden-*

sedente si senserit se grauatum compareat in tali loco causam grauaminis allegaturus alias contumacia non obstante ad præmissa, & etiam grauiora Iuris remedia deueniemus &c.
Tandem subscriptio Iudicis, & Notarij.

3. Lapso termino habita relatione dictum processum fuisse præsentatum in termino citationis si Aduersarius nihil alleget, vel ēt compareat, sed producat exceptiones, quæ nequeunt retardare executionem Iudex declarabit eum excommunicatum, & cedulones rellaxabit, & affigi mandabit præmissa monitione, & citatione ad sententiam modo, & forma sequente in qua exponitur.

1. Nomen, cognomen, & dignitas Iudicis.
2. Nomen, cognomen, & Ecclesia Rectoris. s. *Dilecto Nobis, &c. & nostris immò verius Apostolicis obedire mandatis.*
3. Narratiua facti. s. *Noueritis ad Instantiam N. fuisse litteras Apostolicas pensionis talis productas, & desuper processum expeditum executum per talem nuncium tali die* cuius relationem exhibet, & inseritur tenor processus.
4. *Instantia* Pensionarij petentis executionem litterarum Apostolicarum, vt cogat Rectorem cū effectu soluere.
5. Accusatio contumaciæ, & Pænitentia Rectoris soluere recusantis post effluxos 30. dies &c.
6. Instantia pro declaratione *Incursus pænarum excommunicationis & aliarum cum relaxatione cedulonum, & publicatione &c. deducendo. &c. citra etc. saluo &c. omni etc.*
7. *Præceptum. Nos volentes litteras Apostolicas exequi, prout tenemur. Te caritatiue monemus 1. 2. 3. & peremptoriè, & hac vna pro trina canonica monitione præmissa præcipimus quatenus debeas in omnibus paruisse. & ita cum effectu, & integrè soluisse infrà tres dies quorum 1. pro primo. 2. pro 2. 3. pro tertio vltimo, & peremptorio termino, & canonica monitione assignamus alias prima die iuridica post dictum terminum immediate sequenti coram nobis tali loco compareat ad videndum, & audiendum in dictarum litterarum executionem te soluere renitentem declarari incursum in excommunicationem, & alias pænas cominatas relaxari cedulones publicari, & affigi toties quoties, &c. grauari, & regrauari, &c.*

3. In termino monitionis accusata contumacia Iudex declarat Rectorem incidisse in excōmunicationem relaxat cedulones, & mandatum executiuum similiter elapsis sex mensibus proceditur ad priuationem beneficij & ad regressū modo supra exposito in 7. priuileg. pensionis.
4. Si post declarationem excommunicationis cōpareat Rector N. & producat exceptiones etiam

legittimas non potest impedire effectum censuræ tempore habili productum in quo non fuit oppositum. Quando.n. non fuisset productos eff. ctus.s. non fuisset facta declaratio censuræ potuisset suspendi, *cap. Pastoralis §. veru cap ad hæc de appell.* Barbos. *prax. cens. q.6. nu.2.3.& 4.*

5. Si in termino competenti deducat exceptiones legittimas auditur,& executio suspenditur.

Declaro exceptiones legittimas esse intrinsecas nullitas, vel subscriptionis, quæ.s. ex ventre litterarum resultant, & incontinēti probantur, vt quia habet *Instrumētum* præ manibus, vel saltē intra decem dies talis.n. terminus posset dari ad eas probādum dummodo fuerint releuantes nisi breuior sit de *Iure* particulari, vel consuetudine, Barbos. *l.c. nu. 9.* Item est legitima exceptio, quæ impedit executionē notoria nullitas, quę.s. constat ex actis nulla .n. est actio tam priuilegiata, & executiua cuius effectus nō suspēdatur p exceptionem releuantem, & in continente probata *cap. litteras de rest. spol.* Barbos. *l.c. num.6.7, & 8.*

Vltimo si nullitas extrinseca deducitur, quæ ab extrinseco est probanda, & requirit altiorem indaginem, vel non probatur incontinenti.

Distinguo 1. Si *Iudex* cognoscit tales exceptiones deduci per calumniam,& malitiose, vt executio retardetur (*prout tales præsumuntur si non resultant ex ventre Bullarum, nec offertur probatio incontinenti*) tunc non debet eas admittere, sed omnino reijcere, quia debet calumnijs obuiare, etiam ex officio, *Innoc. cap. post electionem de concess. preb.* Giurba *decis 8. num.8.* Honded. *cons. 17. num.45. vol. 2.* Ideo non attenditur exceptio incompetētiæ *Iudicis*, nec tenetur *Iudex* expressè pronuntiare se *Iudicem* competentem, sed taci è sufficit mandādo ad vlteriora procedi, vt in terminis, *Genuen. de caus. deleg. cap.69. num.9.* Barbos. *l.c. qu.7. num. 18.*

2. Si *Iudex* viderit exceptiones esse extrinsecas, nec incontinenti probatas, vel altiorem indaginē requirentes non tamen calumniosas, tunc remittit eas Ordinario discutiendas, Ric. *1. p. resol. 349.* iuxta Decretum Trid. *sess. 24. cap. 20. de ref.* Garz. *p.1. cap. 5. num. 546.*

Non tamen ob id debet in executione supersedere, nec Ordinarius potest illi inhibere, aut vllo modo impedimentum præstare, Garz. *l.c. num.525.* quia in iure firmum est *exceptionem nullitatis extrinsecæ* nullo modo impedire executionem, Marc. Antonin. *var. resol. lib.2. resol. 3. num. 29.* Nec illa cuius probatio requirit altiorem indaginem, Caputaqu

eisq; decis.321.p.1. Mohed.decis. 4. de fid. Instrum. cum pluribus allegatis per Barbos. l.c.num.11. & hęc breuiter dicta de Pensionibus sufficiant.

Addo casum quo ratione pensionis in Parochiali non fit concursus quando s. approbatus in cócursu, & electus non vult acconsen-
O tire iuste pensioni, quam Papa
O intendit imponere, nam tunc eo recusante Papa solet conferre absq; co[n]cursu prauio solo examine simplici ad Curam Animarum, Ric. 1. p. resol. 359. Requiritur tamen derogatio expressa, vel tacita, Trid. propter Decretum irritans & sola notitia Papæ de dicto Decreto non sufficit, Rot. diuers. p. 1. decis. 48.

Nec obstat quod sit acquisitum ius electo per Concursum, quia quando Collatio spectat ad Papam illud non est ius considerabile, Rot. coram Seraf. Placent. Parochialis 13. Februarij 1585. & coram Penia Dertusen. Parochialis 12. Febr. 1593. Ric. 3.p.resol.519.& l.c. de hoc satis est, iam ad alia transeamus.

SIT PAROCCHIALE

Cond. II.

HÆC valet consequentia. Nó est Parochiale, ergo non fit concursus. Ric.1.p.resol.354. quia de Parochialibus tantum loquitur, Trid sess 24 cap.28.de ref ibi cum Parochialis Ecclesiæ vacatio &c Item Bulla Pij V. in conferendis ib. quasuis dispositiones Ecclesiarum Parochialium, &c.

Conditio ista duo requirit.

1. Vt beneficium sit Parochiale
A per se. Ratio est quia requisitũ.
1. Veræ Parochiæ est potestas fori pænitentialis: Parochia .n. dicitur partitio curæ. ca. Ecclesias 14. q.1. secũdum requisitum est populus, Ric.1.p.resol.516. Ideò in Parochialibus, vbi non sunt Parochiani non fit concursus, ità Sac Cong apud Garz. p.9. cap. 2. ratio est quia Rector nullam habet potestatem super animabus, quæ nõ sunt in rerum natura; ideo Sac. Cõg. Episcopo Luccano 19. Iunij 1582. ita rescripsit. Beneficium non esse curatũ, cum careat populo, & in omnẽ casum si remansit Parochiale tantum habitu esse, non actu. Quare Seraph. decis. 936. resoluit in impetratione Parochialis habitu tantum non esse expressionem curę necessariam. Ric. 1. p.resol.354. Rot. diuers p.1. decis. 786.

Sed quæret quis quot Parochianos Ecclesia habere debet, vt sit Pa-
B rochialis? Resp. decem personas sufficere, vt scribit, Ric.1.p. resol.516. Ego verò censeo etiam in

In vno saluari Parochiam ad effectum, vt Parochus cogatur residere, & fiat concursus: quia ille habet ius cogendi Parochum ad sacramenta ministrandum sicut Parochus cogendi illum, vt sacramenta ab ipso recipiat, & per hoc probatur Ecclesiam esse Parochialem, Mantic. *decis.* 48.

Secūdo requiritur, vt sit Parochiale strictè cuius requisita, vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 5. Ideò in infrascriptis casibus non fit concursus.

1. Non in simplicibus, quia sufficit, quod idoneis conferantur cū Trid. de illis non det concursus formam, sed requirit tantum habilitates de iure communi necessarias, vt *sess.* 22. *cap. de ref. in fin. & sess.* 7. *cap.* 13. Crescen. *de concess. prab. decis.* 12.

Procedit 1. Non solum de simplicibus, quę nullum onus habent: sed etiam de habentibus residēriam, & aliquod onus, vt psallēdi in Choro, & celebrandi Missas qualia sunt Canonicatus; quia non sunt Parochialia. Piasce. *p.* 2. *cap.* 5.

Procedit 2. Etiam si dignitati, vel Canonicatui esset Parochialis vnita. Tùm quia non dicitur amplius Parochialis, cum assumat naturam eius cui fuit vnita. Vetal. *p.* 3. *decis.* 349. vnio .n. operatur extinctionem, & suppressionem tituli beneficij vniti. Cassad. *decis.* 13. *super regul.* Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 758. Tùm quia, ità censuit Sac. Cong. referente, Gonz. Gloss. 5. §. 17. *num.* 13. Et ego vidi cōcursus mei Canonicatus habentis annexam Parochialē factos ante Trid. sed modo sine concursu confertur. vide Ric. *p.* 1. *resol.* 354. *&* 381. Hoc tamen intelligendum est, prout declaratur infra *cond.* 3. *decl. vl. num.* 6.

Procedit 3. etiamsi Parochialis Apostolica auctoritate redigatur in simplex beneficium etiam cū onere adiuuandi Parochum in cura animarum, quia nō confertur per Concursum, Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap* 2. *nu.* 303.

Procedit 4. De beneficijs simplicib⁹ liberæ Collationis; quia si sint de iure patronatus requiritur examen, vt dictum est supra *p.* 1. *cap* 5. *p.* 4. *req.* 3. *ex parte Episcopi*, & aliquando fit Concursus, vt dicetur infra *cond.* 4.

2. Non in habentibus iurisdictionem tantum fori contentiosi: quia licet sint curata non tamen sunt Parochialia, Rot. coram Pegna *Conchen. Archip.* 28. *Iunij* 1594. omne .n. Parochiale est sacratū sed non è contra. Card. Clem. 1. *de preb. & Clem.* 1. *de off. Vic. q.* 5.

Addo quod ex cura animarum nō probatur Parochialitas, quia potest esse cura sine Parochialitate. Neque ex prouisionibus factis per Cōcursum, quia Episcopi possunt prouidere per cōcursum etiam de non Parochialib⁹.

Greg.

Greg. XV. *decis.* 378. *num.* 10. & 15.

3. Nõ in Episcopatibus. Tùm quia sub Cathedralium dispositione non veniunt Parochiales, nec è contra. Gloss. & DD. *cap.* 2. *de prab. in* 6. Tùm quia licet Diœcesis dicatur Parochia Episcopi *cap. licet* 16. *q* 3. tamen cessat ratio Concursus, quia prouisio Episcoporum, & Prælatorum primi ordinis fit per Papam alio ordine, vt in Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* & diuersa ratio legem reformat. *l. Interpositas in fin. C. de transact.*

4. Non in beneficio Curato, quod per se est verè dignitas. Galet. u. Canonicus, & u. Beneficiũ, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 60. *num.* 29. secus si essent dignitates tantum nomine, vt Archipræsbyteratus, & Prioratus Ruralis; sic .n. non sunt verè dignitates. quia non sunt capaces delegationum Apostolicarum, ideò fit Concursus. Massob. *Tral.* 3. *dub.* 3. *num.* 39. & 40.

5. Non in Cura Animarum existẽti in Cathedrali, vel Collegiata, & exercetur ꝑ ipsos Canonicos, quia licet faciant dubium verba, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* ibi *etiã si cura Ecclesia, vel Episcopo incumbere dicatur*, in tantum quod Gõzal. *Gloss.* 6. *num.* 158. videt se implicatum, tamen Sac. Cong. ità declarauit apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 181. quia Trid. non facit expressam mentionem dignitatum ex *cap. Statutum de elect. in* 6. Procedit etiam si cura per deputatos à Canonicis exerceretur. Oldrad. *cons.* 67. Rot. coram Orano *vlt. Ian.* 1594. rector .n. est Collegium non Canonici, vti singuli, Barbos. *de pot. Ep. p.* 3. *alleg.* 60. *num.* 29.

6. Non in Curatis vbi duo, vel plures essent paris potestatis, quorũ communi nomine cura exerceretur, vel ipsimet exercerẽt, quia in vna Ecclesia vnus debet esse Spõsus, & Rector, & Ecclesia curata non potest esse plurium sponsa, Rot. coram Orano *l. c.* Parochus .n. est his qui suo nomine singulari non autem cum alijs habet regimen Parochialis, Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 52. & *p.* 1. Recent. *decis.* 126.

Declaro 1. Procedere quando illi plures curam exercerent super eundem populum indistinctè; quia si vna esset Ecclesia, sed diuersæ Parochiæ, & tituli, & singuli beneficiarij haberent distinctum populum, tunc in singulis fieret Concursus, Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 48. vt Rauennæ in eadem Ecclesia S. Agatæ, & Appoloniæ duo sunt Rectores, qui habent distinctas Parochias, & singulæ per Concursum prouidentur.

Declaro 2. Sac. Cong. declarare Episcopis licere, Capellanos ad Curam Animarum deputatos à Capi-

Capitulo, vel alio quocunq; examinare, & prohibere, ne absque eius approbatione possit curam exercere. Massob. *reg.* 1. *dub.* 18.

7. Non in baptismali tantum. Tũ quia actus baptizandi validè exercetur per laicum, & fœminã, *cap. ad limina* 36. *q.* 1. etiam tamen sunt incapaces beneficiorum, & fori pœnitentialis, *cap. noua de pæn. & remis. cap. dilecta de maior, & ob.* Tum quia ex actibus baptizandi, & sepeliendi nõ infertur ad Curam Animarum. Seraph. *decis.* 1026 Greg. XV. *decis.* 583. *num.* 11. Rot. coram Cãtuccio, *quæ est p.* 2. *diuers. decis.* 52. vbi Romani Consilium reprobatur; habere enim Baptismum, & Crismã non efficit curatum. Feder. de sen. *consi.* 80. Grat. qui refert responsum. Rub. *cap.* 298. *num.* 42. *& sequentibus*. Dicitur bene largo modo Matrix. *vt supra p.* 1. *cap.* 3. *ad fin.*

8. Non in sepultuaria tantam. Tũ quia ius sepeliendi non arguit Parochialitatem, nam regulares habent ius sepeliendi, & non Parochiam. Tũm quia ex consuetudine, vel Episcopi cõcessione etiam non curata Ecclesia põt habere ius sepeliendi, Greg. *l. c. num.* 31.

Declaro valde differre iura Parochialia ab illis quę necessario requiruntur ad constituendã Parochialem. Iura Parochialia sunt actus baptizandi, sepeliendi perceptio decimarum primitiarum, &c. & ex his non probatur Parochialitas, vt opinatur, Rõ. *cõs.* 356. quod reprobatur à Rot. *d. decis.* 52. *num.* 31. *& seq.* Quæ autem requirantur ad cõstituẽdam Parochiam vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 5.

9. Non in Ecclesijs, in quibus cura est pœnes Episcopum, qui solet exercitium curæ committere vni, vel pluribus, quia tunc Episcopus est Rector, nec vacat beneficium per mortem illius, vel illorũ, quibus comissum est curæ exercitium, ideò nec dicitur Curatum.

Declaro quattuor requiri, vt quis dicatur Parochus.

1. Potestas fori pœnitentialis; quia cura strictè est potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali cum necessitate Parochi ministrandi, & populi ab eo recipiendi, impropriè autem cura dicitur potestas fori contentiosi.

2. Parochia certis finibus determinata.

3. Vt exerceat curam nomine proprio non alieno.

4. Vt tamquam Rector nomine suo singulariter, & non cum alijs exerceat, vt dictum est supra num. 6.

Sed dicet quis Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* statuit beneficium Concursui subiacere etiam si cura per vnum, vel plures ministretur & ita, Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 48. quomo-

quomodo ergo dicitur non fieri Concursum vbi duo, vel plures curam exercent pro vt adest cons. Oldrad. communiter approbatum, vt ait Ric. 3. p. resol. 318. & Rot. diuers. 2. p. decis. 52. & Recent. 1. p. decis. 226.

Resp. distinguendo.

1. Si cura confusè promiscuè, & indistinctè pluribus est commissa non sit concursus.

2. Si pluribus est commissa distinctè, & discretè ministranda, vel distinguendo cuiq; limites, vt dixi supra num. 6. decl. 1. vel alternis hebdomadis diuidendo, vt in dicta decis. 48. tunc fit Concursus exceptis Collegiatis, & ita conciliantur iura inuicem contraria.

10. Non in Collegiatis tam actu .i. quando Canonici resident, quã habitu .i. quando non resident; quia nec tunc desinit esse collegiata, Rot. Recent. decis. 368. nã remanet habitu colleggiata donec à superiore fuerit destructũ Collegium iuxta Not. per Gloss. cap. Statutum de elect. in 6. u. Collegiata. Procedit etiam si sint Parochiales, Rot. Recent. l. c. dummodo sint verè collegiatæ .i. vbi præter Canonicorum nuncupationes habentur alia signa collegialitatis posita supra par. 1. ca. 1. diuis. 4. ad 2. Quæ coppulatiuè requiruntur, Mantic. decis. 215. & ex quibus probetur Ecclesia Collegiata, Rot. apud Farinac. nouiss. decis. 584. ità quod illa signa sufficiant, licèt non habetur initium fundationis, Rot. d. uers. 4. p. decis. 33. Secus de Collegiatis nomine tantum, vbi .s. nũcupantur Collegiatæ: sed non adsunt requisita Collegialitatis, tunc .n. si sint Parochiales Episcopus potest facere Concursum, & conferre nisi obstet aliqua reseruatio. Madob. Prel. 2. num. 32. & 33.

SIT VACANS.

Cond. III.

VACATVRA beneficia .1. viuente possessore cõferri nequeunt cap. non furem 7. q. 1. cap. 2. de concess. preb. immò nec promitti cap. nulla, cap. ex tenore de concess. preb. Lapus alleg. 84. & nouiss. Trid. ses. 24. cap. 19. de refor. prohibuit expectatiuas ad primum vacans, ideo vt Concurcus fiat vacatio requiritur, de qua tria videbimus.

1. Quot modis vacatio inducatur.
2. De vacatione de facto, & de Iure simul.
3. De vacatione de Iure tantum.

DE 1. Beneficia vacãt tribus modis.

1. De Iure, & de facto simul quãdo .s. ob aliquem defectum, vel aliã rationem auctoritate sacrarum Constitutionum quis amittit titulum

2. *Capacitas* in recipiēte modo dicto in Constitutione Pensionis.

Declaro simoniam esse aliquid tēporale prò pensionis translatione accipere, Azor. *lib. 8. cap. 11. ad fin.*

3. *Præsentia deputatorum* in litteris Apost. solet .n. præcipi, vt fiat coram Ordinario, vel alia Ecclesiastica Persona in dignitate Ecclesiastica, vel Canonico; militibus autem solet cōcedi, vt coram quacumq; Ecclesiastica psona Notario, & testibus fiat, *Azor. l.c. qu. 11.*

4. *Consensus beneficiarij*, Potest quidem Papa id concedere etiam inuito Rectore, sed non solet. Azor. *cap. 11. qu. 8.* Ideò si fit absens intrá tres Menses debet beneficiarius fieri certior, Cassad. *decis. 10. de rescript.*

Declaro transferentem post translationem non posse exigere pensionē, immò si exegit plures anticipatè, tamen translatarius poterit omnes etiam solutas exigere à die translationis; quia fit noua pensio, & sibi Rector imputet si anticipate soluit. Tum qa à simili successor in beneficio potest recipere fruct⁹ de bonis Ecclesiæ iam locatis quod prædecessor totam receperit pensionē *cap. vlt. de pecul. Cler.* Azor. *cap. 13. qu. 5.* Tamen Gig. *qu. 88.* ait esse de æquitate, vt non exigat. Tum quia subrogatum sæpit naturam subrogantis. Tùm quia debiti solutione tollitur obligatio. *l. nihil interest C. de solut.*

5. *Iustificatio*, quia licèt translatio non sit noua gratia in substantia est.n. *subrogatio vnius in loco alterius.* Sed solum quo ad aliquos effectus.s. mutatione personæ respectu viæ executiuæ, & quasi possessionis debet translatarius gratiam iustificare. Possessio.n. transferentis non continuatur in translatarium. Rot. Recent. *p. 1. decis. 127.*

Fallit in duobus Casibus.

1. Quando agit prò solutione cōtra illum qui consensit maximè si per plures annos soluerat, tunc nihil iustificare tenetur; quia cēsetur approbasse. Rot. Recent. *p. 1. decis. 505.* Put. *decis. 2. c. 5. lib. 1.* secus si contra successorem, Rot. coram Mellin. Brixien. *Pensionis* 28. Nouembris 1594.

2. Quando possessio est longi temporis; ideò si sit 30. annorum tēpora cōiunguntur, & non est necessaria iustificatio; ex tanto.n. Cursu omnia necessaria interuenisse præsumuntur, Caputaq; *decis. 220. p. 3.* Rot. Recent. *p. 1. decis. 122. & 505.*

Expressione .n. tanti temporis titulus præsumitur, Felin. *cap. licet de Simon.*

DE 4. & vltimo. Ad exigendā Pensionem duo requirūtur. s. Iudex cōpetens, & debitus mod⁹.

Quo ad primum duplex est Iudex competens.

1. Or-

1\. *Ordinarius*, vt Auditor Cameræ in toto Orbe, & Ordinarij in suis Diœcesibus, Vide *Ric.* 2. *p. resol.* 339. quia est executor omnium gratiarum Apostolicarum, Ric. 2. *p. resol.* 339. & hi seruare debent formam Decreti. *Trid. sess.* 25. *cap.* 3. *de ref.* 5. non posse declarare excómunicatum morosum debitorem, nisi in subsidium. s. præmissis diligentijs de faciendo executionem realem, vel personalem, ita intelligitur Rot. coram Orano Illiren. *Pensionis* 13. *Nouemb.* 1593.

2\. *Executor* deputatus in Bullis vbi tres dari solent. Primus Romæ & quando est datus Auditor Cameræ potest duplici vti iurisdictione. s. ordinaria, & delegata. Alij duo in partibus. Quando Auditor Cameræ, vel alius Iudex deputatus procedit auctoritate delegata, vt executor specialiter deputatus, nō est illi data facultas excommunicandi morosum debitorem Pensionis in subsidiū tantum, sed potest, etiam primò excommunicare, nec tenetur seruare formā dicti Decreti, Trid. Garz. *p.* 1. *cap.* 5. *nu.* 587. Hic tamen etia sunt notanda.

1\. Vnus executor potest per se, quia illi tres in solidum deputātur, immò vnus electus potest virtute clausulæ *caterum* in Bullis expræssè deputare sub executorem quemlibet in Dignitate Ecclesiasticā cōstitutum fulminando processum super litteris Pensionis hoc modo. s. *Io. Baptista Parolettus Canonicus Chatedralis Brittonorij infrascriptarum litterarum Apostolicarum executor specialiter deputatus. Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Præpositis, Canonicis, &c.* & inseruntur litteræ Apostolicæ, deinde talis Processus præsentatur alicui in Ecclesiastica Dignitate Constituto, & instatur pro illarū executione. Tunc sub executor deuenit ad executionem seruato modo infra posito. *Gig. qu.* 69.

2\. *Iurisdictio Executionis est delegata.* Ideò non potest extēdi vltra nominatus in cōmissione alias nihil agit, immò dicitur vim inferre ca. cum olim de Off. Deleg. Menoch. *cons.* 340. *num.* 54. Bene sufficit quod comprehendatur, vel expresè, & in indiuiduo, vel tacitè. s. per clausulas generales, & virtualiter, ideò executor habet iurisdictionem etiam cōtra Capitulum in casu supra exposito priuileg. 3. pensionis; qa comprehēditur per clausulas generales ibi aduersus successores quomodolibet, Barbos. *prax. pēs. qu.* 7. *num.* 29.

3\. Executor potest cittare etiā extra Diæcesana in qua ipse extitit quia non dicitur propriè citatio, sed insinuatio etiā quod habeat aliqualem causę cognitionē Māttic. *decis.* 352. Ratio est ne cōtingat mandatum Apostolicum im-

impediri, neque Ordinarij licentia requiritur, quia Delegatus citat, vbiq; sicut delegans, Felin. *cap. fin. de for. comp. contra Prax. Neap. de cauf. deleg. p.* 1. *resol.* 422. *per cap. statutum §. in nullo de rescrip. in 6.* vbi dicitur non licere extra Ciuitatem, & Diœcesim in qua est deputatus citare, sed prima est vera, quia d. cap. statutũ intelligitur de iudicio ad lites, *Io. And. d. cap. statutum ad fi.*

Sed dicet quis, Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *de ref.* pcipit causas omnes quomodolibet ad Ecclesiasticũ forũ spectantes etiam beneficiales in prima instantia cognoscẽdas esse à locorum Ordinarijs vbi dictio *Omnes* est vniuersalis, & nihil excludit *l. Iulianus l. testatoi ff. de leg.* 1. Rot. coram Ss. Lod. *decis.* 315. Item dictio quomodolibet i. quocunq; modo, & omnia contiuet, Paris. *cons.* 58. *vol.* 1. *num.* 10. & Iuri primæ Instantiæ à partibus renuntiari nequit, Barbos. *Collect. d. cap.* 2. Trid.

Resp. Trid. loqui de causis forensibus contentiosis vt ibi, Barb. *num.* 46. & generalitatem illam restringi tum ex subiecta materia, tum ne resulret absurdum vt not. Cæned. sing. 25. *de dictione omnis*. Tum ex declarationibus Sum. Pontif. & Iuris Communis dispositione, ideò causę, quę à Sede Apost. in prima instantia poterant ante Trid. cognosci etiam post queunt, quia nil autoritatis Sanctæ Sedis imminutum est, Barbos. *d. cap.* 20. *num.* 42.

Declaro ad sex capita reduci posse causas, quæ ab Ordinarijs locorum in prima instantia de necessitate non cognoscuntur.

1. Vbi est clausula Cameralis illas .n. Auditor Cameræ cognoscit, & auocat etiam extra Curiã celebratas, & corã Ordinarijs pendentes. Ric. 2. *p. resol.* 342. *Ita* Sac. Congr. relata per Barbos. *Prax. pens. qu.* 6. *num.* 20. Nec opponi potest declinatoria, & incompetentia Iudicis. Zach. *qu.* 7. *num.* 26. quia est Iudex obligationum Cameralium legittimus, Rot. Recentiss 1. *p. decis.* 52. & tunc Papa inhibit etiam Cardinalibus, Paul. V. Const. 20. *Eximia*.

2. In executione litterarũ Apost. vbi dantur executores non possunt Ordinarij se intromittere etiam auxilium dando. *Ita* Sac. Cong. Barbos. *l. c. qu.* 7. *num.* 14.

In casibus in quibus quis forũ sortitur de Iuri communi, quia hos non intulit *d. cap.* 20. Trid. 5. *ratione contractus, & delicti commissi* Iudex .n. contractus, & delicti potest cognoscere etiam si non sit Ordinarius Sac. Cong. apud Thes. Eccl. for. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 75. quia ratione contractus, & delicti efficitur subditus *ex fin. de for. Comp.* & dũmodo ibi reperiatur cogitur respondere, *ca. Romana §. contrahentes de for. comp. in 6.*

Et

Et si ibi non reperiatur effectus est de suo foro licet non subditus & Iudex contractus potest mittere in possessionem rerum suarum, vt not. Gloss. marginalis *d. §. contrahentes*. Neque proprij Episcopi Consensus requiritur, tum quia prorogat iurisdictionē Delegati Papæ. Belet. *p. 1. de fauore personali §. 2. num. 7.* in casu executionis litterarum Apostol. Tum quia voluntas Clerici non est immediatè causa, vt coram alio Iudice conueniatur, sed necessitas, quæ ratione contractus, vel delicti pcedit ex dispositione legis iubentis etiam inuitos respondere in loco in quo cōtraxerunt *d. §.* contrahentes, ideò ad renuntiandum proprio foro non requiritur Ordinarij consensus. Abb. *cap. 1. num. 21. de Iud.* Barbos. *prax. pens. qu. 6. num. 5. & 6.* & ad Trid. *sess. 24. cap. 20. de ref. num. 44.* vbi ait tanto magis id procedere, vbi Clericus proprij domicilij fore renuntiauit Gloss. *2. l. 1. ff. si quis in ius voc.* quam celebratissimam dicit, Couar. *pract. cap. 19. num. 5. eod.* in puncto Franc. Molin. *de Brachio Reg. cap. 28. num.*

4. Quando agitur de intellectu litterarum Apost sub plumbo expeditarum; quia etiam in prima instantia remittunt per signaturam Iustitiæ in Curia, & præcipuè in Sac. Rotæ Audit. ità decisum refert, Garz. *p. 6. cap. 3. q. 8*

5. In beneficijs affectis, & reseruatis; quia etiam in prima instantia in Curia cognoscūtur, ità decisum ait, Garz. *l. c. num 7.* Gonzal. *Gloss. 5 2. num. 36.* Barbos. ad Trid. *cap. 20. de ref. sess. 24. n. 49.*

6. In causis possessionis beneficiorum reseruatorum; quæ immediatè cognosci possunt per Aud. Cam. vel alios Iudices Apost. delegatos, vt declarauit Greg. xiij. Const. *Ad Rom. Pont. Prouidentiam 10. Iuly 1574.* & sæpius decisum fuisse referunt. Ric. *2. p. resol. 339.* Barbos. *de pot. Ep. alleg. 81. num. 17.*

7. Vbi per Papam fieret derogatio Conc. Trid.

Extra hos casus causæ omnes quomodolibet ad forum Ecclesiasticum spectantes in prima instantia ab Ordinarijs cognoscūtur, ità vt hoc ius Ordinariorum procedat, etiam cum tribus ampliationibus valde notandis.

1. Vt à partibus nequeat renūtiari in Ordinariorum præiudiciū, vt tenent Soar. de Pace, *pract. p. Iud. vlt. Tom. 2. num. 18.* Lodou. à Sarauia *de Iurisd. Adiunct. qu. 7. num. 7.*

2. Vt Aud. Cam. nec alius Iudex Rom. Curię possit se ingerere in prima instantia in causis ad forum Ecclesiast cum spectantibus, *Ric. resol. 126. p. 2.* exceptis prædictis casibus, Ric. *l. c. resol. 341.* Steph. Gratian. *cap. 118. in fin.*

3. Vt neq; Legati de Latere non habētes specialem de hoc facultatem queant se ingerere, nec ad sua Tribunalia aduocare, nisi p viam legittime appellationis, vt resolutū refert, Ric. *in decis. Cur. Neap. p. 4. decis. 296. num. 5. &* Barbos. *ad d. cap. 20.* nam ordinaria eorū facultas habet clausulam, Dūmodo Sac.Cong.*Trid. non sequatur derogatio*, & ità seruatum est in Diœc. Brittonorij, vbi Excellētiss. Vrsinus olim Legatus deputauit Comissarium cōtra nōnullos Clericos D.Gub. Foroliuij: sed per Illustrissimum DD. Innocentium Maximum, tunc Brittonorij Episcopum prędictis iuribus deductis, ad dictū Ordinarium Clericos remisit, & processus.

Quoad secundum modus iudicialiter exigendi pensiones per sequentia notabilia explicatur.

1. Executor deputatus expediet monitorium ad instantiam Pensionarij, qui faciet illud presentare Beneficiario recusanti soluere. Forma monitorij est vt in eo infrascripta ponantur.

1. Nomen cognomen, & Dignitas executoris.

2. Illi quibus dirigitur. s. *Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Præpositis, Canonicis &c.*

3. Instantia partis. s. *Noueritis ad instantiam N. fuisse coram Nobis exhibitas litteras Apostolicas pensionis &c.* & deinde tenor litterarum inseritur tàm gratiæ, quā executorialium.

4. Præceptum cum clausula iustificatiua *sub pœna 500. ducatorum Cameræ eidem Cam. aplican. & præ illis mandati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis &c. requirendo 1. 2. 3. & peremptoriè Rectorem quatenus infra sex dies quorum duos pro 1. duos pro 2. duos pro 3. vltimo peremptorio, & Canonica monitione assignamus debeat realiter, & cum effectu dictis litteris in omnibus paruisse, & ità soluisse omnes, & singulos terminos pensionum decursos, & suis loco, & tempore decurendos, & instantem manuteniße, & mandatum quodcunquè &c.*

5. Petitio Instantis, *qui deducit omnemq; actionem, &c.*

6. Declaratio Animi instantis. s. *fuisse, & esse, vt si Rector aliquo tẽpore desistat à solutione dictæ pensionis post lapsum 30. dierum cuiuslibet termini incidat ipso iure in excōmunicationem absq; alia monitione, nam ex nunc, prout ex tunc monetur. Item in priuationẽ beneficij ipso Iure si per sex menses perseuerarit omnesq; alias censuras, & pœnas in litteris, & his monitorialibus cominatas. absolutionem nobis reseruantes, & quod d. Instans intendit habere regreßum &c. quatenus adsit. Vltimo citatio designando locum Audientiæ, & horam. s. quatenus 2. die post dictum terminum immediatè sequentem alias prima iuridica succeden-*

tedente si senserit se grauatum compareat in tali loco causam grauaminis allegaturus alias contumacia non obstante ad præmissa, & etiam grauiora Iuris remedia deuenientemus &c.
Tandem subscriptio Iudicis, & Notarij.

2. Lapso termino habita relatione dictum processum fuisse præsentatum in termino citationis si Aduersarius nihil alleget, vel ĕt compareat, sed producat exceptiones, quæ nequeunt retardare executionem Iudex declarabit eum excommunicatum, & cedulones rellaxabit, & affigi mandabit præmissa monitione, & citatione ad sententiam modo, & forma sequente in qua exponitur.

1. Nomen, cognomen, & dignitas Iudicis.
2. Nomen, cognomen, & Ecclesia Rectoris. s. *Dilecto Nobis, &c. & nostris immò verius Apostolicis obedire mandatis.*
3. Narratiua facti. s. *Noueritis ad Instantiam N. fuisse litteras Apostolicas pensionis talis productas, & desuper processum expeditum executum per talem nuncium tali die* cuius relationem exhibet, & inseritur tenor processus.
4. *Instantia* Pensionarij petentis executionem litterarum Apostolicarum, vt cogat Rectorem cũ effectu soluere.
5. Accusatio contumaciæ, & Pænitentia Rectoris soluere recusantis post effluxos 30. dies &c.
6. Instantia pro declaratione *Incursus pænarum excommunicationis & aliarum cum relaxatione cedulonum, & publicatione &c. deducendo. &c. citra etc. saluo &c. omni etc.*
7. *Præceptum. Nos volentes litteras Apostolicas exequi, prout tenemur. Te caritatiue monemus 1. 2. 3. & peremptoriè, & hac vna pro trina canonica monitione præmissa præcipimus quatenus debeas in omnibus paruisse. & ita cum effectu, & integrè soluisse infrà tres dies quorum 1. pro primo. 2. pro 2. 3. pro tertio vltimo, & peremptorio termino, & canonica monitione assignamus alias prima die iuridica post dictum terminum immediate sequenti coram nobis tali loco compareat ad videndum, & audiendum in dictarum litterarum executionem te soluere renitentem declarari incursum in excommunicationem, & alias pænas cominatas relaxari cedulones publicari, & affigi toties quoties, &c. grauari, & regrauari, &c.*

3. In termino monitionis accusata contumacia Iudex declarat Rectorem incidisse in excõmunicationem relaxat cedulones, & mandatum executiuum similiter elapsis sex mensibus proceditur ad priuationem beneficij & ad regressũ modo supra expositoin 7. priuileg. pensionis.

4. Si post declarationem excommunicationis cõpareat Rector N. & producat exceptiones etiam

 legit-

legitimas non potest impedire effectum censuræ tempore habili productam in quo non fuit oppositum. Quando.n. non fuisset productos eff. ctus.s. non fuisset facta declaratio censuræ potuisset suspendi, *cap. Pastoralis §. verũ cap ad hæc de appell.* Barbos. *prax. cens. q.6. nu.2.3.& 4.*

5. Si in termino competenti deducat exceptiones legitimas auditur, & executio suspenditur.

Declaro exceptiones legitimas esse int insecas nullitas, vel subscriptionis, quæ.s. ex ventre litterarum resultant, & incontinẽti probantur, vt quia habet *Instrumẽtum* præ manibus, vel saltẽ intra decem dies talis .n. terminus posset dari ad eas probãdum dummodo fuerint releuantes nisi breuior sit de *Iure* particulari, vel consuetudine, Barbos. *l. c. nu. 9.* Item est legitima exceptio, quæ impedit executionẽ notoria nullitas, quę.s. constat ex actis nulla .n. est actio tám priuilegiata, & executiua cuius effectus nõ suspẽdatur p exceptionem releuantem, & in continente probata *cap. litteras de rest. spol.* Barbos. *l.c. num.6.7*, & 8.

Vltimo si nullitas extrinseca deducitur, quæ ab extrinseco est probanda, & requirit altiorem indaginem, vel non probatur incontinenti.

Distinguo 1. Si Iudex cognoscit tales exceptiones deduci per calumniam, & malitiose, vt executio retardetur (*prout tales præsumuntur si non resultant ex ventre Bullarum, nec offertur probatio incontinenti*) tunc non debet eas admittere, sed omnino reijcere quia debet calumnijs obuiare etiam ex officio, Innoc. *cap. post electionem de concess. preb.* Giurba *decis 8. num.8.* Honded. *cons. 17. num.45. vol. 2.* Ideo non attenditur exceptio incompetẽtiæ *Iudicis*, nec tenetur *Iudex* expresse pronuntiare se Iudicem competentem, sed taci è sufficit mandãdo ad vlteriora procedi, vt in terminis, Genuen. *de caus. deleg. cap.69. num.9.* Barbos. *l.c. qu.7. num. 18.*

2. Si Iudex viderit exceptiones esse extrinsecas, nec incontinenti probatas, vel altiorem indaginẽ requirentes non tamen calumniosas, tunc remittit eas Ordinario discutiendas, Ric. *2. p. resol. 349.* iuxta Decretum Trid. *sess. 24. cap. 20. de ref.* Garz. *p.1. cap. 5. num. 546.*

Non tamen ob id debet in executione supersedere, nec Ordinarius potest illi inhibere, aut vllo modo impedimentum præstare, Garz. *l.c. num.525.* quia in iure firmum est *exceptionem nullitatis extrinsecæ* nullo modo impedire executionem, Marc. Antonin. *var. resol. lib.2. resol. 3. num. 29.* Nec illa cuius probatio requirit altiorem indaginem, Capu-

caq;

itaq; decis.321. p.1. Mohed. decis. 4. de fid. Instrum. cum pluribus allegatis per Barbos. l. c. num. 12. & hęc breuiter dicta de Pensionibus sufficiant.

Addo casum quo ratione pensionis in Parochiali non fit concursus quando. l. approbatus in cócursu, & ell. &i s non vult acconsentire iulte pensioni, quam Papa
O intendit imponere, nam tunc eo recusante Papa solet conferre absq; co cursu pra uio solo examine simplici ad Curam Animarum, hi . 1. p. resol. 359. Requiritur tamen derogatio expressa, vel tacita, Trid. propter Decretum irritans & sola notitia Papæ de dicto Decreto non sufficit, Rot. diuers. p. 1. decis. 48.

Nec obstat quod sit acquisitum ius eiecto per Concursum, quia quando Collatio spectat ad Papam illud non est ius considerabile, Rot. coram Seraf. Placent. Parochialis 13. Februarij 1585. & coram Penia Dertusen. Parochialis 12. Febr. 1593. Ric. 3. p. resol. 519. & l. c. de hoc satis est, iam ad alia transeamus.

SIT PAROCCHIALE

Cond. II.

HÆC valet consequentia. Nō est Parochiale, ergo non fit concursus. Ric. 1. p. resol. 354. quia de Parochialibus tantum loquitur, Trid. sess. 24 cap. 28. de ref. ibi cum Parochialis Ecclesiæ vacatio &c Item Bulla Pij V. in conferendis ibi quasuis dispositiones Ecclesiarum Parochialium, &c.

Conditio ista duo requirit.

1. Vt beneficium sit Parochiale
A per se. Ratio est quia requisitū. 1. Veræ Parochiæ est potestas fori pænitentialis: Parochia .n. dicitur partitio curæ, ca. Ecclesias 14. q. 1. secūdum requisitum est populus, Ric. 1. p. resol. 516. Ideò in Parochialibus, vbi non sunt Parochiani non fit concursus, ità Sac Cong apud Garz. p. 9. cap. 2. ratio est quia Rector nullam habet potestatem super animabus, quæ nō sunt in rerum natura; ideo Sac. Cōg. Episcopo Lucano 19. Iunij 1582. ita rescripsit. Beneficium non esse curatū, cum careat populo, & in omnē casum si remansit Parochiale tantum habitu esse, non actu. Quare Seraph. decis. 936. resoluit in impetratione Parochialis habitu tantum non esse expressionem curę necessariam. Ric. 1. p. resol. 354. Rot. diuers. p. 1. decis. 786.

Sed quæret quis quot Parochianos Ecclesia habere debet, vt sit Pa-
B rochialis? Resp. decem personas sufficere, vt scribit, Ric. 1. p. resol. 516. Ego verò censeo etiam in

In vno saluari Parochiam ad effectum, vt Parochus cogatur residere, & fiat concursus: quia ille habet ius cogendi Parochum ad sacramenta ministrandum sicut Parochus cogendi illum, vt sacramenta ab ipso recipiat, & per hoc probatur Ecclesiam esse Parochialem, Mantic. *decis.* 48.

Secūdo requiritur, vt sit Parochiale strictè cuius requisita, vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 5. Ideò in infrascriptis casibus non fit concursus.

1. Non in simplicibus, quia sufficit, quod idoneis conferantur cū Trid. de illis non det concursus formam, sed requirit tantum habilitates de iure communi necessarias, vt *sess.* 22. *cap. de ref. in fin.* & *sess.* 7. *cap.* 13. Crescen. *de concess. prab. decis.* 12.

Procedit 1. Non solum de simplicibus, quę nullum onus habent: sed etiam de habentibus residēriam, & aliquod onus, vt psallēdi in Choro, & celebrandi Missas qualia sunt Canonicatus; quia non sunt Parochialia. Piasce. *p.* 2. *cap.* 5.

Procedit 2. Etiam si dignitati, vel Canonicatui esset Parochialis vnita. Tùm quia non dicitur amplius Parochialis, cum assumat naturam eius cui fuit vnita. Vetal. *p.* 3. *decis.* 349. vnio .n. operatur extinctionem, & suppressionem tituli beneficij vniti. Cassad. *decis.* 13. *super regul.* Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 758. Tùm quia, ità censuit Sac. Cong. referente, Gonz. Gloss. 5. §. 17. *num.* 13. Et ego vidi cōcursus mei Canonicatus habentis annexam Parochialē factos ante Trid. sed modo sine concursu confertur. vide Ric. *p.* 1. *resol.* 354. & 381. Hoc tamen intelligendum est, prout declaratur infra *cond.* 3. *decl. vl. num.* 6.

Procedit 3. etiamsi Parochialis Apostolica auctoritate redigatur in simplex beneficium etiam cū onere adiuuandi Parochum in cura animarum, quia nō confertur per Concursum, Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap* 2. *nu.* 303.

Procedit 4. De beneficijs simplicib⁹ liberæ Collationis; quia si sint de iure patronatus requiritur examen, vt dictum est supra *p.* 1. *cap* 5. *p.* 4. *req.* 3. *ex parte Episcopi*, & aliquando fit Concursus, vt dicetur infra *cond.* 4.

2. Non in habentibus iurisdictionem tantum fori contentiosi: qa licet sint curata non tamen sunt Parochialia, Rot. coram Pegna *Conchen. Archip.* 28. *Iunij* 1594. omne .n. Parochiale est sacratū sed non è contra. Card. Clem. 1. *de preb.* & Clem. 1. *de off. Vic. q.* 5.

Addo quod ex cura animarum nō probatur Parochialitas, quia potest esse cura sine Parochialitate. Neque ex prouisionibus factis per Cōcursum, quia Episcopi possunt prouidere per cōcursum etiam de non Parochialib⁹.

Greg.

Greg. XV. *decis.* 378. *num.* 10. & 15.

3. Nō in Episcopatibus. Tùm quia sub Cathedralium dispositiōne non veniunt Parochiales, nec è contra. Gloss. & DD. *cap.* 2. *de prab. in 6.* Tùm quia licet Diœcesis dicatur Parochia Episcopi *cap. licet* 16. *q* 3. tamen cessat ratio Concursus, quia prouisio Episcoporum, & Prælatorum primi ordinis fit per Papam alio ordine, vt in Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* & diuersa ratio legem reformat. *l. Interpositas in fin. C. de transact.*

4. Non in beneficio Curato, quod per se est verè dignitas. Galet. u. Canonicus, & u. Beneficiū, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 60. *num.* 29. secus si essent dignitates tantum nomine, vt Archipræsbyteratus, & Prioratus Ruralis; sic .n. non sunt verè dignitates. quia non sunt capaces de legationum Apostolicarum, ideò fit Concursus. Massob. *Tral.* 3. *dub.* 3. *num.* 39. & 40.

5. Non in Cura Animarum existēti in Cathedrali, vel Collegiata, & exercetur p ipsos Canonicos, quia licet faciant dubium verba, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* ibi *etiā si cura Ecclesia, vel Episcopo incumbere dicatur*, in tantum quod Gōzal. *Gloss.* 6. *num.* 158. videt se implicatum, tamen Sac. Cong. ità declarauit apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 181. quia Trid. non facit expressam mentionem dignitatum ex *cap. Statutum de elect. in 6.* Procedit etiam si cura per deputatos à Canonicis exerceretur. Oldrad. *cons.* 67. Rot. coram Orano *vlt. Ian.* 1594. rector .n. est Collegium non Canonici, vti singuli, Barbos. *de pot. Ep. p.* 3. *alleg.* 60. *num.* 29.

6. Non in Curatis vbi duo, vel plures essent paris potestatis, quorū communi nomine cura exerceretur, vel ipsimet exercerēt, quia in vna Ecclesia vnus debet esse Spōsus, & Rector, & Ecclesia curata non potest esse plurium sponsa, Rot. coram Orano *l. c.* Parochus .n. est his qui suo nomine singulari non autem cum alijs habet regimen Parochialis, Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 52. & *p.* 1. Recent. *decis.* 126.

Declaro 1. Procedere quando illi plures curam exercerent super eundem populum indistinctè; quia si vna esset Ecclesia, sed diuersæ Parochiæ, & tituli, & singuli beneficiarij haberent distinctum populum, tunc in singulis fieret Concursus, Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 48. vt Rauennæ in eadem Ecclesia S. Agatæ, & Appoloniæ duo sunt Rectores, qui habent distinctas Parochias, & singulæ per Concursum prouidentur.

Declaro 2. Sac. Cong. declarare Episcopis licere, Capellanos ad Curam Animarum deputatos à Capi-

Capitulo, vel alio quocunq; examinare, & prohibere, ne absque eius approbatione possit curam exercere. Massob. *reg.* 1. *dub.* 18.

7. Non in baptismali tantum. Tū quia actus baptizandi validè exercetur per laicum, & fœminā, *cap. ad limina 36. q.* 1. etiam tamen sunt incapaces beneficiorum, & fori pœnitentialis, *cap. noua de pœn. & remiss. cap. dilecta de maior, & ob.* Tum quia ex actibus baptizandi, & sepeliendi nō infertur ad Curam Animarum. Seraph. *decis.* 1026 Greg. XV. *decis.* 583. *num.* 11. Rot. coram Cātuccio, *quæ est p.* 2. *diuers decis.* 52. vbi Romani Consilium reprobatur; habere enim Baptismum, & Crisma non efficit curatum. Feder. de sen. *consl.* 80. Grat. qui refert responsum, Rub. *cap.* 298. *num.* 42. *& sequentibus*. Dicitur bene largo modo Matrix. *vt supra p.* 1. *cap.* 3. *ad fin.*

8. Non in sepultuaria tantam. Tū quia ius sepeliendi non arguit Parochialitatem, nam regulares habent ius sepeliendi, & non Parochiam. Tùm quia ex consuetudine, vel Episcopi cōcessione etiam non curata Ecclesia pōt habere ius sepeliendi, Greg. *l. c. num.* 31.

Declaro valde differre iura Parochialia ab illis quę necessario requiruntur ad constituendā Parochialem. Iura Parochialia sunt actus baptizandi, sepeliendi perceptio decimarum primitiarum, &c. & ex his non probatur Parochialitas, vt opinatur, Rō. *cōs.* 356. quod reprobatur à Rot. *d. decis.* 52. *num.* 31. *& seq.* Quæ autem requirantur ad cōstituendam Parochiam vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 5.

9. Non in Ecclesijs, in quibus cura est pænes Episcopum, qui solet exercitium curæ committere vni, vel pluribus, quia tunc Episcopus est Rector, nec vacat beneficium per mortem illius, vel illorū, quibus comissum est curæ exercitium, ideò nec dicitur Curatum.

Declaro quattuor requiri, vt quis dicatur Parochus.

1. Potestas fori pænitentialis; quia cura strictè est potestas ligandi, & soluendi in foro pænitentiali cum necessitate Parochi ministrandi, & populi ab eo recipiendi, impropriè autem cura dicitur potestas fori contentiosi.
2. Parochia certis finibus determinata.
3. Vt exerceat curam nomine proprio non alieno.
4. Vt tamquam Rector nomine suo singulariter, & non cum alijs exerceat, vt dictum est supra num. 6.

Sed dicet quis Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* statuit beneficium Concursui subiacere etiam si cura per vnum, vel plures ministretur & ita, Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 48. quomo-

quomodo ergo dicitur non fieri Concursum vbi duo, vel plures curam exercent pro vt adest conf. Oldrad. communiter approbatum, vt ait Ric. 3. p. *resol.* 318. & Rot. *diuers.* 2. *p. decis.* 52. & Recent. 1. *p. decis.* 226.

Resp. distinguendo.

8. Si cura confusè promiscuè, & indistinctè pluribus est commissa non fit concursus.

9. Si pluribus est commissa distinctè, & discretè ministranda, vel distinguendo cuiq; limites, vt dixi supra *num.* 6. *decl.* 1. vel alternis hebdomadis diuidendo, vt in dicta *decis.* 48. tunc fit Concursus exceptis Collegiatis, & ita conciliantur iura inuicem contraria.

10. Non in Collegiatis tam *actu* .i. quando Canonici resident, quã *habitu* i. quando non resident; quia nec tunc desinit esse collegiata, Rot. Recent. *decis.* 368. nã remanet habitu colleggiata donec à superiore fuerit destructũ Collegium iuxta Not. per Gloss. *cap. Statutum de elect. in* 6. *u. Collegiata.* Procedit etiam si sint Parochiales, Rot. Recent. *l. c.* dummodo sint verè collegiatæ .i. vbi præter Canonicorum nuncupationes habentur alia signa collegialitatis posita supra *par.* 1. *ca.* 1. *diuis.* 4. *ad* 2. Quæ coppulatiuè requiruntur, Mantic. *decis.* 215. & ex quibus probetur Ecclesia Collegiata, Rot. apud Farinac. *nouiss. decis.* 584. itá quod illa signa sufficiant, licèt non habetur initium fundationis, Rot. *d.* *ners.* 4. *p. decis.* 33. Secus de Collegiatis nomine tantum, vbi .s. nũcupantur Collegiatæ: sed non adsunt requisita Collegialitatis, tunc .n. si sint Parochiales Episcopus potest facere Concursum, & conferre nisi obstet aliqua reseruatio. Mandos. Prel. 2. *num.* 32. & 33.

SIT VACANS.

Cond. III.

VACATVRA beneficia. i. viuente possessore cõferri nequeunt *cap. non furem* 7. *q.* 1. *cap.* 1. *de conceß. prab.* immò nec prõmitti *cap. nulla*, *cap. ex tenore de conceß. prab.* Lapus *alleg.* 84. & nouiss. Trid. *ses.* 24. *cap.* 19. *de refor.* prohibuit expectatiuas ad primum vacans, ideo vt Concursus fiat vacatio requiritur, de qua tria videbimus.

1. Quot modis vacatio inducatur.
2. De vacatione de facto, & de Iure simul.
3. De vacatione de Iure tantum.

DE 1. Beneficia vacãt tribus modis.

1. De Iure, & de facto simul quãdo .s. ob aliquem defectum, vel aliã rationem auctoritate sacrarum Constitutionum quis amittit titulum

E

tulum licet possessionem retineat.

3. De facto tantum quando quis non titulum, sed solam possessionem amittit, Azor. 2. p. lib. 7. cap. 16. qu. 2. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 70.*

Vacatio de facto pluribus contingit modis.

1. Quando Rector longo tempore est absens, & ignoratur, vbi sit tunc .n. citatur, & contumax priuatur, & Ecclesia per Concursũ cõfertur alteri modo quo declaratur *p. 3. cap. 11. p. 2. num. 1.* Forma priuationis datur à Seraph. *decis.* 1346. Mantic. *decis.* 67. Sed si sciatur vbi sit, præfigitur illi terminum ad redeundum, non rediens prius excommunicatur, vel suspenditur, deinde per sententiam priuatur post trinã monitionem, & lapsum sex mensiũ *cap. ex tua, & cap. finali de Cler. nõ resid.* Ric. 1. *p. resol.* 624. immò nõ requiritur monitio quando terminus est præfixus per Constitutiones Synodales, Ric. 1. *p resol.* 336. Vbi concludit iustam absentiæ causam excusare, vt si nequeat redire propter infirmitatem inimicitias, pestem, &c.

2. De facto tantum vacat quando prouisus habet collationem, sed non fecit acceptationem, vt quia collatio facta fuit absenti per *ca. si tibi absenti de prab. in 6.*

3. Quando prouisus habet collationem, & acceptauit, sed nondũ cæpit possessionem.

4. Quando beneficiarius prius eiectus fuit de possessione, & nemo illam occupauit Kocchier. *Gloss. 7. num. 8.*

5. Quãdo Rector ingressus est Religionem, ante professionem.

Non fit Concursus, quando beneficium vacat de facto tantum, quia titulus qui est, apud vnum nõ potest alteri conferre, ante priuationem, renuntiationẽ, vel mortem, nam tunc non dicitur propria, & omnimodo vacatio. Fit bene Concursus quando beneficia vacant de iure, & de facto, quia tunc cum verè vacent, ne Ecclesia patiatur debet de Rectore prouidere.

In vacantibus de iure tantum regulariter fit impetratio à Papa cũ requisitis expositis. *1. p. cap. 8. §. de impetratione.* in tribus tamen casibus poterit Ordinarius facere Concursum, & etiam conferre nisi obstet aliqua reseruatio.

1. Quando possessio talis beneficij de iure vacantis est euidenter iniusta e. g. quia adeptus est secundum incompatibile, *cap. licet Episcopus de prab. in 6.* Rot. *decis. 9. de iure p. in antiq.* Lap. *alleg. 16. vbi Mandos. addit. 1. dicens hanc esse communem.*

2. Quando possessio non est triennalis, licèt possessor habeat titulum colotatum: nam si adesset triennalis cum titulo non posset molestari per tradita infra *parte 3. cap. 1.*

3. cap. 1. num. 12.

Quid si non esset triennalis, sed cū titulo; Dissentiunt DD. aliqui dicunt, vt quando possessio est colorata ante triennalem potest Ordinarius confere beneficium vacans de iure tantum: quia coram Ordinario non cadit subreptio, quę solum attenditur in ꝓposito, Menoch. *de arb. lib. 2. casu 201. num. 152.* Alij negant ante cassationem, & precedentem declarationem; quia tunc colorata possessio redit inualidam collationem alteri factam ex defectu potestatis, ne videatur conferre beneficium viuentis, Fel. *cap. in nostra de rescrip.* Abb. *cap. cum in nostris de concess. prab.* Selua. *3. p. 12. & 13. qualit. n. 19. de beneficijs* & hæc mihi magis placet.

3. Quando possessio est triennalis, & vltra, sed sine vllo titulo colorato, vt in beneficijs reseruatis, vel affectis; quia illa possessio non est colorata, nec considerabilis, & caret omni effectu, & iuris adminiculo. Lap. Mandos. & Fel. *loc. cit.* vide Rot. *2. p. resol.* 158.

Declaro quod licet possit tunc Ordinarius conferre etiam non citato intruso possessore non tamē potest corporalem possessionem tradere ipso non citato *d. cap. licet Episcopus*, quia in remotione à possessione, vel quasi requiritur causæ cognitio. s. de iniusta detētione possessoris, & de canonica collatione petentis, Gloss. *d. cap. licet verb. te non vocato*. Modus autem expellendi intrusum est sup. *p. 1. cap. 6. reg. vlt. decl. 8. vers. modus*.

DE Secundo beneficia vacant de iure, & de facto pluribus modis.

1. *Per mortem naturalem*, & sic tripliciter.

Primo per mortem post captam possessionem *cap. susceptum de rescrpt. in 6.* Barbos. *loc. cit.*

Secundo per mortem eius qui habuit prouisionem sine possessione, Rot. pluries relata per Cherub. *in Const. 49.* Pauli III. & *16 in append. scol. 2.* & fit nouus Concursus con distinctione tamen tradita infra *2. p. sect. 3. cond. 3. vers. declaro*.

Tertio si facta renunciatione ad fauorem alterius moriatur intra viginti dies per *reg. 19. cācel.* solet tamen derogari quando renuncians est absens a Curia, Barbos. *l. c. num. 55.* vide *sup. cap. 6. p. 1. reg. 12.*

2. *Per mortem ciuilem* duplicem.

Primo meritoriam. s. ingressum religionis, secuta tamen professione, nam ante vacat tantum de facto ca. beneficium de reg. *in 6. reg. 49. cancel.*

In societate Iesu per professionem tantum solemnem, non autem ꝑ solam simplicium votorum biennij, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 4.*

Secundo *demeritoriam*. s. per degra-

datio-

dationem, & priuationem *cap. ex litteris cap. graue de exceß. Prael.* Rot. *decis.* 33. *de prab in antiquis* cum distinctione data supra *p.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. *Idem* est de beneficio damnati ad triremes perpetuas; nam si sit ad tempus finito tempore ad suum redit beneficium. Rebuff. *reg. de in fin. gloß.* 11.

Tertio per renunciationem expressam semplicem, quia equiparatur morti. Cassad. *decis.* 2. *de rer. permut.* secus de renunciatione ad fauorem, & ex causa permutationis ex Sac. Cong. vt patebit in fine huius decis.

D

4. Prænunciationem tacitam pluribus modis.

5. Per assecutionem alterius incōpatibilis.

Procedit Primo. Si secundum fuit auctoritate ordinaria collatam, quia tunc per possessionem secundi vacat primum de iure & de facto cap. de multa de præb. quia censetur non solum iuri, sed possessioni primi renunciasse. *Idem* est quando per prouisum stetit quo minus possessionem secundi adipiscatur, *cap. commissa de elect. in* 6. *Ideo* poterit statum conferri, sed non poterit collator immitere in possessionem secundi nisi ille, qui illud detinebat, quo ad possessionem etiam dimittat, *ca. licet*, vbi Glos. *de prab.* l. 6. quod est correctiuum *d. ca. de multa*. Si vero à Papa secundum sit collatum potest incumbere possessioni primi etiam per duos menses; quia apponuntur in decreto ad renunciandum in manibus Sanctissimi, & renūciatione facta, vel non facta elapso termino oīmoda dispositio ad Papam deuoluitur, vt supra *p.* 1. *cap.* 10. *num.* 12.

Procedit 2. Si posterioris collatio fuit vallida; quia etiam adepta secundi possessione nulli tercolati, vt quia erat reseruatum &c. non vacat primum, sed potest ad illud redire etiam propria auctoritate duobus cōcurentibus.

1. Vt ignorauerit illam nullitatem.

2. Quod ea cognita dimittat, & collationi secundi renunciet; qa si difficultates habuerit redeundi esset ei penitùs vetita facultas. Textus est *cap. si beneficia de prab. in* 6. Glos. *Clem. si plures. n. vacare de prab.*

Procedit 3. Si possessio secundū fuit pacifica, vt declarauimus supra *p.* 1. *cap.* 16. *num.* 12.

2. Per tacitam renūciationem dicitur vacare per matrimonium, & sponsalia de præsenti, *cap.* 1. *&* 3. *de Cler. coniug.* nam per matrimonium non solum amittuntur beneficia, & pensiones, sed etiam accessus, regressus, & iura quomodolibet competentia ad beneficium non tamen extinguitur dispensatio, & habilitas ad beneficia, quia hæc non tribuit Ius,

E

sed

sed tantum remouet impedimētum, Ric. 3. *p. resol.* 454.

Procedit 1. Etiam non secuta copula, & etiam si vxor Religionem ingrediatur, Sanchez *de matr. lib.* 1. *d.* 42. *num.* 6. non tamen sufficiūt spōsalia de futuro cap. Thol. *decis.* 239.

Procedit 2. Etiam si matrimoniū esset nullum, vt quia contractum est cum consanguinea, Ric. *l. c. num.* 3. vel cum impubere, aut ex alio defectu, Rot. *decis.* 1. & 2. *de sponsal.* vel ex defectu formæ, vt quia fuit clandestinum .i. sine Parocho, & testibus; nam in hac materia factum inspicitur, non facti veritas, Rot. coram Lancel. Luccana 6. Iunij 1575. licet Garz. p. ij. cap. 9. num. 14. & 15. teneat contrarium, quia ex actu nullo ex defectu formæ pœna nō incurritur, & allegat, Rot. coram Orano Hipporegien. Canon. 22. Octobris 1584. Immò etiam si adesset defectus cōsensus ex parte vxoris eadem ratione, secus si ex parte nisi, vt in amente, coacto pium, & metum &c. quia tūc consensus nō fuit præstitus, Rot. d. Luccana, Barbos. *l. c. num.* 18.

Procedit 3. Ita vt contra Hens. matrimonium retinendo beneficiū peccat mortaliter, & fructus restituere teneatur, nec possit facere renunciationem ad fauorem Barbos. *l. c. num.* 9. quia contrahendo tacitè renunciabit titulo, & possessioni, ita vt eam amittat ipso Iure, nec requiratur sententia priuatoria, Rot. coram Merlin. Burgi 5. sepul. 25. Maij 1626. & si nolit possessionem dimittere cogēdus est etiam manu militari, Barbos. *l. c. num.* 18.

Procedit etiam si contrahat cū virgine, nam non potest simplex beneficium retinere sine Papali dispensatione, si matrimoniū fuit validum: sed si nullum poterit Episcopus dummodo doleat, & longam pœnitentiam agat, *cap. sane* 2. *de Cler. coniug.*

Quid si Clericus sacris initiatus cōtraheret? aliqui dicunt priuatū esse beneficijs ipso iure Abb. *cap.* 1. *de Cler. coniug.* Communis est priuandum esse per sententiam, Nau. *cap.* 25. *num.* 120. Barbos. *l. c. num.* 16.

3. Per militiam secularem cū actu est ingressus vacat beneficiū ipso Iure *cap. vlt. de Cler. non resid.* vbi Gloss. *u. redierint*, quia tacitè renunciat ex prēsumpta spontanea voluntate, Paris. *de resig. lib.* 1. *qu.* 1. *num.* 22. Ideò si redeat, vel post descriptionem in matricula, antequam exerceat pœniteat, & Clericales vestes reassumat, non aquirit beneficium; si tamen possessionem non deserat nemo potest eam capere nisi iudicis auctoritate auferatur. Barbos. *l. c. num.* 37. vide Ric. 2. *p. resol.* 277.

4. Ob non delationem habitus beneficium tacitè censetur renunciatum; quia licet, Trid. *sess.* 14. *cap.* 6.

G *cap. 6. de ref.* dicat Clericum non gestantem habitum prius monẽdum esse, postea priuandum, loquitur de Clerico qui aliquando illum gestat; sed nos loquimur de Clerico, qui tanto tempore sine habitu incedit, vt reputetur laicus hic .n. ipso Iure priuatus est beneficijs pensionibus, & omni Iure Ecclesiastico; qa hic censetur renunciasse. Non tamen sufficit semel, vel bis dimittere Barbos. *l. c. num. 63.* Idem de nõ gestantibus habitum suæ militię ratione pensionis. Bulla Sixti V. *Sacrosanctum*.

Vltimo per nouam creationem vacat beneficium de Iure, & de facto, ideò si noua Parochialis erigatur, prouidetur de Rectore p Concursum: nam per creationẽ vacare dicitur Ric. *3. p. resol. 455. num. 50.*

DE Tertio beneficio vacant de iure tantum duobus modis. s. sine delicto, & ex delicto, sine delicto pluribus modis.

§. Sine Delicto.

1. Ob silentium si electus intra mẽsem à die electionis saltem sibi H præsentatæ non consenserit, *cap. quam sit §. electus de elect. 66.* Rot. *decis. 7 de elect. in nou.* tunc .n. vacat Prælatura.

2. Ob non petitam confirmationẽ infra tres Menses *d. cap. quam sit §. Caterum*, tunc .n. priuatur omni Iure.

3. Ob electi, vel præsentati ad ministrationem per se, vel alii ante confirmationem, vel cõsecrationem; tunc .n. beneficium vacat sicut prius; quià omni Iure priuatur, *cap. auaritiæ de elect. 66.* Rot. *diuers. p. 3. decis. 83.* Put. *lib. 3. decis. 45.*

Procedit in electionibus, & præsentationibus, non in prouisionibus Apostolicis, in quibus non proceditur per viam confirmationis nam tunc vnico actu habet quis validam electionem, & cõfirmationem. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. ca. 14. num. 28.*

4. Ob cassationem electionis, *cap. considerauimus, & cap. super eo de elect.*

5. Ob repulsionem postulationis, Extrauag. *ex debito §. huiusmodi de elect.* His duobus modis impropriè vacatio inducitur, Gonzal. *gloss. 15. num. 52.* Barbos. *l. c. nu. 30.* Item ob non probationem contra electum, vt declaratur infra *cap. 2. in prin. ad 2. diff.*

6. Ob promotionem ad Episcopatum intelligitur post captã possessionem, & secutam consecrationem, vel lapsum tempus ad eã pro ebixum *cap. cum in cunctis §. cum vero de elect.* Trid. *sess. 7. cap. 9. & sess. 23. cap. 2. de ref.* Idem ob promotionem ad Abbatiam Iuribus Episcopalibus gaudentem, vt dictum est *p. 1. cap. 10. nu. 11.* ideò

11. Ideò Titulares tantum non amittunt beneficia. Mandos.reg. 16.cancel.q.4. quales sunt, quales sunt Episcopi in partibus infidelium, Azor.2.p.lib.7.cap.16. q.12. Hoc verum est de Iure; nam de stilo Curiæ vacant ob solam promotioné etiam in Episcopis in partibus infidelium, si Papa decernat in Consistorio ea vacare alias statur dispositioni Iuris, Seraph.decis.110.

Quid si consecretur ante tres Menses, an tunc vacent beneficia? Aliqui aciunt aliqui negant.ego distinguo. Non vacant per solam consecrationem, sed bene, si etiam capiat possessionem, Abb. d. cap.cum in cunctis. Requiruntur.quod sit Episcopatus, vel saltem Abbatia modo dicto,qa per vicariatur non vacant beneficiv, Sbroz. lib.2. q.122.

7. Ob translationé Prælati ad aliã Ecclesiam vacat prima,cap.opibus §. translatis 7.q.1. cap.quãto de trasiati Episcopi. Duo copulatiue requiruntur.

1. Expeditio litterarum secundæ Prælaturæ.

2. Ostensio illarum Capitulo;ideò vacat prima, quando cessat vacatio illius,ad quam fit translatio, Extraug.iniunctę de elect. Rot. coram Lancel.Burgen Canon.3. Iunij 1583. vbi fuit resolutum, quud sola expeditio,& scientia absq; præsentatione non sufficit, Ric.3.p.resol.455.vers.7. Procedit de Iure communi, nam de stilo aliter fit, vt declarauit Sac. Cong. de qua infra cap.3. cond. 1. declar.1.

8. Ob promotionem ad Cardinalatum Bulla 79. Sixti V. & vacãt in Curia, Rot. decis.65.de rescrip. in antiq. Si Papa tamen concederet retentionem, nõ diceretur noua prouisio,Cherub.ad d.Bul. Bul. 1.

9. Ob non promotionem infra annum ad Sacerdotium. Procedit solum in Parochialibus. quæ vacant ipso Iure lapso anno ca. licet Canon de elect. in 6. Intelligitur à die pacificæ possessionis cap.commissa de elect. in 6. Quot requirantur ad incurendam hãc pænam,vide infra p.3.sect.3.cond. 7. Idem est de Episcopis, qui si intra tres Menses non consecrẽtur sunt ipso Iure priuati fructibus, & si infra sex, Ecclesijs ipsis Trid sess.23.cap.1,de ref.

10. Ob decretũ Papæ de dimittendo. Dum.n. confert secundum, iubet primum incompatibile liberè renunciari, & dimitti in manibus eius infra duos Mẽses alias vtrumq; vacat, Rot coram Pamphil.Vicentina Canon. 5. Iunij 1590. & de rerum permutatione in nou. decis.13. Intelligitur à die adeptæ pacificæ possessionis.Gonzal.gloss 15.num. 112. Ideò non currit tempus nisi possessio sit vacua, & impetrans non habeat molestias iudiciales, vel

vel extra iudiciales, Ric. 3. p. resol. 302. vide supra p. 1. cap. 10. num. 12. decl. 2. Intelligitur de beneficijs liberis; nam de Iure patr. laicorum non apponitur Decretum dimittendi in manibus Sãctissimi: sed quam primum, licèt alias etiam Dataria apposuerit, vt not Massob. num. 9. 8. dub. 10. num. 16.

Quid si pendente illo termino beneficiarius moriatur, vel matrimonium contrahat. an possit Episcopus conferre. Affirmat Garz. p. 11. cap. 5. num. 63. quia non est impleta conditio. Negat Æneas de Falcon. de rescrip. q. 4. effect. 4. in fi. quia Papa manum apposuit. Conciliantur. Prima tenet si possessio capta sit, sed non pacifica. Secunda si possessio ne vera sit pacifica, Kochier. reg. 8. gloss. 7. num 17.

21. Ob non factas publicationes Bulla Greg. XIII. *Humano*, de qua supra p. 1. cap. 6. reg. 11. Hic addo quod Episcopus volens facere Concursum, debet probare factas non fuisse publicationes; quia fundans se in negatiua debet eam probare. Lege in illa ff. de ver. oblig. vbi Bart. & agens contra possessorem debet veram vacationem probare. Ric. 1. p. resol. 616.

22. Ob non seruatam formã Bullæ Pij V. *In conferendis*, forma est hæc, vt Parochiales per Concursum conferentur, collatio ab Ordinarijs faciẽda intra sex Menses fiat si collatio ad alium spectat significetur dignioris electi infra quattuor Menses, reseruata per Ordinarios non conferitur &c.

23. Per reuocationem prouidentis, quando sunt manualia ad nutum, vel ex causa, Ric. 3. p. resol. 455. vers. 40.

24. Ob reuocatum beneplacitum Papæ, vel per eius obitum, quãdo collatum fuit ad illius beneplacitum, secus si ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quæ nunquam moritur, cap. si gratiose de rescrip. in 6. Similiter si ad tempus fuit collatum, lapso tempore; quia limitata causa limitatũ producit effectum L. in agris ff. de aqu. rer. dom. Nec facere solus Papa potest, Ric. l. c. vers. 38. & 39.

25. Per apprehensionẽ possessionis ante litterarum expeditionẽ si beneficium sit à Papa collatũ, Const. 11. Pauli IV. & extenditur etiam ad beneficia obtenta, Ric. 3. p. resol. 455. vers. 42. Mandos. reg. 27. q. 4.

Procedit de eo, qui ingreditur possessionem vigore suplicationis, non de eo, qui continuat possessionem vigore collationis ordinariæ, & interim facit nouã prouisionem Apostolicam, Rot. diuers. p. 1. decis. 105.

26. Per dispositionem fundatoris, vt ob non implementum missarum

rum, & alijs casibus à fundatore statutis. Caputaq; *decis.*190.*p.*2. potest enim fundator apponere leges quas voluerit, *cap. praeterea* 1.*l.*2.*de Iurep.* Rot.*decis.*1.*de prab. in nouiss.*

17. Per dispositionem Statuti particularis, vel specialis consuetudinis, vt Venetijs, vbi etiam simplicia vacant ipso Iure per assecutionem Plebanatus, Ferret. *cons.*122.Ric. *l.c.ad fin.*

18. Per collationem factam consanguineis, aut affinibus, vel familiaribus collationis, vel resignantijs, quando beneficia sunt resignata in manibus Ordinarij, vt dictum est *p.*1.*cap.*6.*p.*3.potest tamen Ordinarius renunciationes admittere, Rot. *in nou.de renun. decis* 6. *&* 354.

19. Per impetrationem à Sede Apostolica etiam motu proprio factam de beneficijs priuatis à Iudice causæ eiusq; consanguineis affinibus, procuratoribus, domesticis,& familiaribus *const.* 14. Pij IV. Poterit etiam affinitas consanguinitas, & familiaritas,vel testes probari, Cherub. *in Schol.d.Bullæ.*

20. Ob non ostensionem tituli,siuè dispẽsationis Ordinario post requisitionem cap. Ordinarijs, § *Quod si forte*, vbi Gloss. *de off.ord. in*6. Trid. *sess.*7.*cap.*5. Procedit iusto impedimento cessante, vide infra, *sect.*3.*cond.*4. *vers.de tertiò*.

21. Per præsentationem de se ipso factam, *cap.per nostras de Iurepat.* fallit in duobus casibus positis supra *p.*1.*cap.*5.*p.*4.*req.*3. *ex parte præsentati*.

22. Per collationem factam sibimetipsi, *cap.vlt.de inst.* Procedit etiam si haberet facultatem specialem sibimetipsi conferendi, quia debent esse distinctæ personæ conferens,& recipiens; sed an qui habet facultatem conferendi,& dictam facultatem delegādi possit substituere, & substitutus substituenti conferre. Negat Barbos. *Iuris Eccl. lib.* 3. *cap.*13. *num.* 129. Tùm quia cum non possit sibi per se conferre,neque per alium *cap. mulieres* §. *illi de sent. excom.* Tùm quia Procurator non potest conferre nisi nomine substituentis,& ita videtur se ipsum instituere contra dispositionem *d.cap.vlt. & cap. per nostras*. Affirmat Gloss. *in d. cap. vlt. u. dantem ad finem*; quia talis potestas potest delegari,ergo delegatus potest ea vti. *Consiliantur* vt prima procedat si fiat substitutus ad conferendum *sibi*,vel ad conferendum in genere,sed cum fraude latente. Secunda verò si substitutus fiat cum facultate conferendi, sine fraude, & cum libertate cui voluerit, Io. And. *d. cap. vlt.num.*4. But. *nu.*8. Lāb. *lib.*2.*p.*1.*q.*8.*art.*9. *num.*4 *& art.* 11. *num.* 12. Hoc tamen est periculosum, & de facili prau' de-

sumitur, ideò Canonicatum Brittonorij, tali modo collatum, ritè, postea fuisse palium à Papa impetratum, Rota resoluit coram Manzaredo, & ita fuit executum.

23. Per renunciationem factam de incompatibili post prouisionem Apostolicam, adeò, quòd si renuntiatio fiat coram Ordinarijs intra tempora vacationis, vel prouisionis alterius incōpatibilis nulla est, & inducitur vacatio ipso Iure, & reseruatio Sedi Apost. vt diximus supra *p. 1. cap. 6. p. 3. req. 5. vers. pluralitas*.

Item vacant per pluralitatem, vt explicauimus *p. 1. cap. 2. p. 3.*

24. Ob malam valoris expressionē de qua infra *p. 2. sect. 3. cond. 5. vers. vlt.*

25. Ob taciturnitatem primi beneficij *vid. cond. 5.*

26. Ob non expeditionem nouæ prouisionis, quando prouisio facta fuit á Cardinali vigore indulti de beneficio excedente valorem 24. ducatorum; noua .n. prouisio facienda est à Papa cū expressione collationis habitę infra quattuor Menses citra mōtes, & infra octo vltra montes, lapso d. termino, iterum vacăt, & Sedi Apost. reseruantur, per indul. Card. prope finem, Gonzal. *de altern. Gloss. 51. num.* 101. Barbos. *lib. 3. Iur. Eccl. ca. 13. num.* 87 vid. *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam num.* 8.

27. Per apprehensionem possessionis beneficij ab alio possessi non expulso possessore cum causæ cognitione, & Iudicis Ecclesiastici ministerio, *cap. eum qui de præb. in 6.* tunc enim amittit omne Ius aquisitum per Apostolicam prouisionem validam, & vacat sicut prius, quia dicitur violenta possessio, Lap. *alleg.* 127. & cassatur collatio, qua cassata poterit etiā Ordinarius conferre, vt dictum est, *p. 1. cap. 5. p. 4. req. 4. ex parte Episcopi declar. 1.* vbi de hoc vide. Requiritur tamen quod capiatur possessio plena, & totalis, quia non sufficit possessio prædij beneficij, Rot. coram Lancell. *Mutinen. Canon.* 27. *Martij* 1603. Barbos. *l. c. num.* 43.

28. Per desertionem beneficij, si pro de relicto habeatur, *cap. ex parte de Cler. non resid.* vbi Abb. Intelligitur si absit per decem annos Glos. *ibi u. per decem annos*, & Ric. *1. p. resol.* 615. ait post dictum tempus posse citari ad exhibendum scripturas satisfactionis missarum, & si sit contumax priuari, quod de simplici beneficio fortè dicit, nam in Curatis, & residentiā requirentibus breuiori tempore priuatio inducitur, vt patebit infra *p. 3. cap.* 11. Tandem vacant ipso ob incapacitate recipientis, vt explicatur infra, *cap. 2. cond.* 1. 4. 5. 6. 7. 8. 10.

§. XX

S. Ex Delicto.

Vacatio ex delicto pluribus modis intrat ipso iure.

1. Per hæresim *cap. ad abolendam*, vbi Gloss. *de hæret.* in impetratione tamen exprimi debet vacare propter hæresim, alias nunquam intelliguntur collata, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 46.* Procedit de exteriori, secus de mentali tantum. An requiratur sententia priuatoria aliqui aiunt, aliqui negant, & verius, Ric. *3. p. resol. 455. vers. 20.* Barbos. *l. c. vbi plures allegat.*
2. Propter filiationem hæreticarũ, *cap. felicis §. quod si de pen. in 6.* Clarus dicit contrariam sententiam esse equiorem, *§. hæresis nu. 14.* Rota tamen coram Peregrin. Conchen pensionis 6. *Martij* 1598. resoluit beneficia, & pensiones filiorum hæreticorum etiã prius obtenta vacare ipso Iure. *Ric. l. c. vers. 21.*
3. Per adhæsionem hæreticis, *cap. cum olim de accusat.* verum est de exteriori, Gonzal. *Gloss. 15. nu. 92.*
4. Propter preces Hæreticorum si illis mediantibus quis beneficia obtineret, & vltra vacationem inhabilis efficeretur ad alia obtinẽda, *cap. 2. §. ad hæc de Hæret. in 6.* Procedit si id scienter fiat.
5. Per adhæsionem Antipapæ, Gonzal. *l. c.* Procedit si id scienter fiat quia esset hæreticus. Si dubium esset quisnam sit verus Papa nemini, tunc adherendum est, quia temerè ageret inherens Pontifici dubbio temere ageret, sed expectandum est, vt declaretur, & interim paratum esse opportet adherere illi, qui legitimè fuerit electus, Nald. *v. Bulla Cœna num. 16.*
6. Per crimen læsæ Maiestatis, *cap. si quis Laicus 22. q. 5.* Requiri tamen videtur sententia, quia *in d. cap. si quis* habetur verbum *degradetur.* Clericus propriè dicitur reus criminis lege Maiestatis, si crimẽ sit contra Sedem Apostolicam, & Papam cum illi propriè sit subditus, sed contra Principem temporalem large tantum, vide Diaz. *cap. 110.*
7. Per falsificationem litterarum Apostolicarum, *cap. ad falsariorum de crimine falsi,* vbi licet appareat priuandum, omnes tamen DD. intelligunt priuatum ipso iure, Rebuf. *p. 3. tit. quibus mod. benef. amit. num. 44.*
8. Per simoniam. Olim non inducebatur ipso Iure vacatio, *cap. Presbiter 1. q. 1.* Sed bene hodie *Extrauag. cum detestabile de simonia.*

Procedit non solum de simonia publico, vt olim, sed etiam occulto, cap. insinuatum de simonia. Distinguere tamen opportet, nam in beneficijs in quibus commissa est simonia inducitur vacatio ipso

Iure, sed in alijs per sententiam, antequam possunt valide renunciari, & à Papa pro retentione dispensatio obtineri, Ric. 3. p. resol. 306. num. 2.

Duo requiruntur.

1. Quod simonia sit realis, nam mẽtalis non sufficit.

2. Quod sit perfecta, nam effectuatio est necessaria, ideo non sufficit conuentio, Ric. l. c. num. 6. Ad repellendum tamen à consecutione beneficij sufficiunt leuiores probationes Seraph. Caurien. Canon. 10. Maij 1581. Sed ad affectam priuationis obtenti debet simonia plenè, & concludenter probari, Rot. coram Aldob. Firmana Capellania 11. Maij 1580.

Modus probandi in odium huius criminis erit non solum per testes sed etiam per coniecturas, & præsumptiones cap. per tuas, cap. sicut vbi Innoc. & Abb. de simonia; requiritur tamen, quod sent. claræ, & concludentes, ità vt nil aliud importare possint cap. euidentia de accusationibus. Clarus §. Simonia num. 12. Rot. coram Gyp. Brittonor. 17. Decembris 1588. Tales erant actus simultanei duobus concurentibus.

1. Si sint in materia proportionata.

2. In materia coniuncta, ita vt non possint stare sine vrgenti præsumptione correspectiuitatis, præsertim in habentibus causam licitam expressam, Rot. l. c. Ideò non probant simoniã renunciatio beneficij, & venditio domus renuncianti eodem die, Mohed. decis. 214. Neque donatio Iuris patronatus, & donatarij confessio donatori se illi debere scud. 65. facta eodem die, Rot. coram Milino Lucana Iurisp. 21. Iunij 1602. quia sumus in habentibus causã licitam, & materia scutorum 65. nõ est proportionata Iurispatronatus, Ric. 3. p. resol. 306. ad fin. Neque confessio renunciantis, qui post renũciationem dicit sibi ꝑmissam fuisse pecuniã, nocet cessionario. Rot. coram Aldob. l. c. Afflict. decis. 165. Nec sufficiunt testes de fama Clar. l. c. in fin. Put. lib. 2. decis. 171. Tandem neque sufficit probare tractatum, nisi etiam effectuatio probet; quia multa promittuntur, quæ non implentur. l. fin. C. de his quib. vt indign. Imò nec sufficit probare effectuationem si non sit conformis tractatui, Rot. diuers. decis. 36. in manu script. Ric. l. c. num. 7.

9. Per simoniam confidentialẽ exẽpli gratia sub confidentia tacite, vel expressè in ita, quod aquirens beneficium renunciabit alteri ad voluntatem renunciantis, vel renuncians percipiet fructus, & alijs casibus Const. 109. Pij IV. & 87. Pij V. Procedit non solum de beneficio, quod sic obtinetur; sed de omnibus alijs beneficijs, & pensionibus etiam antea rite obtentis, vt notat, Paris. Tract. de confidentijs.

10. Ob

10. Ob percussionem Cardinali factam, *cap. felicis* §. *si qua de pen. in 6.* Rebuf. *tit. quib. modo benef. amitt. num.* 39.

11. Ob percussionem Episcopo illatam, Clem. 1. *de pen.* Procedit de beneficijs in illa Ecclesia, Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 55. In his duobus casibus comprehenduntur etiam bannientes, capientes, dantes auxilium, consilium, fauorem, receptantes, & defendentes.

12. Ob occisionem Rectoris suę Ecclesiæ. *cap. in quibusdam de pen.* Extendunt aliqui ad occidentē quēuis Clericum, patrem, fratrem, principem, &c. quia licet homicidium non inducat priuationem, nisi per sententiam, tamen qualificatum debet ipso Iure inducere, Rebuf. *l. c. num.* 42. Contrariū mihi verius videtur; quia nullus Canon vacationem ipso Iure irrogat, & in *d. cap. quibusdam* dicitur *amittat*, quod nō importat ipso iure, vt ait, Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 18. *qu.* 2. & quatenus de occidente Rectorem sustineatur, procedit de beneficijs in illa Ecclesia. Farin. *prax. crim. p.* 1. *q.* 119. *nu.* 66.

13. Prr carcerationem Clerici, vt cogatur ad renunciandum, Clem. *multorum* §. *quod si de pen.*

14. Per ingessionem in administrationem tempore suspensionis à beneficio late eo, quod contra electionem, vel prouisionem alicuius aliquid obiecit, & non probauit, *cap.* 1. & *cap. cupientes* § *cæterum de elect. in 6. vide inf. cap.* 2. *post prin.*

15. Per assasinium. Assasinus est ille, qui prætio conductus est ad occidendum Christianum, vel prætio facit occidere, Ric. 2. *p. resol.* 37. vbi indistinctè affirmat p̄tio occidentes, vel occidere faciētes incurrere pœnas, *cap.* 1. *de hom. in 6.* & non tantum genus quoddam personarum *d. cap. expressum* vt multi dixerunt, & testatur de communi. Requiritur tamen p̄tium, vel promissio; quia non sufficit spes etiam totius hæreditatis. Ambros. *cap.* 7. *num.* 9. & 10. Ideo in primis constare debet de delicti qualitate. Mascard. *de pb. lib.* 1. *concl.* 137.

16. Per offensionem litigantium in Curia Romana, nec non iudicū, Aduocatorum, Procuratorum, testium, & Notariorum Bulla 11. Alex. IV. Rot. *diuers. p.* 2. *decis.* 166. Verba Bullæ *occasione litis* important causam nō solum immediatam, sed etiam remotam, Put. *lib.* 1. *decis.* 98. & si non appareat de causa aliqui dicunt præsumi ex causa litis, alij hoc probādum esse; veritas est offensionem in dubbio attribuēdam esse causæ, cui magis adaptatur. Vrsell. *u. Alexandrina num.* 10. Habet etiā locum in offendente extra Curiā, quando illuc occasione litis accesserat. Put. *decis.* 99.

17. Per suppositionem examini vi-

ce

ce alterius .i. quando quis se subiecit examini pro alijs, vel accipit beneficium animo dimittendi, vel impetrat beneficia ꝑ alijs vt aliquid consequatur *Const.* 33. *Pauli IV.* vid. inf. *cap.* 2. *cond.* 10. & 12.

18. Ob retentionem indebitā scripturarum pertinentium ad Cameram Apostolicam, vel non reuelationem retinentium, Bulla 24. *Iul. III.* Ric. 3. *p. resol.* 40. *vers.* 43.

19. Ob dationem, promissionem, receptionemquè alicuius rei pro gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam Bulla Greg. *XIII.* incip. *ab ipso Pontificatus*. Et quia adest etiam excōmunicatio Papalis, de hoc dicemus in *Horto nostro deliciarum Clericalium. u. excōmunicatio*.

20. Ob violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ latæ in Curia Romana, in causa beneficiali, Clem. 1. *de seq poss.* & statim violato sequestro pōt impetrari, *Ric. l. c. vers.* 16. Fallit si sequestrum sit impositum propter offensam Iudicis, Barbos. *Iuris eccl. lib.* 3. *cap.* 14.

21. Per alienationem rei Ecclesiæ sine debita solēnitate extrauag. ambitiosæ de reb. Eccl. non alienan. Requiri sententiam declaratoriam probat. Ric. *p.* 1. *resol.* 112. *vide p.* 3. *cap.* 10.

22. Per malam promotionem ad ordines .f. si quis ordines suscepit cum defectu, extra tempora, sine litteris dimissorijs per saltum, furtiue, sine titulo sufficienti, ante debitam ætatem, & simoniacæ Bulla Sixti V. *Sanctum, & salutare*. Hodie solum tenet in casu ordinationis per simoniam; nam in reliquis reducta fuit per Clementem *VIII.* Const. 40. ad dispositionem Const. 7. Pij II. Trid. & Iuris commun s.

23. Per Sodomiam, Pius V. Const. 70. *Horrendum*, ita vt etiam ante sententiam possint impetrari; quia secundum Nau *cap.* 27 *num.* 250. Bulla loquitur per verbum, *priuamus*, quod continet sententiam latam cum sit præsentis temporis. Alij verò putant requiri sētētiam declaratoriam, Tum quia nulla lex, quæ executioni demandari nequit sine actione hominis, obligat in foro conscientiæ ante sententiam etiam si dicat *ipso facto, & absq; declaratione*. Tum quia nemo cogitur se prodere. Tum quia non videtur in vsu. Molin. tom. 1. *de iust. tract* 2. *d.* 95. *nu.* 14. vbi testatur de communi. Dian. *p.* 2. *tract.* 17. *resol.* 67. Ego cum Azor. 2. *p. lib.* 7 *cap.* 18. *in fin.* assentio in vsu non esse quo ad priuationem beneficiorum ante declarationem, sed bene quoad alias pænas, vt alio loco probabo.

24. Per intrusionem cum quis ꝓpria auctoritate beneficium capit etiam si ad eius collationem spectaret, *cap. ad aures de excess. prael.* vel cum sine Ecclesiastici Superioris

riotis auctoritate caperet beneficium de manu laici, *cap. relatum de Iurep. vide p.3.cap.9.* Item si in debitè fructus percipiat, vt notat, *p.1.cap.12.ad p 1. dub.*

25. Per obreptionem, seu subreptionem gratiæ, quia vitiat eam si dolose fiat, Seraph. *decis.* 1432. Procedit quādo alias Papa retraheretur á concedendo, Rot. *decis. 4. de rescrip in antiquior*, vel saltem mouit facilius, Seraph. *l.c.*

26. Per tractationem de successore Summi Pontificis ipso viuente, & in consulto, etiam si tractantes essent Cardinales *Const.14.* Pau li IV. vbi etiam statuit posse procedi contra eos tanquam hæreticos, & læsæ Maiestatis reos.

27. Per vsurpationem iurisdictionis, bonorum, iurium, vel fructuū & quorumcunq; emolumentorū cuiuscunq; Ecclesiæ sub quouis colore, & arte per se, vel alios, & per præstationem impedimenti, ne habeantur ab illis, ad quos de iure spectant. Trid. *sess. 22. cap. 11. de ref.* Gonzal. gloss. 15. num, 152. Procedit de omnibus beneficijs, & quando Clericus non solū dicta fecerit, sed consenserit, vt ab alijs fiant, & fit etiam inhabilis ad quæcunq; alia beneficia. Item Patronus Iurepatronatus ipso Iure priuatur si in eo dicta fecerit, Trid. *l.c.* vbi etiam Papalis excōmunicatio infligitur de qua infra *p. 3. cap.10.*

28. Per insordescentiam in excommunicatione per annum, *cap. cum contumacia de haret. in 6.* Quod verum est etiam de suspensione & interdicto; quia Trid *sess. 25. cap.3. de ref.* dicit in censuris. Abb. tamen negat, *cap. 1. de ind.* Distinguendum est.

1. Si agitur contra insordescentem ad effectum priuationis tantum, tria requiruntur.

1. Vt lapsus sit annus, qui incipit à declaratione, vel à notorietate percussionis Clerici, quia tunc incipit clauium contemptus, Ric. *3.p.resol.216.* & annus debet esse continuus, ideo post sex mēses fuit absolutus cum reincidentia, & post ducet per alios sex, non intra pœna, Seraph. *decis.* 1285.

2. Quod perseuerauerit animo indurato, & in contemptum clauiū .s. vt nolit obedire, quia spernit potestatem legis, & iudicis *d. cap. cum contumacia cap. cum bonæ de at & qualit.* nam si ex alia causa motus, etiam iniusta perseuerauerit non dicitur contemnere, Gloss. *cap. Metropolitanum 2.q.7.* Ideo ex sola petitione absolutionis cessat contemptus, & pertinacia, Rot. *4.p.diuers. decis.83* 8. legitimum impedimentum excusat à pœna insordescentiæ, Ric. *3.p.resol.* 214.

3. Quod fuerit excōmunicatus ppter crimen per quod inducebatur ipso Iure priuatio, vel poterat per sententiam priuari, alias secus, vt propter debitum ciuile, &c. nam

tunc

gationem de leui, non tamen ad torturam, Ric.3.p.resol.215.

Tandem noto Beneficia ab irregularitatem vti vacantia impetrari, Thes. for. Eccl.cap.32.num.37. Vide infra, cap.2.cond.2.

Declaro ob defectū vacationis Concursum non fieri in pluribus casibus.

1. In permutatione beneficiorum, etiam Parochialium. Tùm quia non dicitur propriè vacare. Tùm quia approbatus non examinatur amplius, quia fieret iniuria primis examinatoribus. Procedit ad simile; quia simplex beneficiarius permutās cum Curato examinatur; nam in Curato maior scientia requiritur, sine tamen Concursu. Sac. Cong. apud Ric.1.p. resol.956.

2. In renunciatione ad fauorem. Tùm quia renūcians percipit fructus, & dicitur habere titulum coloratū, vsq; ad effectualem aquisitionem resignatarij, Put.lib.3. decis.258. Sac. Cong. Tùm quia sic non inducitur propriè vacatio. Cassad. decis.3. de renun. debet bene prouisus examinari sine cōcursu. Rot. decis.54. de concess. preb. in antiq. Ric. l.c. resol.353.

3. In beneficijs suppressis à legitimo Superiore, quia tūc amittunt nomen, & naturam beneficij, Barbos. Iur. Eccl. lib.3. cap.14. num.1.

4. In Beneficijs per regressum aquisitis; nam non vacant propriè; quia Papa cōcedendo regressum confert beneficium ex nūc prout ex tunc, & ideò iam collatio facta censetur, Put. lib.1. decis.306. Et si iam possedit, vt contingit in renunciante nullo opus est examine; si vero non possedit, vt in alio casu de quo supra §. Pensio priuil. 7. tunc fit examen, ita Sac. Cong. apud Garz. p.9. cap.2. num.168. nullus autem fit Concursus cum collatio sit facta contra Massob. Prel.3. dub.3. num.37.

5. In Beneficijs de Mensa; quia dicuntur peruenire ad manus mortuas; nam mortuo Rectore fructus consolidantur Mensæ, sicut mortuo proprietario consolidatur proprietas cum vsu fructu in vsu fructuario viuente, Garz. p.ij. cap.2. num.3. Quando autem dicantur beneficia de mensa tradit, Rot. Recent. p.2. decis.104.

6. In vnitis; quia vnio facit duas Parochiales compatibiles, & vnitum non dicitur beneficium; sed prædium eius, cui fuit vnitum, Rot. diuers. p.1. decis.758. & p.2. decis.113. & si sint duæ Parochiales vnitæ solum inducitur vacatio ex persona Rectoris vtranq; Parochialem possidentis, & tunc fit Concursus. Si vero Parochialis sit vnita beneficio simplici, vel dignitati distinguo.

Primo si vnita sit Parochialis accessoria, ita quod simplex beneficium vel dignitas sit principalis, tunc non fit Concursus; quia talis vnio operatur extinctionem tituli beneficij

neficij vniti, & in eo beneficiarius non intitulatur: sed in principali, *Garz. p. ij. cap. 5. num. 193.* Sac. Cong. apud Gallet. *u. beneficium*, Ric. 2. *p. resol.* 381. Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 16. num.* 20. Imò tūc non censetur habere cūram, Barbos. *de pot. Ep. p. 3. alleg 66. nu.* 39. Ideò non fit Concursus in dignitatibus, & Canonicatibus, ac alijs simplicibus habentibus annexam curam accessoriè.

2. Neque in prouisione Abbatiæ, cui perpetuò accessoriè vnita est Parochialis à Sede Apostolica. *Sac. Cong. apud Garz. p. 2. cap. 21 num. 51. & 56.*

3. Neq; in alia dignitate habente accessoriè annexam Parochialē, Grat. *cap.* 273. *num.* 54.

Secundo si vnita sit Parochialis, vel simplici beneficio *æquè principaliter*.

1. Ita vt neutra alteri subijciatur, tunc fit Concursus, & ita intelligitur, quod diximus cond. 2. num. 1. de Parochiali vnita Canonicatui: quia vnio æque principaliter operatur, vt Rector vnius sit Rector alterius: sed vtrunq; retinet suā naturam, & remanet in suo statu, & honore, sicut prius, siue vnio sit ad vitam, siue in perpetuum, ideò habens hoc modo Canonicatum & Parochialem, tenetur residere in Parochiali, Barbos. *de pot. Ep. alleg. 66. num.* 50. *&* 51. & ita loquitur Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 2. §. 1. num.* 190. Vbi censuit, Episcopum posse curam toti Capitulo incumbētem perpetuò vnire cum Capituli cōsensu cetræ dignitati, vel Canonicatui, & in illi⁹ prouisione postea faciendum esse Concursum. *Massob. req. 1. dub. 7. ad fin.*

Vltimo non fit Concursus in cura vnita, vel subiecta Monasterio; qa non vacat: sed Monasterium nōminat Rectorē, & Episcopus approbat, & confirmat. *Rot. apud Farin. p. 1. decis.* 102.

SIT LIBERVM.

Cond. IV.

Libertas, quæ hic requiritur ea est, per quam nemo dicitur habere Ius in illo beneficio, quod impedire possit concurrere volentes. Ita vt necessario faciendus sit Cōcursus. Hoc autem Ius triplici ex capite prouenire potest.

1. Ex parte collatoris, qui non arctatur admittere plures ad beneficij prætensionem: sed potest cui voluerit conferre.

2. Ex parte Patroni, quī potest præsentare, quem maluerit.

3. Ex parte alterius Clerici, qui habet ibi quandoq. ius, vt in litigiosis, ideò beneficium, de quo Concursus fieri debet liberum esse opportet, ex cuius defectu in pluribus beneficijs, Concursus omittitur,

titur, vt statim patebit.

1. In vacantibus apud Sedem, vel in Curia, siue per mortem, siue per dimissionem ex vi Decreti de dimittendo primum incompatibile, siue per simplicem resignationem in Curia, siue ob non factas publicationes, siue ob non seruatam formam, Trid. siue quia Ordinarius non contulit intra legitima tempora, vel electionem dignioris non significauit iuxta Bullam 33. Pij V. vel quia prouisus de Parochiali non fecit se infra annũ promoueri ad Sacerdotium, *cap. licet de elect. in 6.* vel alijs casibus in quibus facta fuit deuolutio ad Papam, de quibus, *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam*. Quia tunc Dataria solet prouidere sine Cõcursu habita sufficiẽtia per examinatores Vrbis, Gonzal. *De altern. gloss. 6. num. 15. & 156.* & de tali obseruantia testatur, Garz. *in add. ca. 2. p. 9. nu. 153.* licet de resignatione simplici in Curia inter se dissentiant, Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 52. num. 6.* & Ric. *1. p. resol. 351.*

Declaro primò, neque fieri Concursum quando fit prouisio à Sede Apostolica *In forma dignum*; quia tunc solus prouisus ab Ordinario examinatur. Vgolin. *de pot. Ep. p. 2. cap. 50. §. 3.*

Declaro 2. Quod quando à Papa confertur Ecclesia sine Concursu est necessaria derogatio Concilij expressa, vel saltem tacita, vt notatum est *p. 1. cap. 12. p. 3. num. 6.*

Declaro 3. Sac. Cong. ita declarasse, scil. *In beneficijs Curatis reseruatis vacantibus per obitum, Ordinarij ponẽt*

B *Edicta Concursus, & à Sede Apostolica fiet prouisio approbato ab examinatoribus Sinodalibus, & ab Ordinario electo si infra quattuor Menses significetur electio*, iuxta Constitutionem Pij V. *In Conferendis*, sedin vacantibus in Curia stilus Dataria, introduxit cõtrarium, Piasec. *p. 2. cap. 5. num. 17. prope fin.*

2. In Parochialibus vacantibus in Diocæsi alicuius Cardinalis residentis in Curia; quia tunc Cardinalis, si velit, potest eas conferre,

C absq; Concursu Clerico tamen examinato, & approbato ab examinatoribus Vrbis, vt notat Germon *De indult. §. quibuscuis num. 9.* Sed Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* videtur statuere contrarium, dum iubet celebrari Concursum in Parochialibus, etiam reseruatis, vel affectis vigore indultorũ *S. R. E. Card. Resp.* Trid. loqui de Cardinalibus habentibus indultum extra ordinarium tantum non ordinarium, Germon. *h. c. num. 12.* Hic nota, quod si Cardinalis habeat indultum etiã Vicarius habens facultatem conferendi, confert vigore indulti, Massob. *Prel. 16. dub. 27.*

Declaro 1. Quod indultum Ordinarium est, quod conceditur Cardinalibus, vel Episcopis, vel Abbatibus collationem habentibus

sumitur, ideò Canonicatum Brittonorij, tali modo collatum, ritè, postea fuisse ab alium à Papa impetratum, Rota resoluit coram Manzaredo, & ita fuit executum.

23. Per renunciationem factam de incompatibili post prouisionem Apostolicam, adeò, quòd si renuntiatio fiat coram Ordinarijs intra tempora vacationis, vel prouisionis alterius incõpatibilis nulla est, & inducitur vacatio ipso Iure, & reseruatio Sedi Apost. vt diximus supra *p. 1. cap. 6. p. 3. req. 5. vers. pluralitas*.

Item vacant per pluralitatem, vt explicauimus *p. 1. cap. 2. p. 3.*

24. Ob malam valoris expressionẽ de qua infra *p. 2. sect. 3. cond. 5. vers. vlt.*

25. Ob taciturnitatem primi beneficij *vid. cond. 5.*

26. Ob non expeditionem nouæ prouisionis, quando prouisio facta fuit á Cardinali vigore indulti de beneficio excedente valorem 24. ducatorum; noua .n. prouisio facienda est à Papa cũ expressione collationis habitę infra quattuor Menses citra mõtes, & infra octo vltra montes, lapso d. termino, iterum vacãt, & Sedi Apost. reseruantur, per indul. Card. prope finem, Gonzal. *de altern. Gloss. 51. num. 101.* Barbos. *lib. 3. Iur. Eccl. ca. 13. num. 87* vid. *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam num. 8.*

27. Per appræhensionem possessionis beneficij ab alio possessi non expulso possessore cum causæ cognitione, & Iudicis Ecclesiastici ministerio, *cap. eum qui de preb. in 6.* tunc enim amittit omne Ius aquisitum per Apostolicam prouisionem validam, & vacat sicut prius, quia dicitur violenta possessio, Lap. *alleg.* 127. & cassatur collatio, qua cassata poterit etiã Ordinarius conferre, vt dictum est, *p. 1. cap. 5. p. 4. req. 4. ex parte Episcopi declar. 1.* vbi de hoc vide. Requiritur tamen quod capiatur possessio plena, & totalis, quia non sufficit possessio prædij beneficij, Rot. coram Lancell. *Mutinen. Canon.* 27. *Martij* 1603. Barbos. *l. c. num.* 43.

28. Per desertionem beneficij, si pro derelicto habeatur, *cap. ex parte de Cler. non resid.* vbi Abb. Intelligitur si absit per decem annos Glos. *ibi u. per decem annos*, & Ric. *1. p. resol. 615.* ait post dictum tempus posse citari ad exhibendum scripturas satisfactionis missarum, & si sit contumax priuari, quod de simplici beneficio fortè dicit, nam in Curatis, & residentiã requirentibus breuiori tempore priuatio inducitur, vt patebit infra *p. 3. cap. 11.* Tandem vacant ipso ob incapacitate recipientis, vt explicatur infra, *cap. 2. cond. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 10.*

§. II

§. Ex Delicto.

Vacatio ex delicto pluribus modis intrat ipso iure.

1. Per hæresim *cap. ad abolendam*, vbi Gloss. *de hæret.* in impetratio-
L ne tamen exprimi debet vacare propter hæresim, alias nunquam intelliguntur collata, Barbos. *Iur. Eccl. lib.3.cap.14.num.46.* Procedit de exteriori, secus de mentali tantum. An requiratur sententia priuatoria aliqui aiunt, aliqui negant, & verius, Ric. *3.p. resol.455. vers.20.* Barbos. *l.c. vbi plures allegat.*
2. Propter filiationem hæreticarũ, *cap. felicis §. quod si de pen. in 6.* Clarus dicit contrariam sententiam esse equiorem, §. *hæresis nu. 14.* Rota tamen coram Peregrin. Conchen pensionis 6. *Martij* 1598. resoluit beneficia, & pensiones filiorum hæreticorum etiã prius obtenta vacare ipso Iure, *Ric. l.c. vers. 21.*
3. Per adhæsionem hæreticis, *cap. cum olim de accasat.* verum est de exteriori, Gonzal. *Gloss.15.nu. 91.*
4. Propter preces Hæreticorum si illis mediantibus quis beneficia obtineret, & vltra vacationem inhabilis efficeretur ad alia obtinẽda, *cap. 2. §. ad hæc de Hæret. in 6.* Procedit si id scienter fiat.
5. Per adhæsionem Antipapæ, Gonzal. *l.c.* Procedit si id scienter fiat quia esset hæreticus. Si dubium esset quisnam sit verus Papa nemini, tunc adherendum est, quia temerè ageret inherens Pontifici dubbio temere ageret, sed expectandum est, vt declaretur, & interim paratum esse opportet adherere illi, qui legitimè fuerit electus, Nald. *u. Bulla Cænæ num.16.*
6. Per crimen læsæ Maiestatis, *cap.*
M *si quis Laicus 2.2. q.5.* Requiri tamen videtur sententia, quia *in d. cap. si quis* habetur verbum *degradetur.* Clericus ꝓpriè dicitur reus criminis lege Maiestatis, si crimẽ sit contra Sedem Apostolicam, & Papam cum illi propriè sit subditus, sed contra Principem temporalem large tantum, vide Diaz. *cap. 110.*
7. Per falsificationem litterarum Apostolicarum, *cap. ad falsariorum de crimine falsi,* vbi licet appareat priuandum, omnes tamen DD. intelligunt priuatum ipso iure, Rebuf. *p. 3. tit. quibus mod. benef. amit. num.44.*
8. Per simoniam. Olim non inducebatur ipso Iure vacatio, *cap. Presbiter 1. q. 1.* Sed bene hodie *Extrauag. cum detestabile de simonia.*

Procedit non solum de simonia publico, vt olim, sed etiam occulto,
N cap. insinuatum de simonia. Distinguere tamen opportet, nam in beneficijs in quibus commissa est simonia inducitur vacatio ipso

G 2 Iure,

Iure, sed in alijs per sententiam, antequam possunt valide renunciari, & à Papa pro retentione dispensatio obtineri, *Ric. 3. p. resol. 306. num. 2.*

Duo requiruntur.

1. Quod simonia sit realis, nam mẽtalis non sufficit.
2. Quod sit perfecta, nam effectuatio est necessaria, ideo non sufficit conuentio, *Ric. l.c. num. 6.* Ad repellendum tamen à consecutione beneficij sufficiunt leuiores probationes Seraph. Caurien. *Canon.* 10. Maij 1581. Sed ad affectam priuationis obtenti debet simonia plenè, & concludenter probari, Rot. coram Aldob. *Firmana Capellaniæ* 11. *Maij* 1580.

Modus probandi in odium huius criminis erit non solum per testes sed etiam per coniecturas, & præsumptiones *cap. per tuas, cap. sicut* vbi Innoc. & Abb. de simonia; requiritur tamen, quod sent. claræ, & concludentes, itá vt nil aliud importare possint cap. euidentia de accusationibus. Clarus §. *Simonia num.* 12. Rot. coram Cyp. *Brittonor.* 17. *Decembris* 1588. Tales erant actus simultanei duobus concurentibus.

1. Si sint in materia proportionata.
2. In materia coniuncta, ita vt non possint stare sine vrgenti præsumptione correspectiuitatis, præsertim in habentibus causam licitam expressam, Rot. *l. c.* Ideò non probant simoniã renunciatio beneficij, & venditio domus renuncianti eodem die, Mohed. *decis.* 214. Neque donatio Iuris patronatus, & donatarij confessio donatori se illi debere scud. 65. facta eodem die, Rot. coram Milino *Lucana Iurisp.* 21. *Iunij* 1602. quia sumus in habentibus causã licitam, & materia scutorum 65. nõ est proportionata Iurispatronatus, Ric. 3. *p. resol.* 306. *ad fin.* Neque confessio renunciantis, qui post renũciationem dicit sibi ꝓmissam fuisse pecuniã, nocet cessionario. Rot. coram *Aldob. l. c.* Afflict. *decis.* 165. Nec sufficiunt testes de fama Clar. *l.c. in fin.* Put. *lib.* 2. *decis.* 171. Tandem neque sufficit probare tractatum, nisi etiam effectuatio probet; quia multa promittuntur, quæ non implentur. *l. fin. C. de his quib. vt indign.* Imò nec sufficit probare effectuationem si non sit conformis tractatui, Rot. *diuers. decis.* 36. *in manu script.* Ric. *l.c. num.* 7.

9. Per simoniam confidentialẽ exẽpli gratia sub confidentia tacite, vel expresse in ita, quod aquirens beneficium renunciabit alteri ad voluntatem renunciantis, vel renuncians percipiet fructus, & alijs casibus Const. 109. Pij IV. & 87. Pij V. Procedit non solum de beneficio, quod sic obtinetur; sed de omnibus alijs beneficijs, & pensionibus etiam antea rite obtentis, vt notat, Patis. *Tract. de confidentijs.*

10. Ob

10. Ob percussionem Cardinali factam, *cap. felicis §. si qua de pen. in 6.* Rebuf. *tit. quib. modo benef. amitt. num. 39.*

11. Ob percussionem Episcopo illatam, Clem. 1. *de pen.* Procedit de beneficijs in illa Ecclesia, Barbos. *Iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 55.* In his duobus casibus comprehenduntur etiam bannientes, capientes, dantes auxilium, consilium, fauorem, receptantes, & defendentes.

12. Ob occisionem Rectoris suę Ecclesiæ. *cap. in quibusdam de pen.* Extendunt aliqui ad occidentē quēuis Clericum, patrem, fratrem, principem, &c. quia licet homicidium non inducat priuationem, nisi per sententiam, tamen qualificatum debet ipso Iure inducere, Rebuf. *l. c. num. 42.* Contrariū mihi verius videtur; quia nullus Canon vacationem ipso Iure irrogat, & in *d. cap. quibusdam* dicitur *amittat*, quod nō importat ipso iure, vt ait, Azor. *2. p. lib. 7. cap. 18. qu. 2.* & quatenus de occidente Rectorem sustineatur, procedit de beneficijs in illa Ecclesia. Farin. *prax. crim. p. 1. q. 119. nu. 66.*

13. Prr carcerationem Clerici, vt cogatur ad renunciandum, Clem. *multorum §. quod si de pen.*

14. Per ingessionem in administrationem tempore suspensionis à beneficio late eo, quod contra electionem, vel prouisionem alicuius aliquid obiecit, & non probauit, *cap. 1. & cap. cupientes § cæterum de elect. in 6. vide inf. cap. 2. post prin.*

15. Per assassinium. Assassinus est ille, qui prætio conductus est ad occidendum Christianum, vel prætio facit occidere, Ric. *2. p. resol. 37.* vbi indistinctè affirmat prætio occidentes, vel occidere facientes incurrere pænas, *cap. 1. de hom. in 6.* & non tantum genus quoddam personarum *d. cap. expressum* vt multi dixerunt, & testatur de communi. Requiritur tamen pretium, vel promissio; quia non sufficit spes etiam totius hæreditatis. Ambros. *cap. 7. num. 9. & 10.* Ideo in primis constare debet de delicti qualitate. Mascard. *de pb. lib. 1. concl. 137.*

16. Per offensionem litigantium in Curia Romana, nec non iudicū, Aduocatorum, Procuratorum, testium, & Notariorum Bulla 11. Alex. IV. Rot. *diuers. p. 2. decis. 166.* Verba Bullæ *occasione litis* important causam nō solum immediatam, sed etiam remotam, Put. *lib. 1. decis. 98.* & si non appareat de causa aliqui dicunt præsumi ex causa litis, alij hoc probādum esse; veritas est offensionem in dubbio attribuēdam esse causæ, cui magis adaptatur. Vrsell. *u. Alexandrina num. 10.* Habet etiā locum in offendente extra Curiā, quando illuc occasione litis accesserat. Put. *decis. 99.*

17. Per suppositionem examini vi-

cc

re alterius .i. quando quis se subiecit examini pro alijs, vel accipit beneficium animo dimittendi, vel impetrat beneficia pro alijs vt aliquid consequatur *Conf*. 33. *Pauli IV*. vid. inf. *cap*. 2. *cond*. 10. & 12.

18. Ob retentionem indebitã scripturarum pertinentium ad Cameram Apostolicam, vel non reuelationem retinentium, Bulla 24. *Iul. III*. Ric. 3. *p. resol*. 40. *vers*. 43.

19. Ob dationem, promissionem, receptionemquè alicuius rei pro gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam Bulla Greg. *XIII*. incip. *ab ipso Pontificatus*. Et quia adest etiam excõmunicatio Papalis, de hoc dicemus in *Horto nostro deliciarum Clericalium*. *u*. *excõmunicatio*.

20. Ob violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ latæ in Curia Romana, in causa beneficiali, Clem. 1. *de seq poss*. & statim violato sequestro põt impetrari, *Ric. l. c. vers*. 16. Fallit si sequestrum sit impositum propter offensam Iudicis, Barbos. *Iuris eccl. lib*. 3. *cap*. 14.

21. Per alienationem rei Ecclesiæ sine debita solènitate extrauag. ambitiosæ de reb. Eccl. non alienan. Requiri sententiam declaratoriam probat. Ric. *p*. 1. *resol*. 122. *vide p*. 3. *cap*. 10.

22. Per malam promotionem ad ordines .s. si quis ordines suscepit cum defectu, extra tempora, sine litteris dimissorijs per saltum, furtiue, sine titulo sufficienti, ante debitam ætatem, & simoniacæ Bulla Sixti V. *Sanctum, & salutare*. Hodie solum tenet in casu ordinationis per simoniam; nam in reliquis reducta fuit per Clementem *VIII*. Const. 40. ad dispositionem Const. 7. Pij II. Trid. & Iuris commun s.

23. Per Sodomiam, Pius V. Const. 70. *Horrendum*, ita vt etiam ante sententiam possint impetrari; quia secundum Nau *cap*. 27. *num*. 250. Bulla loquitur per verbum, *priuamus*, quod continet sententiam latam cum sit præsentis temporis. *Alij* verò putant requiri sẽtẽtiam declaratoriam, Tum quia nulla lex, quæ executioni demandari nequit sine actione hominis, obligat in foro conscientiæ ante sententiam etiam si dicat *ipso facto*, & *absq; declaratione*. Tum quia nemo cogitur se prodere. Tum quia non videtur in vsu. Molin. tom. 1. *de iust. tract*. 2. *d*. 95. *nu*. 14. vbi testatur de communi. Dian. *p*. 2. *tract*. 17. *resol*. 67. Ego cum Azor. 2. *p. lib*. 7 *cap*. 18. *in fin*. assentio in vsu non esse quo ad priuationem beneficiorum ante declarationem, sed bene quoad alias pænas, vt alio loco probabo.

24. Per intrusionem cum quis propria auctoritate beneficium capit etiam si ad eius collationem spectaret, *cap. ad aures de excess. prał.* vel cum sine Ecclesiastici Superioris

tioris auctoritate caperet beneficium de manu laici, *cap. relatum de Iurep. vide p.3.cap.9.* Item si in debitè fructus percipiat, vt notat, *p.1.cap.12.ad p 1. dub.*

25. Per obreptionem, seu subreptionem gratiæ, quia vitiat eam si dolose fiat, Seraph. *decis.* 1432. Procedit quãdo alias Papa retraheretur à concedendo, Rot. *decis. 4. de rescrip in antiquior*, vel saltem mouit facilius, Seraph. *l.c.*

26. Per tractationem de successore Summi Pontificis ipso viuente, & in consulto, etiam si tractantes essent Cardinales *Const.14.* Pauli IV. vbi etiam statuit posse procedi contra eos tanquam hereticos, & læsæ Maiestatis reos.

27. Per vsurpationem iurisdictionis, bonorum, iurium, vel fructuũ & quorumcunq; emolumentorũ cuiuscunq; Ecclesiæ sub quouis colore, & arte per se, vel alios, & per præstationem impedimenti, ne habeantur ab illis, ad quos de iure spectant. Trid. *sess. 22. cap. 11. de ref.* Gonzal. gloss. 15. num, 152. Procedit de omnibus beneficijs, & quando Clericus non solũ dicta fecerit, sed consenserit, vt ab alijs fiant, & fit etiam inhabilis ad quæcunq; alia beneficia. Item Patronus Iurepatronatus ipso Iure priuatur si in eo dicta fecerit, Trid. *l.c.* vbi etiam Papalis excõmunicatio infligitur de qua infra *p. 3. cap.10.*

28. Per insordescentiam in excommunicatione per annum, *cap. cum contumacia de haeret. in 6.* Quod verum est etiam de suspensione & interdicto; quia Trid *sess. 15. cap.3. de ref.* dicit in censuris. Alb. tamen negat, *cap. 1. de iud.* Distinguendum est.

1. Si agitur contra insordescentem ad effectum priuationis tantum, tria requiruntur.

1. Vt lapsus sit annus, qui incipit à declaratione, vel à notorietate percussionis Clerici, quia tunc incipit clauium contemptus, Ric. *3.p.resol.* 216. & annus debet esse continuus, ideo post sex mẽses fuit absolutus cum reincidentia, & post ducet per alios sex, non intra pæna, Seraph. *decis.* 1285.

2. Quod perseuerauerit animo indurato, & in contemptum clauiũ .s. vt nolit obedire, quia spernit potestatem legis, & iudicis *d. cap. cum contumacia cap. cum bonæ de at & qualit.* nam si ex alia causa motus, etiam iniusta perseuerauerit non dicitur contemnere, Gloss. *cap. Metropolitanum 2. q. 7.* Ideo ex sola petitione absolutionis cessat contemptus, & pertinacia, Rot. *4.p. diuers. decis.* 8; 8. legitimum impedimentum excusat à pæna insordescentiæ, Ric. *3.p.resol.* 214.

3. Quod fuerit excõmunicatus ꝓpter crimen per quod inducebatur ipso Iure priuatio, vel poterat per sententiam priuari, alias secus, vt propter debitum ciuile, &c. nam

tunc

tunc pœna insordescentiæ est arbitraria, & ita intelligitur, Trid. Ric.3.p resol.211. ad fin. Bene citatur ad se purgandum,& si iterū sit cōtumax declaratur de hæresi suspectus,& deponitur, Menoch. de a.b.casu q.416. num.2.

Secundo si agitur contra insordescētem vti suspectum de hæresi,vltra prædicta elapso anno requiritur citatio ad diluendam hanc suspiscionem,& ad allegandum iustam causam, cur non debeat declarari hæreticus, Seraph.decis.1285. & saltem duas citationes requiri cōtra absentem notat, Ric.3.p.resol. 218. iusta vero causa non allegata, declaratur hæreticus, & ipso iure vacant beneficia, Ric.l.c. in prin. & resol.455.vers.39. In primo casu non requiritur ista citatio; quia notitia sufficit, & licet in pœnalibus vltra notitiam requiratur intimatio. Mohed. decis. 4. de præb. id verum est,quando notitia requiritur non ad effectum scientiæ tantum; sed etiam vt aliquid fiat. Rot. diuers.p.4.decis.12. Et cum Mohed. l.c. dicit requiri probationem plenam ad effectū priuationis intelligitur, quando non concurrunt coniecturæ vehementes, ex quibus possit oriri probatio concludens secundum subiectam materiam,vt in nostro casu, cum non sit materia criminalis,sed beneficialis. Rot.l.c. n.4. Neque in sordescentibus prodest clausula absolutionis in litteris Apostolicis apponi solita reg. 66. Cancel. Item ob censuram vacat ipso Iure;de quo infra,ca 2.cōd.3.

Ex quibus colliguntur tres insordescentiæ effectus.

1. Facit conuictum,& confessum de delicto, pro quo est excommunicatus cap.decernimus 3. q.9. cap. rursus, cap. quinq; 1. q. 3. & licet sola ficta confessio ex sola contumacia non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen sequuta excommunicatione, & insordescentia ex alleg.per Abb. cap.1.de Iud.num.2. Ric.3 p.resol.210.

2. Priuat beneficijs. & depositionē inducit, Gloss. d.cap. decernimus. Ante annum potest priuari fructibus, cap.Pastoralis de appell. in fin. & etiam beneficio in duobus casibus.

1. Si in excommunicatione celebrauit; quia sic fit irregularis, & inhabilis, cap.veritatis §. nos de dolo, & contum. cap. si quis presbiter 6. qu. 3.

2. Quando Clericus est pro notorio crimine excommunicatus ca. euidentia de accus. Ric. 3. p. resol. 211.

3. Facit suspectum de hæresi. Trid. sess.25. cap.3. Vbi adhibetur distinctio, si sit excommunicatus pro crimine ex causa fidei, tūc insordescens est suspectus vehementer, & si post terminum datum ad se purgandum, non se purget, condemnatur, vt hæreticus, si alia de causa, sufficit ad indicendam purgatio-

gationem de leui, non tamen ad torturam, Ric.3.p.resol.215.

Tandem noto Beneficia ab irregularitatem vti vacantia impetrari, Thes. for. Eccle.cap.32.num.37. Vide infra, cap.3. cond.2.

Declaro ob defectū vacationis Concursum non fieri in pluribus casibus.

1. In permutatione beneficiorum, etiam Parochialium. Tùm quia non dicitur propriè vacare. Tùm quia approbatus non examinatur amplius, quia fieret iniuria primis examinatoribus. Procedit ad simile; quia simplex beneficiarius permutās cum Curato examinatur; nam in Curato maior scientia requiritur, sine tamen Concursu. Sac. Cong. apud Ric.1.p. resol. 956.

2. In renunciatione ad fauorem. Tùm quia renūcians percipit fructus, & dicitur habere titulum coloratū, vsq; ad effectualem aquisitionem resignatarij, Put.lib.3. decis.258. Sac. Cong. Tùm quia sic non inducitur propriè vacatio. Cassad. decis.3. de renun. debet benè prouisus examinari sine cōcursu. Rot. decis. 54. de concess. prab. in antiq. Ric. l.c. resol. 353.

3. In beneficijs suppressis à legitimo Superiore, quia tūc amittunt nomen, & naturam beneficij, Barbos. Iur. Eccl. lib.3.cap.14.num.1.

4. In Beneficijs per regressum aquisitis; nam non vacant propriè; quia Papa cōcedendo regressum confert beneficium ex nūc prout ex tunc, & ideò iam collatio facta censetur, Put.lib.1.decis.306. Et si iam possedit, vt contingit in renunciante nullo opus est examine; si vero non possedit, vt in alio casu de quo supra §. Pensio priuil. 7. tunc fit examen, ita Sac.Cong. apud Garz. p.9. cap.2. num. 168. nullus autem fit Concursus cum collatio sit facta contra Massob. Prel. 3. dub. 3. num. 37.

5. In Beneficijs de Mensa; quia dicuntur peruenire ad manus mortuas; nam mortuo Rectore fructus consolidantur Mensæ, sicut mortuo proprietario consolidatur proprietas cum vsu fructu in vsu fructuario viuente, Garz. p.ij. cap. 2. num. 3. Quando autem dicantur beneficia de mensa tradit, Rot. Recent. p.2. decis. 104.

6. In vnitis; quia vnio facit duas Parochiales compatibiles, & vnitum non dicitur beneficium; sed prædium eius, cui fuit vnitum, Rot. diuers. p.1. decis. 758. & p.2. decis.113. & si sunt duæ Parochiales vnitæ solum inducitur vacātio ex persona Rectoris vtranq; Parochialem possidentis, & tunc fit Concursus. Si vero Parochialis sit vnita beneficio simplici, vel dignitati distinguo.

Primo si vnita sit Parochialis accessoria, ita quod simplex beneficium vel dignitas sit principalis, tunc non fit Concursus; quia talis vnio operatur extinctionem tituli be-

neficij vniti,& in eo beneficiarius non intitulatur: sed in principali, Garz. *p. ij. cap. 5. num.* 193. Sac. Cong. apud Gallet. *u. beneficium*, Ric. 2. *p. resol.* 381. Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 20. Imò tūc non censetur habere cūram, Barbos. *de pot. Ep. p.* 3. *alleg.* 66. *nu.* 39. Ideò non fit Concursus in dignitatibus, & Canonicatibus, ac alijs simplicibus habentibus annexam curam accessoriè.

2. Neque in prouisione Abbatiæ, cui perpetuò accessoriè vnita est Parochialis à Sede Apostolica. Sac. Cong. apud Garz. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 51. *&* 56.

3. Neq; in alia dignitate habente accessoriè annexam Parochialē, Grat. *cap.* 273. *num.* 54.

Secundo si vnita sit Parochialis, vel simplici beneficio *aque principaliter*.

1. *Ita* vt neutra alteri subijciatur, tunc fit Concursus, & ita intelligitur, quod diximus cond. 2. num. 1. de Parochiali vnita Canonicatui: quia vnio æque principaliter operatur, vt Rector vnius sit Rector alterius: sed vtrunq; retinet suā naturam, & remanet in suo statu, & honore, sicut prius, siue vnio sit ad vitam, siue in perpetuum, ideò habens hoc modo Canonicatum & Parochialem, tenetur residere in Parochiali, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 66. *num.* 50. *&* 51. & ita loquitur Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 190. Vbi censuit, Episcopum posse curam toti Capitulo incumbētem perpetuò vnire cum Capituli cōsensu certæ dignitati, vel Canonicatui, & in illi⁹ prouisione postea faciendum esse Concursum. *Massob. req.* 1. *dub.* 7. *ad fin.*

Vltimo non fit Concursus in cura vnita, vel subiecta Monasterio; qa non vacat: sed Monasterium nominat Rectorē, & Episcopus approbat, & confirmat. Rot. apud Farin. *p.* 1. *decis.* 101.

SIT LIBERVM.

Cond. IV.

Libertas, quæ hic requiritur ea est, per quam nemo dicitur habere Ius in illo beneficio, quod impedire possit concurrere volentes. Ita vt necessario faciendus sit Cōcursus. Hoc autem Ius triplici ex capite prouenire potest.

1. **Ex parte collatoris, qui non arctatur admittere plures ad beneficij prætensionem: sed potest cui voluerit conferre.**

2. Ex parte Patroni, qui potest præsentare, quem maluerit.

3. Ex parte alterius Clerici, qui habet ibi quandoq. ius, vt in litigiosis, ideò beneficium, de quo Concursus fieri debet liberum esse opportet, ex cuius defectu in pluribus beneficijs, Concursus omittitur,

ritur, vt statim patebit.

1. In vacantibus apud Sedem, vel in Curia, siue per mortem, siue per dimissionem ex vi Decreti de dimittendo primum incompatibile, siue per simplicem resignationem in Curia, siue ob non factas publicationes, siue ob non seruatam formam, Trid. siue quia Ordinarius non contulit intra legittima tempora, vel electionem dignioris non significauit iuxta Bullam 33. Pij V. vel quia prouisus de Parochiali non fecit se infra annũ promoueri ad Sacerdotium, *cap. licet de elect. in 6.* vel alijs casibus in quibus facta fuit deuolutio ad Papam, de quibus, *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam* Quia tunc Dataria solet prouidere sine Cõcursu habita sufficiẽtia per examinatores Vrbis, Gonzal. *De altern. gloss. 6. num. 15. &* 156. & de tali obseruantia testatur, Garz. *in add. ca. 2. p. 9. nu. 153.* licet de resignatione simplici in Curia inter se dissentiant, Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 52. num. 6.* & Ric. 1. *p. resol.* 351.

Declaro primò, neque fieri Concursum quando fit prouisio à Sede Apostolica *In forma dignum*; quia tunc solus prouisus ab Ordinario examinatur. Vgolin. *de pot. Ep. p. 2. cap. 50. §. 3.*

Declaro 2. Quod quando à Papa confertur Ecclesia sine Concursu est necessaria derogatio Concilij expressa, vel saltem tacita, vt notatum est *p. 1. cap. 12. p. 3. num.* 11.

Declaro 3. Sac. Cong. ita declarasse. *In beneficijs Curatis reseruatis vacantibus per obitum, Ordinarij ponẽt* B *Edicta Concursus, & à Sede Apostolica fiet prouisio approbato ab examinatoribus Sinodalibus, & ab Ordinario electo si infra quattuor Menses significetur electio*, iuxta Constitutionem Pij V. *In Conferendis*, sed in vacantibus in Curia stilus Datarie, introduxit cõtrarium, Piasec. *p. 2. cap. 5. num. 17. prope fin.*

2. In Parochialibus vacantibus in Dioceſi alicuius Cardinalis residentis in Curia: quia tunc Cardi- C nalis, si velit, potest eas conferre, absq; Concursu Clerico tamen examinato, & approbato ab examinatoribus Vrbis, vt notat Germon *De indult. §. quibuscuis num. 9.* Sed Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* videtur statuere contrarium, dum iubet celebrari Concursum in Parochialibus, etiam reseruatis, vel affectis vigore indultorũ S. R. E. Card. Resp. Trid. loqui de Cardinalibus habentibus indultum extra ordinarium tantum non ordinarium, Germon. *h. c. num. 12.* Hic nota, quod si Cardinalis habeat indultum etiã Vicarius habens facultatem conferendi, confert vigore indulti, Massob. *Prul. 26. dub. 27.*

Declaro 1. Quod indultum Ordinarium est, quod conceditur Cardinalibus, vel Episcopis, vel Abbatibus collationem habentibus

 à Iure

à Iure communi, vel priuilegio, vel præscriptione, & quia regulæ Cancellariæ impediunt, ne Ordinarij collatores conferant quolibet Mense, & quæuis beneficia, datur Cardinalibus indultum, qd remouet obstacula, & dicitur *Ordinarium*, quia per illud Cardinales reassumunt, quod per regulas amiserunt, & ideo est fauorabile.

Declaro 2. Quod indultum extra Ordinarium est quod conceditur Cardinali, non Episcopo, nec Abbati, nec alium titulum collatiuū habenti, conferendi beneficia vacantia in aliqua Diocæsi super quibus nullum ius Ordinarium habeat, & ideò dicitur odiosum, Germon. §. *qua sublatis num. 9.*

Declaro 3. Indultum, & priuilegiū differre, quia *Indultum* datur in illis, quæ sunt contra Statuta fundationis, & contra regulas Cācellariæ e. g. quod conferat beneficia Prothonotariorum, in omni mense, &c. *Priuilegium* subsistit cum obstaculis Iuris communis, & etiam regularum Cancellariæ, ideò habens priuilegium conferendi potest solum conferre in mensibus diebus, & beneficijs expressis. *Dispensatio* datur in illis, quę sunt contra dispositionem iuris communis, vt si alicui concederetur conferre beneficia vacantia in Curia, quod Episcopis vetatur, *per cap. 2. de præb. in 6.* Et quia priuilegia, atq; indulta aliquando sunt ampliora, aliquando strictiora, ideo illorum tenor est inspiciendus, *cap. porro, cap. recipimus de priuil.*

3. In Parochialibus de Iurepatronatus cum hac distinctione.

Primo, si sint de iurepatronatus laicorum subdistinguo, si vnus tantū est præsentatus, non fit Concursus, sed sufficit, quod præsentatus examinetur ab examinatoribus Sinodalibus, & idoneus iudicetur, Sac. Cong. apud Piasce *p. 2. cap. 5. num. 18.* Si vero plures sunt præsentati, siue cōmulatiue, siue per variationem fit concursus inter ipsos præsentatos tantum, & Episcopus eliget, & instituet ex approbatis, quem magis idoneū iudicauerit Sac. Cong. *l. c.* Rot. coram Coccin. Pampilonen. Parochialis 27. Ian. 1614. Barbos. ad Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref. nu. 158.*

Declaro 1. duo requiri, vt fiat Concursus inter præsentatos.

1. Vt omnes habeant equalia vota patronorum; quia si vnus habeat plures voces ille solum examinatur, & idoneus repertus instituitur Garz. *p. 9. cap. 2. §. 2. nu. 157.*

2. Quod præsentatus à maiori parte non subeat etiam ipse examen cum cæteris præsentatis; tunc in. faceret sibi præiudicium, nam faceret se illis parem. *Rot.* Pampilonen. coram Bubalo apud Garz. *l. c. num. 157.* & apud Beltram. *ad decis. 494.* Greg. 15. *num. 4.* sed generalis fit concursus in Parochialis

chialib. iurisp. laicorum ad Episcopum deuolutis. Ita decisum refert Galer. n. *Iuspatr.* contra Mafiob. *req.*1. *dub.*22. vide *p.* 1. *c.* 5. *R*. *num.* 1.

Declaro 2. Non requiri consensum omnium patronorum: sed sufficere maioris partis, & talis præsentatus si sit idoneus præfertur præsentato digniori a minori parte; sicut idoneus præsentatus à minori parte præfertur inhabili præsentato à maiori parte. Rot. *l. cit.* Garz. num. 88.

Declaro 3. quæ diximus de Iurep. laicorum procedere de iurepatronatu ex dotatione, vel fundatione; quia si sit ex priuilegio, vel præscriptione, vel mixto, etiam si sit pro duabus tertijs laicorum, fit Concursus sicut in Ecclesiastico dicetur Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 278. Gonzal. *gloß.* 6. *nu.* 134. Sed in patronatibus mixtis non fieri concursum Sac. Cong. resoluit Pisana 5. Feb. 1628. vt ait Barbos. ad Trid. *seß.* 24. *ca.* 18. *de ref. num.* 155.

Secundo si sint de Iurepatronatus Ecclasiastico subdistinguo. Si vacauit in mẽsis Apostolicis, vel alia ad eit reseruatio, tũc Ordinarius facit Concursum nulla habita ratione patronorum seruata forma Trid. deinde eligit digniorem, & cum fide Romam mittit, sicut in alijs Gonzal *l. c. num.* 116. tunc .n. ius eligendi digniorem ad solum Episcopum spectat, Barb. *l. c. num.*

151. Si vacauit in mensibus Ordinarij, Patronus pôt plures nominare, & Episcopus alios inuitare ad Concursum, & ex approbatis Patronus eliget instituendum. Genuen. *cap.* 66. vbi testatur ita censuisse Sac. Cong. Piasce *l. c.* & apud Garz. *l. cit. num.* 189. censuit faciendum esse concursũ quando Canonicatus habet curã animarum, & spectat ad præsentationem Capituli alias collationem esse nullam.

Declaro 1. Quod vacãte Parochiali de iurepatronatus Ecclesiastico spectat ad Papã, & electio dignioris ad Episcopum non ad patronum Sac. Cong. apud Garz. *l. c. num.* 273. alias institutio spectat ad Ordinarium, & electio dignioris ex approbatis post examen, ad Patronum, qui si duo essent æque idonei eliget quẽ voluerit, & ita psentat, Sac. Cong. apud Garz. *num.* 261. & si Patronus ante examen eligeret, nulla esset electio, Barbos. *l. c. num.* 154.

Quid si Patronus non eligeret digniorẽ ex approbatis?

Resp. Episcopum teneri instituere electum à Patrono cum electio ad ipsum spectet, nisi alter se opponat, Garz. *l. c. num.* 168. Sed an Patron⁹ teneatur eligere digniorem *p.* 1. *cap.* 9. C C.

Declaro 2. Regulariter fieri Cõcursum in iurepatronatus Ecclesiastico si curam habeat animarũ: sed fallit si aliter caueatur in fundatione;

datione; quia tunc seruanda est forma fundationis, Seraph. *decis.* 1403. vbi dicitur decretum Trid. *sess.* 24. *cap* 18. non habere locum quando fundatio daret formam diuersam Sac. Cong. apud Garz. *l.c. num.* 170.

Item fallit quando Iuspat. erat totum laicale origine; sed donatione factum est Ecclesiasticum etiã pro duabus tertijs Sac. Cong. 17. Iun. 1617. secus si totum fiat Ecclesiasticum.

Declaro 3. Examen in omni iurepatronatus requirere Sinodales examinatores, vt expresse iubet, Trid. *d. cap.* 18. in patronatibus laicis sufficere etiam non Sinodales à Sac. Cong. decisum ait Aldã. *can. resol. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 52.

4. In Parochialibus litigiosis; quia si alter collitigantium cedat, vel decedat datur à Papa subrogatio, quæ cum non possit dari ab Ordinario non fit Concursus, ne collitigantes multiplicentur, & superuiuenti prejudicium inferatur, Seraph. *decis.* 1165. Ric. 1. *p. resol.* 358. Barbos. *de potest. Epis. alleg.* 60. *num.* 37.

Si Papa dare nolet subrogationem de qua dicemus infra *p.* 3. *cap.* 1. tunc vel Papa confert alteri sine Concursu derogando, Trid. modo dicto *p.* 1. *cap.* 12. *p.* 3. *num.* 1. vel fit Concursus, Barbos. *l.c.*

Sed ad quem spectaret collatio si Concursus fieret? Distinguo si adsit aliqua reseruatio, vel affectio, vt q. a vacauit in Curia, vel in mense Apostolico &c. spectat ad Papam, etiam si vterque tempore obitus possideret, e.g. quia mortuo vno, alter cæpit possessionem vigore mandati de imittendo tempore vacationis. Si vero decessit in mẽse ordinario, & nulla obstet reseruatio, collatio ad Ordinarium spectat, Gonzal. *gloss.* 6. *nu.* 15.

Declaro quod si Episcopus fecisset Concursum de beneficio litigioso non posset electo conferre pendente lite, sed vel expectandus est litis finis, vel recurendum est ad Papam, & interim licet electionis significatio nõ fiet intra quattuor menses, non intrat deuolutio per Bullam 33. Pij V. inductã Garz. *l.c. num.* 171. De Beneficijs litigiosis, vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 10. *cap.* 7. *p.* 2. *req.* 10.

5. In Parochialibus quando collatio spectat ad Papam, & electus non vult acconsentire pensioni, vt dictum est §. *Pensio in fin.*

SIT COLLATIVVM.

Cond. V.

Ex verbis Trid. *sess.* 24. *cap.* 18 *de ref.* Clara hæc liquet conditio ibi *Episcopus eum eliget, quem magis idoneum iudicauerit*, atq; illi, & non alteri *collatio fiet* ab eo ad quem spectat. Ratio est; quia alterius generis

generis beneficia alijs modis conceduntur.

In omnibus Parochialibus collatiuis igitur (*exceptis casibus positis p. 1. cap. 12.*) fit Concursus, quo

A pacto collatio fit ab Ordinario, si vero adsit reseruatio, vel affectio, tunc Ordinarius facit electionem dignioris ex approbatis in Concursu, & electo datur fides electionis, & Romam mittitur, vt à Papa collationem recipiat. Si ibi velle prædicta verba Trid. declarauit Sac. Cong. & seruat praxis Vgol. *de pot. Ep. p. 2. cap. 50. §. 11. num. 2.* Intelligitur de collatione cum effectu, quia si non haberet effectũ posset iterum collator de dicto beneficio prouidere; quia in nihilo peccauit, vt iure conferendi priuetur, textus est Clarus, *cap. si electio de elect. in 6.* Gonzal. *gloss. 15. §. 2. num. 7.* Azor. *2. p. lib. 6. cap. 27. q. 7.* Hinc infertur in sequentibus casibus non fieri Cõcursum.

1. Non in electiuis; quia alia via dantur. s. per viam electionis postulationis, & nominationis de quibus, vide *p. 1. cap. 4.* & quando

B Papa mãdat prouideri cum clausula *ad prouisionem, collationem, vel aliam dispositionem, &c.* non venit modus electionis. Staphil. *de lit. gra. rub. de qual. dig. num. 5. & 6.* neque includuntur beneficia electiua, vt probat Ripa *cons. 5.* & patet ex Clem. *1. de preb.* Ideò, in impetratione facienda est mensio, quod si electiua, alias est subreptitia, & nulla, Rot. *decis. 41. de rescrip. & 13. de preb. in antiq.* Gonzal. *gloss. 19. num. 7.*

Declaro Papam. ex vi clausulæ poni solitæ in indultis Cardinaliũ. s. *ad prouisionem collationem &c.* concedere Cardinalibus facultatem conferendi electiua, non alijs: quia sunt digna specia li nota, Put. *lib. 3. decis. 158.* Caputaq; *p. 4. decis. 41.* Procedit in preiudicium capituli non eligentis, nam non eligendo videtur consentire collationi factæ per Cardinalem, secus in præiudicium habentium eligere. Cassad. *decis. 1. de priuil.* Germon. *de indult. §. ac benef. nu. 52.*

2. Non in commendatione Parochialium; quia commendatio earum licet de iure communi possit

C ab Ordinario fieri ad sex menses, vt dicit Azor. *2. p. lib. 9. cap. 31. qu. 15.* tamẽ de iure nouissimo, Trid. Episcopi non commendãt Parochiales, sed Vicarium constituũt cum congrua portione. Barbos. *de pot. Ep. alleg. 59. num. 24.* idcò commendatio fit à solo Papa, siue ad tempus, siue ad vitam, vel in perpetuum sine Concursu. De commendatione, vide *part. 1. cap. 8. §. 4.*

Declaro quod si dissoluta commendatione Papa nollet eam amplius commendare de Iure faciendus esset Concursus per Ordinarium, cum sit Parochialis, & Trid. loquatur generaliter, & cessante cõmen-

ce alterius .i. quando quis se subiecit examini pro alijs, vel accipit beneficium animo dimittendi, vel impetrat beneficia pro alijs vt aliquid consequatur *Const.* 33. *Pauli IV.* vid.inf. *cap.* 2. *cond.* 10. & 12.

18. Ob retentionem indebitā scripturarum pertinentium ad Cameram Apostolicam, vel non reuelationem retinentium, Bulla 24. *Iul.III.* Ric. 3. *p. resol.* 40. *vers.* 43.

19. Ob dationem, promissionem, receptionemquè alicnius rei pro gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam Bulla Greg. *XIII.* incip. *ab ipso Pontificatus*. Et quia adest etiam excōmunicatio Papalis, de hoc dicemus in *Horto nostro deliciarum Clericalium.u. excōmunicatio*.

20. Ob violationem sequestri impositi vigore sententiæ difinitiuæ latæ in Curia Romana, in causa beneficiali, Clem. 1. *de seq poss.* & statim violato sequestro pōt impetrari, *Ric.l.c.vers.* 16. Fallit si sequestrum sit impositum propter offensam Iudicis, Barbos. *Iuris eccl.lib.* 3. *cap.* 14.

21. Per alienationem rei Ecclesiæ sine debita solēnitate extrauag. ambitiosæ de reb. Eccl. non alienan. Requiri sententiam declaratoriam probat. Ric. *p.* 1. *resol.* 122. *vide p.* 3. *cap.* 10.

22. Per malam promotionem ad ordines .s. si quis ordines suscepit cum defectu, extra tempora, sine litteris dimissorijs per saltum, furtiue, sine titulo sufficienti, ante debitam ætatem, & simoniacæ Bulla Sixti V. *Sanctum, & salutare.* Hodie solum tenet in casu ordinationis per simoniam; nam in reliquis reducta fuit per Clementem *VIII.* Const. 40. ad dispositionem Const. 7. Pij II. Trid. & Iuris commun is.

23. Per Sodomiam, Pius V. Const. 70. *Horrendum*, ita vt etiam ante sententiam possint impetrari; quia secundum Nau *cap.* 27 *num.* 250. Bulla loquitur per verbum, *priuamus*, quod continet sententiam latam cum sit præsentis temporis. Alij verò putant requiri sētētiam declaratoriam, Tum quia nulla lex, quæ executioni demandari nequit sine actione hominis, obligat in foro conscientiæ ante sententiam etiam si dicat *ipso facto, & absq; declaratione*. Tum quia nemo cogitur se prodere. Tum quia non videtur in vsu. Molin. tom. 1. *de iust. tract.* 2. *d.* 95. *nu.* 14. vbi testatur de communi. Dian. *p.* 2. *tract.* 17. *resol.* 67. Ego cum Azor. 2. *p. lib.* 7 *cap.* 18. *in fin.* assentio in vsu non esse quo ad priuationem beneficiorum ante declarationem, sed bene quoad alias pœnas, vt alio loco probabo.

24. Per intrusionem cum quis propria auctoritate beneficium capit etiam si ad eius collationem spectaret, *cap. ad aures de excess. prel.* vel cum sine Ecclesiastici Superioris

rioris auctoritate caperet beneficium de manu laici, *cap. relatum de Iurep. vide p.3.cap.9.* Item si indebitè fructus percipiat, vt notat, *p.1.cap.12.ad p 1. dub.*

25. Per obreptionem, seu subreptionem gratiæ, quia vitiat eam si dolose fiat, Seraph. *decis.* 1432. Procedit quādo alias Papa retraheretur á concedendo, Rot. *decis. 4. de rescrip in antiquior*, vel saltem mouit facilius, Seraph. *l.c.*

26. Per tractationem de successore Summi Pontificis ipso viuente, & in consulto, etiam si tractantes essent Cardinales *Const.14.* Pauli IV. vbi etiam statuit posse procedi contra eos tanquam hereticos, & læsæ Maiestatis reos.

27. Per vsurpationem iurisdictionis, bonorum, iurium, vel fructuū & quorumcunq; emolumentorū cuiuscunq; Ecclesiæ sub quouis colore, & arte per se, vel alios, & per præstationem impedimenti, ne habeantur ab illis, ad quos de iure spectant. Trid. *sess. 22. cap. 11. de ref.* Gonzal. gloss. 15. num, 152. Procedit de omnibus beneficijs, & quando Clericus non solū dicta fecerit, sed consenserit, vt ab alijs fiant, & fit etiam inhabilis ad quæcunq; alia beneficia. Item Patronus Iurepatronatus ipso Iure priuatur si in eo dicta fecerit, Trid. *l.c.* vbi etiam Papalis excōmunicatio infligitur de qua infra *p. 3. cap.10.*

28. Per insordescentiam in excommunicatione per annum, *cap. cum contumacia de haret. in 6.* Quod verum est etiam de suspensione & interdicto; quia Trid *sess. 25. cap.3. de ref.* dicit in censuris. Abb. tamen negat, *cap. 1. de iud.* Distinguendum est.

1. Si agitur contra insordescentem ad effectum priuationis tantum, tria requiruntur.

1. Vt lapsus sit annus, qui incipit à declaratione, vel à notorietate percussionis Clerici, quia tunc incipit clauium contemptus, Ric. 3. *p. resol.* 216. & annus debet esse continuus, ideo post sex mēses fuit absolutus cum reincidentia, & post ducet per alios sex, non intra pœna, Seraph. *decis.* 1285.

2. Quod perseuerauerit animo indurato, & in contemptum clauiū .s. vt nolit obedire, quia spernit potestatem legis, & iudicis *d. cap. cum contumacia cap. cum bonæ de at & qualit.* nam si ex alia causa motus, etiam iniusta perseuerauerit non dicitur contemnere, Gloss. *cap. Metropolitanum 2. q. 7.* Ideo ex sola petitione absolutionis cessat contemptus, & pertinacia, Rot. 4. *p. diuers. decis.* 838. legitimum impedimentum excusat à pœna insordescentiæ, Ric. 3. *p. resol.* 214.

3. Quod fuerit excōmunicatus ppter crimen per quod inducebatur ipso Iure priuatio, vel poterat per sententiam priuari, alias secus, vt propter debitum ciuile, &c. nam

tunc

gationem de leui, non tamen ad torturam, Ric.3.p.resol.215.

Tandem noto Beneficia ab irregularitatem vti vacantia impetrari, Thes. for. Eccl. cap. 32. num. 37. Vide infra cap. 2. cond. 2.

Declaro ob defectũ vacationis Concursum non fieri in pluribus casibus.

1. In permutatione beneficiorum, etiam Parochialium. Tùm quia non dicitur propriè vacare. Tùm quia approbatus non examinatur amplius, quia fieret iniuria primis examinatoribus. Procedit ad simile; quia simplex beneficiarius permutãs cum Curato examinatur; nam in Curato maior scientia requiritur, sine tamen Concursu. Sac. Cong. apud Ric.1.p. resol. 556.

2. In renunciatione ad fauorem. Tùm quia renũcians percipit fructus, & dicitur habere titulum coloratũ, vsq; ad effectualem aquisitionem resignatarij, Put. lib. 3. decis. 258. Sac. Cong. Tùm quia sic non inducitur propriè vacatio. Cassad. decis. 3. de renun. debet bene prouisus examinari sine cõcursu. Rot. decis. 54. de concess. prab. in antiq. Ric. l. c. resol. 553.

3. In beneficijs suppressis à legitimo Superiore, quia tũc amittunt nomen, & naturam beneficij, Barbos. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 1.

4. In Beneficijs per regressum aquisitis; nam non vacant propriè; quia Papa cõcedendo regressum confert beneficium ex nũc prout ex tunc, & ideò iam collatio facta censetur, Put. lib. 1. decis. 306. Et si iam possedit, vt contingit in renunciante nullo opus est examine; si vero non possedit, vt in alio casu de quo supra §. Pensio priuil. 7. tunc fit examen, ita Sac. Cong. apud Garz. p. 9. cap. 2. num. 168. nullus autem fit Concursus cum collatio sit facta contra Massob. Prel. 3. dub. 3. num. 37.

5. In Beneficijs de Mensa; quia dicuntur peruenire ad manus mortuas; nam mortuo Rectore fructus consolidantur Mensæ, sicut mortuo proprietario consolidatur proprietas cum vsu fructu in vsu fructuario viuente, Garz. p. ij. cap. 2. num. 3. Quando autem dicantur beneficia de menta tradit, Rot. Recent. p. 2. decis. 204.

6. In vnitis; quia vnio facit duas Parochiales compatibiles, & vnitum non dicitur beneficium; sed prædium eius, cui fuit vnitum, Rot. diuers. p. 1. decis. 758. & p. 2. decis. 113. & si sunt duæ Parochiales vnitæ solum inducitur vacatio ex persona Rectoris vtranq; Parochialem possidentis, & tunc fit Concursus. Si vero Parochialis sit vnita beneficio simplici, vel dignitati distinguo.

Primo si vnita sit Parochialis accessoria, ita quod simplex beneficium vel dignitas sit principalis, tunc non fit Concursus; quia talis vnio operatur extinctionem tituli beneficij

neficij vniti, & in eo beneficiarius non intitulatur: sed in principali, Garz. *p.* ij. *cap.* 5. *num.* 193. Sac. Cong. apud Gallet. *u. beneficium*, Ric. 1. *p. resol.* 381. Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 20. Imò tūc non censetur habere cūram, Barbos. *de pot. Ep. p.* 3. *alleg.* 66. *nu.* 39. Ideò non fit Concursus in dignitatibus, & Canonicatibus, ac alijs simplicibus habentibus annexam curam accessoriè.

2. Neque in prouisione Abbatiæ, cui perpetuò accessoriè vnita est Parochialis à Sede Apostolica. Sac. Cong. apud Garz. *p.* 2. *cap.* 21. *num.* 51. & 56.

3. Neq; in alia dignitate habente accessoriè annexam Parochialē; Grat. *cap.* 273. *num.* 54.

Secundo si vnita sit Parochialis, vel simplici beneficio *aquè principaliter*.

1. Ita vt neutra alteri subijciatur, tunc fit Concursus, & ita intelligitur, quod diximus cond. 2. num. 1. de Parochiali vnita Canonicatui: quia vnio æque principaliter operatur, vt Rector vnius sit Rector alterius: sed vtrunq; retinet suā naturam, & remanet in suo statu, & honore, sicut prius, siue vnio fit ad vitam, siue in perpetuum, ideò habens hoc modo Canonicatum & Parochialem, tenetur residere in Parochiali, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 66. *num.* 50. & 51. & ita loquitur Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 190. Vbi censuit, Episcopum posse curam toti Capitulo incumbētem perpetuò vnire cum Capituli cōsensu certæ dignitati, vel Canonicatui, & in illi° prouisione postea faciendum esse Concursum. *Massob. req.* 1. *dub.* 7. *ad fin.*

Vltimo non fit Concursus in cura vnita, vel subiecta Monasterio; qa non vacat: sed Monasterium nominat Rectorē, & Episcopus approbat, & confirmat. Rot. apud Farin. *p.* 1. *decis.* 105.

SIT LIBERVM.

Cond. IV.

Libertas, quæ hic requiritur ea est, per quam nemo dicitur habere Ius in illo beneficio, quod impedire possit concurrere volentes. Ita vt necessario faciendus sit Cōcursus. Hoc autem Ius triplici ex capite prouenire potest.

1. Ex parte collatoris, qui non arctatur admittere plures ad beneficij prætensionem: sed potest cui voluerit conferre.

2. Ex parte Patroni, qui potest præsentare, quem maluerit.

3. Ex parte alterius Clerici, qui habet ibi quandoq. ius, vt in litigiosis, ideò beneficium, de quo Concursus fieri debet liberum esse opportet, ex cuius defectu in pluribus beneficijs, Concursus omittitur,

titur, vt statim patebit.

1. In vacantibus apud Sedem, vel in Curia, siue per mortem, siue per dimissionem ex vi Decreti de dimittendo primum incompatibile, siue per simplicem resignationem in Curia, siue ob non factas publicationes, siue ob non seruatam formam, Trid. siue quia Ordinarius non contulit intra legittima tempora, vel electionem dignioris non significauit iuxta Bullam 33. Pij V. vel quia prouisus de Parochiali non fecit se infra annū promoueri ad Sacerdotium, *cap. licet de elect. in 6.* vel alijs casibus in quibus facta fuit deuolutio ad Papam, de quibus, *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam* Quia tunc Dataria solet prouidere sine Cōcursu habita sufficiētia per examinatores Vrbis, Gonzal. *De altern. gloss. 6. num. 15. &* *156.* & de tali obseruantia testatur, Garz. *in add. ca. 2. p. 9. nu. 153.* licet de resignatione simplici in Curia inter se dissentiant, Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 52. num. 6.* & Ric. *1. p. resol. 351.*

Declaro primò, neque fieri Concursum quando fit prouisio à Sede Apostolica *In forma dignum*; quia tunc solus prouisus ab Ordinario examinatur. Vgolin. *de pot. Ep. p. 2. cap. 50. §. 3.*

Declaro 2. Quod quando à Papa confertur Ecclesia sine Concursu est necessaria derogatio Concilij expressa, vel saltem tacita, vt notatum est *p. 1. cap. 12. p. 3. num. 6.*

Declaro 3. Sac. Cong. ita declarasse *ss. In beneficijs Curatis reseruatis vacantibus per obitum, Ordinarij ponēt* B *Edicta Concursus, & à Sede Apostolica fiet prouisio approbato ab examinatoribus Sinodalibus, & ab Ordinario electo si infra quattuor Menses significetur electio*, iuxta Constitutionem Pij V. *In Conferendis*, sed in vacantibus in Curia stylus Datariæ, introduxit cōtrarium, Piasec, *p. 2. cap. 5. num. 17. prope fin.*

2. In Parochialibus vacantibus in Diocæsi alicuius Cardinalis residentis in Curia: quia tunc Cardi- C nalis, si velit, potest eas conferre, absq; Concursu Clerico tamen examinato, & approbato ab examinatoribus Vrbis, vt notat Germon *De indult. S. quibusuis num. 9.* Sed Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* videtur statuere contrarium, dum iubet celebrari Concursum in Parochialibus, etiam reseruatis, vel affectis vigore indultorū S. R. E. Card. Resp. Trid. loqui de Cardinalibus habentibus indultum extra ordinarium tantum non ordinarium, Germon. *h. c. num. 12.* Hic nota, quod si Cardinalis habeat indultum etiā Vicarius habens facultatem conferendi, confert vigore indulti, Massob. *Praxl. 26. dub. 27.*

Declaro 1. Quod indultum Ordinarium est, quod conceditur Cardinalibus, vti Episcopis, vel Abbatibus collationem habentibus

H 2 à Iure

à Iure communi, vel priuilegio, vel præscriptione, & quia regulæ Cancellariæ impediunt, ne Ordinarij collatores conferant quolibet Mense, & quæuis beneficia, datur Cardinalibus indultum, qđ remouet obstacula, & dicitur *Ordinarium*; quia per illud Cardinales reassumunt, quod per regulas amiserunt, & ideo est fauorabile.

Declaro 2. Quod indultum extra Ordinarium est quod conceditur Cardinali, non Episcopo, nec Abbati, nec alium titulum collatiuū habenti, conferendi beneficia vacantia in aliqua Diocæsi super quibus nullum ius Ordinarium habebat, & ideò dicitur odiosum. Germon. *§. qua sublatis num. 9.*

Declaro 3. Indultum, & priuilegiū differre, quia *Indultum* datur in illis, quæ sunt contra Statuta fundationis, & contra regulas Cācellariæ e. g. quod conferat beneficia Prothonotariorum, in omni mense, &c. *Priuilegium* subsistit cum obstaculis Iuris communis, & etiam regularum Cancellariæ, ideò habens priuilegium conferendi potest solum conferre in mensibus diebus, & beneficijs expressis. *Dispensatio* datur in illis, quę sunt contra dispositionem iuris communis, vt si alicui concederetur conferre beneficia vacantia in Curia, quod Episcopis vetatur, *per cap. 2. de præb. in 6.* Et quia priuilegia, atq; indulta aliquando sunt ampliora, aliquando strictiora, ideo illorum tenor est inspiciendus, *cap. porro, cap. recipimus de priuil.*

3. In Parochialibus de Iurepatronatus cum hac distinctione.

Primo, si sint de iurepatronatus laicorum subdistinguo, si vnus tantū est præsentatus, non fit Concursus, sed sufficit, quod præsentatus examinetur ab examinatoribus Sinodalibus, & idoneus iudicetur, Sac. Cong. apud Piasce *p. 2. cap. 5. num. 18.* Si vero plures sunt præsentati, siue cōmulatiue, siue per variationem fit concursus inter ipsos præsentatos tantum, & Episcopus eliget, & instituet ex approbatis, quem magis idoneū iudicauerit Sac. Cong. *l. c.* Rot. coram Coccin. Pampilonen. Parochialis 27. Ian. 1614. Barbos. ad Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref. num. 158.*

Declaro 1. duo requiri, vt fiat Concursus inter præsentatos.

1. Vt omnes habeant equalia vota patronorum; quia si vnus habeat plures voces ille solum examinatur, & idoneus repertus instituitur Garz. *p. 9. cap. 2. §. 2. nu. 157.*

2. Quod præsentatus à maiori parte non subeat etiam ipse examen cum cæteris præsentatis; tunc n. faceret sibi præiudicium, nam faceret se illis parem. Rot. Pampilonen. coram Bubalo apud Garz. *l. c. num.* 157. & apud Beltram. *ad decis. 494.* Greg. 15. *num. 4.* sed generalis fit concursus in Parochialis

chialib. iurisp. laicorum ad Episcopum deuolutis. Ita decisum refert Galet. *n. Iuspatr.* contra Masfob. *req.*1. *dub.*12. vide *p.*1.*c.*5.*R.* *num.* 1.

Declaro 2. Non requiri consensum omnium patronorum: sed sufficere maioris partis, & talis præsentatus si sit idoneus præfertur præsentato digniori a minori parte; sicut idoneus præsentatus à minori parte præfertur inhabili præsentato à maiori parte. Rot. *l.cit.* Garz. num. 88.

Declaro 3. quæ diximus de Iurep. laicorum procedere de iurepatronatu ex dotatione, vel fundatione; quia si fit ex priuilegio, vel præscriptione, vel mixto, etiam si sit pro duabus tertijs laicorum, fit Concursus sicut in Ecclesiastico dicetur Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9.*cap.* 2.*num.*178. Gonzal.*gloß.*6. *nu.*134. Sed in patronatibus mixtis non fieri concursum Sac. Cong. resoluit Pisana 5. Feb. 1628. vt ait Barbos. ad Trid. *sess.*24.*ca.*18. *de ref. num.* 155.

Secundo si sint de Iurepatronatus Ecclasiastico subdistinguo. Si vacauit in mēsis Apostolicis, vel alia ad eit reseruatio, tūc Ordinarius facit Concursum nulla habita ratione patronorum seruata forma Trid. deinde eligit digniorem, & cum fide Romam mittit, sicut in alijs Gonzal *l.c.num.* 116. tunc .n. ius eligendi digniorem ad solum Episcopum spectat, Barb. *l.c. num.* 151. Si vacauit in mensibus Ordinarij, Patronus pōt plures nominare, & Episcopus alios inuitare ad Concursum, & ex approbatis Patronus eliget instituendum. Genuen. *cap.* 66. vbi testatur ita censuisse Sac.Cong. Piasc. *l.c.* & apud Garz. *l. cit. num.* 189. censuit faciendum esse concursū quando Canonicatus habet curā animarum, & spectat ad præsentationem Capituli alias collationem esse nullam.

Declaro 1. Quod vacāte Parochiali de iurepatronatus Ecclesiastico spectat ad Papā, & electio dignioris ad Episcopum non ad patronum Sac. Cong. apud Garz. *l.c. num.* 273. alias institutio spectat ad Ordinarium, & electio dignioris ex approbatis post examen, ad Patronum, qui si duo essent æque idonei eliget quē voluerit, & ita p̄sentat, Sac. Cong. apud Garz. *num.* 261. & si Patronus ante examen eligeret, nulla esset electio, Barbos. *l.c. num.* 154.

Quid si Patronus non eligeret digniorē ex approbatis?

Resp. Episcopum teneri instituere electum à Patrono cum electio ad ipsum spectet, nisi alter se opponat, Garz. *l c.num.* 168. Sed an Patron⁹ teneatur eligere digniorem *p.*1.*cap.*9. C C.

Declaro 2. Regulariter fieri Cōcursum in iurepatronatus Ecclesiastico si curam habeat animarū: sed fallit si aliter caueatur in fūdatione;

datione; quia tunc seruanda est forma fundationis, Seraph. *decis.* 1403. vbi dicitur decretum Trid. *sess.* 24. *cap* 18. non habere locum quando fundatio daret formam diuersam Sac. Cong. apud Garz. *l.c. num.* 170.

Item fallit quando Iuspat. erat totum laicale origine: sed donatione factum est Ecclesiasticum etiã pro duabus tertijs Sac. Cong. 17. Iun. 1617. secus si totum fiat Ecclesiasticum.

Declaro 3. Examen in omni iurepatronatus requirere Sinodales examinatores, vt expresse iubet, Trid. *d. cap.* 18. in patronatibus laicis sufficere etiam non Sinodales à Sac. Cong. decisum ait Aldã. *can. resol. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 52.

4. In Parochialibus litigiosis; quia si alter collitigantium cedat, vel decedat datur à Papa subrogatio, quæ cum non possit dari ab Ordinario non fit Concursus, ne collitigantes multiplicentur, & superuiuenti preiudicium inferatur, Seraph. *decis.* 1165. Ric. 1. *p. resol.* 358. Barbos. *de potest. Epis. alleg.* 60. *num.* 37.

Si Papa dare nolet subrogationem, de qua dicemus infra *p.* 3. *cap.* 1. tunc vel Papa confert alteri sine Concursu derogando, Trid. modo dicto *p.* 1. *cap.* 12. *p.* 3. *num.* 1. vel fit Concursus, Barbos. *l.c.*

Sed ad quem spectaret collatio si Cõcursus fieret? Distinguo si adsit aliqua reseruatio, vel affectio, vt quia vacauit in Curia, vel in mense Apostolico &c. spectat ad Papam, etiam si vterque tempore obitus possideret, e.g. quia mortuo vno, alter cæpit possessionem vigore mandati de imittendo tempore vacationis. Si vero decessit in mẽse ordinario, & nulla obstet reseruatio, collatio ad Ordinarium spectat, Gonzal. *gloss.* 6. *nu.* 15.

Declaro quod si Episcopus fecisset Concursum de beneficio litigioso non posset electo conferre pendente lite, sed vel expectandus est litis finis, vel recurendum est ad Papam, & interim licet electionis significatio nõ fiet intra quattuor menses, non intrat deuolutio per Bullam 33. Pij V. inductã Garz. *l.c. num.* 171. De Beneficijs litigiosis, vide *p.* 1. *cap.* 1. *diuis.* 10. *cap.* 7. *p.* 2. *req.* 10.

5. In Parochialibus quando collatio spectat ad Papam, & electus non vult acconsentire pensioni, vt dictum est §. *Pensio in fin.*

SIT COLLATIVVM.

Cond. V.

Ex verbis Trid. *sess.* 24. *cap.* 18 *de ref.* Clara hæc liquet condictio ibi *Episcopus eum eliget, quem magis idoneum iudicauerit*, atq; illi, & non alteri *collatio fiet* ab eo ad quem spectat. Ratio est; quia alterius generis

generis beneficia alijs modis conceduntur.

In omnibus Parochialibus collatiuis igitur (*exceptis casibus positis p.1. cap.12.*) fit Concursus, quo A pacto collatio fit ab Ordinario, si vero adsit reseruatio, vel affectio, tunc Ordinarius facit electionem dignioris ex approbatis in Concursu; & electo datur fides electionis, & Romam mittitur, vt à Papa collationem recipiat. Si ibi velle prædicta verba Trid. declarauit Sac. Cong. & seruat praxis Vgol. *de pot. Ep. p.2. cap.50. §.12. num.2.* Intelligitur de collatione cum effectu, quia si non haberet effectũ posset iterum collator de dicto beneficio prouidere; quia in nihilo peccauit, vt iure conferendi priuetur, textus est Clarus, *cap. si electio de elect. in 6.* Gonzal. *gloss. 15. §.2. num.7.* Azor. *2.p.lib. 6.cap.27.q.7.* Hinc infertur in sequentibus casibus non fieri Cõcursum.

1. Non in electiuis; quia alia via dantur. s. per viam electionis postulationis, & nominationis de quibus, vide *p.1. cap.4.* & quando B Papa mãdat prouideri cum clausula *ad prouisionem, collationem, vel aliam dispositionem, &c.* non venit modus electionis. Staphil. *de lit. gra. rub. de qual. dig. num.5. & 6.* neque includuntur beneficia electiua, vt probat Ripa *cons.5.* & patet ex Clem. *1. de præb.* Ideò, in impetratione facienda est mensio, quod si electiua, alias est subreptitia, & nulla, Rot. *decis.41. de rescrip. & 13. de præb. in antiq.* Gonzal. *gloss.19. num.7.*

Declaro Papam. ex vi clausulæ poni solitæ in indultis Cardinaliũ. s. *ad prouisionem collationem &c.* concedere Cardinalibus facultatem conferendi electiua, non alijs: quæ sunt digna specia li nota, Put. *lib. 3. decis.158.* Caputaq; *p.4. decis. 41.* Procedit in preiudicium capituli non eligentis, nam non eligendo videtur consentire collationi factæ per Cardinalem, secus in præiudicium habentium eligere. Cassad. *decis.1. de priuil.* Germon. *de indult. §. ac benef. nu.52.*

2. Non in commendatione Parochialium; quia commendatio earum licet de iure communi possit C ab Ordinario fieri ad sex menses, vt dicit Azor. *2.p.lib.9.cap.31.q. 15.* tamẽ de iure nouissimo, Trid. Episcopi non commendãt Parochiales, sed Vicarium constituũt cum congrua portione. Barbos. *de pot. Ep. alleg.59. num.24.* idcò commendatio fit à solo Papa, siue ad tempus, siue ad vitam, vel in perpetuum sine Concursu. De commendatione, vide *part.1. cap. 8. §.4.*

Declaro quod si dissoluta commendatione Papa nollet eam amplius commendare de Iure faciendus esset Concursus per Ordinarium, cum sit Parochialis, & Trid. loquatur generaliter, & cessante cõmen-

mediatione per mortem commẽdatarij, non dicitur Ecclesia vacare per obitum non vacat sicut prius: ideo non comprehenditur sub regula 9. de mensibus, nec mensis attenditur, Mohed. *decis.* 4. *et* 9. *de preb.* Barbos. *l.c. alleg.* 57. *num.* 154. nec locus vbi moritur commendatarius, Put. *lib.* 1. *decis.* 25. Fallit si Dataria ex stilo, vel & sine Concursu prouidere.

Declaro 2. Quod collatio beneficij commendati potest fieri ab Episcopo si ab eo facta fuit commendatio, sed potest solum simplicitẽ commendare dummodo nulla obstet reseruatio *cap. cum consisterit de accu.* Franch. *cap. nemo de elect. in* 6. Si vero commendatio facta sit à Papa, siue ad tempus, siue in perpetuũ, ad Papam spectat collatio; quia beneficium est affectum. *Azor.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 31. *q.* 3. *&* 8.

3. Non in prouisione beneficiorum consistorialium; quia de his Papa prouidet sine Ordinariorum ministerio, vt patet ex Bulla 35. Leo X.

D

Declaro 1. Quod prouisio cõsistorialis est quam facit Papa in Cõsistorio secreto assentiẽtibus Cardinalibus. non consistorialis. est quam facit Papa signando supplicationum solus sine Cardinalibus. Mandos. *reg. de annali qu.* 16. *num.* 1.

Declaro 2. Quod appellatione Ecclesiarum, & Monasteriorum consistorialium veniunt etiam Abbatiæ, quia de eis Papa prouidet consistorialiter, sicut de Episcopatibus, Lap. *alleg.* 83. *num.* 11. Mandos. *l. c. num.* 2. *&* 7.

Declaro 3. Quod impetrantes beneficia consistorialia debent etiã dispensationem impetrare retentionis aliorum beneficiorũ, alias nulla est impetratio ex dicta Bulla 35. Leo X. & idem est de commendis beneficiorũ consistorialium Bulla 8. *Clem.* 7.

Procedit in aquisitione consistorialis dignitatis, non in permutatione, quia sic nihil de nouo lucratur cum censeatur habere ex causa onerosa, eo quod dimittit aliam, quam habet, & ita resoluit, Rot. teste Mandos. *cons.* 2. *num.* 10. Cherub. *schol.* 2. *ad d. Bullam Clem.* 7.

SIT SECVLARE.

Cond. VI.

Status beneficij adeò necessario est inspiciendus, vt prouisio facta cõtra statum beneficij e.g. si seculare, regulari, & è cõtra conferatur, collatio sit ipso Iure nulla, & fiat deuolutio ad Superiorem, nec ignorantia, aut inaduertentia excusaret, Belam. *decis.* 172. Trid. *sess.* 14. *cap.* 11. *de ref.* Gonzal. *gloss.* 8. *num.* 40.

A

Status beneficij ex multis cognoscitur.

1. Ex

1. Ex fundatione.
2. Ex consuetudine, vel præscriptione, *cap. cum de beneficio de præb. in 6.*

Requiritur, vt Clericus secularis, tanquam secularis ibi ministrauerit aliàs non dicitur mutatus status. Rot. *diuers. p. 4. decis. 583.* vide *p. 1. cap. 1. diuis. 1.*

Tertiò ex institutore, vel collatore; quia si fuit aliàs collatum per secularem iudicatur beneficium seculare, quamuis per regulares fuerit gubernatum, nisi appareat de voluntate collatoris, quod voluerit statum mutare; hoc .n. nō præsumitur *arg. cap. 1. dist. 10.* Gonzal. *gloss. 9. §. 6. num. 11. & 28.* Non tamen è contra semper præsumitur regulare quando collator erat regularis, si solitum fuit per seculares gubernari, Rot. *decis. 46. de rescrip. in antiq.*

Quartò ex maiori parte possessorū, & præsertim vbi pro maiori parte obtinentes sunt vltimi possessores *l. si minor. l. mulla §. 1. ff. de alim. & cib. leg.*

Quinto ex Ecclesia, vbi situm est beneficium: quia si in regulari præsumitur regulare, adeo quod non aquiritur iuspatronatus laico, nisi præter reseruationem iuspatronatus factam, adsit etiam Apostolicum priuilegium in limine fundationis: nam Episcopi cōsensus non sufficit, Rot. apud Farin. *p. 1. decis. 53.* Nisi soleat per Clericos seculares possideri, vt Latius dixi *par. 1. cap. 1. diuis. 1.*

In dubbio etiam in Ecclesia regulari præsumeretur seculare Seraph. *decis. 1305. & 1395.*

Sexto ex qualitate beneficij; nam perpetuo regulariter præsumuntur secularia *cap. præcepta d. §. cū cōcord.* Manualia vero cēsētur regularia *ca. cū ad Monasteriū §. tales de stat. Mona. Clem. 1. § ad hec co. tit.*

Tandem si de prædictis constare nequeat attenditur vltimus præsentaneus status *cap. cum de beneficio de præb. in 6.* vbi DD. Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 15.* Vbi diffuse agit de statu beneficiorū.

Conditio ista *secularitatis* necessaria apparet ex tribus.

1. Ex verbis Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* Vbi de regularibus nullam facit mentionem, & in dubbio iudicandum est de seculari.
2. Ex declaratione Sac. Cong. quæ declarat non fieri Concursum in Parochialibus, Regularib⁹, ideò debent esse seculares.
3. Ex ratione, nam Trid. *l. c.* dat formam Episcopis: sed Episcopi non prouident, de Regularibus, nisi in duobus casibus.

1. In necessitate, qua stante secularis potest cogi ad acceptandum beneficium Regulare, cuius alias esset incapax. Gonzal. *gloss. 8. nu. 45.* Et è contra Seraph. *dec. 1305.*
2. Ad supplendam negligentiā Prælati, Regularis, qui si non conferet intra tempus in Lateranensis Cōcilio Statutum, tunc Diœcesanos

beneficij prouidet sua auctoritate in non exemptis, & Apostolica auctoritate in exemptis, *Clem. de sup. negl.* & ibi Gloss.

Ex prædictæ conditionis defectu omittitur Concursus in casibus sequẽtibus. 1. in Parochialibus solitis cõferri Clericis regularibus Sac. Cong. apud Piasce *p. 2. cap. 5. nu.* 18. Gonzal. *gloss. 6. nu. 162.*

Declaro mutare statum beneficij spectare ad Episcopum Franc. *ca. cum de beneficio de præb. in 6.* C Inferior vero idem potest quando habet Episcopalem iurisdictionem Franc. *l. c. num. 6.* alias non, etiam si possit beneficia conferre; quia tunc competit exercitium solum institutionis, vel collationis, non autem ius autorizabile cum nequeat distituere; Episcopus vero potest instituere, & destituere, Franc. *cap. præsbyteri de cap. Monach. in 6.*

2. In Prioratibus, regularibus curam animarum habentibus commendari solitis, Garz. *p. 9. cap. 2. num. 192.*

Sed pro complemento huius capitis quæritur quomodo intelligatur illud axioma. D *Vltimus status in beneficialibus attenditur* traditum à Rot. *decis. 32. de nouis*, & coram Blanchet. *Salamantina Vicaria* 15. *Martij* 1596.

Resp. id non habere locum, quando constat de legitimo statu præcedenti; tunc enim non attenditur vltimus status contrarius, nisi probetur legitimè præscriptus, & ita præcedens mutatus, Rot. *recent. p. 1. decis.* 188. *&* 223. & ita cognoscitur an seculare beneficium sit mutatum in regulare, & è contra, vide Ric. *3. p. resol. 384. ad fin.*

De Conditionibus ex parte Concurrentium.

CAP. II.

Habilitas concurrentium est adeò necessaria, vt petens beneficium, & suum sciens defectũ, A etiam occultum debeat abstinere, vt notat Homobon. *p. 2. consult. resp.* 198. *ad fin.* Quare de hac agemus, & tria videbimus.

1. An Episcopus possit repellere à Concursu, quem nouit indignũ.
2. An competitor possit competitori defectum opponere.
3. Quot, & quæ conditiones requirantur ex parte concurrentium.

De primo distinguo, si extra confessionem nouit, potest, dummodo incapacitas clare constet; quia iudex etiam ex officio debet fraudibus obuiare Innoc. *cap. post electionem de conceß. præb.* Giurb. *decis. 81. num. 8.* Si verò in confessione tantum, Aliqui affirmant, quia imminet periculum animæ, Nauarr. *cap. 1. §. Sacerdos de pæn. d. 6. num. 146.* Alij negant; quia Clem. 8. vetuit vti scientia confessionis

ad

ad exteriorem gubernationem, Vgul. 2.p.cap.50.§.9. Conciliantur nam negatiua procedit, si periculum fractionis sigilli imminerет. Affirmatiua vero quando ex admissione ad Concursum graue impenderet periculum, & nulla suspitio reuellationis.

Sed an teneatur competitor interrogatus proprios defectus occultos, vel parentum, vel generis sui prodere?

Distinguo, si voluntarie petat officium, vel beneficium, vel ordines vtiq; tenetur, secus si non postulet. Homobon.l.c.vbi citat.Barbos. cap.ex pænitentibus di.50.Salon.2.2.q.63.art.2. & alios.

B

D E secūdo affirmatiue Respondeo. Tum quia agitur de suo præiudicio, iuxta tradita per Bonac. de contract. d.2.qu.4.punct.8. Homobon. l.c. & ideo potest opponere de incapacitate de crimine &c. debere tamen id probare alias ipse punietur. Tum quia compræsentatus potest obijcere de excommunicatione contra cōpræsentatum. Rot. decis.19.de dol. & contum. ita competitor, q2 viget eadem ratio. Vgul. l.c.§.8. num.7.

C

Sed tres emergunt difficultates.

1. *Si fiant oppositiones, quid faciet Ordinarius?*
2. *Qua pæna puniantur non probantes opposita?*
3. *An incapax possit eligi sub conditione, vt dispensationem obtineat?*

Ad 1. Vel Ordinarius oppositiones reijciat (ni fuerint notæ, & publicæ) neminem ab examine repellendo, & si quis esset grauatus opponat post electionem in personā male approbatā, & electam: opponens tamē debet plene probare opposita, alias incidit in pænā cap.1.§.adijcientes de elect.in 6. Nec sufficit semiplena probatio, vt regulariter sufficit ex cap. ex insinuatione de procur. quia hic petit ius alterius, Gloss.d.cap.1.u.plene. Vel Ordinarius statuet terminum opponentibus, & interim vel prorogabit Concursum intra terminos Bullæ Pij V. de qua Piasce 2. p. cap.5.sub num.17. vel terminum dabit non retardato Concursu, vbi probatur aurum, tanquam in fornace, & sic examinatores pro eorum conscientia approbabunt, vel reprobabunt; ad hoc .n. Concursus fuit institutus.

D

Ad 2. Resp. tribus pænis affici non probantes opposita, siue sint crimina, siue defectus; quia d.cap.1. loquitur generaliter.

E

Prima est refectio omnium expensarum, quas altera pars docuerit, se propter hoc fecisse.

Secunda est suspensio triennium à perceptione fructuum beneficiorum suorum.

Tertia est priuatio ipso iure beneficiorum si stante prædicta suspensione in illis se temere ingesserint d. cap.1. §. adijcientes.

Ad primam pænam incurendam

sufficit, quod opponat, licet non prosequatur; quia in præiudiciũ alterius non potuit mutare consilium. *l. Qui crimen. C. De his qui accus.* Gloss. *d. cap. 1. u. defecerit.*

Ad aliàs pœnas incurrendas duo requiruntur.

1. Quod neque semiplenè probauerit. Hostien. *rel. per Gloss. d. cap. u. qui vero.*

2. Quod id calumniosè egerit; nam si opposuit excommunicationem, & clam se fecit absolui, vel testes noluerunt deponere, quod pro veritate testificari promiserunt, excusatur; calumniosus .n. dicitur qui criminari intendit. Fel. & Canon *cap. 1. de calumniat.*

Quid si quis nihil opponeret: sed competitores aliquos impediret, ne concurrerent, vel Collatorem paratum vni cõferre, induceret ad alteri cõferẽdũ?

Resp. De peccato omnes affirmare, quia offendit proximum, & multo magis si id ex odio faciat; sed de obligatione restitutionis, distinguo. Vel impediuit vi vel fraude, vt illum detinendo, litteras intercipiendo, &c. vel tantum suasionibus, aut precibus, vel muneribus adhibitis cum Collatore, vel cõpetitoribus.

Primo casu subdistinguo, Si id factum est, vt officium, vel beneficiũ digniori daretur nulla adest restitutionis obligatio licet dignus spem haberet consequendi; quia ius præcipit, vt digniori fiat collatio. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* Diana *3. p. tract. 6. resol. 33.* Bonac. *de contr. d. 1. qu. 2. punct. 12. num. 7.* Si vt detur alteri digno intrat restitutionis obligatio quanti arbitrio prudentis spes illa valebat; quia læditur indebite, dummodo spes fuisset probabilis alias ad nihil tenetur. Si vero vt indigno, nõ solum restitutio facienda est dignis competitoribus modo prædicto. Bonac. *l. c. num. 8.* sed etiam Ecclesiæ, vel Reipublicæ quædam non patitur cum non habeat idoneum ministrum. Diana *l. c.* Nau. *cap. 17. num. 69. & cõis.*

Secundo casu diuersæ sunt sententiæ. Aliqui affirmant; quia cum sit causa damni, facit contra iustitiam. Palud. *4. decis. 15. qu. 2. ar. 2.* Pet. Nau. *de rest. lib. 3. cap. 5. num. 10.* Villa lob. *tom. 2. tract. ij. diff. 44. num. 9.* Alij negant; tum quia competitores, ita impediti, non habebant ius strictum ad beneficium, vel officium, i. nec ius ad re neque ius debitum ex officio iudicis, quorum alterum requiritur vt agi possit ad interesse. Vgol. *de pot. Episc. p. 2. cap. 56. §. 9. ad fin.* Tum quia suasiones non arctant voluntatem competitorum, vel collatoris: sed in sua libertate relinquũt. Less. *li. 2. c. 12. du. 18. n. 128* *Sa. rest. nu. 22. Silu. aũt 2. 3. 4. 62. ar. 2. qu. 25, concl. 2. & 5.* distinguit. Quando bonum principaliter institutum est in vtilitatem singulorum, vt Legata pia &c. tunc impediens etiam precibus, vel alio modo

modo tenetur restituere; quia singuli habent ius particulare ad illud; sed quãdo bonum est principaliter institutum in vtilitatem publicam, vt officia, & beneficia in seruitium Reipublicę, vel Ecclesiæ, impediens sine vi, & fraude non tenetur restituere, quia nõ distribuuntur quasi debita eis; sed Ecclesiæ, vel Reipublicæ. Ego distinguo. De beneficijs simplicibus negatiuam sequor; quia in illis sufficit digno fieri collationẽ. Marescot. *var. resol. p. 1. cap. 52. num. 19.* De Curatis subdistinguo. Si directè intendit damnificationem dignioris, vel indirectè sibi procurando cum intentione dãnificandi intrat restitutionis obligatio; quia Trid. præcipit, vt dignioribus cõferantur, & illud ius est strictum, & perfectum; nam alias collatio non tenet, vt dicitur infra *sect. 3. cond. 1.* Nau. *cap. 17. de red. eccl.* Non tamen beneficiũ est restituendum; sed aliquid arbitrio prudentis; quia aliud est habere aliud prope esse, vt notat, Scot. *4. d. 15. qu. 2. ad vlt.*

Sed si absq; intentione damnificandi medijs licitis sibi procurauit, & inde secuta est damnificatio alterius, ad nihil tenetur. Tum quia licet vnicuiq; sibi prouidere alio neglecto. Tum quia in *l. 2. ff. de nou. op. nunt.* dicitur si in fũdo meo præscindo venas, quæ ad puteum alterius perueniunt cum intentione nocendi, teneor restituere: sed si absq; fraude, vt ibi faciam murum, qui aliter non potuit cõuenienter fundari, non teneor; quia ius habeo faciendi vtilitatẽ meam in fundo meo, Scot. *l. c.*

Ad tertium distinguo.

1. Incapacẽ, siue inhabilem ob crimen eligi non posse censeo; nam Sac. Cong. apud Piasce *2. p. cap. 5. sub num. 19.* mandat, vt potius minus doctus cum mediocri litteratura eligatur, quam doctior, cuius mores ignorantur, & ita Rot. coram Orano Beneuent. *Parochialis 13. Iunij 1590.* apud Marches. *p. 1. pag. 293. num. 2.* Vnde sequitur à fortiori criminosos nõ esse eligendos.
2. Inhabilem verò ob aliquem defectum, vel irregularitatem, vel pluralitatem beneficiorum, posset sub conditione dispensationis eligi, prout in simili de præsentatione resoluit, Rot. corã Seraph. Firmana Altaris S. Ludouici 4. *Martij 1596.* apud Ric. *p. 1. resol. 136.* potissimum si in cæteris requisitis sit dignior.

De 3. Ex parte concurrentium 12. conditiones requiruntur; debent enim esse.

1. Legittimi.
2. Non irregulares.
3. Censura non inodati
4. Legitimæ ætatis.
5. Clerici.
6. Seculares.
7. Litteris idonei.
8. Vita probi.

9. Non

9. Non simoniaci.
10. Cum proposito suscipiendi ordinem requisitum.
11. Absq; pluralitate beneficiorũ.
12. Eadem persona concurrat, & beneficium capiat de quibus singilatim dicemus.

Declaro omnes ad Concursum esse admittendos alias peccat Episcopus, Trid. sess. 24. cap. 18. vers. *Liberum*, quia expedit Ecclesiæ plures habere concurrentes. Procedit si sint habiles, & nisi ex aliquo defectu sint repellendi, Vgol. *d.cap.* 50. §.6.

SINT LEGITTIMI.

Cond. I.

Habito respectu ad beneficij capacitatem illegitimus quis dicitur duobus modis. s. strictè, & largè. *Strictè* est ille, qui ex illicito coitu natus est. *Large*, qui ex legittimo matrimonio natus est; sed pater mortua vxore Sacerdos fact' est, & Ecclesiasticum beneficium obtinuit, *Conueniunt*. Tum quia vterque dicitur Presbiteri filius. Tum quia vterque Iure canonico à beneficijs repellitur ex *tit. de fil. Præsb.* Tum quia vterque potest cum patre habitare, & filium illegittimum non prohiberi habitare cum patre in Trid. *sess.* 25. *ca.* 15. *de ref.* resolutum dicũt Garz. *p.*7.*cap.*3.*num.*74. Lauor. *var. luc. tit.*4. *cap.* 16. *num.* 55. Sigismund. a Bonon. *de elect. dub.* 75. *num.* 7. Immo neuter prohibetur simul celebrare in vna Ecclesia, in qua neuter eorum obtinet beneficium, etiam si Pater ibi celebret ratione legati, & filius ratione deuotionis, vel è contra, Garz. *l.c. num.*73. Sigismund. *l.c.* Barbos. *ad d.cap.* 15. *Trid. nu.*30. *&* 31.

Differunt 1. Quia illegitimus strictè à quocunque beneficio repellitur etiam per resignationem *cap.*1. *&* 2. *de fil. Præsb.* & specialiter à beneficio patris, Trid. *l.c.* *An verò* Trid. locum habeat etiam de illegittimis procreatis antequam pater esset Clericus. *Affirmat*, Garz. *l.c. nu.*15. quia eadem militat ratio. Negat Mirãda *in man. tom.*2. *qu.*1. *nu.* 10. quia Trid. punire videtur copulam sacrilegam. Prima est verior, quia Trid. generaliter damnat incontinentiã, Barbos. *ibi num.*5. Sed illegitim' largè solum à beneficio patris repellitur *cap. ad præsentiam, cap. præsentium, cap. veniens de fil. Præsb.*

2. Quia primus repellitur ad tollẽdam memoriam incontinentiæ, & vt alij arceantur ab ea Trid. *l. c.* Secundus verò quia Ecclesia detestatur hæreditarium successionem in beneficijs *cap. ex transmissa de fil. Præsb. cap. pleriq.* 8. *qu.* 1.

3. Quia primus nequit patris beneficium habere immediate, neque me-

mediatè Greg. 11. Const. 8. Clem. 7. Const. 30. vbi etiam prohibet cum eis dispensari. Secundus vero nequit patris beneficium habere immediatè; sed poterit mediate; quia nihil impedimenti affert d. Bulla Clem. 7. vt notat Cherub. ad d. Bul. schol. 1.

4. Quia primus nequit super patris beneficio habere pẽsionem, Barbos. ad Trid. *d. cap.* 15. *num.* 34. Seraph. *decis.* 1441. Rota coram Buratt. Militen. pensionis 14. Maij 1614. & inter eius impressas *decis.* 53. vbi Ferentil in *annot. lit.* B. Grat. *cap.* 397. *num.* 24. & non solum immediatè: sed neq; mediatè, ideo nequit pater consentire pensioni ad fauorem alterius, qui filio renunciet beneficium, Barbos. ad Trid. *l. c. num.* 36. sine speciali dispensatione, vt not. Cherub. *ad d. Bullam Greg. 11. Scol.* 2. Sed bene secundus potest super patris beneficio pensionem obtinere Sac. Congr. Conc. 11. *Ian.* 1601. vt not. Barbos. *Colect. decis. Sac. Cong. n. pensio prope finem.* Potest tamen Clericus habens pensionem cum facultate transferendi eam in filium strictè etiam illegittimum transferre Sac. Cong. 9. Nouemb. 1619. & 15. Sept. 1629. Grat. *l. c. num.* 1. & 7. Gigas *de pens. qu.* 86. Barbos. de pot. Ep. *alleg.* 65. *num.* 27.

5. Quia secundus potest in Ecclesia patris celebrare: sed primus nullo modo celebrare, neq; ibi ministrare, *cap. final. de fil. Presb.* ideo illegittimus strictè nequit in Ecclesia patris pro Capellano; Sacrista, vel Cantore inseruire; quia Trid. *l. c.* quãcumq; administrationem prohibet, Vgul. de pot. *p.* 2. *cap.* 70. §. 7. *ex Sac. Cong.* neq; ibi solemniter Epistolam, vel Euangelium canere; Missam vero neq; priuatam, Nau. *cons.* 1. *de Const. qu.* 17. Aldan. *lib.* 5. *tit.* 18. *num.* 3. vbi decisũ ait hoc per Sac. Cõg. 22. *Ian.* 1622. & refert quot, & qui Cardinales in hoc fuerunt concordes. Ampliatur etiam deuotionis causa Sac. Cong. *cit.* immo si sit laicus nequit esse musicum in Ecclesia, quam pater habet, vel habuit, Barbos. *d. cap.* 15. *nu.* 27. Ric. in decis. Curiæ Neap. *p.* 4. *decis.* 283. At patrem, & filiũ posse insimul processionaliter incedere etiam strictè illegittimũ, vnum tanquam beneficiatum, alterum tanquam Capellanum diuersarum Ecclesiarum refert decisum, Garz. *d. cap.* 3. *nu.* 8. *decl.* 3. Sed si irent processionaliter ad Ecclesiam, in qua pater obtinet beneficium, nõ poterit filius strictè illegittimus aliquo modo ministrare, Barbos. *d. alleg.* 65. *n.* 22.

Declaro 1. plura requiri, vt illegittimus strictè, & multo magis large à concursu repellatur, & nequeat patris beneficium consequi.

1. Vt sit *Pater*, qui illud beneficiũ habuit, secus si alius coniunctus, Glos. *cap. ad extirpandas de fil. Presb.* Fra-

sb. Frater enim potest fratri succedere in beneficio, *Abb.cap.ex transmissa de fil. Præsb. num.3.* etiã immediate, Azor.*p.2. lib.5. cap.44.qu.6.*

2. Vt pater habuerit *titulum*, vel vt Rector, aut Comendatarius, seù Vicarius perpetuus, secus si tantum fuit amouibilis, ita Sac. Cõg. Grat. *l.c.* vel si tantum habuit ibi Sedem ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia habuit, Garz. *l.c. num. 66.* vel pater habuit tantum legatum missarum, siue celebrauit ibi ex deuotione, Garz. *d.cap.3.num.73.* Vel habuit Capellaniã sine Episcopi, vel alterius Ecclesiastici Superioris auctoritate fundatam, Barbos. *de pot. Ep.alleg.65. num.13.* Vel si pater obijt ante publicationem Concilij; quia dictum decretum ligat in futurũ, Garz. *l.c.num.43.& 46.* vel si pater dimisisset ante dictum decretum, Rot. diuers. *decis.81. p.4.* sicut dicta Bulla Clem.7. non extenditur ad beneficia, quę ante illam illegittimi obtinuerunt, Rot. coram Achil. *decis.* 47. Cherub. ibi *Scol. 2.*

3. Vt titulus non sit mutatus, & ideo non prohibetur filius habere Canonicatũ, qui iam erat portio, seu Mensionaria, quam pater obtinebat, Achil. de Grass. *decis.1. de fil. Præsb.*

4. Vt pater habuerit possessionem, licet nunquam ibi ministrauerit; quia ius plenum per possessionem aquiritur. Quod verum est, etiã si sine legittimo titulo, vel nõ pacificè possederit, ita Sac. Congr. Nec filius triennali iuuaretur; qa hæc requirit saltem titulum coloratum, filius autem nullum aquirit titulum in beneficio patris, & sic ex hoc non pręsumitur dispensatio, Garz. *d.cap.3. num.*88. Barbos. ad Trid. *d.cap.15. num.42.* Ampliatur etiam si pater nullos percepit fructus, secus si possessionem non habuit, Barbos. *loc.cit. num. 23.*

5. Requiritur, vt sit filius; quia nepos, & cæteri descendentes non excluduntur, Nau. *cons.9. de fil. Præsb.* Seraph. *decis.* 1442. Immò neque descendentes legittimi, ac etiam illegittimi ex filio strictè illegittimo; quia Ius de illis non loquitur, & pænę sunt restringendæ, & de legittimis, ita sentiunt. Nau. *l.c.num.9.& 10.* Grat. *d.cap.397.num.6.* Seraph. *l.c. num.11.* Sell. *cap.92.num.5.* vbi ita refert decisum 13. *Augusti* 1622. De illegittimis, ita sentiũt, Azor. *2.p. lib.6. cap.4.qu.17.* Garz. *d.cap.3. num.27.* Spin. *specul. testam. gloss.3. num.23.* Aliqui tamen sentiũt nepotes, & quoscunque descendẽtes illegittimos ex filio strictè, & large illegittimo excludi à beneficio patris ad tollendam successionem, Glos. *cap.ad extinguendas de fil. Præsb.* Mieres de maioratu *p.2.q.2. num.25.* Less. *de iust. lib.2. cap.34.num.41.* Innoc. ait excludi

ii Nepotes in vita, non post mortem; quia tunc omnis cessat successionis suspicio. Ego verò nō excludi nepotes legittimos cēseo; quia eis non adaptātur verba legis, neque eius ratio finalis; sed bene illegittimos; quia in eis apparet incontinentiæ turpitudo, quam considerat, Trid. *l.c.* vt diximus in principio.

5. Requiritur, vt sit beneficium in eadem Ecclesia, secus in eadem Diocæsi, ideo filius illegittimus potest Episcopatum obtinere etc. istum ex parte diocæsis in qua pater eius fuit Archiepiscopus, quia Trid. strictè intelligitur de Ecclesia, in qua pater ministrauit, cum simus in odiosis, & hic non est eadem Ecclesia, Alden. *lib.* 5. *tit.* 18. *num.* 1. *referens*, ità decisū per Sac. Cong. 12. *Febr.* 1598. Barbos. ad Trid. *d.cap.* 15 *num.* 20.

Declaro 2. Filium largè illegittimū posse patris beneficium habere, & ita ad illius concursum admitti pluribus modis.

1. Per dispensationem Papæ, quæ egere censuit Sac. Cong. 27. *Augusti* 1631.

2. Si pater non habuit possessionem licet Bullas expedierit.

3. Mediatè 1. si media persona interuenerit e. g. post mortem patris, Antonius habuit beneficium illud, eo mortuo potest filius obtinere *d.cap. ad extirpandas*. Immò etiam strictè illegitimus, si per triginta annos alius steterit in beneficio paterno; quia hoc dicitur longissimum tempus, & Trid. *d.c.* 15. *ait longissime arceatur*, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 5. *num.* 33. Barbos. ibi *num.* 3.

4. Si duæ Ecclesiæ sint vnitæ accessoriè, & per viam subiectionis, & non æquè principaliter, & vnita nō teneatur ministrare in principali, tunc in vna potest esse pater, & in alia filius, etiam strictè illegittimus ad beneficia dispensatus, dummodo tamen pater in vnita non ministrauerit, Garz. *d.cap.* 3. *num.* 62. secus si sint vnitæ æquè principaliter, & sint sorores, ita vt pater residens in vna censeatur in vtraq; residere, & in vna intitulatus in vtraq; censeatur intitulatus, vel in vtraq; ministrauerit Sac. Cong. relat. per Vgul. *l.c.* Barbos. *ad d.cap.* 15. *num.* 18. Non prohibetur tamen filius, etiā strictè illegittimus habere Ecclesiam filialem aliquo modo depēdentem á Matrice, quam pater habebat, etiam quod Matrix in ea habeat iura quædā parochialia, modo non sit vnita æquè principaliter, vel modo in vtraque pater non ministrauerit, vt dictū est. Barbos. *l.c. num.* 25.

5. Si sit nepos, vel alius descendens, vt *in super declar.*

6. Si pater non habuit titulum: sed fuit solum amouibilis. De illegitimis regularibus dicendum est non posse eos in eodē patris monasterio ad Prelaturas admitti;

vel in Capellania sine Ecclesiastica auctoritate fundata, vt dictũ est supra *decl.* 1.

Quid si Episcopus illegittimum strictè sacris initiaret, & curatam, vel Canonicatum ei conferret.

Resp. quod ordo teneret; sed collatio nulla esset, peccaret; sed suspẽsionem, vel irregularitatem vllam neuter incurreret; quia non reperitur in Iure, *Azot.l.c.p.*20. Bene dimittere cogeretur, Trid. *d.cap.* 15. ibi *cogatur filius resignare.* Paris *tamen de resig. lib.*3. *q.*18. *num.* 38. ait resolutum fuisse mortuo patre filium non teneri beneficiũ dimittere, sicut eo viuo non excusatur, quamuis alteri super eo habeat regressum, etiam si fuerit locus regressui, ita vt regressus suspendatur, vsq; ad cessum, vel decessum resignatarij, ita decis. refert, Garz. *d.cap.*3.*num.*78.*decl.*1. & 2.

Declaro 4. illegittimum post dispẽsationem ad beneficia posse admitti ad Concursum; & consequi beneficium his modis.

1. *Alterius* a patre, etiam coniuncto e. g. fratris &c. Barb. ad Trid. *d.cap.*25. *num.* 10.
2. Patris si pater ibi non habuit titulum.
3. *Si* pater non habuit possessionẽ.
4. *Si* duæ *Ecclesiæ* erant accessoriè vnitæ, & pater non erat in vtraq; intitulatus, nec in vtraque ministrauit.
5. *In* alia Ecclesia, quam vbi pater habuit beneficium.
6. *Si* specialis adesset Papæ dispensatio de beneficio Patris, & hæc dicta sufficiant.

Non Regulares.

Cond. II.

Inhabilis ad ordinem est etiam ad beneficia *cap. cum in cunctis* §. *finali de elect.* Paris *de resig. lib.* 4. *qu.* 3. *num.* 32. *& seq.* ideo irregularis à Concursu repellitur.

An autem irregularitas reddat collationem nullam.

Distinguo 1. *Si* irregularitas est *subsequens* collationem subdistinguo; quia si prouenit ex delicto e.g. ex homicidio, debet priuari, patet ex *cap. Fraternitatis de Cler. excom.* vbi verba sunt futuri temporis, & dicitur infra p. 3. cap. 11. si ex egritudine neque debet priuari, sed dandus est condiutor *cap. ex parte de Cler. egrot.* & licite percipit fructus, & ad fauorem renunciare potest. Rot. *decis.*5. *de sent. & re iudic. in antiq.* Bonac. *de cens. d.*7. *qu.*1. *punct*4. *num.*9. *&* 10.

2. Si irregularitas est *præcedens.* Aliqui dicunt validam esse beneficij collationem; sed impetrandam esse irregularitatis dispensationẽ, & sic irregularis potest ad Concursum admitti, sed peccat acceptando. Addũt facere fructus suos,

nec teneri restituere etiam si per Iudicem priuetur. Item posse B ante priuationem renunciare ad fauorem, & valide exercere actus iurisdictionis, vt delegare facultatem benedicendi sponsis, ministrandi sacramenta &c. quia irregularitas nõ separat ab Ecclesia; sed est purum impedimentum quod tollitur per dispensationē. Sil. *excom.* 4. *num.* 4. Plouius *de irreg. reg.* 44 *num.* 39. & 40. Furian. *de cens lib.* 7. *d.* 58. *dub.* 2. Suarez *d.* 40 *sect.* 2. *num.* 35.

Alij sustinent inhabilem reddere ad Concursum, & beneficium, ita vt acceptando peccet mortaliter, collatio sit nulla ipso iure, & fructus restituere teneatur, adeò qđ etiam post dispensationem, noua egeat collatione. Tum; quia *cap.* 2. *de Cler. pug.* & *cap.* 2. *Cler. non ord. ministr.* habetur irregularem egere dispensatione ad obtinendum beneficium. Tum, quia beneficium datur propter officium, sed irregularis non potest exercere officium, ergo neque potest consequi beneficium, nec ius habere ad fructus. Idem dicendum est etiam de pensione, & de prelaturis regularibus, Bonac. *loc. cit. num.* 6. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 21. *diff.* 2. *num.* 12. Nau. *cap.* 27. *num.* 851. Saiar *lib.* 6. *cap.* 2. Auil. *p.* 3. *d.* 2. *dub.* 6. *concl.* 3.

Prima non est improbabilis, sed secunda tutior, & tenenda Diana 4. *p. tract.* 2. *resol.* 37. nam ob irregularitatem beneficia possunt impetrari. Thes. *for. eccl. cap.* 31. *num.* 37.

Declaro procedere de irregularitate, tam iuris diuini, & naturalis, C vt est fœmina hermaphroditus, vbi magis fœmina viget, infans, & amens durante infantia, & amentia, quam iuris Canonici, vt sunt bigami filij hæreticorum, hermaphroditus magis vigens in virum, &c. cum quibus solus Papa dispensat, Azor. *l. c. lib.* 6. *cap.* 2. Procedit etiã de irregularitate occulta. Bonac. *l. c.* Addit Durand. in amentibus, & infantibus neque caracterem imprimi; quia intentionē habere nequeant. Contrarium tenetur communiter, vt vsus rationis sit de necessitate præcepti, nõ sacramẽti. Sot. 4. *d.* 25. *q.* 1. *ar.* 2.

Tandem sciendum est sub nomine *Irregularis* hic comprehendi etiã *intrusum*, qui est incapax, & inhabilis ad beneficium, in quo est intrusus, Ideo impetratio etiam à Papa facta sine mentione intrusionis non valet. Paul. Borgasius *lib.* 6. *de irreg. tit. de inst. nu.* 10. Gabr. *tom.* 2. *com. opin. li.* 5. *tit. de acquir. vel amitten. poss. concl.* 4. *n.* 5. Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 129. E cõtra obtẽta à Papa intrusionis dispensatione, poterit collationem obtinere ab ordinario, si beneficium non sit reseruatum Henriq. *lib.* 13. *de excom. cap.* 55. *lit.* E. & in alijs beneficijs non est necessaria dispensatio; quia intrusus est

solum

solum inhabilis ad beneficium, ad quod se intrusit Gab. *l. c.*

Sed quis pôt in intrusione dispēsare? Distinguo 1. Si sit publica solus Papa, Borg. *l. c.*

2. Si occulta etiam Episcopus per Trid. *sess. 24. cap. 6.* Sanchez *cons. lib. 2. cap. 2. dub. 21. num. 9.*

In duobus tamen casibus non dispēsat in occultis Episcopus, præter exceptos per Trid. *d. cap. 6.*

1. In rehabilitatione ad obtinēda, vel retinenda beneficia, quæ quis per simoniam occultam aquisiuit. Sac. Cong. Suar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 11.*

2. In Censuris occultis per ingressum Monasterij Monialium Sac. Cong. Ric. *decis. 648. in 1. edit. & resol. 544. in 2. edit.* Quid sit intrusio, & quot modis incurratur, vide infra *p. 3. cap. 9.*

Nulla Censura Irretiti.

Cond. III.

Censura inodatus, adeò incapax est beneficij, vt collatio ipsi facta sit ipso iure nulla. Tum quia ità expressè statuitur in *cap. postulatis de Cler. excom. Rot. decis. 195. in nou.* Tum quia non potest officium suū exercere. Nau. *cap. 17. num. 21.* Suarez *tom. 5. d. 13. sect. 1.* Vasq. *de excō. dub. 6.* & ideò ad Concursū non admittitur; admissus autem & beneficio potitus non facit fructus suos; quia collatio nulla iūs non dat, Suarez *l. c. num. 9.*

Quinque tamen requiruntur vt prædicta procedant.

1. Vt cēsura sit vera, & non putatiua; quia qui tempore collationis excommunicatus credebatur, si cognoscatur id re vera non esse, non afficitur censuræ effectibus, Suarez *l. c. sect. 2. nu. 19.* Similiter innocens qui secundum allegata, & probata fuit censuræ ligatus, valide beneficium recipit; quia re vera non habet censuram, Suarez *d. 4. sect. 6.* Bonac. *de cens. d. 2. q. 2. punct. 4. §. 1. num. 1.*

2. Vt censura sit præcedens collationum secus si subsequens, ideò qui tempore collationis non erat censura affectus valide acceptat etiā si postea inodetur, & acceptet antequam absoluatur, Tum quia iura solum irritant collationem, & electionem, non acceptationem. Tum quia hic est vsus Curiæ teste Bonac. *l. c. num. 9.* Tū quia sic resoluit, Rot. *decis. 195. de sent. excom. in nou.* Vasq. *l. c.* vide supra *cap. 6. p. 1. P.* vbi alias adduco decisiones.

Idem dico de possessione; quia tenet etiam si capiatur in excommunicatione; quia appræhensio est facti non iuris. Contra Coninch. *de sacram. d. 14. dub. 9. num. 78.* asserentem talem acceptationem nō valere; quia intentio Ecclesiæ est excommunicatum inhabilitare ad

ad beneficium, quod magis proxime aquiritur per acceptationẽ, quam per collationem; nam acceptatione ius in illo aquiritur, *cap. si tibi absenti de preb. in 6.* Addit Hurtado *de excom. d. 6. dif. 3. num. 8.* Neque per absolutionem conualescere; quia ab initio fuit nulla. Prima tamen magis placet. *Sed an beneficium retinere possit ille, cui tempore censura fuit collatū: sed post absolutionem acceptauit?* Aliqui affirmant; quia prior collatio vel electio videtur ratificari per permanentiam in prima voluntate. Henriq. *de excom. cap. 13. nu. 1. litt.* D. Alij negant; quia beneficium sine titulo retineri nequit, & hic titulus fuit nullus. Nec virtualiter prima collatio durat; qa non firmatur tractu temporis, quod ab initio non valuit *l. quod ab initio ff. de reg. iur.* Less. *lib. 2. ca. 34. dub. 22. num. 119.* Hæc est verior, sed prima non improbabilis teste Bonac. *l. c. num. 10.* Diana *4. p. tract. 4. Miscel. resol. 56.*

C

3. Requiritur, quod censura non solum præcedat, sed etiam existat tempore Concursus, & collationis; quia si fuit absolutus collatio tenet *cap. proposuit de Cler. excom.* E cōtra qui beneficium legittime obtinuit, si postea in censuram incidat, non priuatur fructibus ipso iure, siue beneficium sit curatum, siue simplex dummodo onera sustineat per alium, quæ per se non potest. Tum quia id in iure non exprimitur. Tum quia officium præstat, propter quod datur beneficium. Auil. *de cens. 2. p. cap. 6. d. 6. dub. 1.* Bonac. *l. c. §. 2.* Diana *l. c. resol. 54.* Aliqui tamen dicunt ipso iure fructibus priuari, nisi à pœnitentiaria condonationẽ obtineat; quia in cap. pastoralis de appell. dicitur fructus excommunicato subtrahendos esse. Tol. *lib. 1. cap. 13.* Henriq. *lib. 13. cap. 13. num. 4.* Sayr. *lib. 2. cap. 5. n. 14.* Sed hæc ratio triplici responsione tollitur.

1. Quia d. cap. pastoralis loquitur de priuatione per sententiam, cũ verba sint futuri temporis. Bona. & Diana *l. c.*

2. Procederet quando onera non sustineret, ideò Capellanus excõmunicatus vitandus pro celebratione non lucratur omnes fructus quia sacrificium ab illo præstitũ non prodest quoad valorem ex parte Ecclesiæ, secus si sit toleratus, Bona. *l. c.*

3. Quia id, & omnia aduersa fuerè contraria consuetudine sublata, quæ introduxit, vt solum per sententiam fructus amittantur. Vgolino *de cens. d. 6. disp. 3. num. 3.*

4. Requiritur, vt scienter in excommunicatione beneficiũ recipiat; quia ignorans probabiliter valide recipit. Nau. *cap. fratres de pen. d. 5. num. 4.* Ric. *3. p. resol. 119.* ex Rot. *decis. 281.* Contrarium tamen firmat, Less. *lib. 2. cap. 34. dub. 22. nu. 137.* & alij; quia ignorantia

D

rantia probabilis excusat à culpa, & pœna, non à nullitate actus; qa non facit actum validum, qui est inualidus, *cap. Apostolica de Cler. excom.* Conciliantur; nam prima procedit in foro conscientiæ, vbi absolutio data à peccatis, ei qui ignorabat se esse excommunicatũ tenet, licet regulariter sit nulla absolutio peccatorum ante excõmunicationis absolutionem; secunda vero in foro exteriori, in conscientia præsumitur.

5. Requiritur, vt collatio fiat ab inferiori à Papa; nam summus Põtifex in Bullis collationis semper præmittit censurarum absolutionem ad effectum validitatis collationis.

Hęc tamen absolutio in duobus casibus prodest.

1. *In* excommunicatione ob hæresim.

2. Vbi quis insorduitq; per annum; quia in generali concessione non veniunt, quæ superior verisimiliter non concessisset, Bonac. *loc. cit.* §. 1. *num.* 6.

Additur 6. Requisitum, vt censura sit iusta, secus si iniusta; quia vbi non est culpa, non habet locum pęna. Bonac. *l. c.*

Declaro 1. Procedere de censuris publicis, & occultis, & de excommunicatione tàm maiori, quàm minori, DD. *cap. si celebrat de Cler. excom.* Vgol. de pot. Ep. 2. p. *cap.* 50. §. 6. *num.* 3. Quia etiam excõmunicatio minor priuat participatione, & electione passiua *d. cap.* 51. *celebrat* super quo, Vgol. *de cens. tab.* 3. *cap.* 6. fundatus ait minorem excommunicationẽ reddere nullam collationem ipso iure. Alij communiter dicunt irritandam esse per sententiam; quia in *d. cap.* habetur verbum *irritandam*, Suarez *d.* 24. *sect.* 2. *num.* 21. Tol. *lib.* 1. *cap.* 17. & alij apud Bonac. de cens. *d.* 2. *qu.* 3. *num.* 7. Imò neq; irritandam dicit, Vasq. *loc. c. num.* 12. Si excommunicatio ignorabatur; quia non intercessit peccatum. Quòd minori excommunicatione ligatus peccet mort. acceptando beneficium omnes cõsentiunt, quia hoc specialiter prohibetur, *cap. fin. de Cler. excom. minist.* Sed an collatio illi facta sit nulla dissentiunt. Aliqui negant; quia dicto cap. fin. dicitur esse irritandam. Silu. *electio* 1. *qu.* 14. Tab. ibi. *num.* 17. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 66. Alij distinguunt, vt sit nulla si electores scienter eligant, secus si ignoranter; quia *d. cap. fin.* dicitur *scienter.* Enriquez *lib.* 13. *de excom. cap.* 3. *num.* 3. Alij veriùs absolutè affirmant; quia prohibitio act. impedit impedit id, per quod puenitur ad illud *l. omninò de spons.* hic prohibetur ministrare, ergo prohibita est collatio, præcedat Ius ministrandi Arm. electio. *nu.* 84. & *ii. excom. num.* 5. Nauar. *Miscell.* 52. *num.* 135. Sanchez, & alij apud eum. *lib.* 2. *cons. cap.* 2. *dub.* 12. vbi exponit *Scienter.*

1. Ma-

1. Maximè si scienter.

Hic vlterius duo noto.

1. Quod si quis haberet impedimẽtum perpetuum, super quo non posset dispensationem obtinere, si beneficium est simplex, poterit illud licitè retinere; quia per aliũ potest celebrare, & aliqua per se recitare; sed si est Curatum, licet illud in foro exteriori, si superueniat impedimentum post obtentũ beneficium, tamen in conscientia tenetur illud renunciare; quia cum suo officio satisfacere nequit per alium, cum personę Industria hic sit electa, gr. ex pateretur, Molin. cap. *Inquisitionis de accus.* Couar. 4. *de ret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 7.*

2. Vltra ea, quæ in sequenti declaratione dicuntur, de *Suspenso*, & Interdicto, Collationem factam illi, qui Interdictum non seruauit, esse nullam; quod addit Sanchez, *lib. 1. cons. cap. 2. dub. 15.*

Declaro 2. *Procedere* non solum de excommunicatione, sed etiam de suspensione tam speciali ab officio, vel beneficio, quam generali absq; limitatione; quia sic ab omnibus suspendit, secus si esset cum expressione alicuius effectus particularis exceptis prædictis. *Item* etiam de interdicto personali tãtum. Bonac. *de cens. d. 3. p. 2.* Tandem de omnibus censuris tam à iure, quam ab homine; quia iura generaliter loquuntur. Rot. *decis.* 363. apud Vasq. *l. c.*

Declaro 3. Eodẽ modo induci inhabilitatem collationis cuiuscunq; alterius officij tam Ecclesiastici, quã secularis. *Tam ex cap. venerabilem de elect.* Tam quia censura prohibet exercere actus dignitatis ergo etiam aquisitionem tanquam viam *arg. l. Oratio ff. de spon.* Bonac. *d. 2. qu. 2. punct. 4. §. 1. num. 3.* Vbi duas dat limitationes.

1. Si Papa scienter excommunicato dignitatem conferret.

2. Quando excommunicatus ꝑ cõtractum, vel successionem rem aliquam aquireret, in qua esset dignitas vti accessorium; quia aquisitio dominij, quod est principale permittitur excommunicato.

Additur 3. Si dignitas non haberet alienam Iurisdictionem, tunc .n. valide excommunicato cõfertur; vt Doctoratus, Notariatus, officiũ Aduocati, Procuratoris, Tutoris &c. quia sunt quidam contractus, contractus autem valide sunt cum excommunicato. Bonac. *l. c. punct. 7.*

Quid de pensionibus? Aliqui eas valide excommunicatis conferri putant. Tum quia nullo iure prohibetur. Tum quia pensio non est beneficium; & in pœnis stricta fit interpretatio. Hurtado *l. c. dif. 3. num. 6.* Auil. *cap. 6. d. 5. dub. 5. concl. 2.* Contraria tamen opinio est tutior. Tum quia excommunicatus est incapax aliorum priuilegiorum. Tum quia hic est vsus Curiæ, & ideo Papa in collatione pensionis præmittit censurarum

absq;

absolutionem. Bonac. *d.2.qu.2. punct.4.§.3.num.4.* Villalob.*tom. 1.tract.17. dis.9.num.3.* Turian. *de cens.lib.2.d.16.dub.1.* Sayr.*lib. 2.cap.5.num.15.*

Declaro 4. actu iurisdictionis,& officij facta per eum qui beneficiũ in excommunicatione obtinuit, esse nulla; quia caret potestate,
H & iurisdictione. Fallit si adesset error communis cum titulo colorato; quia error communis facit ius, quod supplet defectum iurisdictionis *l. Barbarius ff.de off. prat.* Si vero post consecutionẽ beneficij lapsus sit in excommunicationem, vallida sunt acta si sit tolleratus; quia vallide recipit beneficium, secus si non sit toleratus Suarez *d.13.sect.1.nu. 31.*Bonac.*l.c.num.7.*

Declaro 5. Excommunicatum occultum in electione,vel collatione nõ debet acceptare si potest
I se excusare non se prodendo,imò
K etiam aperiendo excommunicationem si potest sine periculo infamiæ, & scandali,alias potest sine scrupulo acceptare, & tunc quam primum debebit absolutionem, & dispensationem à sacra Pænitentiaria obtinere.Suarez *l.c. num.11.* Idem est de irretito alia censura. Addit Henriq. *lib.13.cap.3.num.3.* postquã beneficium legittime habuerit, posse retinere fructus antea male perceptos, si sustinuit onera; quia fructus beneficij vacantis successori debentur. Hoc tamen verũ est de iure cõmuni, nam ex particularibus Constitutionibus Papalibus spectant ad Cameram, cum qua facienda est compositio,vel à sacra Penitentiaria vna cum absolutione impetranda condonatio.

Sint legittimæ ætatis.

Cond. IV.

ÆTATIS necessitas in præficiẽdis ad beneficia sacris Canonib᷒
A inducta *toto titulo de æta. & qual.* inde summitur, quia rerum Ecclesiasticarum, & spiritualium ministratio non solum sciẽtiam: sed etiam maturitatem,rerumq; vsum exposcit, quotũ adolescẽtia,& ætas insufficiens expers esse solet,vt not. Illustriss. Paleott. *de sac.consist. p.3.qu.4.vers. ad qui.* Ideo qui non est legittimę ætatis à Concursu repellitur. Vgol.*p.1. cap.50.§.8.num.3.* & vt de omnib᷒ benefitijs ętas declaretur,tria videbimus.

1. Ætatem legittimum in curatis.
2. In Canonicatibus.
3. In simplicibus.

DE primo, Aliqui dicunt sufficere
B vt prouisus sit in ea ætate,quod infra annum possit ad Sacerdotium promoueri, & sic in ætate 24. annorum inceptorum; quia

Trid; *seß.* 24. *cap.* 12. *de ref.* ait debere prouisum infra annũ promoueri. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 5. *qu.* 9. *verſ. quærat aliquis.* Idem de omni beneficio, vt .ſ. ſufficiat in ea eſſe ętate, vt infra annũ poſſit prouiſus ad ordinem requiſitum promoueri e. g. Canonicus in anno 21. affirmat *Leſſ. de iuſt. cap.* 34. *dub.* 20. *num.* 110. Tum eadẽ ratione. Tum quia de Canonico, ita reſoluit, Rot. coram Seraph. *deciſ.* 500. ſed his non obſtantibus.

Veritas eſt in Curatis requiri ætatem 25. annorum inceptorum.

Tum de iure veteri, *cap. cum in cunctis* § *inferioria de elect.* Tum ex Trid. *seß.* 24. *cap.* 12. *de ref.*

Ad primam rationem contrariam dicitur, quod ibi annus non datur ad complendam ætatem, ſed ad ſuſcipiendum ordinem Garz. *p.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. & *cap.* 3. *nu.* 21.

Ad Rotam dicitur Sac. Cong. 24. Septemb. 1593. declaraſſe in illis, qui dignitas, vel perſonatus obtinent, vbi non eſt nulla Cura animarum requiri 22. annũ cõpletum; Ceſſant autem Rotę deciſiones, vbi aliter Sac. Cong. declarauit, vt apud Garz. *p.* 7. *cap.* 4. *num.* 66. & *ſeq.*

Procedit 1. vt dicta ætas 25. annorum requiratur tempore datæ, *cap. ſi eo tempore de reſcript. in* 6. ideo non ſufficit ſi tantum tempore executionis gratiæ ſit in legittima ætate; quia prouiſio facta non habenti ætatem legittimam eſt ipſo iure nulla. Paris *lib.* 4. *qu.* 9. *num.* 20. Imò, nec ſufficit ſi modicum tempus deſit, vt vna hora; quia ætas cõputatur, & currit de momento ad momẽtum, Garz. *p.* 7. *cap.* 4. *num.* 67. 81. & 84. Nec ſufficit ſi ſine diſpenſatione ante ætatem ordinẽ ſuſcipiat, ne reportet commodum ex delicto, Barboſ. ad Trid. *seß.* 24. *cap.* 12. *num.* 52. *de ref.*

Procedit 2. De Curatis inferiorib^9^ .ſ. Parochialibus, & etiã de Abbatijs atteſtante de communi. Selu. *p* 3. *qu.* 5. *num.* 15. Garz *l. c. num.* 41. licet Hoyeda dicat nil in iure ſuper hoc expreſſum reperiri, niſi quod in Abbatiſſa requiruntur 30. Anni, *cap. indemnitatibus de elect. in* 6. Sed non debet argumentum ad Abbatẽ extendi; quia turpiſſimum eſt fœminino vocabulo maſculos cõprehendi *l. ſi ita ſcriptum ff. de leg.* 2. & potiſſimum in hoc; nam fœmina non poſſet animi iudicio, ſicut vir. Tamen in dignitatib^9^ ſublimiorib^9^ requiritur ætas 30. annorum completorum. DD. *ca. in cunctis de elect.* Zerol. *u. beneficium* §. 1. De Papatu patet; quia licet nulla ſit in iure expreſſa ætas, tamen quia Papa vocat ſe Epiſcopũ concludere poſſumus in eo requiri ætatem Epiſcopus neceſſariam, quæ eſt 30. annorũ *d. cap. cum in cunctis.* De Cardinalatu colligitur ex Trid. *seß.* 24. *cap.*

cap.1. de ref. verſ. ea vero, vbi ſtatuitur omnia ſtatuta de Epiſcoporum præficiendorum ætate, vita, & cæteris qualitatibus reqri etiam in creatione Cardinalium. Sixtus etiam 5. Bulla 50. Sanxit ne quis in Diaconũ Cardinalem eligatur, qui non fuerit in ætate 22. annorum. Papa tamen ſuper hoc diſpenſat. De Epiſcopatu ſtatuitur d. cap. in cũctis requiri ętatem 30. annorum completorum, & Trid. *ſeſ. 7. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2. de ref.* Idem in Patriarcha, Primate, & Archiepiſcopo, nam Epiſcoporum ordo eſt quadruplex .ſ. Patriarchæ, Primatis, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, *cap. Cleros § ordo d. 21.* Trid. *ſeſ. 23. cap. 1.* qui diferunt nomine, & iuriſdictione: ſed in officio conueniunt, *cap. 1. d. 99.* Theſ. *ca. 2. num. 29.*

DE 2. In Canonicatibus Cathedralis requiritur ætas 22. annorum, Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de ref. §. ad cæteras*, completorum declarauit Sac. Cong. apud Garz. *p. 7. cap. 4. num. 66. & ſeq.*

Tres tamen requiruntur declarationes.

1. Vt ſint Canonicatus Cathedralis; nam ſi Collegiatæ etiam inſignis ſufficit ætas 14. Annorum; quia vere ſunt beneficia ſimplicia, niſi per fundationem ſtatutum, vel conſuetudinem Eccleſię aliter ſit ſtatutum, ita pluries Sac. Cong. apud Garz. *l. c. nu. 39.* Gonzal. *de menſ. gloſ. 5. num. 92.* Ric. *2. p. reſol. 239.* Nec ſufficerent anni 13. etiam quod ex fũdatione, vel ſtatuto apręſtandũ eſſet biennium ante poſſeſſionẽ Barb. ad Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6. de ref. num. 4.*

2. Vt præbendæ non ſint diſtinctæ; quia ſi eſſent diſtinctæ in ſubdiaconales, Diaconales, & Præsbyterales iuxta Trid. *ſeſ. 22. cap. 4.* ea ętas erit neceſſaria, quę in illis ordinibus requiritur.

3. Vt non habeat curam animarũ annexam, vbi diſtinctione eſt opus. Si Parochia vnita eſt dignitati, vel Canonicatui acceſſorie, & minus principaliter, tunc ſufficit ætas ad Canonicatũ neceſſaria, nec requiritur ætas 25. annorum. Tum quia tunc Parochialis vti acceſſoria aſſumit naturam Canonicatus, & regulatur iuxta illius qualitates. Tum quia ita declarauit Sac. Congr. apud Ric. *1. p. reſol. 512.* Si vero vnita eſt perpetuo æquè principaliter, tunc requiritur ætas 25. annorũ; quia non aſſumit naturam Canonicatus. Ita Sac. Congr. teſte Ric. poſt *reſol. 393. not. 2.* In Pęnitẽtiario requiritur ętas 40. annorum, Trid. *ſeſ. 24. c. 8. de ref.* Inchoatorum ſecundum *Azor. p. 2. lib. 6. cap. 5. qu. 6.* ſed completorum ſecundum Garz. *par. 5. cap. 4. num. 35.*

Tandem in alijs dignitatibus, quæ habeant curam animarum requi-

ritur ætas 25. annorum *cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect.* Trid. *seß.* 24. *cap.* 12. *de ref. verſ. nemo igitur*. Si non habeat curam ex *d. cap. cum in cunctis* requirebatur ætas 25. annorum, ſed ex Trid. ſufficit 22. Garz. *par.* 7. *cap.* 4. *num.* 56.

DE 3. In beneficijs ſimplicibus requiritur ætas 14. annorum, Trid. *ſeß.* 24. *cap.* 6. *de ref.* inceptorum, Garz. *nu.* 66. *& ſeq.* Barb. *l.c. num.* 2.

E

Procedit 1. In beneficijs tàm liberis, quàm de iurepatronatus; qa iura indiſtinctè loquuntur, ſiue per electionem, vel collationem, vel inſtitutionem dentur, Barb. *loc. cit. num.* 6. *& de pot. Epiſc. alleg.* 60.

Procedit 2. niſi ex conſuetudine, ſtatuto, vel fundatione aliter ſit cautum; quia fundator non ſolù diſponere poteſt, vt beneficium à ſe fundatum non conferatur, niſi habenti ætatem 25. annorũ, & Sacerdotium, ſed etiam habẽti minorem 14. annorum, quo caſu minor conſequitur beneficium, & excludit impetrantem, Sac. Cong. relato à Maſſob. *re.* 7. *dub.* 12. quia per Trid. non eſt huic derogatum, Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 194.

Pœnas duas inducit defectus ætatis.

1. Beneficij collationes ipſo iure nullitatem, etiam ſi ignoranter id actum ſit, Abb. *cap. ex ratione de ætat. & qual.*

F

2. Fructuum reſtitutionem, exceptis bona fide conſumptis, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 5. *qu.* 12.

Quattuor tamen requiruntur.

1. Vt ſint beneficia; quia ad penſionem ſufficit ætas 7. annorum Grat. *cap.* 397. Barb. *l.c. nu.* 10.

2. Vt ſint fundata auctoritate Superioris Eccleſiaſtici, alias dantur à Patronis ad libitum, Barboſ. *l.c. num.* 3.

3. Vt aliter non ſit cautum fundatione, vel ſtatuto.

4. Vt non adſit diſpenſatio Papæ tamen poſſet diſpenſare, vt etiam infanti detur, quia in beneficijs liberam habet adminiſtrationẽ; imò cenſetur diſpenſare ſi ſcienter id faceret ſecus ſi ignoranter. Epiſcopus autẽ nullo modo poteſt ſuper ætate diſpenſare. Azor. *l.c.* diſpenſans vltra nullitatem peccat mort. Barboſ. ad Trid. *ſeß.* 23. *cap* 6. *num.* 9. *de ref.*

Declaro ætatem probandam eſſe ſiue maiorem, ſiue minorem per fundantem ſe in ea, Gloſſ. *cap. Presbyter. d.* 78.

Probanda eſt quãdo allegatur principaliter: ſed quando acceſſorie ætas requiritur ad actus validitatem, tunc idonea præſumitur. vide Ric. 2. *p. reſol.* 456.

SINT

SINT CLERICI.

Cond. V.

CLERICATVS requiritur; quia laici sunt beneficiorum incapaces, *cap. cum adeo de rescript.* vbi Gloss. & Felin. Tusch. *lit. 6. concl.* 56. adeò etiam à Concursu repelluntur.

A

Ampliatur 1. Etiam si sequenti die fieret Clericus, vel imediatè post collationem, quę nulla fuit *d. cap. cum adeo cap. 2. de instit.* quia ab initio non erat capax *cap. si eo tẽpore de rescript. in 6.*

Ampliatur 2. In illo qui vitiosè erat ordinatus ab alio Episcopo sine litteris dimissorijs; paria .n. sunt tonsuram non habere, & habere inutilem, *cap. eos qui, & cap. nullus de temp. ord. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 2. qu. 6.* Ego vero talem à Concursu repellendum, & collationis incapacem esse censeo non ex deffectu Clericatus, quia ordo imprimit Caracterem; sed quia sic ordinatus est suspẽsus ex Bulla Pij II. *Ex sacrorum*, de qua Quarant. in ordo, & sic ratione censurę, de qua supra cond. 3.

Ampliatur 3. In præsentatione; quia si laicus præsentetur, nulla est præsentatio. *Lamb. p. 1. lib. 2. qu. 7.* & de communi testatur, *lib. 4. qu. 2. num. 5.* Nec sustinentur Rotæ decisiones contrarium statuentes in præsentato ante institutionem ordinato, *Paris. l. c.* Vgol. de pot. Episc. *p. 2. cap. 50. §. 6.*

Ampliatur 4. *In renuntiatione*; quia ad fauorem laici non valet, Vgol. *l. c.* Non requiritur tamẽ in Parochialis prouisione, vt habeat sacrum ordinem dummodo infra annum fiat Sacerdos, Barbos. ad Trid. *sess. 22. cap. 12. num. 11.*

Ampliatur 5. *In pensione* Clericali eadem ratione, vt de communi testatur, *Paris. l. c. num. 1. & 7.* Papa tamen dispensat.

Sed quis ordo est necessarius?

Resp. de necessitate esse tonsuram; sed ex fundatione ordinẽ ibi expressum, ideo debet esse Sacerdos si ita fundator præcepit alias non. Rot. coram Cota 20. Nouembris 1573. vide *p. 1. cap. 5. p. 4. reg. 2. ex parte præsentati.*

Declaro omnes Canonicos Cathedralis teneri ad ordinem sacrum Trid. *sess. 24. cap. 12. de ref.* Ad Sacerdotium tunc solum quando præbenda hoc requirit. Nec potest Episcopus cogere, vt omnes efficiantur Sacerdotes etiam quando non est distinctio inter præbendas, vt aliquæ sint Diaconales aliæ Sacerdotales; sed sufficit dimidia pars, Ric. *2. p. resol.* 238. De Canonicis collegiatæ vide supra cõd. 4. vide infra sect. 3. cond. 7.

B

SINT

SINT SECOLARES.

Cond. VI.

EX conditione 6. sub *cap.* 1. patet huius conditionis dilucidatio. Hic duo addo.

1. Explicationem consiliorũ Nauarr. super hoc.
2. *Priuilegia* Clericorum coniugatorum.

Quoad 1. Nauarr. *cons.* 11. & 12. *de statu Monac.* docet Canonicum Regularem Ecclesiæ seculari præfici posse, sola dispensatione Episcopi. Tum quia, ita expræsse deciditur in *cap. quod Dei timorem de statu Monac.* Tum quia id pmissum fuit Monachis, qui sunt strictiores *cap. in Parochiis 16. qu.* 1. & *cap. priscis d.* §. & ita tenet Gloss. *Clem.* 1. *de elect. n. seculari.*

Contrarium iudico verius auctoritate, & ratione Auctoritas est Greg. *XIII.* declarantis non licere Canonicis regularibus Later. etiam de licentia sui Generalis, absq; permissu Summi Põtificis beneficium curatum etiã ad tempus assumere, vt apud Gonz. *gloss.* 7. *num.* 43. Piasce *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. Ratio est, quia nullius Episcopus potest tollere substantialia religionis, & hoc modo auferretur obedientia; nã Regularis ligatus Parochiali nequit eam deferere, vt suo Superiori obediat cum residentia sit Iuris diuini.

Confirmatur 1. *Per cap. Per tuas de voto*, vbi qui nouit religionem, si voto non impleto, fiat Episcop*, debet renunciare, ac votum implere, & tamen hoc est votũ simplex; Ergo à fortiori non poterit solui votum solemne, tanto magis, quia Episcopatus est status perfectionis, & maius bonũ, quã religio *cap. qui Episcopatum* 8. *q.* 1. *cap. nisi* §. *quippe de renun. cap. licet de regul.* Status vero Clericatus secularis est minus bonum, nisi adsit Ecclesiæ necessitas, vel magna vtilitas, vt omnes DD. tenent.

Confirmatur 2. Vulgata regula. Regularia beneficia Regularib* sunt conferenda, Trid. *sess.* 13. *ca.* 10. *de ref.* & ita secularia secularibus, ideò sicut regularia solum in subsidium conferuntur secularibus, ita è cõtra, tantò magis; quia regulares sic statum perfectiorem desererent. Addo fortius, quod Canonicus secularis Sancti Georgij in Alga admittitur per *Datariam* solum ad Parochialem ei *resignatam* Sac. Cõg. *Veronen.* 7. *Nouemb.* 1629. vt refert Aldan. *can. resol. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 10. Si ergo Canonicus secularis admittitur solum per Datariam ad Parochialem renunciatam, quomodo Canonicus regularis poterit libere per Episcopum

gum admitti ad Parochiales per concursum? Hanc negatiuã tenet Megal. *prompt. u. beneficium nu.* 11. & de praxi testatur Quaranta *u. Regularis Canonicus.*

Confirmatur 3. Quia regularis nõ est capax beneficij alterius religionis Nau. *tom. 4. de regul. nu.* 23. Gonzal. Gloſ. 8. *num. 96. & ſeqq.* Sanchez *in Decal. lib. 7. cap. 29. n.* 29. vbi ſubdit Papam non eſſe ſolitum conferre Regulari gratiam conſequendi beneficiũ alterius religionis, niſi transferendo illam ad illam religionem, & *num.* 31. ait duos regulares diuerſorum ordinum non poſſe indicem eorum regularia beneficia permutare etiam de licentia ſuorum Prælatorum; quia neuter eſt beneficij alterius capax. Quin etiam nequeunt permutare beneficia eiuſdem ordinis; ſed alterius Monaſterij, hoc. n. interdicitur *cap. ſingula §. prohibemus de præb. in 6.* Ea quæ accepantes ſunt ipſo iure inhabiles, & intelligibiles, Sanchez *d. num.* 29. Nau. *l. c.* Rodetic *reſol. 15. nu.* 50. Si ergo regularis eſt incapax beneficij in alia religione, vbi eſſentialia ſeruantur, multò magis erit incapax beneficij ſecularis extra religionem.

Ad *cap. quod Dei timorem.*

Dico 1. Canonicum illum nõ emiſiſſe profeſſionẽ, vt not. ibi Gloſſ. *u. regimen.*

Dico 2. quod licet regulares de iure communi ſint curatarum ſecularium capaces, tamen per ius poſterius Greg. 13. iam fuit abrogatum, ita de ſtilo ſeruatur, ita quod niſi inſtante Epiſcopo apud Sedem Apoſtolicam ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ id concedatur, vt Garz. *p. 7. cap. 10. nu. 30. & 31.* & Barboſ. ad Trid. *ſeſſ. 13. cap. 10. de ref. num. 3.* ſic reſpondentium ad *d. cap. quod Dei.*

Ad alia iura Reſp. intelligenda eſſe in ſubſidium .ſ. quando alij idonei ſeculares haberi non poſſunt, quod patet in illis, & in *d. ca. in Parochia* ad fuit auctoritas Papæ Gelaſij. Vnde ſequitur veram eſſe Hoſt. ſententiam in d. Gloſſ. *Clem.* 1. relatam .ſ. regularem nõ poſſe habere dignitatem, vel Decanatum in Collegiata ſeculari ſine Papæ diſpenſatione, aliàs locus eſſet impetrationibus.

Vt igitur beneficium ſeculare poſſit regularibus conferri tria requiruntur.

1. Vt ſit Curatum actu; quia regulares admittuntur ſolum ratione ſalutis animarum *d. cap. quod Dei*, ideò regulares eſſe ſimpliciũ incapaces ſine Papali diſpenſatione reſoluit, Rot. Pap c. 6. Martij 1598. coram Domino Decano, vt refert Garz. *l. c.* & à fortiori dignitatum, & Canonicatuum. Penſiones autem; quia conferuntur ſolum à Papa, ſi conferat tacitè diſpenſat.

2. Vt ſint vere regulares, qui tria ſub-

substātialia religionis vota emiserint, ideò hæc non emittentes capaces sunt curatorum, & simplicium, vt milites S. Iacobi de Spatha, & S. Stephani, Barbos. ad Trid. *l.c. num.* 4. *&* 5.

3. Vt id fiat in subsidium, quando s. deficiunt Clerici seculares, vel idonei non reperiuntur, *cap. inter quattuor de relig. dom.* Abb. *cap.* 1. *de Capellis Monac.* etiam si sint de iurepatronatus laicorum, Costa *de remed. subsid. remed.* 71. Quibus concurrentibus de Iure communi, alia reseruatione non obstante, Episcopus poterit regularib' curata secularia conferre ex dispensatione *d. cap. quod Dei* accedente tamen cōsensu Superioris religiosis, *cap. Monach. cap. cum pro vtilitate* 16. *q.* 1. *& cap.* 1. *&* 2. *d.* 58. Sed de stilo Curiæ, qui vim habet legis, requiritur specialis Papæ dispensatio, vt patet ex dictis. Obtenta dispensatione duo sunt seruanda.

1. Vt regularis etiam post adeptā Ecclesiam secularem, habitum deferat religiosus; nam etiam Episcopi ad id tenentur D. Tho. 2.2 *q* 185 *art.* 8. Quo circa specialis Papæ dispēsatio est necessaria ad mutationem habitus, alias incurreret excommunicatio *cap. vt periculosa ne Cler. vel Monac. in* 6.

2. Vt habeat socium potissimum si sit Monachus; sed si Canonicus Regularis, si non potest commode *d. cap. quod Dei, & ibi*, Abb. vbi *num* 9. ait hanc socij assignationē faciendam esse ab Abbate si beneficium est regulare, & ab Episcopo, si sit seculare.

Ego vero semper Abbatis consensum requiri puto, *cap.* 1. *&* 2. *d.* 58. & legittime admissus eximitur ab obedientia, & subditur Episcopo, Barbos. *iur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 140. cætera verò essentialia religionis seruare omnino debet.

Quoad 2. Duo sunt priuilegia Clericorum coniugatorum.

1. Canonis *si quis suadente*, vt incidat in excommunicationē percutiens illum.

2. Fori, vt nequeat conueniri nisi coram iudice Ecclesiastico. Duo tamen seruare debet, vt dictis gaudeat priuilegijs.

1. Vt contraxerit cum vnica, & virgine.

2. Vt habitum deferat, & tonsurā *cap. vnico de cler. coniug. in* 6. vbi Glos. circa vestes tamen Clericorum coniugatorum, & non coniugatorum nullus est à Iure determinatus habitus, ideò seruanda est regionis consuetudo Glos. Innoc. & DD. *cap. penult. de viti, et honest.* Capel. Tholos. *decis.* 227. *&* 252. & Trid. *sess.* 14. *cap.* 6 *de ref.* id remittit arbitrio Episcopi Ric. 2. *p. resol.* 350.

Cætera priuilegia Clericorum, vt immunitatem à Gabellis & c. nō gaudent Clerici coniugati, &

suus

sunt beneficiorum incapaces *ca. 2. cap. diuersis, cap. cum decorem de Cleric. coniug.* Sanchez *lib. 7. de Matr. disp. 42. num.* 14. vbi n. 15. ait neq; iuuari regula de trienali, & num. 16. tunc ait esse capaces, quando legittima vxoris licentia promouetur ad sacros ordines, ipsa sene promitente continentiam, aut iuuene profitente religionem, alias solus Papa dispensat, itaut inferior neque ad simplex possit, Ric. 3. *p. resol.* 118. *Sel. p. 1. q. 7. num.* 18. Sanchez *loc. c. num.* 17. & seqq. vbi contrariam confutat opinionem. *I*mmò per matrimonium vacant omnia beneficia prius obtenta, & pensiones Ecclesiasticæ, vt latè Sanchez *disp.* 42. 43. 44. & nos tetigimus infra *p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 3.*

Sint Litteris idonei.

Cond. VII.

SCIENTIA ad Ecclesiastica beneficia gubernanda, ita necessaria est, vt illitterati repellantur a Concursu, & beneficijs. Tum iure diuino; quia Oseæ 4. dicitur. *Quia tu scientia repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris.* Tum iure naturali; quia recta ratio suadet, vt qui ad officiũ assumitur, sciat illud exercere; Tum iure canonico *cap. illiteratos d. 36. & cap. vlt. de temp. ord.*

Declaro 1. Scientiam esse quadruplicem.

1. Eminentem.
2. Mediam.
3. *I*doneam.
4. Insufficientem.

Eminens est, qua quis etiam obscurissima soluit.

Media est, qua quis vltra ea, quæ ad suum spectant officium, etiã alia nouit, licèt non obscurissima quæq;.

Idonea est, qua quis nouit eà, quæ ad suum spectant officium saltèm legendo, vel consulendo, vel vsu diuturno. Nec refert an gramaticam sciat, dummodo probe legat, & aliquo modo intelligat secundum Nau. *cap. si quando de rescript.* Quod tamen passim nõ admitterem. Tum quia Trid. *sess.* 23. *cap.* 11. in minoribus ordinibus requirit, vt saltem lattinam linguam intelligant. Tum quia posset fieri falsa interpretatio ex ignorantia in animarum præiudicium. Nauarri ergo sententiam de illis intelligo, qui per regulas gramaticam nõ didiscerunt; sed per multam exercitationem linguæ cognitionem adepti sunt.

Insufficiens est, qua quis nescit, quæ necessaria sunt, & hoc dupliciter.

1. Quia nihil scit, & talis dicitur ꝓprie illitteratus, & Gloss. *cap. illitteratos d. 36.* vocat eum illitteratum,

tum, qui nunquam gramaticam audiuit; sed forte melius illiteratus dicitur, qui lattine nihil intelligit; & magis illiteratus, qui qui legere, & scribere nescit.

2. Quia parum scit, & talis dicitur large illitteratus; quia nescit, quę ad suum spectant officium. Azor. 2.*p. lib.6. cap.6.q.5.*

Declaro 2. Ad beneficium consequendum necessariam esse *scientiam idoneam*; sed pro gradu dignitatis maior requiritur. Ideò

B Episcopus debet habere scientiā noui, & veteris testamenti *ca. qui Ecclesiastici d.* 36. & debet etiam esse Doctor in Sacra Theologia, vel iure canonico. In Cardinalibus, & Papa maior scientia requiritur; sed quanta non est in iure definitum. Dat tamen Azor. *l.c. q.2. & vlt.* regulam generalē .s. in singulis beneficiarijs eam sciētiam requiri, quam ordo annexus exposcit. Ad beneficium simplex sufficit tonsura, & sic scire legere, & scribere. Trid. *seß.* 23. *cap.* 9. & insuper intelligere lattinè propter beneficium. Ad Dignitates, quæ ius in foro dicūt necesse est scire iura, & canones. Abb. *cap. cum in cunct. de elect.* Ad alias Dignitates, & Canonicatus sine cura animarum distinguendum est. Aliquæ habent gradū, & officium prętantius, vt dignitates Scholasteriæ, & hæ non solū idoneis conferri debent: sed etiā Doctoribus, vel licentiatis in Sacra Theologia, vel iure Canonico, alias prouisio est nulla, Trid. *seß.* 23. *cap.* 18. *vers. de catero.* Idem est de Canonico pænitentiario, Trid. *seß.* 24. *cap.* 8. & de Archidiacono *cap.* 12. Aliqui sunt simplices Canonicatus, & portiones inferiores, & in his sufficit scire legere, intelligere, horas recitare, & Diaconi, & Subdiaconi officium iuxta ordinem requisitū callere; quia hæc ad eorum munus spectant, Trid. *seß.* 23. *cap.* 18. Ad Parochiales necessaria est scientia ritè conficiendi, & ministrandi sacramenta, & cæterorū omnium quę ad salutem necessaria sunt, vt de rudimentis fidei, articulis, peccatis, censuris, clauibus, & cæteris pro recta populi gubernatione necessarijs; nam ordo Presbyteratus requiritur, Trid. *seß.* 23. *cap.* 14.

Declaro 3. Defectum scientiæ reddere inhabilem ad susceptionem ordinum, & ad susceptorū executionem siuè bona, siuè mala

C fide suscepti sint; quia rectus vsus esse non potest sine sufficienti litteratura, Bonac. *de cens. d.7.q.2. punct. in* 2. Imò secundum Tol. *lib.1.cap.59. num.7.* Facit irregularem, & consequenter beneficiorum incapacem, adeò quod pænitus illitteratus priuādus est: sed qui parum scit ante consecutionem est repellendus; ex post vero dandus est coadiutor *cap. qualiter 7.q.1.cap. statuimus d.*81.

Non

Non tamen tenetur beneficium dimittere; qa nullo iure est cautum, sed debet scientiam idoneã comparare, & interim Vicarium adhibere alias peccat mor. Azor. *l.c.q 1. in medio.*

Declaro 4. Aliquos sentire litteraturam esse iure diuino necessariã ad beneficia, & ideo Papam non posse validè omninò illitterato conferre. Tarrecrem. *d.cap. illitteratos*. Felin. *cap. inquisitionẽ de sent. excom.* Innoc. *cap. dilectus de temp. ord.* Verius tamen dicẽdum est Papam valide conferre; sed peccare. quia iura licet prohibeant illitterato conferri beneficia; tamen collationem factã non irritant. Azor. *lib. 6. cap. 6. q. 4.* Episcopus autem non confert valide omnino illiterato; qa nequit in iure communi dispensare; ei autem, qui parum scit potest minor...s, & simplex beneficium conferre, si profecturus speratur alias non. Azor. *l.c.q.5.* maxime si vigeat probitas, & religio, *cap. nisi cum pridem de ren.* Azor. *l.c.q 8.*

Declaro 5. Necessitatem gradus Doctoratus, vel Licentiaturæ in Archidiacono, & aliis dignitatibus, & Canonicis distinctione declarari. Vel enim loquimur de iure, vel de stilo Curiæ.

Primo casu si Archidiaconus sit in Cathedrali cum iurisdictione, vel cura animarum, siuè sit prima dignitas, siuè non necesse est vt habeat gradum; quia debet esse Archidiaconus re, atq; officia de iure communi Archidiacono cõpetentia exercere ad hoc vt arctetur ad gradum, secus si non habeat curam, vel iurisdictionem, & sit Archidiaconus nomine tantum habens solũ primum locum in Choro, & in Capitulo, ita Sac. Cong. 19. Decembris 1570. & alias pluries apud Garz. *p. 7. cap. 7. num. 41.* Item Pænitentiarius in Cathedralibus debet esse Doctor, vel licentiatus in Theologia vel iure Canonico. Trid. *sess. 24. cap. 8. de ref.* vbi Barbos. alias præbenda esset reseruata *p. 1. reg. cancel.* Similiter Sac. Congr. apud Garz. *num. 45.* declarauit Trid. non præcipere, sed hortari, quando dignitates, & saltem dimidiam partem Canonicorum dixit graduari debere *sess. 24. cap. 12.* etiam si haberent curã animarum, adeo quod neque concilium Prouinciale possit tale onus imponere. Tandem non esse necessarium Doctoratus, vel Licentiaturæ gradum in Dignitatibus principalibus Collegiatarum exemptarum, cum nullo iure præcipiatur, declarauit Sac. Cõg. 12. Decẽbris 1585. teste Garz. *num. 33.*

Secundo casu de stilo Cancellariæ in prouisionibus dignitatũ principalium Cathedralium, & Collegiatarum insignium apponitur decretum, vt prouisi intra certũ

 tem-

tempus assumant gradum, alias dignitas vacet eo ipso; in Collegiatis autem non insignibus tale decretum non apponitur.

Declaro 6. Duo copulatiuè requiri in assumendo gradum Doctoratus, vel Licentiaturæ, vt satisfiat decreto Trid. *sess. 24. cap. 12.*

1. Vt sit in Sacra Theologia, vel iure Canonico, ideo non sufficit in iure ciuili tantum, vel in Philosophia, aut medicina, Garz. *p. 7. cap. 7. num. 17.* Si tamen non habeat sufficiẽtem peritiam valet gradus adeptio, & Dignitatis impetratio; quia re vera est graduatus, & priuilegijs graduatorum gaudet. Fel. *cap. Clerici de iud. num. 2. & 3. & in Rub. de maior, & obed num. 4.* Garz. *num. 50.* licet mortali scelere se obstringat indigne gradum assumẽdo, & deinde officium exercendo si debitam litteraturam non cõparet, vel adhibeat adiutorem. Azor. *2. p. lib. 6. cap. 6. qu. 1.* & vbi Doctoratus requiritur non sufficit Licentiatura; quia Licentiat⁹ non est verè Doctor, Ric. *2. p. resol. 462.*

2. Quod gradum acceperit in publico Gymnasio. Rec. *de republ.*

G *E. cl. cap. 14. num. 3.* Garz. *nu. 40.* quia Sac. Congr. declarauit nõ suffragari gradum quando quis non est promotus in publico Gimnasio; nam Pius V. Bulla 59. cassat, & perpetuò anullat omnia indulta, & facultates doctorandi Comitibus Palatinis, & ab eis graduatos nulla frui prerogatiua cum clausula irritante; ideò si similis Doctor esset Vicarius, vel alius iudex Decreta eius, & sententiæ essent nullę ipso iure; nam nec nomen meret Doctoris. Tũ quia Pius V. eos priuat omnib⁹ priuilegijs; paria .n. sunt Doctoratum nõ habere, & habere nul-

H lum. Tum quia Sac. Cong. Trid. *sess. 24. cap. 16.* censuit Vicarium Episcopi, & Capituli Sede Vacãte debere esse Doctorem saltem in iure Canonico, alias electio sit nulla, secus de Vicario, Prælati inferioris, vt notat Sbroz. *in add. lib. 1. q. 36.*

Procedit de Vicario in spiritualibus; quia si esset etiam in tẽporalibus, requireretur Doctorat⁹ etiam in iure ciuili alias actus eius nulli essent ex defectu iurisdictionis.

Declaro 7. Sac. Cong. super Trid. *sess. 24. cap. 16. de ref.* declarasse quod Vicarius Sede Vacante debet omnino eligi Doctor, vel licentiatus si aliqui adsint in Capitulo, sin min⁹ possunt eligi alij non graduati. Idem in simili casu deficientibus graduatis tenet de Pænitentiario, Massob. *req. ij. dub. 2.* Quod ego non credo, nisi Papa dispenset stante reseruatione.

SINT

SINT VITA PROBI.

Cond. VIII.

CRIMINOSVM non esse ad ordines, & beneficia promouendū est in iure notissimum, & colligitur ex Gloss. cap. vnum d. 25. & Inno. host. Io. And. & Abb. cap. ex tenore de temp. ord., & in Concursu reprobandos esse qui integritate vitæ, & morum præditi non sunt statuit, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.*

Declaro 1. Plura crimina repellere à beneficiorum Concursu, & & consecutione.

A 1. Quæ inducunt censuram .s. excommunicationem, suspensionem, & interdictum, *cap. postulastis de Cler. excom.* & hoc ratione censuræ etiam occultæ, vt supra conditiones. Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 7. *qu.* 8.

2. Quæ inducunt irregularitatem, vt supra conditione 2. e. g. homicidium.

An autem Episcopus post censurarum absolutionem, & irregularitatis dispensationem possit concedere, vt beneficium in illis adeptum retineatur.

Aliqui affirmant; quia quando iura non denegant Episcopo dispensationem, is poterit dispensare. Innoc. *cap. dilectis de temp. ord.* per cap. nuper de sent. excom. sed dicto cap. postulastis permissa est dispensatio ergo &c. Abb. ibi Azor. *l. c.* Alij negant, quando ius conferendi ad Episcopum non spectat; quia Episcopus non potest se ingerere in prouisione beneficiorum spectātium ad collationem alterius. Coar. *c. alma* §. 7. *n.* 8. Hoc est verius. Tum quia noua collatione est opus, vt supra ostendimus *cond.* 2. Tum quia stilus est Curiæ vt in occultis recurratur ad Pænitentiariam, & in publicis ad Datariam.

3. Quæ inducunt infamiam.

B Infamia triplex est .s. iuris, facti, & Canonica. *Infamia iuris* est, quæ contrahitur ex delicto, cui irrogata est infamia, vt hæresis, furtum periurium, simonia, vsura, Sodomia, & alia apud Azor. *l. c. q.* 3 Requiritur tamen condemnatio, nec sufficit notorietas, aut propria confessio, Bart. *l. ictus ff. de his, qui not. infa.*

Infamia facti est cum quis ita manifeste delictum patrat, vel artē ignominiosam facit, vt apud homines probos infamis habeatur.

Infamia canonica constituta est in iure canonico pro quolibet peccato mortali *cap. illi qui* 6. *q.* 1.

Vt crimina infamiam inducentia à beneficio repellant duo requiruntur.

C 1. Vt sit infamia facti, vel iuris; nā canonica non impedit nisi adsit censura, vel irregularitas; quia

hoc non reperitur in iure. Nau. de orat. Miscel. 39. Contra Abb. ca. dudū de elect. nu. 24. dicētem collationem, & adeptionem beneficij factā in peccato mortali non valere. Tum quia in mortali existens sacra tractare iure prohibetur. Tum quia *cap. 1. d.* 81. dicitur Episcopum, Presbyterum, & Diaconum debere esse sine crimine, vbi Gloss. exponit crimen pro mortali; sed prima communis est, & tenēda: nam peccator valide ministrat, quamuis non licitè. *Azor. l.c. quæst.* 11.

3. Requiritur, quod infamia non sit sublata. Infamia iuris tollitur per restitutionem in integrū Principis, vel absolutionem iudicis. Infamia facti per contrarium factum. Canonica per cordis pœnitentiam. Gloss *d. cap. illi.*

4. Crimina, quę sunt deposit. one digna, vt hæresis cap. ad abolendam de hæret. reuelatio confessionis, *cap. omnis de pæn. d. 6.* Falsificatio litterarum Apostolicarum cap. ad falsariorū de crim. fals. Conspiratio contra propriū Prælatum, *cap. si quis §. q.* 1. Vsura *cap. si quis d.* 47. Sodomia, & Simonia Pius V. const. 5. & tandē omne crimen morte dignum; imò quod graue censetur in quo Clericus sine emendatione perseueret. Azor. *l.c. q.* 12.

Sed an Episcopus possit criminoso Clerico concedere, vt beneficium obtineat, vel obtentum retineat?

Distinguo vel loquimur ante sententiam, vel post.

Primo casu potest tam ad ordines, quam ad beneficia post pænitētiam in adulterio, & alijs criminibus minoribus, vt statuitur *ca. at si Clerici §. de adult. de iud.* In maioribus vero non potest nisi expresse à iure concedatur, vt not. Gloss. Abb. Arch. & Io. Andr. d. cap. at si Clerici, prout cōceditur cum sacrilego *cap. si quis d.* 50. *Item* cum incestuoso *cap. si qua virgo d.* 50. *& cap. Jane de Cler. coniug. &c.*

Secundo casu Papa directè potest in omnibus criminibus dispensare, & famę restituere; Episcopus vero indirectè, & in criminibus minoribus, & alijs sibi permissis; quia frustra illi cōcederetur hæc facultas si eam haberet. Azor. *l.c. cap. 7. qu.* 15.

Declaro 2. An Episcopus possit cū deposito verbaliter, vel actu aliter degradato dispēsare DD. dissentire: nam Aliqui affirmant, ita vt possit beneficium per eum ablatum restituere; quia ius in d. *cap.* at si Clerici concedit Episcopo vt possit dispensare, & non distinguit ante, vel post depositionem. Ancar. ibi Azor. *l.c. q.* 16. Alij verius negant; quia depositio inducit de futuro priuationem officij, & beneficij sine spe restitutionis; inferiores autem Papa non dispensant in iure communi.

ni. *Ita* colligitur ex *cap.* 1. & 2. *d.* 50. & de communi testatur Bonac. *de cens. d.* 4. *punct. unico nu.* 4. *Limitatur* cum Sbroz *lib.* 2. *q.* 37. *in fin.* nisi in sententia sibi reseruasset ius mutandi penam; quia tunc ex iusta causa posset.

Tandē obiter quaro an degradatus fructibus beneficij sit alendus? Affir- F mat Sair *lib.* 5. *cap.* 22. ne cogatur mendicare cum dedecore ordinis Clericalis. Alij negant; quia sibi imputare debet si fuit priuatus. *Ita* vsu receptum esse testatur Bonac. *l. c. num.* 7.

Non sint simoniaci.

Cond. IX.

PACTVM nullum, nullaue conditio extra naturā rei imponi potest, vel fieri in beneficij conse- A quutione; quia pure sunt beneficia conferenda, alias simonia committitur *cap. cum pridem cap. accepimus, cap. finali de pactis, cap. electionibus de elect. in* 6. Ideo nihil dari potest collatori, neq; cōpetitoribus, neq; alijs, alias collatio est nulla, beneficium vacat ipso iure, vt supra *cap.* 1. *cond.* 3. §. *ex delicto num.* 8. comittens talem simoniam Papali excommunicatione ligatur, *extrauag.* 2. *de simonia*, & duplici inhabilitate afficitur.

1. Ad idē beneficiū *c. si alicui de elec.*
2. Ad quæcunque alia *Const.* 5. *Pij V.* Et solus Papa dispensat filius: *tract.* 45. *cap.* 13. *qu.* 11. *num.* 38. contra Sa. *u. simonia num.* 9. qui putat in vltima inhabilitate non requiri dispensationem in foro conscientiæ, sed tantum in foro exteriori. in prima Episcopus dispensat quando beneficiū est simplex, & simonia comissa est inscio prouiso cap. penultimo vbi DD. de elect. Bonac. *de simonia qu.* 7. *punct.* 2. *diff.* 2. Ex quibus patet simoniacos à Concursu, qui est via ad beneficium, arceri.

Declaro 1. Simoniam non priuare ipso iure alijs beneficijs rite antea obtentis, neq; illorum fructibus; quia nullo iure cauetur, B Felin. *cap. insinuatum de simonia.* Abb. *cap. cum Clerici de pact.* Suarez *de simonia cap. si quando nu.* 3. Aliqui tamen affirmant; quia simoniacus suspenditur ab officio cap. tanta de simonia, & hæretico comparatur. Rebuff. *de pacif. poss. num.* 265. Diaz *cap.* 131. sed prima est verior: nam in pœnis iuris expræssio requiritur, nec fit extensio de casu ad casū: nullibi autem reperitur priuatio ipso iure, potest bene priuari per sententiam habita ratione grauitatis delicti: imò, & corporali pœna puniri const. 5. Pij V. vbi addit contra reos simoniæ, sodomiæ, & blasphemiæ procedi posse

posse etiam per secretam accusationem stante eorum grauitate.

In tribus tamen casibus inducitur ipso iure priuatio beneficiorum antea obtétorum propter simoniam.

1. In simonia confidentiali const. 85. Pij 4. & 45. Pij 5.

2. In simonia in electione Papæ cōst. cum tam Iulij 2. licet Suarez dicat hanc non esse vsu receptam.

3. In simonia ab examinatoribus commissa accipiēdo aliquid pro examine ad beneficia, & à concurentibus dando. Trid. *sess*. 24. *cap*. 18. *de ref.* vbi addit etiam inhabilitatem ad alia. Procedit siue ante, siue post detur etiam liberaliter, & modicum; quia Trid. prohibet quicquam prorsus accipi, Garz. *p*.9.*cap*.2.*num*. 390. Zerol. *u. Parochia* §.1.*dub*. 13. Grat.*cap*.561.*num*.21.

Tria tamen requiri puto.

1. Vt sint examinatores, vel concurrentes, ideo Episcopus posset titulo pręmij, vel sustentationis aliquid de suo dare examinatoribus; quia Trid. hoc non vetat. Itē Episcopus, vel Vicarius pro examine aliquid accipiētes peccarent, sed hanc pænam non incurrerent; quia Trid. eos nō exprimit; nam. *u. alij* non refert Episcopum. Tum quia intelliguntur alij dantes, & non examinantes, vt ibi dicitur. Tùm quia Episcopus non est propriè examinator, qui fiat in Sinodo de quibus loquitur, Trid. contra Massob. *dub*.2.*req*.15.

2. Vt completa simonia .s. vt detur, & accipiatur; nam sola promissio non sufficit per dicta supra *cap*.1. *cond*.3. §.*ex delicto num*. 8.

3. Vt occasione examinis ad Parochiales accipiatur; quia Trid. de his loquitur. Nec refert quo titulo accipiatur e. g. laboris, vel sustentationis etiam ex fructib. Ecclesiæ vacantis; quia Trid. omnem titulum excludit, nec Episcopus potest illis stipendiū etiā minimum statuere, ita Sac. Cōg. apud Garz. *l.c.num*.374. *& p*.8. *cap*.1.*num*.77. contra P. Nau. *de rest.lib*.2.*cap*.2.*num*.188. *& alios*. Vnde simoniam comitentes in examine ad ordines, & ad beneficia simplicia nō incurrunt priuationem prædictam; quia Trid. ibi.*u. huius examinis* singulariter hanc pęnam imponit pro examine ad Parochiales, vbi maius periculum imminet animarū. Incurrunt bene excommunicationem, & pænas inflictas per *extrauag*.2.*de simonia*, vt notat Nauar. *cons*.67.*de sim*. Quia vetatur dari aliquid temporale pro quibuscunq; actibus directis ad consequendum ordinem, vel beneficium.

Declaro 2. Quod si simonia commissa sit in actu præcedenti e. g. in electione, vel in examine, irritat omnes actus sequentes, vt cōfirma-

firmationem, collationem, & cęteros, etiam si pure fiant; quia simonia reddit inhabilē ad nouas prouisiones, & alios actus. Si vero fit in actu subsequenti e. g. in confirmatione, præcedens actus non est irritus ipso iure: sed in pœnam simoniæ potest per iudicem irritari. *Suarez d. cap. 58. num. 7.* Bonac. *de simonia q. 7. punct. 2. dif. 1. num. 2.*

An autem acta simoniacè sint valida? Vtique si sint actiones ordinis, & etiam iurisdictionis duob' exceptis.

1. Sacramentali absolutione, quæ nulla est cum ponat obicem.
2. Iis quæ ordinantur ad beneficij prouisionem, quæ sunt nulla ipso iure *cap. Matthaeus, cap. sicut tuis de sim.* vide Bonac. *l. c. punct. 2.*

Declaro 3. collationem, vel prouisionem beneficij factam per simoniam ab alio commissam ignorante prouiso nullā esse ipso facto, non iure naturali, vel diuino: quia nemo subit pœnam peccati alterius: sed ecclesiastico in detestationem huius criminis, *extrauag. 2. de sim.* vbi absolutè irritatur sine distinctione inter scientem, & ignorantem, *& in cap. ex insinuatione, cap. sicut tuis de sim.* dicitur cognita simonia debere prouisum beneficium dimittere, Rot. *diuers. 1. p. decis.* 191. Bene verum est gaudere regula de triennali; quia in ea excipitur casus commissæ simoniæ scienter, Bonac. *l. c. num.* 19. *&* 20. *& infra p. 3. cap. 1. num.* 12.

Declaro 4. tripliciter simoniam committi inter competitores.

1. Si alter alteri det pretium, vt à Cōcursu desistat, vel suæ electioni cedat.
2. Si paciscatur non apponere exceptiones, quas habet, & qui beneficium consequetur, alteri pēsionem soluere cum beneplacito Apostolico.
3. Si pecuniam det viro potenti, vt metum inferat alteri, quò à Concursu desistat. Nau. *cons. 3. de sim.* Vgol. *tab. 1. de sim. cap.* 48. §. 3. *nu.* 5. Cherub. scogl. 1. *const.* 5. *Pij V.*

An collatio pensionis simoniaca sit valida. Aliqui affirmant; quia pensio nō est propriè beneficiū, Nau. *cap.* 23. *num.* 111. Vgol. *tab. 4. cap.* 5. *Alij* verius negant; quia in *cap. ea quæ.* 1. *q.* 3. decernitur irritum, quicquid actum est in ordinibus, & *rebus ecclesiasticis,* Garz. *in add. p. 1. cap.* 5. vbi contrariam vocat falsam.

Declaro 5. Præsentatū cui lis mouetur posse aliquid dare sine labe simoniæ alteri, vt lite cedat in duobus casibus.

1. Si Iudex pro bono pacis, ita prouideret iuxta dicta supra, *cap.* 1. §. *de pensionibus seq.* 1.
2. Quando ex se daret duobus copulatiue concurrentibus.
1. Vt sit certus se habere verum ius, & aduersarius nullum; quia

N sic

sic redimeret vexationem.

2. Vt habeat ius efficax .i. non per solam institutionem, sed etiam per possessionem: sola .n. institutio non dat ius efficax, vt possit aduersario aliquid dare, nisi aduersarius per vim impediret. Nau *cap.23.num.* 102. Ric.1.*p. resol.* 104. nam inique impedienti posse aliquid dari credo cum D. Thom. & alijs *sect. 3. cond.6.* ad finem. Extra hos casus esset simonia.

Tandem noto, quod præsentatio simoniaca facta per vnum ex patronis non nocet alijs; quia quando quilibet de per se præsentat tot sunt præsentationes, quot patroni, & vtile per inutile nõ vitiatur. Rot. per Farin: *decis.*103. Ric. 1.*p. resol.*202. & supra *p.* 1. *cap.*5.*p.*3.*vers. ab intestato*, ibi declaro.

Cum proposito suscipiendi ordinem requisitum.

Cond. X.

SANCTA Ecclesia cum recipientibus sua beneficia init pactum vt illis inseruiant, & sic dat beneficiu *n* propter officiũ, ad quod vt impellat statuit obtinẽtes Parochiales sine proposito Sacerdotium suscipiendi intra annũ fructus restituere teneri *cap. commissa §. cæterum de elect. in 6.* etiã ante iudicis condemnationem; quia id non solum habet rationẽ pœnæ; sed etiam pacti, quo Ecclesia ligat sua recipientes beneficia. Azor.2.*p.lib.6.cap.9 sect.6.*

Declaro plura requiri ad hanc pœnam incurendam.

1. Vt obtineat Parochialem, siue vt Rector, siue vt Vicarius perpetuus, vt notat, Azor. *cap.16. q.* 11. quia ita expressè dicitur *d. cap. commissa*; secus in dignitatib' & Canonicatibus, & alijs beneficijs; quia pœnæ sunt restringendæ *cap. odia de reg. iur. in 6.* Nau *cap.*25. *num.* 18. contra Gloss. ibi *u. mutatis*, in omnibus affirmantem ꝓpter dolum, sed reuera à textũ non est recedendum; vtrosq; tamen mortaliter peccare omnes consentiunt. Conciliat tamen dictas contrarias opiniones quò ad restitutione *m* Garz. *p.*5. *cap.* 4. *num.* 41.

2. Vt habuerit propositum nõ suscipiendi Sacerdotium intra annum, siue ab initio, vt vult Nau. siue etiam post mutata voluntate, tũc .n. retinet fructus perceptos tempore bonæ voluntatis, alios restituit; quia paria sunt nõ habere rectam intentionem, & habitam tunc mutare, Gloss. *l.c.* Idem si habuit animum non recidendi, & non seruiendi; quia est ac si Sacerdotium non susciperet,

peteret, si eo non vtatur, secus si haberet animum seruiendi: sed solum donec comodiorem vitæ rationem aquisierit. Azor. *cap. 9. qu. 4.*

Quid si habuit animum dubbium? Aliqui dicunt idem esse; quia dubbius dicitur non habere animũ.
B Sot. *de iust. lib. 10. q. 5. art. 6.* Alij negant; quia dicto cap. comissa loquitur de non habentibus animum expræsse. Nau. *l. c.* Vtraq; est probabilis: sed prima tutior.

3. Vt non mutauerit voluntatem intra annũ; quia si ab initio animum non habuit, sed postea ante finem anni assumpsit, & permansit nihil restituere debet; qa purgaret omnem fraudem, tamẽ Sot. *l. c.* affirmat pro rata temporis male voluntatis. & ego nisi aliter in iure exprimeretur Soti sententiam veriorem iudico: nã eadem est ratio totius ad totum, & partis ad partem, vt in 1. *req.* dixi: sed pro Nau. videtur facere *d. cap. comissa*, ibi *nisi voluntate mutata promotus fuerit*, Vnde hic casus videtur excipi. Qui autem contulit eodem animo, tenetur Ecclesiam seruare indemnem, in vtroq; foro, Gloss. ibi *u. indicant.*

At duæ remanent difficultates.

1. *An beneficia simplicia obtinentes animo viuendi laicali more peccent, & fructus restituere teneantur.*

2. *Quid de obtinentibus animo dimittendi.*

Ad primum de peccato omnes affirmant. De restitutione aliqui negant; quia id iure nõ cauetur.
C Alij affirmant; quia non gaudẽt Clericorum priuilegijs, & hęc probabilius iudicatur ab Azor. *l. c. q. 7.* Addit tamen *q. 8.* non posse illos Episcopum cogere ad sacros ordines suscipiẽdos nisi necessitas suadeat, vel vtilitas Ecclesiæ.

Ad 2. Distinguo, vel habet animũ resignandi alijs, vel dimittendi simpliciter; vt quia non habet animum clericandi. Primo casu peccat mortaliter, & mentalẽ
D simoniam comittit. Rot. coram Achil. *d. 49. nu. 5.* Item Papalem incurrit excommunicationẽ beneficiorum priuationem ipso iure, inhabilitatem ad illa fructuũ restitutionem, & pensionum nullitatem. Bulla 12. Pauli 4. *Inter cæteros.* Duo tamen requiruntur ad has pænas incurendas.

1. Vt sequatur beneficij collatio: nam effectus debet esse cõsumatus; appellatione beneficiorum intelliguntur omnes dignitates et Episcopatus; nam ad publicum fauorem intrat argumentum à maioritate rationis etiam in pænalibus. Mandos *reg. 22.*

2. Vt animum habeat renunciandi alijs *principaliter* sic .n. dicitur in Bulla, secus si *conditionaliter.* 1. si aliquid congruentius suo proposito superueniat; peccaret tamẽ Cherub. schol. 1. ad d. Bull.

Additur 3. Vt habeat animum re-

N 2 nun-

nuntiandi alijs; secus permutandi in pænalibus enim non fit extensio.

Secundo casu distinguo: *Si* Ecclesia est curata peccat mortaliter; qa illam recipit in sponsam, ergo nō potest habere animum repudiādi eam sine causa. *Si* est beneficium simplex aliqui dicunt nullum peccatum comittere, dummodo animum habeat satisfaciendi oneribus: quia non tenetur ex vi illius beneficij statum Ecclesiasticum eligere, Nald. *u. beneficium num.* 3. *Alij* veniale putant; quia adest aliqua peruersitas debiti ordinis. Homob. *de exam. p.* 1. *tract.* 3. *qu.* 3. Hanc puto veriorem; quia Trid. *sess.* 23. *cap.* 4. mandat tonsuram, & minores conferre illis, de quibus sit spes ad altiores ascendendi: sed sine his non potest esse beneficij capax. Fructus tamen suos facit teste Nau. *l.c.*

Sed quid operatur defectus propositi circa ordines tantum, vt in eo, qui minores recipit sine intentione sacris initiandi?

Distinguo, vel id facit simpliciter, vel in fraudem curiæ secularis.

Primo casu aliqui dicunt peccare mortaliter; quia facit contra Trid. *l.c.* Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 11. *p.* 2. *num.* 12. *Alij* non peccare dicunt; quia, Trid. non loquitur verbis præceptiuis. Coninch. *de sacram. tom.* 2. *d.* 20. *num.* 104. & 105. Ego non puto transire sine veniali, quia aliquo modo declinat ab intentione. Trid.

E

Secundo casu. Aliqui dicunt.

1. Peccare mortaliter.
2. Non gaudere priuilegio fori.
3. Neq; gaudere exemptione à gabellis: imò posse principem secularem ei gabellas imponere p *l. qui sub prætextu C. de sacrosan. Eccl.* Add. Quarant. *u. vect. gal.* Alij de peccato, & amissione fori concedunt, negant de amissione exemptionis à gabellis; quia non reperitur in iure. Duard. *super Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 18. *q.* 7. *num.* 2. etiam si Ecclesiæ nō seruiat; quia propter seruitij omissionē amittit fori priuilegium non alia. Dian. 1. *p tract.* 2. *resol.* 43. De priuilegio canonis omnes consentiunt semper ordinatum eo gaudere etiam si beneficium nō habeat, & tonsuram cum habitu nō gerat, sed ab excommunicatione excusari ignoranter eum percutientem ob profani habitus gestationem; imò asserenti, & iurāti se non nouisse eum Clericū, qui laicali veste incedebat fidem prestandam esse, Garz *p.* 2. *cap.* 2. Beilet. *de fauor. can. p.* 1. §. 1. *num.* 29. Homob. *de exam. p.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. *q.* 8. Nald. *u. credere num.* 7.

F

Declaro circa fori priuilegium, an sumens Clericatum in fraudem illo gaudeat, itaut non possit à iudice seculari iudicari, diuersas esse DD. sententias. Aliqui negant;

gant; quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari *l. quod si dolo l. is qui dolo ff. de rei vindic.* Gerol. *u. Clericus num. 6.* Homob. *l.c.q.9.* Clar. *§.fin.q.76. num.38.* & ibi Addi. *littera G,* & alij apud eos.

Tria tamen requiruntur.

1. Quod sumpserit ordines in fraudem. Tūc autem dicitur in fraudem sumere, si immediate, & incontinenti suscipiat. Gab. *tit. de præsump. concl. 1.3. num. 2.*

Dicitur incontinenti, & in fraudem, si ordinetur post accusationem, delationem, vel citationem,
G Bar. *in l. ff. de pæn.* Abb. *cap. 1. vers. 4. de oblig. ad ratio.* secus ante, vel secundum alios etiam si ante accusationem, dummodo post delictū ordinetur. Bald. *l. 1. C. an seru. ex suo facto,* apud Plaz *cap. 35.* Add. Ric. *3. p. resol. 59.* dici in fraudem etiam si per duos menses ante delictum ordinetur, per regulam ex vicinitate actuum; nam etiam alienatio, ita in fraudem præsumitur *l. si vicinus vbi DD. ff. vnde cognati.*

Secundo requiritur probatio, quod in fraudem ordines susceperit. Dian. *p. 3. tract. 1. resol. 67.* Quomodo autē probetur tradit *Mascard. de prob. concl.* 815.

3. Non adsit quæstio an sit Clericus, an habeat qualitates necessarias vt gaudeat fori priuilegio, & an sumpserit in fraudem; quia hæc dirimenda est per iudicem Ecclesiasticum, & interim reus, non debet remanere sub potestate iudicis secularis, sed Ecclesiastici *cap. si iudex de sent. excom. in 6.* Homob. *l. c.*

Alij gaudere dicunt etiam si fiat Clericus in fraudem; quia vtitur iure suo assumendo statum Clericalem, & cum ordo imprimat characterem indelebiliter, debet etiam effectum immunitatis producere. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 15. num. 17.* Bonac. *tom. 3. d. 1. q. 16. sect. 1. punct. 5. num. 9.* Dian. *loc. cit.* Addit. Prax Neap. *cap. 8. num. 3.* Quod si relegatus à iudice laico pendēte relegatione sumat statū Clericalem, non potest à iudice laico puniri de fractura exilij, sed tantum ab Ecclesiastico. Conciliantur, vt Clericus ordines in fraudem nō sit priuatus ipso iure priuilegio fori, sed possit, & dignus sit per sententiam priuari, ita vt iudicis Ecclesiastici declaratio præcedere debeat.

Sine pluralitate Beneficiorum.

Cond. XI.

HÆC conditio patet ex dictis supra *p. 1. cap. 2. & p. 1. sect. 1. cap. 2. in prin. dub. 3.* sed ne hic sicco pede transeamus, duas proponam difficul-

difficultates.

2. *Quo tempore quis debeat esse beneficij capax.*

3. *An liceat beneficium, & gradus appetere, & quomodo.*

Ad 1. Resp. tempore impetrationis e. g. collationis; quia tempus datæ inspiscitur, alias prouisio est nulla *cap. si eo tempore de rescript. in 6.* Nec sufficit esse habilē tēpore acceptationis, & possessionis, vt clarius *sup. cond. 4. & 5.*

Ad 2. Dico beneficium dupliciter considerari.

1. Ratione obiecti, & ita bonū est appetere iuxta illud D. Pauli *qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.*

2. Ratione subiecti .i. ratione Clerici, & tunc subdistinguo.

1. Si scit se esse indignum, vel temere dignū se iudicat, peccat mortaliter petendo beneficium Doctoratum &c. quia exponit se periculo peccandi. *Ita omnes.*

2. Si est dignus: sed adest dignior. Aliqui dicant non posse acceptare; quia digniori debetur. Pet. Nau. *de rest. lib. 2. cap. 2, num. 6.* Alij distinguunt, vt ante electionē non possit beneficium petere, si certò scit ex proprio, vel aliorū iudicio, consideratis omnibus circumstantijs, se esse minus dignum; quia petit iniustum, cum damno tertij, secus, si maior idoneitas dubbia sit; sed post electionem potest acceptare. Turrian. *tom. 1. in 2. 2. d. 22. dub. 3. num. 8.* Siluius *2. 2. qu. 63. art. 2. concl. 4.* Alij dicunt minus dignū posse se offerre petendo non absolutè: sed sibi procurando, & relinquendo totū iudicium electoribus; quia adhibet media licita. Less. *lib. 2. cap. 34. d. 41. n. 70.*

Ab hac sententia non recedo, dummodo sit dignus; nam electores Spiritusancto reguntur, alias sequeretur, plurimos de sua salute debere dubitare. Addit Caiet. *u. Beneficium* si minus dignus ad petendum charitate moueatur. s. vt pro sit, id esse meritoriū, iuxta illud Isa *ecce ego mitte me:* sed si alio fine e. g. ob diuitias honorē, &c. esse veniale, Nau. *conf. 17. de sent. excom. num. 6.*

Eadem persona concurrat, & beneficium capiat.

Cond. XII.

ERROR personę annullat Matrimonium carnale. Tum iure naturali; quia cum tali errore non adest consensus. Tum iure Pontificio, *cap. vnico 29. qu. 1. cap. tua nos de sponsalibus.* Ita DD. cōmuniter apud Sanchez *lib. 7. d. 18.* ergo idem dicendum est in Matrimonio spirituali, quod est coniuctio Clerici cum Eccle-

sia;

ta; quia valet argumentũ à Matrimonio carnali ad spirituale, *cap. Licet de transl. Episc. cap. sicut 7. q. 1.*

Declaro 1. Eos omnes, qui occasione beneficiorũ Ecclesiasticorum alios se esse simulauerint, & pro alijs se examini suppofuerint incurrere ipso facto Papalem excommunicationem, nullitatem pensionum, priuationem beneficiorum, ita quod statim possint impetrari, & inhabilitatem ad illa *Const. 12. inter cæteras*, Pauli IV. vid. supra *cap. 1. cond. 3. §. Ex delicto num. 17.*

Declaro 2. Has pœnas incurri, etiã si beneficium non conferatur illi pro quo quis se examini suppofuit; quia principaliter, & directè prohibetur illa simulatio, & suppositio, quę sufficienter completa absq; collatione.

DE CONDITIONIB⁹ ex parte indicentis Concursum.

CAP. III.

SVPPOSITA debita qualitate beneficij, & habilitate concurrentium, quinque sunt necessariæ conditiones ex parte indicentis Concursum.

1. Auctoritas.
2. Æconomi deputatio.
3. Ædictum.
4. Terminus.
5. Concurrentium descriptio, de quibus in præsenti cap. Disseremus.

Auctoritas indicẽdi concursum.

Cond. I.

IN primis Episcopus hanc habet auctoritatem, Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* in tribus casibus.

1. Quando Ecclesia vacans est Episcopo subiecta omninò .i. quoad iurisdictionem, & collationem.
2. Quando subiecta est quoad iurisdictionem, sed non quoad collationem, siue collatio spectet ad Papam, Trid. ibi, *si ipsa Parochialis sit reseruata, vel affecta*, siuè ad alium collatorem inferiorẽ, vel Superiorem, qui ex consuetudine, vel priuilegio debeat conferre, vt esset Archidiaconus, Abbas, alius Episcopus, Capitulum, vel Archiepiscopus, aut etiam Cardinalis, vt Trid. ibi *etiam vigore indulti, &c.* Quod intelligitur de indulto Ordinario; nam per extra Ordinarium posset ẽt sine Concursu conferre, vt supra *sect. 1. cap. 1. cond. 4. num. 2.* verùm quia priuilegia quandoque sunt strictio-

ſtrictiora, quandoque ampliora, tenor eſt inſpiciendus *cap. porrò, cap. Recipimus de priuil.*

3. Quando Parochialis eſſet omninò nullius diœceſis; in tribus caſibus .n. tunc vicinior Epiſcop. indicit Concurſum.

1. Si Prælatus habens iuriſdictionem nullius Diœceſis non habet ius congregandi Synodum.

2. Si habet ius congregandi Synodum: ſed congregare non conſueuit; quia priuilegium amittitur per non vſum. Barboſ. *de poteſt. Ep. p. 2. alleg. 26. num. 13.* Non vſus inducitur ſi priuilegiatus p decenium ſteterit, quin vſus fuerit priuilegio, vbi tamen occaſio vtendi ſe ſe obtulerit; *l. 1. ff. de Nundinis*; quia ſic non vſus continet actum implicitum priuilegio contrarium.

Ampliatur vt hęc poteſtas competat Vicario generali. Trid. *l. c.* qui poterit ædicta proponere; etiam abſq; ſpeciali facultate, & etiam ſi vellet Epiſcopus ipſi Vicario conferre. Sbroz. *lib. 2. q. 188. n. 8.* Vbi teſtatur Sac. Cõg. declaraſſe. Imò Vicarius poterit examinatores vocare, & vnà cum eis Clericos deſcriptos examinare. Trid. *l. c.* Sbroz. *lib. 2. q. 111. num. 7.*

Procedit non ſolum quando Epiſcopus eſt impeditus, vt ex Trid. *l. c.* ſed etiam Epiſcopo non impedito; quia illa verba Trid. *Epiſcopo impedito*, important tantum quandam conuenientiam non neceſſitatem, Garz. *p. 9. cap. 2. num. 119.*

Secundo auctoritatẽ indicendi Cõcurſum habet Capitulum Sede Epiſcopali vacante, non per ſe ipſum: ſed per Vicarium à Capitulo electum, vt Sac. Cong. declarauit apud Garz. *l. c. num. 8.*

B

Declaro 1. Quando Epiſcopus trãſfertur ad aliam Eccleſiam, ſi de illius conſenſu transfertur Capitulum poſſe Vicarium deputare; etiam ante poſſeſſionem ſecundę Eccleſiæ ſtatim dato conſẽſu; quia ſtatim perdit iure primę ad tradita per Abbatem *p. 2. conſ. 101.* Si vero transfertur ob merita, vacat prima Eccleſia, & Capitulum facit Vicarium ab eo tempore, quo Epiſcopus abſoluitur à vinculo Prioris Eccleſię à Papa in Conſiſtorio, etiam ante litterarum expeditionem, vel adeptam ſecundæ Eccleſiæ poſſeſſionem, Sac. Congr. Epiſc. 10. Decemb. 1624.

C

Requiritur tamẽ, quod conſenſum præſtiterit, vel huius abſolutionis notitiam habuerit ſaltem à Secretario: nam ante conſenſum non cenſetur translatus, niſi appareat Papam voluiſſe eum inuitum transferre. In hac ergo vacatione, ſicut per mortem Vicarius Capitularis facit Concurſum.

Declaro 2. Alia beneficia præter Epiſcopatum, Epiſcopi translati,

ti, de iure vacare solum post adeptam pacificam possessionem Ecclesiæ, ad quam transfertur; quia hæc vacant per adeptionem Episcopatus vt dictum est supra, *cap. 1. cond. 3. §. fine delicto num. 6.* & non per absolutionem à vinculo prout vacat primus Episcopatus; Papa tamen solet apponere decretum, vt statim vacent, aut retentionem concedere vide decis. Magist. Illustrissimi Cocin. Placentina totam hanc materiã continentem.

Declaro 3. Quod talis vacatio durat vsq; ad confirmationem, si Episcopi prouisio fiat per electionem, Gloss. *Clem. 1. vt lit. pen.* quia confirmatio dat exercitium iuris per electionẽ aquisiti, Gloss. *cap. quanto d. 93.* alias vacat vsq; ad prouisionem à Papa factam, quæ habet vim electionis, & confirmationis, & in odium prouisi, vacat donec litteræ fuerint Capitulo præsentatę extrauag. iniũcte vbi DD. de elect. Rot. coram Cocin. *d. Placent.*

Declaro 4. Vicarium Capituli posse Concursum indicere, descriptos examinare, & digniorem nominare, atq; eligere, non autem beneficium conferre; quia collatio Sede Episcopali vacante ad Papam deuoluitur. Pauin. *de pot. cap. 2. p. q. 10. num. 32.* & nos supra *p. 1. cap. 9. de deuolutione ad Papam.* Nam neq; Vicarius Episcopi potest beneficium conferre, *cap. finali,* vbi DD. de off. Vic. in 6. Etiã si Episcopus esset Cardinalis, vel esset Vicarius à Papa deputatus, nisi specialis facultas esset illi communicata. Sbroz. *lib. 2. qu. 71.* Vterq; Vicarius s. Episcopi, & Capitularis posset bene præsentatos instituere sine speciali facultate *cap. 1.* vbi DD. *de inst. in 6.* Sbroz. *lib. 2. q. 111.* & nos supra *p. 1. cap. 5. p. q. req. 1. ex parte Episc.* Neuter tamen potest noua beneficia creare etiam ius patronatus ex fundatione, vel fundatio. Dom. *d. cap. fin. Lap. alleg. vlt* Calder *cons. 3. de officio Vicarij*, Ferret. *cons. 343.* contra Port. *cons. 99.*

Tertio auctoritatem indicendi Cõcursum habẽt Episcopo inferiores tribus copulatiue concurrẽtibus.

1. Vt habeat proprium territorium distinctum cum Episcopali iurisdictione.
2. Ius congregandi Synodum, & examinatores eligendi.
3. Vt Synodum congregarit, & ibi examinatores elegerit. Ita Sac. Cong. apud Ric. *1. p. resol. 361.* & apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 149.* & Barb. ad Trid. *cap. 18. sess. 24. num. 50.* His deficientibus, vel altero eorum inferiores nõ habent Concursus facultatem etiã si habeant ius conferendi. Germon. *de indult. §. quibusuis ad fin.* Paris. *lib. 8. q. 9. num. 96.* referens id pluries declaratum fuisse per

O Sac.

Sac. Cong. Rot. coram Mantich. 15. *Ianuarij*, & 7. *Martij* 1593.

Vltimo Commendatarius Abbatiæ habentis iura Episcopalia poterit Concursum celebrare cõcurrentibus tribus prædictis *vers*. 3. Sac. Cong. apud Garz. 2. *p. cap*. 2. *num*. 136. Quod si deficiant prædicta tria requisita, vel alterum eorum tunc Concursus spectabit ad Episcopum intra cuius fines existit Abbatia. Trid. *sess*. 23. *cap*. 1. & si id non constet ad viciniorem, Barbos. ad Trid. *sess*. 24. *ca*. 18. *num*. 51. *de ref*.

Vicarij deputatio.

Cond. II.

QVINQVE hic sunt explicanda.

1. Quid sit Vicarius, & quotuplex.
2. Quot modis, & à quibus constituatur.
3. An sit de necessitate, & essentia Concursus æconomi deputatio.
4. In quibus Ecclesijs sit constituẽdus.
5. Congrua illius portio.

DE 1. Vicarius est ille, qui alicuius vices gerit; nam dicitur à vice, quam gerit, & officio in quo
A suscedit, Sbroz, *lib*. 1. *q*. 1. & 2.

Duplex Vicarius reperitur.

1. Vicarius *officij*, qui in aliquo officio exercendo substituitur, & dicitur etiam officialis, Comissarius, & alijs synonimis.
2. Vicarius *Ecclesiæ*, qui ad curam, & regimen Ecclesiæ loco Rectoris mortui absentis, vel impediti deputatur, & dicitur etiam Æconomus.

Vicarius officij dupliciter constituitur.

1. *A iure*, vt Papa est Vicarius Christi, Apostolorum Episcopi Archidiaconus, & Archipresbyter Vicarij Episcopi in quibusdã spiritualibus iuxta illorum officia, de quibus *tex. tit. de off. Archid. & Archip*. & cap. etiã Sede Vacante impropriè dicitur Episcopi Vicarius.
2. *Facto hominis*, vt Vicarius Papæ in Vrbe vicem gerens, qui est Vicarius Vicarij Vrbis, Vicarij Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum inferiorum Episcopalem iurisdictionem habentium; hi tamen vltimi non possunt esse de Legati Papæ, nec illis potest committi executio litterarum Apostolicarũ, sicut nec Vicarijs foraneis Clem. & si principalis, vbi Gloss. Ancar. & Card. *de rescript*. nisi ex certa scientia Pontificis id fieret Sbroz, *lib*. 2. *qu*. 23. *num*. 9. sed bene Vicarijs Episcoporum.

Præterea Vicarius Episcopi triplex est.

1. Generalis, qui Episcopi vices gerit in eodem tribunali, Sbroz, *lib*.
B 1. *qu*. 2. Vbi noto Episcopũ posse

se plures Vicarios Generales cõstituere *cap. quoniam de officio ord. cap. 1. de celeb. miss.* Gerol. *u. Vicarius:* nam non attenditur generalitas loci: sed causarum. Ideo potest illos creare, ita vt vnus non dependeat ab alio, insolidum, & omnes faciunt vnum adiutoriũ cum Episcopo, Ric. *2. p. resol.* 199.

2. *Specialis*, qui deputatur ad vnũ actum specialem, vt ad absoluẽdum à reseruatis Papæ occultis iuxta Trid. *sess. 24. cap. 6. de ref.* Sbroz, *lib. 1. qu.* 14. Nec sufficit generalis facultas data absoluẽdi à peccatis, & censuris sibi reseruatis; quia de hoc requiritur specialis facultas. Capeauil. *p. 2. casu* 22. *q.* 3.

3. Foraneus qui extra Ciuitatẽ in aliqua parte diocæsis constituitur, vel ad vniuersitatem causarum, vel ad certos actus. Sbroz, *lib. 1. qu.* 13.

Tandem Vicarius Episcopi, vel est.

1. In temporalibus tantum, qui habet ab Episcopo administrationẽ circa temporalia e.g. quia Episcopus in aliquib᷒ castris haberet merum, & mixtum imperium.

2. Vel in spiritualibus tantum cui committitur spiritualium administratio.

3. Vel in temporalibus, & spiritualibus simul. Et quando constitutus est simpliciter sine aliqua expressione, cẽsetur in vtrisq; cõstitutus. Sbroz, *lib. 1. q. 10. & 21.*

Sed curiosè quæro. *An Episcopus possit Cathedram, & Tribunal ad alium locum suæ diocæsis à Ciuitate transferre?*

C Resp. affirmatiuè ad modicum tẽpus; quia potest in omni loco suæ diocæsis iurisdictionem exercere *cap. cum Episcopus de off. ord. in 6.* Non ad longum tempus; quia in materia odiosa ciuitas non venit nomine diocęsis, sicut necè contra *cap. cum Clerici de verborum significatione*, Episcopus autem denominatur à ciuitate. Potest bene erigere Tribunal in omni loco suæ diocæsis concurrendo cumulatiuè cum alijs inferioribus habentibus iurisdictionem. Franc. *d. cap. cum Episcopus*, Ric. *2. p. resol.* 350.

D DE 2. Vicarius Ecclesiæ, qui vsitatioribus nominib᷒ dicitur coadiutor, & Æconomus duplex est .s. perpetuus, & amouibilis.

Perpetuus datur potissimum in tribus casibus.

1. Quando constituitur cum futura successione, & hic à solo Papa datur, & de stilo requiritur causa perpetua, vt senium, membri defectus, amentia, & huiusmodi. Azor, *2. p. lib. 3. cap. 2.*

Secundo in Vicarijs alicui beneficio, vel loco vnitis abdicando ab ipsis Ecclesijs, & omnino transferendo in Vicarios, atq; tunc Vicarius per Concursum constituitur; quia est propriè beneficium distinctum, & non depen-

det à primâ Ecclesia Sac. Cong. apud Garz. *p.9. cap.2. num.*301. Debet tamen constare clarè, q̃ cura sit omnino in Vicariū translata; quia non sufficit, quod sit translatum tantum exercitium curæ, & quod Vicarius sit perpetuus. Rot. coram Litta *Vlixibon. iuris conferendi* 2. *Decembris* 1605. quæ habetur apud Farin. *p.1. decis.* 102.

3. In Ecclesijs Parochialibus vnitis collegiatæ Cathedrali, vel dignitati, aut Canonicatui, vel alteri Ecclesiæ iuxta consuetudinem, & tunc Capitulum, Canonicus, vel Rector habet ius præsentandi, & Episcopus approbat prævio examine sine Concursu. Rot. *l.c.* Const. Pij V. *Ad exequendū* & Sac. Cong. teste Garz. *p.9. cap. 2. num.* 295. & nos *p.1. cap.*3. etiā in mense reseruato, Garz. *l.c. nu.* 309. Vt autem Episcopus possit Vicarios tēporales in perpetuos mutare debet prius Vicaria erigi de per se Sac. Cōg. apud Garz. *l.c.* Nequit perpetuos Vicarios deputare.

1. Quando vnio facta est cum pacto, & concordia cū Sede Apost. de tenendo Vicarios amouibiles.

2. Quando sic fert immemorabilis consuetudo.

3. Quando in litteris vnionis factæ post Trid. Cathedralibus, Collegiatis vel Monasterijs habetur, vt possint per amouibiles seruare; secus si facta sit vnio ante; quia potest ordinarius constituere Vicarios perpetuos, si beneficia sint curata, Trid. *sess.*7. *cap.*7. & quia *cap.* 11. *sess.* 25. *de regul.* Supponit Vicarios tantum amouibiles poni posse. Conciliantur per Barbos. ad *d. cap.*7. *num.*14. vt id relinquatur Episcopi arbitrio, prout. s. videbitur ipsi expedire.

Amouibilis constituitur duobus modis.

1. Ad vnum actum tantum, vel quā Ecclesia illum solum requirit, vt in Baptismali tantum, vel quia in eo solum Parochus deficit, ideo si Paroch. nequeat, vel nolit per se prædicare, prout tenetur ex Trid. *sess.*5. *cap.*4. *de ref.* dabitur coadiutor ad hunc actum ab Ordinario, si sit surdus ad cōfessiones tantum, & huiusmodi. Vgol. *de pot. Episc. p.* 2. *cap.* 54. *num.* 4.

2. Ad omnes actus, & ad totum curę exercitium, & sic datur in pluribus casibus.

1. Ob morbum tam perpetuum, quàm temporalem, *cap. fin. de Cler. ægrot.* vt propter lepram, senectutem, mēbri deffectum &c. de quibus, *Ric.* 1. *p. resol.* 494.

2. Ob imperitiam, qua Rector nō est ad officium suum idoneus. Trid. *sess.* 21. *cap.*6. *de ref.*

3. Ob Populi multitudinem, Trid. *l.c. cap.* 4. Vbi Episcopus id pōt etiam vti delegatus Apostolicus, atq.

atq; tot potest dare Vicarios, quot sufficiant ad Sacramenta ministranda, & ad diuinum cultum peragendum.

4. Ob absentiam Parochi etiam iusta de causa, vt studiorum inimicitiarū, &c. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref. vers. eadem.*

5. Ob transitum Rectoris ad religionem donec faciat professionē. Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. *de ref. & sess.* 25. *cap.* 15. *de regul.*

6. In beneficijs vnitis, in quibus perpetuus Vicarius nō constituitur. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *de ref.*

7. Ob ordinis Sacerdotalibus carentiam; potest enim beneficiū conferri non Sacerdoti, dummodo sit Clericus, & intra annū ad Sacerdotium ordinetur, *cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect. cap. licet eo. in 6.*

8. Si ob delictum cēsuram, vel aliā causam Rector sit missus in exilium.

9. Quando Ecclesia vacat. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.*

Vltimo pro regula generali; quoties Parochus impeditur, quo minus Parochiæ munera obeat, & quoties periculum iminet animarum, *cap. fin. de Cler. ægrot.* Vgul. *d. cap.* 54.

At supersunt tres dubitationes.

1. *Quis possit Vicarios amouibiles deputare.*
2. *Qui nam Vicarij constitui possint.*
3. *A quibus sint examinandi.*

Ad 1. Resp. Episcopum, & quemlibet Ordinarium. Tum quia ita habetur in prædictis iuribus. Tum quia ad illum spectat Vicarium, ad quem Ecclesiam vacantem dare. Abb. *d. cap. fin.* Sac. F tamen Cong. declarauit electionem Vicarij in Ecclesia vacanti ad eum spectare, ad quem spectat Concursus, vt ex manuscriptis Eminentissimi Parauicini se desumpsisse testatur, Massob. *req.* 1. *dub.* 8. Vnde sequuntur duo.

1. Inferiores Prælatos ius collationis habentes non posse æconomū deputare, si ad eos non spectat Concursus cum requisitis traditis in superiori *cond. vers.* 3. Thes. for. *Eccl. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 52.

2. Non posse Ordinarios deputare Æconomos, vel Vicarios in Ecclesijs regularium; quia id spectat ad illorum Superiorem; sed approbatio ad Ordinarium, Sac. Cong. apud Piasc. 2. *par. cap.* 3. *num.* 46.

Ad 2. Resp. quoslibet idonæos Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* ibi idoneam, & ita deputari poterit vicinus Paroch' dūmodo vtriq; curę possit sufficienter incumbere, & de celebratione per alium prouideatur. Sicut poterunt ēt alij Sacerdotes deputari si in ea Ecclesia adsint. Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 13.

Ad 3. Resp. Ab Ordinario, qui poterit examinare quoscunq; æco- G nomos, & etiā Canonicos à Canoni-

nonicos à Capitulo eligendos ad curam animarum cum Capitulũ possit ponere ad custodiam non tamen dare iurisdictionem. Sac. Cong. apud Massob. *reg.* 1. *dub.* 8, Potest etiam examen omittere; quia illud pro forma. Trid. *l. c.* non pręcipit, sed solum idoneum Vicarium requirit. Ideo examẽ erit in Episcopi arbitrio, & quãdo vellet examen adhibere non requiritur Concursus, neque Sinodales examinatores sũt necessarij, sed sufficit examen, & approbatio Ordinarij, etiam in Vicarijs perpetuis, quæ tamen per Cõcursum non dantur. Garz. *l. c. num.* 293. ex Trid. *sess.* 7. *cap.* 13.

DE 3. Aliqui negant ęconomi deputationem esse de forma Concursus. Tum quia est quid valdè diuersum à Concursu. Tum quia verbum *debet* non importat necessitatem, quando iungitur cum verbo sapiente consilium. Felin. *cap. nam concupiscentiam de const. num.* 6. Abb. *cap. si vir de adult.* vt in *cap.* 18. Trid. *sess.* 24. maximè; quia additur *si opus fuerit*, vnde innuere videtur aliquandò opus non esse ęconomi deputatione; nam si semper pro forma id requireretur absolutè, & non cõditionaliter lex loqueretur, Garz *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 13.

Alij affirmant. Tum quia Pius V. vbi non seruatur forma Concursus data per Trid. *l. c.* ponit decretum irritans, & procedit annullando; vbi autem adest clausula annullatiua certum est omnia ibi adiecta esse de forma, Azeued. *cons.* 9. *num.* 29. Tũ quia sic resoluit, Rot. *Dertusen. Parochialis* 12. *Februarij* 1593. coram Pegna, vbi Cõcursus vitiatus declaratur, in quo non fuerat seruata forma Trid. deputando æconomum cum congrua fructuũ portione, donec foret de Rectore prouisum.

Idem coram Litta 9. *Iunij* 1595. in eadem causa. Massob. *reg.* 1. *dub.* 1.

Ego non possum recedere à Priori opinione. Tum ob grauitatem doctoris. Tum ob rationes eius, quæ etiam ad sensum patent; clarissime enim colligitur ex Trid. pro forma pręscribi tantum, quæ pertinent ad Concursum ibi *quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat*; si enim de alijs intelligeret, absolute dixisset *mandat teneri ad infrascripta*, & non tantum *ad examen*.

Neq; obstat clausula annullatiua; quia intelligitur tãtum circa ea, quæ pertinent ad Concursum; nam si ad alia referetur, etiam cõgruam portionem complecteretur, cum nõ sit maior ratio de vno, quàm de alio, eo magis; quia iungitur cum deputatione Vicarij cum dictione coniunctiua .s. *cum*, & tamen hoc negat, Massob.

Neque Rotę decisiones officiunt; quia

quia Rot. coram Cordoba 24. Nouembris 1595. dicit dictas decisiones coram Pegna, & Litta ostẽdere nullitatem Concursus; quia non fuit directus ad collationem Papę, & licet etiam fuerit omissa æconomi deputatio, Rot. ibi ait non esse de forma, decisiones, vide apud Garz.

D E 4. Æconomus ponitur.

1. In Parochialibus vacantibus de facto tantum, vel de iure, & de facto simul.

2. In vacantibus per simpliciã renunciationem, non autem ad fauorem, vel ex permutatione, cũ non dicantur tunc verè vacare, vt supra *cap. 1. cond. 3. post §. ex delicto in declaratione num. 1. & 2.* Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 159.* vbi idem affirmatur de Concursu.

3. In vacantibus per priuationem, & alijs modis, de quibus in p. 2. huius conditionis.

4. In Ecclesia Baptismali tantum; quia Baptismus est ianua aliorũ sacramentorum, non tamen fit Concursus, vt supra *cap. 1. cond. 2. num. 7.*

5. In dignitatibus, vel Canonicatibus habentibus curam anexam animarum, non tamen fit Cõcursus, Sac. Cong. apud Gõzal. *gloss. 5. §. 3. num. 13.* Procedit de dignitatibus vere, quia in illis quæ sunt dignitates nomine tantum, vt Plebaniæ rurales, fit Concursus.

6. In reseruatis, donec Papa prouideat e. g. dum quis habet decretum de dimittendo primum incompatibile intra duos mẽses, tunc enim in illis mẽsibus datur Vicarius in primo beneficio. Gõzal. *l. c. num. 47.*

7. In simplici beneficio, quod haberet exercitium curæ in aliquo loco, & parte alicuius Parochiæ, quæ administraretur per plures. Garz. *p. 9. cap. 2. num. 189.*

8. In Vicarijs vnitis vbi solet poni Vicarius, datur ęconomus donec de Vicario prouideatur. Garz. *num. 298.*

9. In Ecclesijs patrimonialibus, receptiuis, & patronatis. Garz. *loc. cit.*

Supersunt tria dubia.

1. *Quomodo Vicarius constituetur.*
2. *Quando.*
3. *Quandiu durabit.*

Ad 1. Resp. posse Vicarium constitui ad arbitrium Ordinarij, & quomodo opus fuerit etiã hebdomadarium, vel diurnum dummodo sit idoneus, Garz. *p. 9. cap. 2. num. 13.*

Ad 2. Resp. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* statuere Vicarium *statim* esse deputandum ne cura animarum patiatur, & non posse differri post Concursum certum est; quia Sac. Cong. declarauit apud Garz. *l. c. num. 22.* non esse expectandum, vt dignior in Cõcursu eligatur, & quamuis in alijs actibus, Rot. quandoq; resoluerit fieri incontinenti.

nenti, quod fit intra duos menses, procedit vbi non adest periculum animarum, Garz. p. ij. cap. 5. num. 111. & seqq. ideò in hac materia periculosa non posse Episcopum vltra dies diferre asserit, Massob. req. 1. dub. 13. Ego distinguo si Cōsilium prouinciale de hoc aliquid statuit, illud seruandum est; quia habet facultatem à Trid. l. c. in fin. alias pensanda est qualitas temporis, & personarum; nam excusaretur Ordinarius quandoq; si vltra triduum diferret. Tum propter raritatem ministrorum. Tum ob aliam iustam causam, sicut è cōtra, quandoq; malum esset diferre per diem, vt tempore pestis, vel alterius periculi.

Ad 3. Resp. donec fuerit de Rectore prouisum. Trid. l. c. quæ verba intelliguntur in genere. i. vt semper stet Æconomus ad curā vsq; ad priuationem Rectoris, non autem in specie. i. quod semel cōstitutus non possit ammoueri: nā supra diximus etiam diuturnum posse constitui. Et licet variatio sit odiosa, cap. inter dilectos vers. comititur de exceß. Prel. vbi Gloss. procedit in illis in quibus Ius aquiritur, quod non fit per æconomatus deputationem.

D E. 5. Duo videamus.

1. Quantitatem congruę mercedis Æconomi. 2. A quo sit danda.

Ad 1. In Vicarijs perpetuis Pius V. in Const. ad exequendum statuit, vt non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum computatis incertis.

1. Quæ non sunt omnino incerta, vt decimæ &c. nam quę sunt omnino incerta, vt funeralia, &c. nō computantur, Cherub. in schol. ad d. const.

Et quando fructus Ecclesiæ vnitæ non ascendunt ad scutos 50. tūc omnes fructus assignantur Vicario, & ita restricte est facultas Episcopis data per Trid. sess. 7. cap. 7. assignandi congruam pro suo arbitrio Vicarijs perpetuis. In Vicarijs amouibilibus in primis seruetur consuetudo loci. De iure olim Sac. Cong. apud Garz. p. 9. cap. 2. num. 15. censuit congruā esse duorum aureorum pro singulis mensibus; sed postea respōdit id arbitrio Episcopi relinqui pensata qualitate personæ beneficij, & loci, Barbos. ad Trid. loc. c. num. 43. vid. inf. p. 3. cap. 7. num. 9.

Ad 2. Regula generalis est congruā Vicariorum portionem sumendam esse ex fructibus beneficij, vt not. DD. cap. fin. & cap. de Rectoribus de cler. ægrot. & cap. 1. eodem in 6. Pro perpetuis modo assignatio ex prædicta Bulla Pij V. pro temporalibus distinguo.

1. In Ecclesijs vacantibus, si adsūt fructus, ex illis congrua assignatur, si sunt percepti tenentur hæredes per tradita infra p. 3. cap. 7. num. 9. Si vero ab eis habere nequeant, vel si fructus adsint, sed

ita

sint tenues, vt non sufficiant, dusumenda erit ex fructibus percipiendis, Sac. Cong. apud *Masob. req. 1. dub.* 29.

2. In alijs casibus sumptibus *Parochi* deputatur, & coadiutor cũ spe successionis potest petere cõgruam sustẽtationem à Coadiuto, si deseruiat Ecclesiæ, nisi aliter sit expressam, vt solet fieri, qđ nihil possit petere de fructibus, nec de distributionibus, vt not. Barbos. ad Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *de ref. num.* 11.

Quid si fructus ambobus non sufficiant? Abb. *cap. fin. & cap. de Rectorib. de cler. ægrot.* dicit prius Rectori prouidendum esse, & in subsidiũ Parochianos teneri, ex quo ibi recipiunt diuina. consulit Ancar. *cons.* 279. *in fin.* Ideo Vgul. *de pot. Ep. p.* 2. *cap.* 54. ait prouidendum esse, vel per decimarum assignationem, vel per Parochianorum simbola, & collectas, vel alio commodiori modo, qui Episcopo videbitur, ex Trid. *sess.* 24. *cap.* 13. *de ref. vers. in Parochialibus*, & ita eleganter, *Ric.* 1. *p. resol.* 494. *num.* 11. & 12. vbi de omni genere Vicarij id intelligit, & siue ad tempus, siuè in perpetuũ Put. *lib.* 3. *decis.* 216. quod nota pro frequenti praxi, Barbos. ad Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 23. ait relinqui Episcopi arbitrio ponere Vicarium in Parochialibus vnitis Canonicatibus, & Dignitatibus; sed iuxta facultatem, ne Canonicus grauetur, vltra vires.

ÆDICTVM.

Cond. III.

NECESSITATEM, requisita, & modum ædicti videre debemus.

DE 1. An ædictum sit adeo necessarium, vt sit de substãtia, & forma Concursus, aliqui affirmant. Tum ad conuocandum concurrentes. Tum quia constare debet de die affixionis, vt sciri possit an examen factum sit intra, vel post terminum iuxta dispositionem, Trid. *Ric.* 1. *p. resol.* 364. Zerol. *v. Parochia*, Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 60. *num.* 43. Alij negant; quia Concursus potest fieri cum ædicto, & sine, vt infra patebit, Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 38. Vgul. 2. *p. cap.* 50. § 4. Alij distinguunt, vt. s. necessarium sit ædictum si Consiliũ Prouinciale id præcipiat; quod à Trid. facultatem habet addendi, vel minuendi circa formam examinis, alias non. Masob. *req.* 1. *dub.* 3. & adducit Sac. Cong. declar. 1. *Quod ad propositionem ædicti, hoc totam positam est in arbitrio Episcopi, nisi Sinodus Prouincialis aliquid statuerit circa hoc præcise obseruandum.*

Ego hanc sententiam non improbo quando habemus Consilij Prouin-

uincialis dispositionem, qua deficientem affirmatiuam amplector; quia Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* præcipit ædictum, quod duobus modis fieri potest, vt in fin. huius cond. patebit, & licet primus modus nō sit strictè ædictū, gerit tamen vices, & naturam sumit ædicti quoad effectum. s. conuocandi concurrentes, subrogatum enim sapit naturam eius in cuius locum subrogatur *l. si eum §. iniuriarum ff. si quis cau.* Nec autem forma celebrandi Concursum non est ad effectum: sed præcisa, vt fuit resolutum in vna *Volaterana Parochialis coram Gyp. 20. Maij 1591.* vbi Rub. *in suis sing.* Ric. *l. c. num. 2.* in fin.

D E 8. Quinque sunt ędicti requisita.

1. Vt intra debitum tempus proponatur vbi distinguo. Si Concilium Prouinciale tempus determinauit, id seruetur propter facultatem datam à Trid. *l. c. in fin.* Si nihil disponit, Masob. *req. 2. dub. 6.* ait intra decem dies, vel ad summum viginti esse proponendum, & ad alios 20. posse prorogari; quia id dici colligi ex Trid. *l. c. & const. 33.* Pij V. Ego vero puto Ordinarium posse ædicti propositionem differre vlterius dūmodo tempus remaneat, vt infra sex menses possit facere collationem, si ad illum spectet, vel intra quatuor mēses nominationem, & illius significationem quando collatio spectat ad Papā, vt in d. Bulla Pij V. Tum quia Trid. *l. c.* ait contra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo prescribendum, vbi Sac. Cong. declarauit ædicti propositionem in Ordinarij arbitrio positam esse. Tum quia cum Pius V. præfixerit terminum ad collationem, vel nominationem faciendam, tacite concessit Concursus dilationē addit tempus, vt possit collatio, vel nominatio fieri intra terminum præfixum. Tum quia nulla lex astringit Ordinarium ad præcisum terminum viginti dierum; nam Bulla Pij V. restringit ædicti *prorogationem*, ne vltra decem dies extendatur non autem propositionem.

2. Requiritur, vt in ædicto apponatur dies propositi ædicti, vt sciri possit an concurrentes intra debitum terminū comparuerint; nam eo transacto, & non prius debent examinari alias Concursus est null^o. Seraph. *decis. 1148.* & coram Gyps. *lib. 1. manuscript. decis. 290.* & ibi Rub. *in suis sing.*

3. Vt præfigatur terminus modo dicendo in seq. cond.

4. Requiritur affixio ædicti; immò Zerol. *n.* Parochia *p. 1. dub. 1. §. 2.* ait non solum necesse esse affigere; sed prius publicare, & post affixionem per totos decem dies remanere affixum, vt impleatur mens Trid. s. cōuocandi plures; nam Ecclesiæ interest plures habere

bere concurrentes, vt probat, Ric. 3. p. resol. 521. Garz. tamen p. 9. cap. 2. num. 42. tenet sufficere affixionem, & publicationem nõ esse necessariam, atq; in arbitrio Episcopi esse quanto tempore debeat remanere affixum; debet bene constare, quod affixum, ex relatione nuncij, vel Notarij, & ita practicatur.

5. Requiritur locus vbi ædictum affigi debet, & est duplex.

1. Ad Ecclesiam vacantem, quia cũ habeat vim citationis, & vocationis affigitur in loco, de cuius interesse agitur.

2. Ad Ecclesiam Cathedralem, tanquam ad locum publicum. Tum quia omnes vacantur. Tũ quia id publicam respicit vtilitatem, vt partim ex Ric. p. 1. resol. 364.

Additur 6. Vt apponatur certa dies pro faciendo examine, alias citentur competitores, vel expectetur modo declarando. cond. seqq. p. 2. Seraph. decis. 1148.

DE 3. Duobus modis proponitur edictum, vel Clerici vocantur ad Concursum ex Trid. l. c.

1. Episcopus intra decem dies, vel aliud tempus præscribẽdum habita notitia vacationis nominat aliquos Clericos coram examinatoribus, immò quilibet alius nominare potest. Hic modus parum est in vsu, Neapuli practicari testatur prax. Neap. cap. 65.

2. Per ædictum, i. scripturam prædicta requisita continentem, vt notat Vgul. l. c. cap. 50. § 6. Ex his modis in arbitrio est Episcopi eligere quem maluerit. Sac. Cong. ita declarante. Non est tamen à præscripta consuetudine recedendum; quia est altera Lex. cap. consuetudo d. 1. ædictum apponitur ab ordinario loci, vbi est beneficium, & ab eo examen faciẽdum, licet ab alio alterius diœcesis sit conferendum, Barbos. ad Trid. d. cap. 18. num. 69.

TERMINVS.

Cond. IV.

DVO hic necessaria considerantur.

1. Termini præfixio.
2. Lapsus.

DE 1. Termini præfixio est necessaria; quia ædictum fit ad conuocandum concurrentes: sed hoc fieri nequit sine termini præfixione; nam non comparentes in termino non sunt legittimi oppositores, vt in seq. cond. declarabitur.

Declaro omissionẽ præfixionis termini inducere nullitatem Concursus; quia hæc forma est precisa, & non ad effectum, Seraph. decis. 1148. & const. 33. Pij V. annullat prouisiones aliter factas cum clausula ex nunc adeo quod

inde neque oriatur titulus coloratus.

At quæro tria.

1. *Quantus terminus præfigi debeat.*
2. *An possit prorogari.*
3. *An breuior decem dierum possit præfigi.*

Ad 1. Distinguo si adest Concilij Prouincialis dispositio illa seruetur propter facultatem ei per Trid. datam *sess.* 24. *cap.* 18. *in fin.* Deficiente Prouinciali conciliarij determinatione; Massob. *seq.* 2. *dub.* 8. & 9. ait præfigi posse terminum viginti dierum, & ad alios 10. posse prorogari, & non vltra, idq; deducere videtur *ex const.* 33. Pij V. Ego verò id non video; nam Trid. arbitrio id Ordinarij remittit const. autem Pij V. illud arbitriũ ad decem dies restringit; quia dum statuit non posse prorogari vltra *alios decem dies*, innuit primum terminũ non posse decem dierum maiorẽ p̃figi, nam *alius alia aliud* est relatiuum repetitiuum rei eiusdem qualitatis, & refertur ad rem sibi similem, vt ponderatum fuit coram Seraph. *Placent. de Medelinis* 4. *Iulij* 1582. & Romana præeminentiarũ 16. *Decemb.* 1585.

Hoc bene credo, vt in ædicto præfigi possit terminus viginti dierum computata prorogatione, cum non appareat necessitas faciendi prorogationem separatam; sed dato termino 20. dierũ non poterit alia prorogatio fieri cum iã sit facta.

Ad 2. Resp. affirmatiuè, vt patet ex *d. const. Piana*.

Tria tamen requiruntur.

1. Vt non excedat alios decem dies.
2. Vt in ædicto non fuerit simul prorogationis terminus concessus, vt dictum est.
3. Vt fiat ex aliqua causa e. g. ob aliquod impedimentum concurrentium, vel Ordinarij Archiep. Bonon. *p.* 4. *de exam. per Concurs.* Ric. 1. *p. resol.* 364. *ad fin.*

Quid si fuerit præfixus termin⁹ maior viginti dierum, an ædictũ sit in totum nullum?

Resp. negatiuè; sed solum quoad excessũ, ideo qui se opposuerint in termino 20. dierum, erunt legittimi oppositores; nam vtile per inutile non viciatur *reg. vtile de reg. iur. in* 6.

Ad 3. Resp. affirmatiuè; quia cum in d. Const. Piana prohibeatur solum prorogatio vltra prædictum terminum, breuiatio non continetur; nam exclusio vnius, est inclusio alterius *l. cum prætor ff. de iud.*

Duo tamen concurrere debent.

1. Aliqua causa.
2. Modesta breuiatio, e. g. si loco decem sex dies præfigeret; ne in fraudem factum appareat.

De 2. Lapsus termini necessarius est validitatem Concursus. Tum quia ita præcipit, Trid. *l. c.* ibi transacto constituto tempore, & ha-

D habemus decretum irritans factum non seruata illa forma, vt in principio huius cōditionis dictum est. Tum quia transacto tempore, & non prius concurrētes debent examinari. Seraph. *decis.* 1148.

Duæ tñ hic oriuntur dubitationes.

1. *Quando oppositores post lapsum termini debeant examinari.*

2. *An pendente termino possit fieri examen.*

Ad 1. Distinguo, si in ædicto fuit dies certa apposita pro faciendo examine, vel oppositores descripti E pro certa die fuerunt cittati ad examen, tunc eadem die poterit inchoari, & claudi, & si adsit hæc consuetudo cittandi seruetur. Garz. *p.9. cap.* 2. alias poterit Episcopus lapso termino statim, vel post aliquod tempus examen inchoare: sed debebit per aliquot dies arbitrio boni viri sufficientes expectare ad videndum, an alij quoque velint subijci examini, aliter Concursus esset nullus, & ita sæpius decisum fuit per Rot. coram Arrigonio 10. *Maij* 1596. coram Litta 2. *Maij* 1597. corā Corduba 16. *Decemb.* 1597. Seraph. *decis.* 1148.

Declaro quando nulla dies certa apposita fuit pro examine, vel competitores non fuerunt cittati, non sufficere post ædicti terminum expectare ante inchoationem examinis; nam expectari debet post inchoatum examen, ideo in prædictis Rotæ decisionibus declaratur Concursus null^{9}; quia post terminum ædicti expectatus fuit mensis ad incipiendū examen; sed inceptum statim fuit clausum: nam facta fuit collatio primo examinato, alijs non expectatis.

Ad 2. Resp. negatiuè; quia Trid. F dicit transacto termino examen fieri debere, Seraph. *l. c.*

Sed Rot. coram Oran. *decis.* 388. *lib.* 1. *manuscript.* resoluit examen fieri posse pendente termino, & parti impugnanti incumbere onus probandi ad fuisse alios, qui concurrere volebant, & non fuisse admissos, ergo.

Resp. hoc intelligi, quando non cōstat dependentia termini, & de existentia aliorum cōcurrentiū; quia quando de his constat, hæc decisio non habetur in consideratione, & collatio non elapso termino est præpropera. Rub. *in suis sing. ad d. decis. Orani.*

DESCRIPTIO Concurrentium.

Cond. V.

CONCVRRENTIVM descriptionem necessariam esse cognoscere licet ex verbis, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. ibi transacto cōstituto tempore omnes, qui de-

scripti

ſcripti fuerint examinentur.

Explicandus eſt ergò.

1. Deſcriptionis modus.
2. Tempus.
3. Deſcriptorum numerus.

DE 1. Ex fine deſcriptionis mod° colligitur, vt .ſ. fieri poſſit.

1. Ab Epiſcopo recipiẽdo ſchedulas ab ipſis competitoribus cum nomine, cognomine, & die comparitionis, vel ipſemet notando, ſi ita ei placuerit.

A

2. Ab illius Vicario, quia inſinuatio nominatorum ad beneficia, poteſt etiam à Vicario fieri, & ligat Epiſcopum, itaut ſi poſtea alteri conferat, collatio ſit nulla, licet Epiſcopus dicat ſe ignoraſſe inſinuationem Vicario factã, vt probat Robuſ. *de nominat. qu.* 14. *num.* 69. Sbroz *lib.* 2. *qu.* 64.

3. Officialibus Epiſcopalibus, qui notant nomen, cognomen, & diẽ comparitionis, & ita Praxis communis inoleuit.

Declaro concurrentes comparere poſſe, & ſe deſcribi facere tàm per ſe, quàm per alium etiã ſine ſpeciali mandato; quia id Trid. permittit ibi *liberum ſit alijs nomina deferre &c.* Ratio eſt fauore Eccleſiæ, vt facilius, plures habeat concurrentes, & ita ſeruari vidi in praxi.

B

Quid ſi quis compareat in vltima hora vltimi diei abſentibus tunc Epiſcopo Vicario, & Officialibus?

Reſp. ſufficere, vel teſtes ad id vocare, & proteſtari per ſe non ſtari, vel ad maiorẽ cautellam ſchedulam cum nomine, cognomine, & die ad fores Cathedralis, vel Palatij Epiſcopalis, vel in alio ſolito loco ad publica ædicta corã teſtibus affigere, quia tunc per ſe non ſtat, & durat ſibi terminus, neq; eſt præcisè determinatus modus deſcriptionis.

DE 2. Tempus ſe adſcribi faciẽdum eſt totus terminus in ædicto præfixus, adeo quod illi tantum ſunt legittimi oppoſitores, qui intra terminum illum ſe oppoſuerint, non qui poſtea, Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 47.

C

Sed an Ordinarius admittere poſſit oppoſitores cõparentes poſt terminum, reclamãtibus potiſſimũ alijs, qui in termino comparuerunt. Aliqui negant; quia lapſus temporis à iudice præfini omnibus etiam claudit, vt amplius audiri non poſſit. Oldr. *conſ.* 3. Ita *tes. for. Eccl. cap.* 18. *num.* 30. vbi adducit Sac. Cong. declarationẽ. Alij affirmant non ſolum poſſe, ſed teneri; quia intereſt Eccleſiæ plures habere concurrentes. Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 206. Rot. coram Ottemberg. Caligoritana dimidij Beneficij. 22. *Aprilis* 1602. Ric. 1. *p. reſol.* 361. & 3. *p. reſol.* 522.

D

Conciliantur, vt prima procedat, quando res non eſt integra, vt qa clauſum fuit examen, aut facta electio: ſecunda vero quando res eſt integra, vt expreſsè dicitur in

d. Sac.

Sac. Cong. decl.& Rot. decis. Barbos. *de pot. Epis.p.3. alleg.*60. *num.* 45.

DE 3. Etiam si vnus tantum se describi faciat nullo alio comparente, potest fieri Concursus, nec opus esse alio ædicto, vel prorogatione, sed illi posse conferri si si idoneus reperiatur, censuit Sac. Cong. apud Garz. *l.c. num.* 215.

Declaro 1. Quod si plures fuerunt descripti, sed vnus tãtum, vel duo compareant, potest perfici Concursus, & beneficium conferri, nec opus est alio ædicto, vel prorogatione, vt censuit Sac. Cong. apud Garz. *l.c.*

Sed dicet quis Trid. pręcipit, vt *omnes descripsi* examinentur.

Resp. intelligi quatenus veniant, alias esset in potestate vnius non veniendo impedire Ecclesię prouisionem. Barbos. ad Trid. *d.cap.* 18.*num.*81.Garz. *l.c.num.*217.

Declaro 2. Non posse Episcopum statuere, seù limitare certum numerum personarum ad concurrendum in Concursu Parochialiũ Barbos.*l.c.num.*67.

Concludo hanc primam sectionem colligendo ex dictis duos casus præter numeratos *p.*1.*cap.*12. in quibus potest fieri prouisio de Parochiali absq; Concursu.

1. Si nullus comparuit, vel si aliqui comparuerunt nullus voluit se examini subijcere, tunc proponitur aliud edictum, siuè ut prorogatio, & si nullus compareat confertur vni, qui præuio examine idoneus reperiatur sine Concursu. Et quando Parochialis redditus non excedunt 24. ducat. de Camera sine alio ędicto, & sine Concursu poterit alijs seruatis conferri. Garz.*p.*9.*cap.*3. *num.* 220.

2. Quando plures se examini supposuerũt; sed nullus fuit approbatus, tunc aliud proponitur edictum, & fit nouus Concursus, & si in hac secunda vice nullus sit repertus idoneus confertur beneficium alicui præuio examine sine Concursu. Sac. Cong. apud Garz.*l.c. num.*218.

Declaro in his casibus collationem fieri ab Ordinario nisi obstet reseruatio: sed iam ad conditiones in ipso Concursu necessarias accedimus.

De Conditionibus in ipso Concursu necessarijs.

SECTIO II.

PRÆVIÆ dispositiones ad Cõcursum, quas hactenus explicauimus, ad ipsum Ecclesiastici certaminis conflictum, quem aggredimur, tendunt. In ipso autẽ concursu quinq; sunt necessaria.

1. Præsentia Episcopi, vel Vicarij Generalis.

2. Examinatores Synodales.
3. Examinatorum numerus.
4. Examen.
5. Approbatio.

Præsentia Episcopi.

Cond. I.

HVIVS conditionis necessitas ex verbis, Trid. *sess.24. cap.18. de ref.* patet ibi *examinentur ab Episcopo, vel eo impedito ab eius Vicario Generali.* Tanto magis, quia adest decretum irritans, & annullans omnia si Concursus fiat contra formam Trid. *Const.33. Pij V.* Additur Sac. Congr. quæ Episcopo Toletano respōdit Cōcursum esse nullum, si etiam sex examinatores examen perficiāt sine Episcopo, vel Vicario, vt notat Massob. *req.11. dub.1.* & Homob. *p.1. etiam tract.2. cap.3. qu.32.* vbi idem dicit de Præbus: Sed pro huius conditionis explicatione duo requiruntur.

1. *An sufficiat præsentia Vicarij sine speciali mandato, etiamsi Episcopus non sit impeditus.*

2. *An ipse Episcopus, vel Vicarius debeat personaliter examinare concurrentes.*

Ad 1. Resp. affirmatiuè; quia in Trid. permittitur Vicario assistētia, non dignioris electio, neque collatio sine speciali mandato. Verba autem illa; *eo impedito;* nō necessitatem: sed conuenientiam tantum important. Garz. *p.9. ca.2. num.119.* Barbos. *de pot. Episc. alleg.60. num.41.*

Ad 2. Resp. Massob. affirmare *req.3. dub.4.* & ita vt sit de forma. Tū quia Trid. *l. c.* ait examinentur *ab Episcopo, vel eius Vicario, et ab alijs examinatoribus*, & dictio *alijs* refertur ad rem sibi similem. Tum quia Trid. ibi prohibet ne collatio fiat alteri, quam vni ex examinatis, & approbatis iuxta prædictam regulam, alias prouisiones subreptiæ declarantur cum clausula annullatiua, quæ declarat omnia ibi adiecta esse de forma. Azeuedo *cons.9. num.28. & 29.*

Ego vero solam assistētiam Episcopi, vel Vicarij sufficere puto. Tum quia Episcopus, vel Vicarius in approbatione non habent votū decisiuum, vt censuit Sac. Cong. per Massob. relata *req.4. dub.5.* Ergo illius examen non est de forma cum non habeatur in cōsideratione per votum decisiuū, sicut aliorum examinatorū. Tū quia per Trid. *d. cap.18.* Episcopus, vel Vicarius debent expectare renunciationem ab examinatoribus faciendam de approbatis moribus, ætate, & litteris, quod non esset, si ipsi examinarent. Tum quia hic est stilus vniuersalis. Verba autem Trid. *examinentur ab Episcopo, &c.* Vel intelli-

telliguntur de vita, & moribus, vt. s. Episcopus debeat per se, vel Vicarium facere inquisitionẽ de approbatis, vt possit digniorẽ eligere, vel si de litteris, de consilio, non de substantia interpretanda videntur.

Examinatores Synodales.

Cond. II.

PVLCRA quidem, & necessaria est huius conditionis materia, ideò solito more distinctè procedendo duo videbimus.

1. Necessitatem huius conditionis.
2. Requisita ad illius implementum.

DE 1. Huius conditionis necessitatem intuentibus, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* facile est intelligere vbi non solum præcipitur pro Parochialium Concursu coram Synodalibus examinatorib' fieri debere: sed etiam forma traditur rectè Synodum celebrandi, & ibi examinatores eligendi, adeo quod nullus sit Concursus si examinatores nō sint Synodales; quia adest decretum irritans, vt sæpius dictum est. Rot. coram Buratto Panormitana Archipsb. 3. Decembris 1618. & coram Arigonio Fanen. Parochialis 28. Iunij 1596. & plures Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 213. *&* 339.

Duæ tamē insurgunt dubitationes.

1. *An Concursus sit validus, si vltra debitos Synodales Ordinarius alios simul non Synodales examinatores exibeat.*
2. *An in examinibus etiam sine Concursu adhibendi sint Examinatores Synodales.*

Ad 1. Aliqui affirmant; quia forma obseruatur, dum tres Synodales adhibentur, & Trid. non prohibet abbundantiorem cautellam: nā superabbundans cautella non nocet *l. Testamentum C. de testamentis*, secus si duo tantū essent Synodales. Rot. corā Cyp. Portuen. Parochialis de Villa Franca 18. Decembris 1581. quę habetur 4. *p. nouiss. decis.* 672. Homobon. 1. *p. exam. tract.* 2. *cap.* 3. *q.* 30. Nald. *Examinatores n.* 3. Alij negant; quia Sac. Cong. declarauit Concursum habitū cum tribus Synodalibus, & alijs non Synodalibus esse nullum, & Ecclesiam deuolutam esse ad Sedē Apost. Rot. corā Arigonio Tollettana Parochialis 10. Maij 1596. Sicut nulla est electio vbi laici cum Clerici interueniunt, *cap. Messana de elect.* & vtile per inutile vitiatur, quando adest excessus formæ, & iurisdictionis. Franc. *reg. vtile de reg. iuris in* 6. *num.* 2. Fall. 7. Ita Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 8 324. *&* 339. Mallob. *req.* 3. *dub.* 5. *& req.* 13. *dub.* 1.

Q Ege

Ego ita conciliarem, vt prima procedat si tres illi Synodales tantū approbarent, vel reprobarent, & hoc ex rogitu Notarij constaret; quia cum Episcopus possit examinare potest etiam adhibere alios in actibus, qui non sunt de forma. Secunda vero, quando non Synodales mixtim, & confusè approbarent cum Synodalibus.

Ad 2. Distinguo. 1. Si prouisio fit ab Ordinario adhibendi sunt examinatores Synodales non solum in Concursu Parochialium: sed etiam in prouisione Ecclesiæ patronatæ tā curatæ, quàm simplici; quia ita disponitur per Trid. l. c. Non autem in alijs simplicibus. Tum quia sine examine possunt conferri, vt declarauit, Sac. Cong. super *cap.* 17. *sess.* 7. apud Mallob. *req.* 10. *dub.* 1. Tum quia ad ordines sacros admissus censetur habilis ad beneficia simplicia, & non est opus nouo examine, nisi aliqua causa superuenisset. Garz. *l. c. num.* 245. Ric. 1. *p. resol.* 212. Bellet. *p.* 1. §. 4. *nu.* 43. in examine autem ad ordines non sunt necessarij Synodales; quia non reperitur iure cautum.

2. Si prouisio fiat à Sede Apostolica subdistinguo. Vel fit in forma rigorosa, quæ dicitur *in forma dignum* de beneficijs cum cura, & sine cura, tam secularibus, quàm regularibus commendis, & Vicarijs adhibendi sunt necessario Synodales examinatores; quia ita cauetur const. 72. Pij V. incip. *Cogit nos*, & in defectum Synodalium adhibentur quasi Synodales electi modo infra dicendo *req.* 2. *vers. quid si adueniente*. Vel prouisio est gratiosa, & tunc si examen factum est in Vrbe non debet amplius examinari; quia ritè est examinatus. Homobon. *l. c. q.* 3. *ad fin.* Et idē est si fuit examinatus ab Ordinario p Examinatores Synodales, vel quasi Synodales; quia formam impleuit.

Dubbium est si approbatio Ordinarij non esset rite facta, & attestatur factam esse rite coram Synodalibus examinatoribus quid iuris?

Resp. Garz. *in add. d. cap.* 2. *nu.* 367. putare gratiam esse validā; quia prouisio non fundatur in illa approbatione; sed solum facit, vt amplius non debeat examinari. Ego vero distinguerem.

1. Si Episcopus hoc faceret nullis examinatoribus adhibitis gratiā censeo subreptitiam. Tum quia si Papa sciuisset non concecisset. Tum quia qualitas Synodalium examinatorum est de substantia. Posset bene iuuari triennali de qua dicemus infra *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 12.

2. Si vero adhibuit examinatores: sed illi nullo facto examine dederunt schedulam approbationis

nis in illius sufficientia configi, tūc procedere posset opinio Garz. quam tenet etiam d. cap. 2. num. 369. in casu quo Papa comittit examen per clausulam si per diligentem examinationem &c.

D E 2, Plura copulatiuè requirūtur, vt examinatores verè, & formaliter Synodales existant .s. vt sint Doctores, electi in Synodo, saltem sex, personaliter in Synodo congrata legittimè, Iurati, & Sinodus sit formalis, Diocæsana, & clausa.

1. *Vt sint Doctores*, vel licentiati in sacra Theologia, vel iure canonico, patet ex Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* ibi *sint vero hi examinatores Magistri &c.* vbi Sac. Cōg. censuit necessariò examinatores eligi debere, q sint magistri siue Doctores, aut licentiati in Theologia, vel Iure Canonico, *si extēt*, Alioquin alios Clericos esse eligendos, qui ad id videbūtur magis idonei, quam declarationem subscripsit Cosmus Card. de Torres, & autenticam osseruari in Archiuio Episcopali, Alexan. testatur, Massob. *req. 11. dub. 2.* Aliæ decē referuntur à Barb. ad Trid. *num. 11.* tamen videtur essentialitas contraria consuetudine abrogata; quia ab omnibus Episcopis etiam non Doctores eliguntur in examinatores, nam in multis adest sufficientia, non gradus.

2. *Requiritur, vt sint propositi, & electi* in Synodo Diocæsana, Trid. l. c. ibi ab ea approbentur.

Declaro 1. Dupliciter proponi posse examinatores in Synodo.

1. Eorum nomina, & cognomina publicè referendo, & interogando an sibi placeant.

2. Scribendo illa in schedulis, & eas tradendo vocalibus, vt approbent, & reprobent quos maluerint; sed primus modus est magis in vsu.

Declaro 2. Massob. req. 11. dub. 7. affirmare, vt sufficiat dimidiam habere partem suffragiorum ab illis, qui vocem habent in Synodo, vt dicatur examinator approbatus, ea ratione, quia ita deciditur in Synodo 6. Mediol. Ac quia potestas Synodi residet in maiori parte Gloss. *cap. cum in cunctis de ijs quæ fiunt à maior. par.* videtur maior pars necessaria per *d. cap. cum in cunctis.* Maior autem pars est, quæ superat medietatem. Oldrad. *cons. 122. de elect.* Ideo simpliciter, & absolutè, Massob opinio facit difficultatem: sed saluari poterit subintelligendo, vt Episcopus dimidiæ parti accedat: nam licet Episcopus in approbatione non habeat votum decisiuum, potest tamen accedere vbi vota sunt paria, Trid. *l. c.* & licet loquatur de approbatione in Concursu, primū ad hoc tendit.

Declaro 3. Maiorem partem intelligi non de omnibus, qui habent

bent vocem: sed de pręsentibus, ideo si centum essent vocales, & vocati sint omnes: sed tantū 30. interueniant, sufficit maior pars præsentium. Tum quia ius vniuersitatis residet in præsentibus. Io. And. cap. in causis de elect. Tum quia cōtumacia priuat vocatos non venientes facultate dandi vocem, quia faciūt se alienos, *cap. cum nobis de elect.*

Declaro 4. Auxioma legale esse, vt ex tribus partibus duæ interuenire debeant *l. nulli, & l. seq. ff. quod cuiusq. vniuers.* Bart. *l. Omnes ff. de iust. & iur.* ad cuius intelligentiam.

Distinguo 1. Si vocati venerant ad Synodum; sed tot discesserūt ante illam completam, vt non remanserint duę partes eorum qui venerunt, tunc reuocata est conuocatio, & ita intelligitur *l. nulli,* & Bart. quia discedendo dissentiunt. Ragutius loco citando.

2. Si non venerunt, tunc potestas Synodi, Capituli, & Vniuersitatis residet penes præsentes, & de illis duæ partes requiruntur. Ric. 2. *p. resol.* 247. Fallit vbi ex particulari Statuto, vel consuetudine certus numerus esset necessarius. Addo quod si ex vocatis, aliqui præsentes vocem non dederunt, habentur pro affirmantibus per regulam iuris. Tacens habetur pro consentiente. Ragutius *tract. de voce can. q. 13. n. 2.* nisi consuetudo, vel statutum esset in contrarium.

Quid si aduenienti Parochialis vacatione non extarent Synodales examinatores, vt quia mortui sunt, vel in remotis reperiuntur?

Resp. adhiberi posse quasi Synodales idest deputatos ab Episcopo in locum Synodalium *iuxta formam Decreti Clem.* 8. Tum quia quando forma iuris præcisè seruari nequit sufficit quod act⁹ fiat eo modo, quo potest per ęquipolens *cap. quia propter de elect.* vbi Abb. Tum quia subrogati sapiūt naturam Synodalium *l. item veniunt §. cum prædixerimus de pet. hered.* Tum quia ita resoluit Rota coram Litta Placent. Parochialis 29. Nouembris 1593. Ric. 1. *p. resol.* 355. *et* 3. *p. resol.* 480. Sed si absq; forma dicti Decreti Clem. 8. aliqui simpliciter loco Synodalium adhiberentur examen esset nullū, & prouisio nulla; quia esset contra formam iuris. Garz. *p. 9. cap. 2. num. 66.*

Difficultas est valde scitu digna, & necessaria, quanam seruāda sint in deputatione examinatorum quasi Synodalium, vt legittime fiat, & *iuxta formam d. Decreti Clem.* 8. Quod habetur apud Garz. *l. c. num.* 73.

Resp. quinque.

1. Vt constet de deficientia Synodalium, quod .s. omnes mortui sint, vel absentes, vel impediti, adeo quod non adsit numerus sufficiens, Rot. coram Blanchet.

Litteran.

Littere. Archipresb. 6. Iunij 1582. ideo si sex extent examinatores non possunt alij deputari.

2. Vt proponantur, & deputētur ad minus sex examinatores vna cū antiquis Synodalibus, qui remāserunt, adeo quod potest Episcopus plures deponere; sed non minus quam sex. Tum quia ita statuitur de Synodalibus in Trid. *l. c.* ad quorum imitationem hi quasi Synodales debent proponi. Tum quia ita colligitur ex d. decreto Clem. 8. Quod ea ratione factum censeo, vt si aliqui suspecti reddantur, adsint alij.

3. Vt proponantur antiqui Synodales, qui superfuerunt simul cū alijs; quia si vnus, vel duo remāserunt debent cum alijs proponi in noua deputatione, alias nulla esset, & Concursus tam cum illis Synodalibus, quam cum nouiter deputatis celebratus esset null⁹; sed si omnes defecerunt, tunc omnes de nouo possunt deputari. Sac. Cong. apud Garz. *l. cit. num.* 83.

4. Vt proponantur, & deputentur infra annum à die vltimæ Synodi celebratę, & non à die captæ possessionis; quia Trid. quot annis Synodum celebrari præcipit, & nulla excusatione Episcopum excusari posse e. g. ignorantiæ, pestis, &c. resoluit Rot. corā Bucatto Panormitana Archipresb. 5. Iunij 1620. & ita intelliguntur omnes Rotæ, & Sac. Cong. decisiones in hac materia, vt. si subrogatio infra annum fieri debeat. Quod si vacatio Parochialis succederet anno lapso, & non extarent examinatores, *remediū est*, vel facere Synodum intra terminum sibi concessum ad cōferrendum, vel nominandum, & sic examinatores Synodales facere, vel licentiam à Sac. Cong. petere deputandi extra Synodum prout fuit concessa Episcopo Patauino, quæ fuit licentia specialis, & non ius commune, Rot. coram Litta Placentina Parochialis de Malpartida 29. Nouemb. 1593. apud Ric. *l. c.* alias Concursus esset nullus .5. vt interueniat Capituli approbatio, vt in dicto Clem. 8. decreto.

3. *Requiritur, vt in Synodo ad minus sex proponantur*; quia Trid. *d. cap.* 18. Loquitur cum dictione *ad minus*, quæ operatur, vt non liceat minorem adhibere numerum, tanto magis; quia adest decretū irritans, & annullans omnia contra formam Trid. gesta, ideo aliter examinatores electi non essent legittimi Concursus coram eis esset nullus, & collatio ad Papam deuolueretur *Constitut.* 33. *Pij V.*

Declaro officium examinatorū Synodalium, & quasi Synodalium eorumq; potestatem durare vsq; ad nouam Synodum, & expirare cum aduenerit tempus, & hora noue Synodi, & ita Sac. Cong. resol-

soluisse testatur *Tesau for. Eccl. cap. 18. num. 25.* Hic tamen distinctio adhibenda est, si enim supersint sex, vel plures examinatores elapso anno, tunc durant vsq; ad nouam Synodum, etiam si per plures annos differatur, & ita intelligitur, Garz. & plures Sac. Cong. decisiones firmantes examinatorum officium durare sẽper donec alij eligantur, vt refert Massob. *req. 11. dub. 1. & req. 12. dub. 4.* si vero lapso anno supersint pauciores, quam sex, omniũ officium, & potestas expirat; ita Sac. Cong. *super d. cap. 18.* rescripsit Episcopo Tollett.

4. *Requiritur vt examinatores proponantur personaliter*; nam eligitur industria personę, & approbari debent non solum quoad scientiam; sed etiam quoad mores, & vitæ integritatem, vt habetur in Trid. *d. cap. 18.*

Quid si eligerentur in genere e. g. propositus pro tempore, Rector talis Ecclesiæ, &c.

Distinguo 1. Approbatio tenet de tunc existentibus; quia per talem expressionem est sufficienter persona expressa, licet non exprimatur nomẽ; quod enim tacite most habetur pro expresso *l. cum quid ff. si cert. pet.* & ita declarauit Sac. Cong. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 339.* Procedit etiam si inde discederent, & postea reuerterentur ad eundem gradum, alia Synodo non celebrata; quia durat in officio. Fallit si in eo gradu quorũ nomen plures essent; quia tunc non specificaretur sufficienter, quisnam ex illis per illã qualitatem electus esset.

2. Approbatio non tenet, nec sunt legittimi examinatores successores in eo officio, & ita concursus coram eis esset nullus, neque excusaret consuetudo; nam si Ordinarij volunt facultatem eligẽdi magis idoneum iuxta formãm Concilij, debet concilium acceptare cum sua qualitate *l. neminem ff. de lega.* Garz. *l. c. num. 340. & p. 5. cap. 4 num. 181.* Et mihi casus accidit nam cum mihi facta esset collatio S. Io. Euang. Paxiani ab Eminentiss. Gypsio, & ex examinatoribus duo fuissent, qui per nomen officij electi erant. s. Regens S. Francisci, & Prępositus Theatinorũ aliquib⁹ emulis Ecclesiam impetrare conantibus coactus fui nouam à Sede Apost. expedire prouisionem.

5. *Requiritur, vt Synodus sit legitime congregata*: nam à causa nulla nullus oritur effectus ad quod tria sunt necessaria.

1. Auctoritas congregantis.
2. Modus congregandi.
3. Interessentia debitarum personarum.

1. AVCTORITAS cõgregandi Synodum requiritur; quia fine ea diceretur conciliabulum arg. *cap. multis d. 17.* & residet post Papam in tribus alijs; & in primis

mis Synodi celebrationem cuiuscumq; appellationis prętextu impediri non posse decisum refert, Barbos. ad Trid. *sess.* 13. *cap.* 1. *de ref. num.* 7.

1. In Episcopo, & per se, & per aliũ; quia Episcopus facit Synodum ex iurisdictione, Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *de ref.* ideo non requiritur licentia Papæ, nec alterius, Gloss. Archi. & Gemin. in sum. *d.* 17. Immò Princeps impediens, punietur vti Tirannus, & si in ea essent hæretici propulsandi, haberetur tanquã hæreticus. Bott. de Syn. *p.* 1. *q.* 7. *num.* 48. Procedit si sit electus, & confirmatus quãdo per viam electionis creatur, vel si sit prouisus à Papa, cuius prouisio habet vim electionis & confirmationis, etiam ante cõsecrationem; quia confirmatus potest administrare. Belencin. *de char. subsidio q.* 66. *num.* 27. dummodo tamen Bullas expedierit. Extrauag. iniunctæ de elect.

2. Auctoritas residet in Capitulo Sede Vacante, & non solum potest; sed debet. Bott. *q.* 6. *nu.* 40. Hoc tamen fieri debet per Vicarium Capitularem, Sac. Congr. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. In Vicario autem Episcopi requiritur speciale mandatum. Sbroz. *lib.* 2. *q.* 96. Nec hodie potest Prouincialem celebrare Capitulum Metrop. Barb. ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *de ref. num.* 5.

3. Auctoritas residet in habentibus speciale priuilegium, vel cõsuetudinem, vt in aliquibus Prelatis inferioribus iurisdictionem Episcopalem habentibus, Barb. ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *num.* 10.

Sed hic quinque dubitationes sunt explicandæ.

1. *Quoties celebrari debeat. Vbi.*
3. *Quando.*
4. *Pœna non celebrantis.*
5. *Pœna non accedentium.*

Ad 1. Resp. regulariter semel in anno. Prouinciales verò singulo triennio. Trid. *sess.* 24. *num.* 2. *de ref.* vbi licet in plurali dicatur *Synodi Diœcesanæ quot annis celebrantur*, hæc verba non ad plures Synodos; sed Episcopos referuntur. Potest bis in anno celebrari, & etiam pluries in tribus casibus.

1. Ex causa *Capitulo habeatur d.* 18. Gloss. *cap. si Episcopus de off. Ord. in* 6.

2. Quando prouincialis Synodus statim post diocesanam fuisset celebrata; quia infra sex menses debet iterũ diocæsana celebrari & in ea decreta prouincialia publicari *cap. fin. d.* 18. alias Episcopus negligens excommunicatione duorum mensium spatio vulneratur *cap. decernimus d.* 18 *cap. quando in fine d.* 38. Vbi consuetudo esset, vt pluries celebraretur, sicut è contra potest aliquãdo intermitti. Vgol. 2. *p. cap.* 48. *num.* 4.

Ad 2. Resp. regulariter in diocæsi, & in

& in quocunque loco diocæsis id fieri potest de iure *cap. Abbates*, vbi Gloss. 18. *q.* 1 2. & non solum in Ecclesia, sed etiam extra, ex generali tamen consuetudine fit in Ecclesia maxime ꝓpter missam Spiritus Sancti. Botteus *p.* 1. *q.* 9. *num.* 56. Immò potest etiam extra diocæsi celebrari; qa est de lege iurisdictionis, quam Episcopus potest sēper in suos subditos exercere; duo tamen requiruntur.

1. Licentia Ordinarij loci.

2. Iusta causa e. g. pestis hostium, &c. Hosti. & Butr. *cap. ex tuorum de auct. & vsu pal.*

Ad 3. Resp. non esse in iure temp⁹ determinatum, nisi de illa, quæ celebrari debet post prouincialem. f. inde sex menses, ibi noto duo.

1. Sex menses incipere tantum post reditum à Synodo prouinciali; quia reditus tempore, censetur impeditus, DD. *cap. decernimus d.* 18.

2. Sac. Cong. declarasse Concilia Prouincialia publicari nō debere Inconsulto Romano Pontifice. Tandem Conf. Basil. sess. 25. statuit, vt diocæsanæ Synodi celebrentur post octauam Resurrectionis; sed quia non fuit acceptatum, & Trid. nihil disposuit id erit arbitrarium. Consulit tamen Bott. 1. *p. q.* 8. Fieri debere extra ieiunia, festa, hiemem, ingentes calores, & fructuum recollectionem.

Ad 4. Resp. omittentem celebrare Synodum suspensum esse ab executione officij *cap. sicut in fine de accus.* non ipso iure, sed quia potest per sententiam suspendi, Sac. Cong. 27. Martij 1590. Nō solum per Papam; sed etiam per Archiepiscopum *cap.* 1. *dist.* 34. quia potest Archiepiscopus censuras in suffraganeos suos infligere, non tamen Episcopatibus priuare. Franc. *cap. fin. de except. in* 6. Metropolitani negligentes conuocare Synodum Prouincialem excitantur à Papa, Sac. Cōg. Episcopo Hispal. Peccatum autem erit mortale, si notabilis erit negligentia.

Ad 5. Resp. posse, & debere excōmunicari, *cap fin. d.* 18. *& cap. super his de ma. & obed.* Quia peccatum est graue contra obedientiam, & subiectionem Prelato debitam. Procedit tam in non venientibus, quàm in venientibus Synodo absoluta, *cap. si Episcopus, & cap. placuit d.* 18. si tamen venirent ante dimissionem, non punirentur; quia impediti præsumuntur *arg. l. diu. de rest. in integ.* Item procedit in illis, qui ante finitam Synodum discesserūt sine licentia; quia non dicitur venisse, qui non stetit. Gloss. *cap. cupientes S. quod si de elect. in* 6. Fallit si aliqua legittima causa excusatentur, vt exemptione, morbo, censura publica, & alijs, de qui-

quibus Bot. *p.2.nu.46.* Præscriptio non est causa sufficiens; quia in Synodo præstatur obedientia, & Cathedraticum, quæ præscribi nequeunt, *cap. non liceat de ma. & ob.*; potest bene induci præscriptio, vt alteri præstentur. Bot. *p.2. num.* 40.

2. MODVS legittimè congregãdi Synodum est duplex.

1. Per ædictum publicum, quod habet vim citationis arctatiuæ, & constituit in contumacia non venientes, & discedentes sine licentia, Abb. & Fel. *cap. cum omnes de const.*

2. Per litteras speciales Episcopi, vbi duo nota.

1. Sufficere vnicam citationem, vel vocationem. *Mastob. de Synod. cap. 2. dub. 7.*

2. Posse Episcopum abreuiare, vel prorogare Synodum, quia potest vnam, vel plures sessiones facere. Pontif. Rom.

Insuper hic notare oportet, Episcopum posse indicere Synodum, & constitutiones facere Synodales absq; consensu Capituli, debet tamen illius consensum requirere: sed illud sequi non tenetur, nisi in casibus in iure expræssis, Sac. Cõg. Conc. Oriol. 27. *Martij* 1632. *ad* 14. *&* 15. cuius originale vidisse testatur, Barbos. *in Collect. Bull. u. Synodus.*

3. INTERESSENTIA debitarũ personarum, quę sunt duplices, i. quædam vt caput, vt Episcopus, vel alius ex speciali facultate, *cap. Episcopus* 35. *qu.* 6. Ideò neq; Vicarius Generalis posset sine speciali mãdato, Sbroz *lib.* 2. *q.* 46. quædam vti vocales. i. vocẽ habẽtes in Synodo à quibus fit examinatorum approbatio, & hi cogantur venire, suntq; multi.

1. Abbates, & alij Prælati habentes populum, vel curam, aut iurisdictionem, etiam si essent exẽpti, *cap. ex ore de priuil. cap.* 1. *vbi* Gloss. *de priuil. in* 6.

Fallit 1. Si essent specialiter priuilegiati, vt non teneantur venire, *cap. quoniam de priuil.*

Fallit 2. Quando essent in possessione, & præscripta consuetudine non veniendi.

Fallit 3. In Abbate Monaco Monasterij, cui iminet Cura, vbi exercet per Vicarium, quia sufficit illum mittere, Barb. ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *num.* 30. *de ref.*

2. Habentes curam animarũ quocunque modo, vt Rectores, etiã si essent Canonici Vicarij, & etiã regulares, *cap. quod super his de ma. & obed.* Vgol. 2. *p. cap.* 48 §. 1.

Procedit etiam in illis, qui sunt nullius diocæsis Sac. Cong. referente, Vgol. *l. c.* Negat Nau. *consf.* 12. *de ma. & obed.* Conciliantur, vt prima sit vera, quando visitantur ab Episcopo, alias secunda.

3. Canonici Cathedralis Ecclesiæ, qui sunt de necessitate vocandi: sed solum de honestate cogũtur

R interess-

intereſſe ſecundum Bott. *p.2. nu.* 24. Limitat.

1. Quādo ageretur de negotijs eos tangentibus.

2. Quando haberent iuriſdictionē dependentem, vel reſortiſſantem ab Epiſcopo. i. quando appellaretur ab eis Epiſcopum, vel iuriſdictionem communem cum Epiſcopo haberent. Ratio eſt: quia Canonici in his, quæ ſunt Iuriſdictionis communis, ſunt coniudices, ſicut Epiſcopi in Synodo Prouinciali, ideò venire debent. Ric. *3. p. praxis reſol.* 446. *ad fin.* Addo Canonicos habentes populum, vel Curam animarum teneri ad Synodum accedere, etiam ſi ſint exempti, *Ric. l. c.* Extra prædictos caſus. ſ. Iuriſdictionis reſortitantis, communis, & Curæ animarum, Canonici, & Capitulum vocandum eſt de neceſſitate, *cap. vlt. de his, quæ fi. à Pral.* Sed ſecundum *Ric.* ſolum de honeſtate accedere tenētur, & de conſilio: tamen verius eſt etiam de neceſſitate; qa Sac. Cōg. Conc. Amerien. 24. *Aprilis* 1632. Statuit Canonicos recuſantes, ab Epiſcopo cogi poſſe accedere etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, nam agitur ibi de tangētibus Canonicos ſimplices. Poteſt benè Capitulum comparere per nuntium de Gremio Capituli. Quod ſi fiat extra Cathedralem, omnes Canonici non debeat accedere; nam pars remanere debet pro Eccleſiæ ſeruitio Sac. Cong. *Vercellen.* 10. *Aprilis* 1594. Barboſ. *de pot. Ep. alleg.* 93. *num.* 11. cuius occaſione remanet etiam firmatum Epiſcopum poſſe Synodum Congregare; ad illamq; omnes teneri accedere, non ſolum in Ciuitate: ſed etiam in qualibet parte Diocæſis; nam præterquamquod, ideſt de Iure communi, patet etiam. Tum ex Rubrica Pontificalis de Synodo, vbi diſponit Congregari poſſe, vbi Epiſcopus ordinauerit. Tum ex Praxi; Archiepiſcopus enim Compſanus pluries Synodum celebrauit in Caſtro Sancti Mennæ. Epiſcopus Spoletanus Nurſiæ, & alij in alijs locis. Fallit ſi non daretur tutus acceſſus, & ſi alijs iuſtis de cauſis quis accedere excuſaretur, de quibus, Bot. *de Synodo p.* 2. *num.* 56.

4. Canonici Colleggiatarum in caſibus prædictis de Canonicis Cathedralis.

5. Habentes beneficia ſimplicia in Diocæſi, licet alibi habitent, quando tamen tractatur de reformatione morum, de concernentibus vniuerſum Clerum, & de gubernatione beneficiorum. Vgol. *l. c.*

Sed an cogi poſſint Parochi nullius Diocæſis ad Synodum ab Epiſcopo viciniori. Affirmant Piaſce, *cap.* 2. *num.* 2. Sell. *in ſelect. cap.* 25. *nu.* 33. vbi idem dicit de Clericis nullius Diocęſis; quia Epiſcopus vicinior viſitat.

visitat. Negat Sayr in flor. *tit. de off. iud. ord. decis.* 11. quia diuersa sunt Ius visitandi, & ad Synodum vocandi.

6. Sacerdotes simplices, & existentes in sacris, quando .s. agitur de reformatione, vt dictum est, secus de minoribus beneficia non habentibus. Vgol. *l. c.* Omnes tamen, qui venire non tenentur aliquando cogi possunt.

1. Qñ ag ẽ de morũ reformatione.

2. Quando sunt publicanda decreta Concilij Prouincialis, & ita intelligitur regula tradita p Inno. Io. And. & Zab. quod ad Synodum totus Clerus est vocandus, Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *de ref.*

7. Omnes, qui accedere solent ex consuetudine *cap fin.* 18. *qu.* 2. & sicut ad consuetudinem contra ius requiruntur 40. anni in hac, quæ est præter ius sufficiunt decem DD. *cap. fin. de consuetudine.*

Vltimo laici, qui aliquando admittuntur de congruentia, cum tractatur de morum correctione; sed non de necessitate; quia sufficit, ꝙ decreta illis per Clericos nũtiẽtur; & ideo laici vocẽ ibi nõ hẽnt, Mallob *de Synod. c.* 2. *dub.* 3.

Sed an, qui accedere coguntur, id possint per procuratorem? Plures affirmãt p per regulam qui per alium facit de reg. iuris in 6. & talis videtur vius. Masslob *l. c dub.* 6. Ego vero quoad approbationem examinatorum contrarium censeo, nisi in mandato speciali expressa facultas daretur approbandi determinatas personas. Tum quia eodem iure præcipitur approbatio examinatorum in Synodo, & concurrentium in Concursu. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* Sed approbatio cõcurrentium fieri debet ab ipsis examinatoribus. Tũ quia cum eligatur industria personæ nequeunt eligi in genere, vt dictum est supra req. 4. eadem ratione nec dari potest facultas illos approbandi in genere. Tũ quia, quando scientia requiritur in approbante, adesse debet specialis expressio, ideo potest positionibus responderi per procuratorem: sed debet specialiter in mandato exprimi, id quod debet fateri, vel negare *cap. fin. de confess. in* 6. sed approbans examinatores debet habere notitiã de illorum vita, & scientia, Trid. *l. c.* Ergo debent in mãdato expresse nominari personæ approbandæ, alias nulliter fieret approbatio, si illius vox necessaria esset ad numerum requisitum. Dixi *Interessentia*; quia non est necessaria approbatio. Idem noto, Episcopum posse facere Constitutiones in Synodo absq; consensu Cleri, licet in Pontificali dicatur, qñdo approbẽtur per verbum *Placet* Sac. Cong. 27. *Aprilis* 1592. debent esequire Consilium Capituli; sed non sequi, nisi in casibus in Iure expressis. s qñ ageretur de Capituli interesse, in

alienatione rei Ecclesiæ, quando minueretur Ecclesiæ auctoritas, & in causis Criminalibus Canonicorum; quia requiritur assistētia duorum de Capitulo Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. qui quot annis eligantur Sac. Cong. apud Piasec. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 8.

6. *Requiritur vt examinatores electi iurent* ad Sancta Dei Euangelia se quacunque humana affexione post posita fideliter executores munus suum. Trid. *d. cap.* 18.

Declaro 1. Duo copulatiue requiri pro forma hic adeo, quod altero deficiente Concursus postea esset nullus.

1. Vt examinatores dictum præstēt iuramentum, antequam officiū exerceant. Rot. coram Mantic. Forosempronien. Parochialis 15. *Ianuarij* 1593.

2. Vt iuramentum præstetur ad sacrosancta Dei Euangelia; quia ita in Trid. præcipitur. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 356. & Sac. Cong. cēsuit sine iuramento concursum nullum, nisi à Papa cum validetur. *Ita* in vna Bisig. vt Barb. ad Trid. *d. c.* 18. *num.* 112.

Declaro 2. *Iuramentum* hoc præstari posse etiam extra Synodum in manibus Ordinarij, vel Notarij, Rot. coram Corduba Parochialis Fanen. 28. *Iunij* 1596. Garz. *l. c.*

Vltimo requiritur, quod sit Synodus formalis, diœcesana, & perfecta, siuè conclusa.

1. *Formalis*; quia non sufficit congregare Clerum ad effectum tātum eligendi examinatores, vt notat Masob. *req.* 15. *dub.* 1. nam debent decreta, Trid. publicari, fidei professio emitti, & Constitutiones Synodales legi saltē quātum ad substantialia: nam per extensum non sunt necessario legēdæ; Monitiones autem, quæ fiunt in Synodo videntur de forma. Bott. *p.* 3. *num.* 34.

2. *Diocæsana*, nam in Prouinciali non possunt eligi examinatores; quia Trid. cap. 18. præcipit, vt in Diocæsana eligantur.

3. *Conclusa, & perfecta*, alias examinatores non essent legittimi, & Concursus coram eis esset nullus. Rot. coram Pamphilio Parochialis 29. *Aprilis* 1591. *Thes. for. Eccl. cap.* 9. *nu.* 15. & *cap.* 16. *num.* 14. Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *nu.* 89.

Declaro 1. Synodum clausam dici, dum negotijs expeditis Notarius legit nomina absētium sine iusta causa, & Episcopus illos cōtumaces pronunciat, deinde fiūt acclamationes pro gratiarum actione, & singuli ad osculū pacis accedunt, & tandem Archidiaconus, conclusam Synodum dimitti clamat, vt in Pontificali.

Dubbiæ quæstionis est an sit necesse, vt Synodi decreta à Sede Apostolica approbentur?

Vbi distinguo. Si loquimur de Prouincialis Synodi decretis, ea sūt ante

ante publicationẽ prius à Sum. Pont. approbãda, ita Sac. Cong. in vna flor. apud Massob. *de Synodi cap. 2. dub. 5.* secus de decretis Synodi diocęsanæ. Laudandi tamen sunt Episcopi, qui hoc faciunt, ita Sac. Congr. Episcopo Host. apud Piasce *p. 2. cap. 2. nu. 11.* Ita facienda est fidei professio, de qua infra *sect. 3. cond. 8.*

Declaro 2. Multa in Synodo fieri non de necessitate, sed de congruentia, & solemnitate, vt Missa de Spiritusãcto, Psalmus *saluũ me fac*, Letaniæ, sermo, quod Episcopus sit Pontificalibus indutus, nec non sedere per ordinem de quibus differit, Massob. *d. ca. 2.*

Declaro 3. Ordinem seruandum in sedendo quoad præcedentiã in Synodo tradi per Bott. *p. 3. à num.* 10. per 16. gradus, vbi inter cætera secundum locum assignat Abbatibus. s. Primum post Episcopum, verum quia hic locus debetur Vicario generali, ideo, Massob de Synod. *cap. 4. dub. 6. num.* 41. ait à Botteo dictũ fuisse loquendo de his, qui interesse debent, sed Vicarius nõ cogitur. At neq; ista responsio satisfacit; nam Capitulum Cathedralis pręcedit Abbatibus, etiam vsum Mitræ habentibus per ea, quæ dicuntur infra *p. 3. cap. 6. reg. 2.* ideo breuiter ordinem statuunt.

Primus locus debetur Episcopo, vti capiti *ang. cap. nouit de his, quæ fi. a Prał.* Sedere autem in loco eminentiori est maioris dignitatis signum, & maioritatem significat, *cap. solite*, vbi Imol. *de ma. & obed.*

2. Locus assignatur Vicario generali; & de hoc absente Episcopo nullum est dubbium; quia immediate rapræsẽtat Episcopum, qui vices suas demandare potest Seraph. Placent. Cathedrę 14. *Ian.* 1572. Immò censetur eadem persona cũ Episcopo. Nau. *cons. 3. de ma. & obed.* ideo tam quam Episcopus est honorand', sicut locũ tenens Patriarchæ, sicut Patriarcha, *cap. præcipimus d. 93.* Et licet *cap final. de off. de leg. & de off. ord. in 6.* & alibi semper primo nominetur Abbas post Episcopum; ex priori autem nominatione maior dignitas arguatur, vt notat, Gloss. *cap. bone d. 96.* hoc est, quia canones non faciunt mẽtionem de Vicario; sed continetur sub nomine Episcopi. Sbroz *lib. 2. qu. 43. num. 29.*

At præsente Episcopo, Rot. coram Coccino Cæsaraug. Synodi 13. *Februarij* 1626. & 22. *Iunij* 1626. resoluit quod Vicarius non potest interponi inter Episcopum; & Capitulum; quia iure naturali prohibentur membra à capite separari *cap nouit de his quę fiunt à Prał. cap. 1. d. 12.* ideò statuit digniorem locum Capitulo deberi pro vt infra *p. 3. cap. 6. reg. 2.* vbi datur limitatio, Vicarius tamen

non

non cogitur Synodo interesse cap. decernimus d. 18. vid. Ric. 1. p. resol. 557. nu. 6.

Sed quid dicemus ad declarationē Clem. 8. & Sac. Ritt. Cong. apud Ric. 1. p. resol. 557. s. Vicarium Episcopi debere in Synodo præcedere omnes dignitates, & Canonicos, & die 28. Nouembris 1595. teste Gallo cons. 62. num. 13. Vicarium Generalem, tàm absente, quàm presente Episcopo præcedere debere Canonicos & Dignitates in Ecclesia Choro, & extra in processionib⁹, ac omnibus alijs actibus publicis, & priua is, & etiam in Synodo?

Resp. vel loqui vbi talis adest consuetudo, prout per aliam Sacr. Cong. declarationem liquet obtentam ad supplicationem Episcopi, & Capituli Alexand. 1608. quæ habet standum esse consuetudini, vt Vicarius thurificetur ante Canonicos. Vel dicitur Coccini decisiones saltem applicari, vt alius præter Vicariū nequeat inter Episcopum, & Capitulum interponi, vt clare in 1. decis. alleg.

3. Locus assignatur Capitulo Cathedralis ratione cōnexitatis cū Episcopo per prædictas Coccini decisiones. Inter capitulares autem præcedunt dignitates iuxta consuetudinem distinctas, deinde Canonici, ideo Sac. Congr. apud prax. Neap. cap. 52. ad fi. ē declarauit functiones Episcopales Episcopo absente, vel impedito spectare ad 1. dignitatē, ea īpedita ad 2. successiue ad 3. vel 4. & omnibus dignitatib⁹ absentibus, vel impeditis ad 1. 2. vel alium Canonicum ordine prædicto. Idem rescripsisse Episcopo Alexand. de functionibus, & de assistentia præstanda Episcopo celebranti testatur, Mascob. de Synod. cap. 4. dub. 6. num. 72. Neque prima dignitate impedita functiones pertinent ad Canonicum Hebdomadarium, nisi ex defectu superiorum illi tangerent Sac. Cong. Ritt. 15. Martij 1608. & 8. Maij 1621.

Distinctio tamen est adhibenda. Si adest consuetudo immemorabilis quando ad Canonicum Hebdomadarium spectent, vel ad Archipresbyterum, licèt non sit prima dignitas, seruāda est, quæ non tollitur per Ceremoniale. Sac. Congr. Rit. Alten. 23. Ianuarij 1602. & Metropolitana 3. Septemb. 1616. Sed donec legittima probetur Consuetudo, prima dignitas debet manuteneri. ead. Sac. Cong. Hydruntina 30. Aprilis 1616. Alias consuetudine deficiēte ad primā pertinet dignitatem. Tria tū requirūtur.

1. Vt p. dignitas, vel illa ad quam in primæ, vel alteri⁹ defectu spectat, sit in ordine Sacerdotali. Sac. Cong. Rit. Callien. 18. Ian. 1605. Brundusin 11. Iun. & 16. Iulij 1605. Tuenen. 21. Martij 1609. Aretina 30. Ian. 1610.

Alexan-

Alexandrin. 18. Aug. 1618. *Messan.* 23. Ian. 1621. & alibi, vt refert Barbof. *Collect. Bullar. n. dignitas*.

2. Vt per se cantet Missam, deferat SS. Sacramentum, vel alias functiones faciat; potest .n. ex sua voluntate: sed non cogitur eas functiones absente Episcopo facere, Sac. Cong. Rit. *Regien.* 9. Decemb. 1600. Non tamen si nolit, poterit alterum subrogare, ead. Sac. Cong. *Andrien.* 21. Decemb. 1601. & 9. Maij 1606. & *d. Alexand.* Immò neq; Episcopus impeditus potest eas Canonico sibi bene viso delegare; q̃a ad primam spectant dignitatem ead. Sac. Cong. *Algaren. & Brundusin* 20. Decemb. 1601. & *Hydruntina* 25. Septemb. 1621. Et Vicarius Generalis, neq; Episcopo absente, neq; Sede vacante potest eas functiones facere. Sac. Cõg. Rit. *Brundusin.* 15. Iun. 1605. & 16. Iulij 1605. *Baren.* 19. Ian. 1608. *Andrien.* 9. Maij 1606. *Alatren* 22. Ian. 1618. etiam si Vicarius sit ab Apostolica Sede cõstitutus, ead. Sac. Cong. *Brundusin.* 15. Feb. 1614.

3. Vt prima dignitas, si velit functiones Episcopales facere cantet Missam Conuentualem, aliàs pertinebunt ad subsequẽtes ordine prædicto cum eadem conditione, Sac. Cong. Rit. *Baren.* 19. Ian. 1608 *Aretina* 30. Ian. 1612. *Tirasson. & Neritonen.* 1. Martij 1614.

4. Locus assignatur Abbatibus, qui sedendo immediate post Capitulum Cathedralis, quod est vnum corpus cum Episcopo censentur sedere immediatè post Episcopũ iuxta *cap. final. de off. de leg. in 6.* Inter Abbates exẽpti præcedunt non exemptos *cap. vt Apostolicæ de priuil.* Priores, vbi sunt, ponuntur ante Plebanos.

5. Locus datur Canonicis Collegiatæ; quia cum dicantur Clerici secundi ordinis, præferruntur Curatis Inno. *cap. fraternitatem de sepul.*

6. Locus assignatur Plebanis, & Archipręsbyteris ruralibus, cum declaratione data infra *p. 3. cap. 6. reg. 4. declar. 8.*

7. Locus datur Curatis, & Rectoribus Parochialium iuxta eorum antiquitatem *cap. statuimus de ma. & obed.* Hic tamen notandum est in aliquibus locis, vt Arimini vigere consuetudinem, vt Parochi Ciuitatis pręferrantur semper, & Parochis, & Plebanis ruralibus.

8. Locus assignatur Vicarijs perpetuis Parochialium, vt dicitur infra *p. 3. cap. 6. reg. 4. decl. 1.* vbi vide etiam de coadiutore *decl* 7.

9. Locus datur beneficiarijs simplicibus iuxta anzianitatem.

10. Locus datur alijs Clericis sæcularibus simplicibus, qui regularibus præferũtur, vt *d. cap 6. reg. 1.* & inter ipsos potest ordo dari.

1. Secũdum officia, vt Vicarij amoui-

monibiles præcedāt nullum habentes officium.

2. In his prioritas ordinis,& maioritas seruetur per ea, quę difusè dicuntur *d. cap.5. per tot.*

11. Locus datur monachis, & regularibus, quando interuenire debent.

Sed pulchre quæro an regularis, qui inseruit Archipræsbyterali Ecclesiæ annexæ monasterio præcedat Rectores, vti Archipræsbyter?

Resp. Si aliqua adsit consuetudo, eam seruandam esse per *trad. d. cap.6. reg 6.* Sed seclusa consuetudine negatiue respondeo. Tū quia cū sit ammouibilis, & alieno nomine Ecclesiam gubernet est inferior: nam ius potentius habet, q nomine proprio regit, quam qui alieno; *Iason l.more ff. de iurisdictione omnium iudicum.* Rub. *in suis sing. ad decis.* 127. Lācell Tum quia procurator in Synodo non debet habere locum principalē. Rot. coram Coccin Cæseraugust. Synodi 22. Iunij 1616.

Vltimus locus datur laicis quando veniunt, vt sup. *req.5. de intereßem.*

Examinatorum numerus.

Cond. III.

VIDIMVS examinatorum creationem, modo illorum vsum videamus, & potissimum duo.

1. Quot examinatores debeat, & possit Episcopus in Concursu adhibere.

2. Quando eos debeat vocare.

DE 1. Tres saltem examinatores in singulis Concursibus sunt necessarij; qa ita traditur pro forma per Trid. *sess.24. cap.1. de ref.* ideo cum minori numero Concursus esset nullus; quia adest decretum irritās, & clausula annullatiua omnium, quæ fiunt in Concursu contra formam Trid. *const.33. Pij V.*

Sed dicet quis Sac. Cong. de anno 1577. ad petitionem Capituli Tolettani Sede vacāte apud Gar. *p.9. cap.2. num.8.* censuit sic. *Si ex sex examinatoribus aliqui intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi vna cum Vicario ad superstites, etiam si vnus tantum superesset, spectabit eo anno durante,* Ergo etiam cū vno examinatore poterit aliquando Cōcursus celebrari. Resp. in dicta declaratione non concedi, vt examen Cōcursus celebrari possit cum minori numero examinatorum, cū expresse prohibeatur à Concilio: sed mandari, vt superstites examinatores necessario probentur à Capitulo, etiā si vnus tantum superesset, quando supplebitur vsq; ad numerū sex deputando quasi Synodales iuxta formam traditam in superiora

riori conditione *req. 2. nu. f. quid si adueniente.*

An autem Ordinarius post in Concursu plures Synodales, quam tres adhibere?

Resp. affirmatiue; quia Trid. vetat minorem numerum, non maiorem ibi *ab examinatoribus nō paucioribus, quam tribus.* Et ita resoluit Sac. Cong. apud Garz. *p. 5. cap. 9. num. 52.* his verbis. Non esse decisum præcisè, vt examinatores sint tres: quod non possint adesse pauciores trib'. Ideo Trid. non statuit precisè, vt sint tantum tres.

Quid si beneficia essent modici valoris? Resp. etiam in illis seruandam esse formam huius numeri examinatorum, vt refert decisum. Gallet. *u. Beneficium,* Barbos. ad Trid. *d. cap. 18. num. 85. & 88. supra p. 2. cap. 1. cond. 1. D.* An autem possint adhiberi non Synodales cum Synodalibus vide in superiori conditione in princ. ad 1.

D E 2. Massob *req. 2 dub. 11.* putat examinatores pro Concursu nominandos esse ab Episcopo priusquam proponatur edictū; quia Trid. statuit, vt Clerici nominentur coram ipsi examinatoribus; nominatio autem debet fieri tempore edicti. Ego puto id ex Ordinarij arbitrio pendere, ita vt sufficiat etiam examinatores eligere ea hora, qua vult Cōcursum celebrare; quia Trid. pro forma requirit, vt tres saltē examinatores adsint, & examinent *in Concursu* cum officium eorum consistat in ipso examine. Ad rationem Massob. dico Cōcilium ibi loqui. de nominatione, quam Episcopus facit immediatè ante Concursum, dum singuli vocantur, vt examen subeāt; nam antea fuerunt iam descripti coram Notario, vel Episcopo modo dicto supra *cap. 3. cond. 5.* & ita habet vniuersalis Praxis, & consuetudo, quæ est optima legum interpres.

An autem Episcopus ipse examinare debeat vide supra *cond. 1. ad 2.*

EXAMEN.

Cond. IV.

FACTIS preparationibus actuale certamen est ineundum, ideò

1. Examinis necessitatem.
2. Formam discutiemus.

D E 1. Necessitas huius conditionis clare liquet tum ex verbis Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* ibi *examinentur,* Tum ex fine aliarū cōditionum omnes enim ad hanc tendunt. Et hat examen, sine quo collatio est nulla, & Parochialis vacat ac Papæ reseruatur iuxta const. 33. Pij V. Put. *lib. 1. decis. 338.* forma enim non seruata actus corruit. Fel. *cap. cū*

dilecta de rescript. Addo quod p̄dicta examinis forma non seruata nequit beneficium acceptari, nec acceptatum retineri. Mol. *de iust. to. 1. tract. 2. d. 81. circa fin.* nam sic prouisus non est tutus in conscientia, Couar. *req. peccatum p. 2. §. 3. num 9.*

Ampliatur primo, vt dictum examen omitti nequeat etiam si Episcopus vellet Parochialē conferre personæ insigni quantumcunq; doctæ, & benemeritæ, etiā notorie. Fusc *de visit. lib. 2. cap. 5. num. 10.* Cænedus *coll. 15. ad d. decretum num. 5.* Garz. *p. 9. cap. 2. num. 102.*

Ampliatur 2. Vt dictum examen omitti nequeat, etiam si Parochialis conferretur Doctori, vel licentiato in Theologia, vel iure Canonicō, etiam in publica vniuersitate graduato, Garz. *gloß 4. num. 90.* Less. *lib. 2. cap. 34. nu 82.* & alios plures, vide apud Barb. ad Trid. *seß. 7. cap. 13. num. 28.*

Ampliatur 3. Vt examen per Concursum omitti nequeat, etiam si Episcopus vellet Parochialē cōferre Vicario Generali Sac. Cōg. apud Ric. 1. *p. resol.* 351. idem si alteri in quacunque dignitate constituto.

Ampliatur 4. Vt examen per Cōcursum subire debeat etiā alias approbatus non solum ad ęqualem Ecclesiam: sed etiam ad maiorem, si modo minorem consequi procuraret; quia examen p̄ forma traditur, & regula, quod semel approbatus, non sit amplius examinandus intelligitur in beneficijs simplicibus, non autem in curatis, Homobon. *p. 1. exam. tract. 2. cap. 3. q. 31.* neque in alijs casibus regula illa tenet vbi pro forma examen requiritur de q̄bus *p. 1. cap. 5. p. 4. req. 3. ex p. Episc.*

DE 2. Nulla examinis forma est à iure præscripta, ideo diuersæ Ecclesię diuersas habent consuetudines. Romæ ob magnū numerum omnes concurrentes simul examinātur; Ordinarij vero regulariter sigillatim examinantur.

Sed super quibus fit examen?

Resp. super tribus.

1. Super latinæ linguæ intelligentia in declaratione Concilij, vel Cathechismi, vel Epistolarū D. Pauli, vel alterius libri pro Episcopi arbitrio vnà cum summario declaratorum vnde apparet an verè intelligant.
2. Super prædicatione proponendo Euangelium, & exponēdo an sciant elicere prædicationis materiam, vel materias, & specialiter ex quibus Euangelij verbis.
3. Super quæstionibus casuum cōscientiæ, tam omnibus Ecclesiæ communibus, vt de Sacramentorum administratione de censuris, de pręceptis, & huiusmodi, quam proprijs quorundam locorum, vt vbi sunt hæretici de fide,

fide, & fidei articulis, vbi sunt mercatores de contractibus, & vsuris, &c.

Declaro 1. Optimum esse in examine oppositiones adhibere, vt notum sit, an concurrentes diuinentur, vel fundamentaliter, & rationibus innixi respondeant.

Declaro 2. Examinatores mortalis peccati, atq; periurij labe inquinarij, qui concurrentes præmonerent de quibus eos essent interrogaturi, est .n. error in re graui cõtra grauem prohibitionem, & rectam mentem, Trid. & in tertij præiudicium, ideo in diuersis locis plures inflictæ sunt pœnæ propter hoc, tum arbitrariæ, tum censurarum. Possent excusari si bona fide in genere docerẽt materias casuum consciẽtiæ, Homobon. *tract.* 1. *cap.* 4. *qu.* 19. Quando autem examinatores aliquid pro examine recipiẽtes incurrant priuationem beneficiorum vid. supra *sect.* 1. *cap.* 2. *cond.* 9. *decl.* 1.

Declaro 3. In simplicibus tam rigorosum examen non adhiberi, nam præter lattinam intelligentiam sufficit aliqua interrogare de Horis Canonicis, de fructuũ beneficiorum expendendis, de recta intentione in consecutione beneficij, de celebratione iuxta mentem fundatoris. Si sit Canonicus sciscitari quid nominis, & quid rei, an sit dignitas, quomodo absentes lucrentur distributiones, quæ præsentia in choro sit necessaria, & huiusmodi de quibus infra *p.* 3. *cap.* 4. & Homob. *in op. de exam. in tres partes.* In ordinibus requiritur approbatio, & descriptio, aliàs posset excommunicari: sed examen potest omitti, & si est dignus non peccat: sed si est indignus peccat, & debet deponi *cap. si qui sine examin. d.* 81. Sil. *u. ordo* 2. *num.* 2. Ric. 2. *p. resol.* 371.

APPROBATIO.

Cond. V.

POST sumptas informationes; iudicium proferrendum est, ideo post examen sequi debet approbatio, vel reprobatio, & patet ex verbis, Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* ibi *peracto examine debebunt examinatores renũciare quotquot ab eis idonei, &c.* Huiusq; omissio reddit Concursum nullum. Tum qa traditur pro forma. Tum quia collatio fieri debet vni ex approbatis, ergo necessaria est approbatio, de qua quinque videbim.

1. Qualitatem.
2. Tempus.
3. Modum.
4. Numerum votorum.
5. Accessum.

DE 1. Qualitas approbationis ea necessaria est, vt non sit solum

quoad scientiam: sed etiam quoad ætatem, & mores. Tum quia
B. Trid. *l.c.* id præcipit, relicta postea dignioris electionis Episcopo. Tum quia ita censuit Sac. Cong. referrente, Garz. *p.5.cap.7.num.11. & cap.8.num.87. & p.9. cap.2.num.104. & seq.*

Quod si approbatio fieret, quoad scientiam, & non quoad mores, & alia necessaria, non diceretur approbat⁹, & collatio illi sequẽs nulla esset. Rot. coram Robust. Casalen. Parochialis 1586. in terminis apud Garz. *l.vlt.cit.*

Declaro 1. Approbationem faciendam ex scientia, quæ ex publico scrutinio constat; quia iudex, & publica persona iudicare debet iuxta allegata, & probata, ideo examinator non tenetur approbare illum, quem scientia priuata nouit idoneum, si in publico examine minus idoneus deprehendatur, non peccaret tamen approbãdo. Homobon. *l.c.q.20.*

Declaro 2. Non licere reprobare illum, qui in publico examine idoneus reperitur licet in sacramentali confessione tantum in-
C dignus noscatur. Tum ob reuerentiam Sacramento debitam. Tum quia Clemens 8. 18. *Maij* 1594. decreuit non licere superioribus vti scientia confessionis ad externam gubernationem. Homobon. *l.c. qu.21.*

Declaro 3. Posse examinatores reprobare, quem minus idoneum repererunt, etiam si iuramento promisissent approbare, quia generalis illa conditio intelligitur. s. dummodo idoneus repertus fuerit, & promissum absolute ad rem tantum licitam trahitur. Qui est parum sufficiens poterit ad ordines approbari, si sit pauper, & bonæ indolis, ita ut speretur profecturus, vt docet Homobon. *l. c. q. 18.* sed ad Parochiales in Concursu; quia iudicium faciendum est per comparatiuã iudico contrarium. Tum quia Ecclesia curata indiget sufficientia de presenti. Tum quia intrat præiudicium aliorum, qui si sint idonei de presenti debent præferri propter ius quod dat eis lex q̃ præcipit Parochiales dignioribus conferri.

D E 2. Tempus faciendi approbationem, vel reprobationem per
D examinatores, est dũ sunt simul congregati, adeo quod post examen, sed in actu ipso solum dare possunt vota, non autem priuatim, & separatim. Tum quia à simili Canonici non possunt dare vocem suam verbo, vel scripto, nisi quando sunt simul collegialiter congregati, *cap. ingenesi de elect.* Felin. *cap. omnes eod.* Quod verum est quando electio fieri debet iuxta formam *cap. quia propter de elect.* secus in aliis, vt notat ibi Gloss. Ragusius *de voce can. q.12.* Tum quia quando Episcopus potest accedere, debet hoc

facere

facere in ipso examine coram ipsis examinatoribus simul cōgregatis, vt notat, Garz. *p.9. cap.2. num.* 138. accessus autem supponit examinatorum approbationem præcedentem. Bene electio dignioris potest fieri extra; quia ad solum *Episcopum* spectat. Garz. *h.c.*

Declaro examinatores ex officio, & iustitia teneri idoneus approbare alias contra iustitiam peccarent.

Sed an teneantur ex officio, & iustitia Episcopo indicare meliorē,
E & digniorem. Aliqui negant; q̃a Trid. solum præcipit, vt renuntient qui nam sint idonei. Alij affirmant; quia finis Trid. est vt digniori fiat collatio *Lopez tom. 1. cap.* 127. Pet. Nau. *lib.2. cap. 2. num.* 189. Veritas distinctione patet.

1. Examinatores ex officio non tenentur renunciare digniorem in executionem Concilij.
2. Sed bene extra casum Concilij quando collator ad suam conscientiam instruendam postulat quisnam sit dignior, vt Ecclesiæ digniorem faciat ministrum.

DE 3. Duplex in approbãdo potest modus adhiberi.

1. Vt examinatores inter se vota conferant, & deinde Notario iu-
F beant, vt Petrum scribat approbatum Franciscum reprobatum, &c.
2. Per fabas albas, & nigras Homobon. *p.1. exam. tract.1. cap.3. q.* 32. Hoc vnum consulo, vt respōsiones præcise scribantur, & ante approbationem ab examinatoribus reuideantur, vt melius cōscientiæ satisfacere valeant.

Declaro 1. *Sufficere*, vt examinatores referant tales esse idoneos necesse necesse, vt renuntient singulas qualitates eorum qui sunt examinati; quia sunt multæ, Rot. coram Caualer *decis.* 293.

Declaro 2. Examinatores posse etiã extra iudicialiter informari de qualitatibus examinandorũ. Rot. *l.c. num. vlt.*

DE 4. Numerus necessarius ad approbationem est vltra dimidiã votorum examinatorum, adeò quod si quis habeat tantum di-
G midiam partem dicitur reprobatus. Tum per ea quę diximus supra *cond.2. decl.2.* Tum quia Sac. Cong. cēsuit sufficere dimidiam vna cum accessu Episcopi, vel Vicarij Massob *req.4. dub.5.*

Declaro 1. Quod si ex pluribus examinatis, aliquis habeat omnia suffragia fauorabilia, & alij vltra dimidiam, Episcopus potest eligere vnum ex his, qui habuit vltra dimidiã post posito illo, qui habuit omnia. Sac. Cong. apud Garz. *p.9. cap.2. num.* 109.

Declaro 2. Quod examinatores debent dare vota Episcopus autem habita renũciatione de idoneis, poterit eligere, quē maluerit ex approbatis, non habita ratione calcu-

calculorum ipsorum votorum. i. maioris numeri vocum Sac. Cong. apud Garz. *l.c.*& Massob. *req.4. dub.4.*

DE 5. Tria sunt videnda.

1. Quid sit accessus.

2. A quo fieri possit.

3. Illius requisita.

1. *Accessus* est votum Episcopi decisiuum, quod cum regulariter non habeat in approbatione cōcurrentium est illi permissum in casu speciali, quando .s. vota sūt paria, vel singularia. Trid. *sess.24. cap.18. de ref.*

H

2. Accessus potest fieri ab Episcopo, vel eius Vicario, Trid. *l.c.* Sbroz *lib.2. q.211. num.8.* & ita Sac. Cong. in vna Taruigina apud Massob. *req.1. dub.5.* his verbis. *Episcopus aut Vicarius in Concursibus votum decisiuum non habent, nisi examinatores fuerint pares, vel singulares in votis suis; nam si plures examinati obtinuerunt vota paria ab examinatoribus, accedere Episcopo, vel Vicario vni is erit approbatus.* Quæ de Episcopo dixi, etiā in Prælatis inferioribus facientibus Concursum procedere cēseo propter idētitatem rationis; nam tales habent iurisdictionem Episcopalem.

3. Duo requiruntur vt Episcopus possit accedere.

1. Vt Accessus fiat in ipso examine peracta approbatione coram examinatoribus simul congregatis, & non separatim; quia cum sapiat naturam approbationis, accessus extra, & separatim factꝰ esset nullus, Garz. *p.9. cap.2. num.52.*

I

2. Vt vota examinatorum sint paria, vel singularia; quia ita solū permittitur in Trid. *l. c. Paria* sunt si e. g. omnes habeant duas fabas albas ex quattuor examinatoribus; nam si ex tribus examinatoribus aliqui habeant vnā fabam fauorabilem, & duas contrias, non potest Episcopus accedere; quia hic est reprobatus, Sac. Cong. apud Garz. *l.c. nu.60.* contra Ledesmam affirmantem. *Singularia* sunt si e. g. tres sint examinatores, & duo concurrentes, & quilibet cōcurrens reportet vnam fabam albam .s. fauorabilem, alteram contrariam, & tertiam nec approbatoriam, nec reprobatoriam, quod fit inquirēdo in vrna vtranq; fabam, tunc Episcopus, vel Vicarius potest accedere; quia auget votum, & ita cum accessu fit approbatus, Sac. Cong. apud Garz. d. nu.60. Vnde apparet Episcopis consulendū esse, vt examinatores adhibeant potiꝰ in numero impari, quam pari.

K

Difficultas tamen scitu digna est, quando quattuor essent examinatores Synodales, & ex concurrentibus aliqui reportassent maiorem partem votorum fauorabilem, reliqui verò dimidiam tantum. An Episcopus, vel Vica-

rius

rius possit accedere vni, qui reportasset dimidiam tantum, & ita reddere illum approbatum cum suo accessu, ita vt possit illi Ecclesiam conferre, omissis alijs, qui fuerunt approbati à maiori parte examinatorum.

Pro ratione dubitandi videtur negatiuè respondendum. Tū quia accessus est remedium subsidiarium, quando s. nemo alius esset approbatus; nam Trid. *l.c.* dicit tunc Episcopum posse accedere, quando vota sunt paria, & cum loquatur indefinitè, æquipollet vniuersali i. quando omnes haberent vota paria. Tum quia Episcopus nō habet votum decisiuum, vt sæpius censuit Sac. Cōg. vt supra *cond. 1. ad 2.*

Veritas tamen est in contrarium. Tum quia Episcopus, vel Vicari⁹ in casu paritatis, & singularitatis votorum habet votum decisiuum, & ita accedendo habenti dimidiam partem facit approbatum: nam ex quinque computato voto Episcopi, vel Vicarij, habet tria suffragia fauorabilia, ita Sac. Cong. apud Prax. Neap. *cap. 66. add. num. 18.* Paris *de resign. lib. 8. qu 9. num* 106. & quoad approbationem nihil refert an quis maiora, vel minora habeat suffragia dummodo maiorē partem concedunt vt supra de 4. *decl.* 1. quod enim fit à maiori parte, ab omnibus fieri censetur, *l. si duo ff. de sent. & re iud. cap. 1. de his, quæ fiunt à ma. par.* Tum q̃ Trid. generaliter loquitur, quod Episcopus potest accedere, quādo vota sunt paria, vel singularia, lex autem generaliter loquēs est generaliter intelligenda. *l. de pretio ff. de publi. in rem. act.* & per hæc patet responsio ad rationes dubitandi. Quando autem singuli examinati reportarunt dimidiam votorum partem fauorabilem à quattuor examinatoribus posse Episcopum accedere apertis verbis declarauit Sacra Cong. *p. 9. cap. 2. nu. 50.*

Sed pro complemento materię examinis, & præsentis sectionis duo dubbia examinanda veniunt.

1. *An Ordinarius possit Parochos examinare, qui iam Parochiales fuerunt adepti.*
2. *An Episcopus possit regulares semel ad confessiones approbatos iterū examinare, & à confessionibus suspendere.*

Ad 1. Resp. Duo ab omnibus firmari.

1. Posse Ordinarium confessarios seculares, non beneficiatos, etiā simpliciter approbatos ad libitū examinare, & à cōfessionibus suspendere, Homobon. *statim citand.*
2. Posse aliquos Parochos, de quibus præcessit imperitiæ diffamatio, examinare, & minus idoneos repertos suspendere, eisq; coadiutores dare.

Sed difficultas est, an generaliter omnes Paro-

Parochos possit examinare. Aliqui negant; quia ipso iure Parochi sunt confessarij idonei: nam cũ habeant perpetuum titulum, à iure habent approbationẽ, quam Ordinarij nequeunt reuocare, licet possint ex noua causa suspẽdere, & punire. Reginald. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 261. Homobon. *p.* 3. *exam. tract.* 15. *cap.* 9. *qu.* 31. Alij affirmant. Tum quia ita disponit, Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *de ref.* vt. s. Parochi imperiti per Ordinarium examinentur, & coadiutores dentur vbi vide colect. Barbos. Tum quia Episcopus potest annis singulis visitare Parochorum vitam, mores, & curam, an rectè exerceatur, Trid. *l. c. cap.* 8. quod non potest plenè seruari, nisi Parochi examinentur. Tũ quia fundamentum sufficientiæ est scientia, & mores: sed hoc est mutabile, ideo poterit Ordinari⁹ illos examinare, vt videat, an dictum fundamentum subsistat; non enim sufficit, quod sacramẽta ministrentur: sed quod ritè ministrentur. Tum quia visitatio Ecclesiarũ, & rerum dicitur materialis: sed personarum formalis, ad quem finem tendunt congregationes casuum consciẽtiæ per Parochos faciendæ singulis mensibus, iuxta Episcoporum constitutionem. Tua quia ita seruant plures Episcopi integritate, & doctrinæ conspicui, & seruari vidi Arimini ab Illustrissimo [illegible] præclaræ [illegible] & [illegible] Arimini Episcopo. Sancius *in select. disp.* 50. Ric. 1. *p. resol.* 494. Diana 4. *p. tract.* 4. *resol.* 59. Tum quia ita declarauit Sac. Trid. Cong. 6. Augusti 1628. referente Barbos. de pot. Ep. *cap.* 2. *num.* 10. ideo ab hac non est recedendum.

Ad 2. Resp. aliquos asserere Ordinarium posse ad libitum confessarios regulares reuocare. Tum quia possunt seculares; regulares autem non sunt maioris conditionis. Tum quia approbatio de sui natura est reuocabilis, Sanci. *l. c. disp.* 58. *num.* 23. Hurtado *de pen. disp.* 10. *diff.* 19. At quia Sac. Congr. contrarium resoluit 20. *Nouembris* 1615. *&* 30. Augusti 1630. non est ab ea recedendũ, adeo quod si reuocatio fiat fine causa poterunt regulares audire confessiones, vt docet Diana locis cittandis. Plura tamen requiruntur.

1. Vt regulares sint admissi: nam etiam sine causa potest Ordinarius non admittere, & Trid. requirit approbationem; Sac. autem Cong. loquitur solum de reuocatione sine causa, & non de non admissione Suarez *tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 1. *num.* 9. Sancius *l. c. num.* 16. contra Laiman, & alios apud Dian. 3. *p. tract.* 2. *resol.* 24.

2. Vt non possint audire nisi illos, ad quos fuerunt admissi; quia possunt limitate admitti, etiam sine

fine causa e. g. ad viros tantum. Fagundez *precept.2.lib.7. cap.2.* contra Villalob. *tom. 1. tract. 9. diff. 53.*

3. Vt sint regulares admissi absolute,& simpliciter; nam si ad beneplacitum,vel ad tempus reuocari possunt etiã sine causa, Sac. Cong.12. Martij 1619. sed iustam causam requiri docet, Diana *l.c.resol. 26.* Tamen in quarta parte se cum Sac. Cong. conformat *tract.4. resol 200.*

Si sine causa fiat; quia cum causa e. g. scãdali, &c. etiam simpliciter admissus poterit reuocari.

5. Procedit de eodem Episcopo; quia successor poterit iterũ examinare pro suæ conscientię quiete. Non tamen Capitulum Sede Vacante propter priuil. Clem.4. Diana 3.*p tract.2. resol.27.*

6. Procedit Sac. Cong quoad omnes confessarios vnius conuent⁹: nã Ordinarius nequit simul omnes suspendere, ita Sac. Congr. de his vltimis quattuor censuit referente, Barbos. *iur. Eccl lib. 1. cap.43. num. 106. & seqq.* At completo iam Concursu,electionem & cætera subsequentia videam⁹.

De Conditionibus necessarijs post Concursum.

SECTIO III.

PLVRA quoque post ipsum Concursum sunt necessaria silentio non prętereunda,cum executionem respiciant tot dispositionũ, quas hactenus explicauimus, & ad nouem rediguntur, quæ sunt.

1. Electio dignioris.
2. Collatio.
3. Acceptatio collationis.
4. Bullæ.
5. Expressio.
6. Possessio.
7. Sacerdotij susceptio infra annum.
8. Fidei professio.
9. Residentia interq; clara est cõnexio, & continuatio;quia vnum aliud subsequitur in expeditione.

Electio Dignioris.

Cond. I.

VT huius primę conditionis materia optimè nota fiat, ordinate procedendo de quattuor hic disseremus.

1. De qualitatibus, ex quibus Ordinarius magis dignum iudicare debet.
2. De necessitate huius conditionis.
3. De appellatione ab electione.
4. De recusatione examinatorũ.

DE 1. Digniorem eligendum esse patet ex Trid. *sess. 24 cap. 18. de ref.* ibi *Episc opus eum eliget, quẽ cæteris magis idoneum iudicauerit.*

T Vnde

Vnde patet dignioris electionem relinqui Ordinarij arbitrio, sicut approbatio ab examinatorum iudicio pendet.

Declaro 1. Electionem dignioris esse Episcopo arbitrariam, non A libere, & absolute: sed vti bono viro, vt.sc ferat iudicium iustum, & arbitrium faciat rationabile; hoc enim sibi vult verbum, Trid. *iudicauerit.* §. *omnes Auth. de iud.* Gloss. *cap* 1. *de const.* Rot. corá Gypf. Dertusen. Parochialis de Villa Franca 18. Deceb. 1581. Pro rationabilitate tamen iudicij Ordinarij sufficit si in electo maiores qualitates concurrant, Greg. XV. nullius Parochialis, siue Concursus 4. Decemb. 1600. Immò post factum in dubio facienda est interpretatio ad fauorem Ordinarij quasi omnia considerarit, & rectè elegerit. Tū vt electio, & actus valeat, *l. quoties ff. de reb. dub. & de verb. oblig.* Cassad. *d.* 21. *de preb.* Caputaq; *p.* 1. *decis.* 171. Gonz. *gloss.* 4. *num.* 132. Tum quia plures sunt qualitates considerandæ, quæ faciūt aliquem digniorē ad Parochialē gubernandam. Ideo Rota corā Greg. XV. *l. c.* & coram Orano *Beneuentana Parochialis* 13. Iunij 1590. dixit, quod electio facta p quendam Ordinarium erat bona, & canonizanda, quamuis electus non esset Doctor, neq; sacerdos; quia vltra doctrinam cōsideranda sunt mores, prudentiæ &c. Rot. Arigon. Rauen. Parochialis 2. Decemb. 1592.

Declaro 2. Qualitates, ex quibus magis idoneus quis iudicari potest, & debet; cum superior in B hoc teneatur ad comparatiuam, esse plures, & potissimum infrascriptas, quæ semper intelligũtur, *cateris paribus*, & sic vna potest ab alia fortiori, vel à pluribus superari.

Prima est vtilitas Ecclesiæ, & hæc alijs qualitatibus est præferenda: nam magis Ecclesiæ vtilis, & magis idoneus, Marescot. *p.* 1. *var. resol cap.* 52. *num.* 26.

2. Scietia, ad hoc enim fit examē; sed quia posset quis doctus apparere ex fortuna puncti assignati, vel præpositarum quæstionū, optimum est oppositiones adhibere, & quod magis est debet prouideri, ne quę ita prius manifestentur: nam tantus est defectus scientię, vt magis inhabilitet, quā defectus ordinum. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 677.

3. Alia examina: nam vt ait Tiraq. *de pen. temper. num.* 159. non sufficit, vt quis semel in vno actu sit vir probatus, sed debet in multis esse exploratus, §. *cumq; probem. instit.* ibi *iam ex multis argumentis.*

4. Gradus Doctoratus; nam Doctorum multæ sunt prærogatiuę, inter quas Doctores sunt nobilissimi *l. prouidendum C. de postulandum.* Sunt in dignitate, & magna,

gna l. *Magistros C. de profess.* & quilibet magistratus debet Doctorē ad se venientem inuitare ad sedendum *l. de off. diuer. iud.* & in Parochialibus assequendis debent cæteris præferri, Put.*lib.* 3.*decis.*100. Rot.4.*p.nouiss.decis.* 63. Procedit de Doctoribus re, non autem nomine tantum; qa ratio huius prælationis, est propter excellentiores qualitates, q̄ cessant in huiusmodi Doctorellis. Idem de alijs gradibus: nam graduati præferrũtur alijs in assequendis Parochialibus. *Ant.* Aug. in Epit. reg. *super gratijs*, Caputaq; *p.*1.*decis.*177. & Greg. 15. Nullius *Parochialis* 4. Decēb. 1600. ait has præpōderare qualitates. f. quod sit Phylosophus, Pœnitentiarius, Doctor, & Examinator Synodalis. Thæologos autem in Concursu alijs graduatis præferri, resoluit Rot. diuers. *p.*2.*decis.*301. Nald.*u.beneficium num.* 8.

5. Præfertur qui non habet beneficium: nam pluralitas prohibetur *sup.p.*1.*cap.*2.*ca.is, cui de præb. in* 6. Rot. *decis.*16. *de præb. in nou.* Seraph. *decis.*767. singulis enim, singula beneficia sunt conferenda. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de ref.* Rot.2.*p.*Recent.*decis.*16.

6. Præfertur, qui dispensatione non eget, Seraph.*l.c.* Dec. *cons.* 542.

7. Præfertur Sacerdos Clerico, Rot. coram *Arig. d. Rauen.* & 4. *p.nouiss.decis.*628. Dec.*cons.*143. *num.*13. & ita, qui prius assũptus est ad sacros ordines, Nau. *cons.* 638 *num.*18.

8. Præfertur pauper diuiti, quia Ecclesiæ dicitur Patrimonium pauperum. Rot.4 *p. nouiss.decis.* 654. Si tamen diuitiæ, & nobilitas conferant ad comprimendos Christi aduersarios ditiores, & nobiliores præferuntur Fernandez *p.*4.*cap.*4.§.1. *num.*5.

9. Integritas vitæ, & morum; nam Trid. approbati iubet non solũ quoad scientiam, sed etiam quoad mores, vt supra *sect.*2. *cond.*5. Immò mediocris litteratura cũ probitate cōiuncta præfertur ei, qui est moribus inferior; & Doctrina præstantior, ac gradibus, Rot.4.*p.nouiss.decis.*655. Et Sac. Cong. apud Gonz. *gloss* 4.*n.*119. Declarauit, quod præferendus est minus doctus, modo sit idoneus, cuius mores noti sunt, & approbati, doctori cuius mores ignorantur. In dubio quilibet bonus præsumitur nisi contrarium probetur cap. dudum de præsumpt. Rot. *decis.*2. *de testi. in nou.*

10. Aptitudo, & Prudentia ad gubernandam Ecclesiam: nam aliquando dignior non est, qui doctior, & sanctior existit: sed qui iuxta munus, & rem cui præficitur, aptior est ministerio, & sic quandoq; non doctor, & diues præfertur Doctori, & pauperi,

Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 654.

11. Relationi examinatorum multum defertur. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 618. & 672. nam examinatores tenentur etiam ex officio interrogati renuntiare quis sit magis idoneus, vt sup. *sect.* 2. *cond.* 5.

12. Præfertur, qui esset vnus ex compatronis; quia ibi habet aliquod ius, Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 654.

Præfertur Diœcesanus Forensi Rot. *l.c.* quia Episcopus de Diœcesano præsumitur melius informatus, Rot. coram Sacrato Tudert. Parochialis 28. Aprilis 1605. & in prædicta Rauen. & coram Pegna Calagorit. 19. Ianuarij 1596. Eadem ratione idē firmat de habitantibus in loco beneficij. Marescot. *var. resol. p.* 1. *cap.* 52. *num.* 25.

14. Præfertur habens plura examinatorū suffragia, quibus plurimum defert, Rot. coram Sacrato *l.c.* & Greg. 15. Nullius Parochialis, siue Concursus 4. Decemb. 1600. Procedit cæteris paribus, vt dictum est in principio hui⁹ declarationis; nam alijs qualitatibus consideratis, nulla habita ratione calculorum, Ordinarius poterit eligere illum, qui minora habuit suffragia, dūmodo fuerit approbatus. Sac. Cong. apud Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *nu.* 209.

15. Consideratur etiam approbatio in Concursu in alijs Diœcesibus, & testimonium Episcoporum, vbi habitauit, Rot. coram Sacrato *l.d.*

16. Exercitatio curiæ animarum alias facta. Rot. ibid.

17. Seruitium Ecclesiæ, Rot. ibidē: nam experientia supplet maiorē scientiam oppositoris. Spec. *tit. de aduoc.* §. 8. *num.* 17. & dignum est Ecclesię seruientes remuneratione gaudere *cap. significatum, cap. cum secundum de præb.* Procedit de seruitio in vtilitatem Ecclesiæ impenso, secus in vtilitatem alicuius particularis, vt collatoris, vel consanguineorum, &c. quia propter hoc beneficia conferre, est simonia, *cap. cum essent de sim. cap. saluator vers. Ideo* 1. *q.* 3. Martin. Caril. *de sim. ca.* 2.

18. Admissio ad confessiones, & ad prædicationis munus, Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 672.

19. Ætas; quia in seniore maior prudentia præsumitur, ex sola tamen ætate, non est quis magis idoneus iudicandus, Rot. coram Orano 6. Iunij 1594. & coram Corduba 28. Iunij 1596.

20. Præfertur Alumnus Seminarij, Rot. coram Sacrato *l.c.* semp cæteris paribus, vt dictum est. Ideo Eminentiss. Gypsī. fel. rec. dū erat Arimini Episcopus prudentissime ante Concursum immediate, iubebat à singulis concurrentibus coram examinatoribus requiri, & in libro Concur-

sus

ſtis annotari, cuius eſſent ætatis, patriæ, cuius ſciẽtiæ profeſſores, an alias approbati in Concurſu, an curam exercuiſſent, vel exercerent, an graduati, & alumni ſeminarij deinde ſubſequebatur examen, vt omnibus conſideratis fieret approbatio, ſicut ipſe poſtea dignioris electionem faciebat, & quia ego pluries tũc temporis Concurſibus interfui teſtis ſum, nam, & beneficium Paxiani ab eodem Emm. accepi.

Declaro 3. Tripliciter contra Epiſcopi electionem potiſſimum pſumi.

1. Si electus eſſet eius conſanguineus.

2. Si ſit familiaris: ſed tunc familiaritas eſt plene probanda; non enim ſufficit aliquod ſeruitium, cum ſimus inodioſi, Rot. coram Penia Luccana Parochialis 15. Iunij 1607.

3. Si electus eſſet de aliquo crimine diffamatus, vel alio canonico impedimento detentus; nã quãdo agitur de Prælatione vnius ad alterum ſola ſuſpitio, vel diffamatio ſufficit ad excludendũ, cum poſſit inde ſequi ſcandalũ, Rot. 4. *p. nouiſſ. deciſ. 655. cum pluribus ibi abſq;* Per triennium tamen preſumeretur mutatio, & ceſſaret ſcandalum per locorum diſtantiam. Rot. coram Penia Parochialis 12. Maij 1603. Debent tamen cum preſumptionibus alia concurrere adminicula.

DE 2. Tanta eſt neceſſitas, qua Ordinarius afficitur eligendi digniorem, vt contrafaciens.

1. Peccet mortaliter.
2. Teneatur ad reſtitutionem.
3. Nulla ſit electio.
4. Electus minus idoneus fructus reſtituere debeat.
5. Digniori prætermiſſo competat appellatio.
6. Sequeſtrari poſſit poſſeſſio. Probantur ſingula.

1. Eligens dignum omiſſo digniori peccat mortaliter; quia facit cõtra præceptum graue, Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de ref.* & contra Chriſti exemplum, qui ſingularẽ fauorem transfigurationis in Petrum, Iacobum, & Ioannem impertiuit; quoniam virtute, & meritis, cæteris pręcellerent, vt Reipublicæ ſecularis, & Eccleſiaſticæ capita edoceantur, officia & beneficia dignioribus eſſe conferenda, vt notat D. Chriſoſt. *hom.* 7. *in Matt.*

2. Ad reſtitutionem obligatur; quia ſit acceptator perſonarum, & violat non tantum iuſtitiæ diſtributiue leges, ſed etiam commutatiuè orte ex quaſi contractu proueniente ex ædicti propoſitione, & fide in illo data. Vnde dignior omiſſus habet ius appellandi ex Bulla Pij V. *In conferrendis*, quod indicat peccatum hoc reſtitutionis obligationem habere annexam. Homobon. *p.* 1. *exam. tract.* 2. *cap.* 3. *q.* 33. Addit

Nau.

Nau. *cap. 17. de redd. eccl.* digniores in Concursu habere ius ad rē perfectum, quod ambulat pari passu cum iure in re, & inde æquè necessario consurgit restitutionis obligatio contra Genuē. Manual Pastor. *cap. 36. num. 9.* dicentem teneri ad restitutionē solum quando eligeret indignū, & contra Ledesm. dicentem 2. *p. q.* 18. *ad fin.* non teneri restituere dum eligit dignū omisso digniore etiamsi per concursum faciēda sit electio. Sed prima est verior; nam quādo eligeret dignū, non solum teneretur restituere digno: sed etiam Ecclesiæ. *Vide sup.* 2. *p. in prin. ad* 2. *vers. quid si.* Mol. *de primog. lib. 2. cap. 25. num.* 59. & alij apud Dian. 4. *p. tract.* 4. *resol.* 210.

De ipso autem electo aliter est dicendum: nam si sit indignus tenetur, præter peccatum ad restitutionem Ecclesiæ, quam lædit, si dignus nec peccat, nec tenetur ad restitutionem. Ratio differētiæ est; quia electus tenetur tantum ad *æstimatiuam*, idest scire se dignum: sed superior tenetur ad *comparatiuam*, idest comparādū vnum ad alterum, eligere digniorem consideratis qualitatibus supra decl. 2. traditis. Procedit si nulla adfuit damnificandi intētio, iuxta distinctionem Scoti positam supra *p. 2. l. c.*

3. Nulla est electio digni, omissio digniori; Tum quia Trid. iubet eligi magis dignum, & prouisiones præter dictam formam factæ sunt nullæ iuxta dictam Constit. Pij V. *In conferendis*, stante clausula annullatiua, qua propter nō potest per æquipolens impleri, Felin. *cap. cum dilecto de rescript.* Tum quia ita resoluit, Rot. corā Rub. de anno 1585. & 1586. vbi ait. In Concursu ad Parochiales eligere debet Episcopus magis idoneum; quia Trid. non dat facultatem Episcopo eligendi quem velit: sed quem magis idoneum iudicauerit, quod plane iudicium regulari debet iuxta dispositionem. Rot. coram Sacrato, Triden. Parochialis 18. Aprilis 1603. & alias pluries, vt apud Beltram, Add. Greg. 15. *decis.* 11. Tum quia praxis est curiæ, vt non dentur litteræ Apostolicæ, nisi in testimonialib⁹ Ordinarij adesset clausula, quod ille sit electus tanquam *præ alijs dignus* Azeuedo *cons.* 9. *nu.* 30. Homob. de modo discendi *sect.* 3. *qu.* 4.

Contrarium tamen, quod .s. teneat electio digni, omisso digniore tenet Genuen. Manual Pastore *cap. 36. num.* 253. Tum, quia alias frustra daretur remedium appellationis. Tum quia Rot. p. 1 *nouiss. decis.* 40. *nu.* 4. resoluit Episcopum posse omisso digniore, minus dignum eligere, dummodo sit idoneus citra vitium Concursus per *cap. cum nobis de elect.*

Ego

Ego primam iudico de iure veriorem, propter irrefragabilia eius fundamenta. Secunda autem potest locum habere in tribus casibus.

1. In beneficijs simplicibus, & alijs sine cura; quia in his habet Episcopus facultatē attendendi merita, vel vti gratificatione. Marescot. *var. resol. p. 1. cap. 52. nu 19.* Nancar. *clem. plures de iurepatr.* Rot coram Rub. *l. c.* Beltram. *l. c. num. 6.*

2. In curatis, quando Episcopus vsus fuit iudicio rationabili, vt. s. omiserit digniorem scientia, & elegerit dignum scientia: sed digniorem experientia, integritate, aptitudine, & alijs qualitatib⁹ supra decl. 2. traditis per rationes, & iura ibi congesta.

3. Data paritate in omnibus qualitatibus; tunc enim facienda est interpretatio ad fauorē Episcopi in omni dubbio, quasi omnia considerauerit, & magis idoneū elegerit, vt actus valeat *l. quoties ff. de reb. dub. & de verb. oblig.* Ita colligi videtur ex *decis. 677. p. 4. nouiss.* Vide ad hoc supra *par. 1. cap. 9. CC.*

4. Magis dignus omissus poterit ab electione appellare, & de hoc dicetur in *seq. par. huius cond.*

5. Prouisus à cuius prouisione fuit appellatum, secuta sententia reuocatoria suæ electionis ex capite, quod alius sit magis dignus F tenetur restituere fructus à die motæ litis; quia electio contra formam Trid. nullum dat titulū, neque coloratum, & ideo cum sine iusto titulo possideat etiam ad fructus perceptos est condēnandus. Rot. corā Cypsio Dertusen. Parochialis 4. & 10. Maij 1581. *in 4. p. nouiss. decis. 674.* Quod si reuocaretur fructus restituere solum a die sententię reuocatoriæ, quia iusto poss debat titulo saltē colorato. Garz. *p. 9. cap. 2. num. 238. ad trad.* per Fel. *cap. 4. de præscript. num. 31.*

Declaro quod coram executore litterarum Apostolicarum poterit cognosci de tempore iniustæ G occupationis, & quantitate fructuum, & ipse executor altero de duobus modis poterit super hoc proferre sententiam; quia fruct⁹ sunt accessorij.

1. Generalem condemnando reū ad restitutionem fructuum *liquidandorum coram nobis, vel cui de iure,* Innoc. *cap. tāta de excess. prał. & cap. ad sedem de rest spol.*

2. Certam, & specialem, si de hoc fiat specialis informatio, & processus condemnando s. ad determinatam qualitatem fructuum liquidatorum.

6. Sequestratur possessio Parochialis, quando ab illius prouisione est appellatum, non quidem statim appellatione facta: nam prouisus non potest ab Ecclesia H amoueri, & Episcopi iudicium, ac electio mandatur executioni; quia

quia appellatio operatur effectũ deuolutiuum, non suspensiuum, vt ex Bulla 32. Pij V. sed post sententiam à iudice appellationis datam. Rot. 4.*p. nouiss. decis.* 673. & ita est stilus curiæ.

Declaro 1. Quod ex electione in Concursu Parochialis spectantis ad collationem Ordinarij, nõ
I aquiritur ius absolute; quia potest facere deuolutionem: sed ex suppositione: nam tenetur cõferre digniori. Si vero Parochialis spectat ad collationem Papæ, vel alterius, si vnus tantum fuit approbatus, ex sola approbatione aquirit ius considerabile; qa illi, & non alteri collatio facienda est, non absolute, si res sit integra: sed ex suppositione, idest si alius, non se opponat, vt sup. *sess.* 1. *cap.* 3. *cond.* 5. Si vero res considerabile absolute. Garz. *p.* 4 *cap.3.nu* 81.*& p.5.cap.7.n.92.*

Declaro 2. Ordinarium posse digniori electionem facere, etiam extra locum examinis, & absentibus examinatoribus; quia electio spectat ad illum solũ. Trid. *sess.24.cap.18. de ref.* Garz. *p.9. cap.2. num.* 59.

DE 3. A mala Ordinarij electione pmittitur appellatio in duobus casibus.

1. Quando constat de dolo.
2. De irrationabilitate iudicij Or-
K dinarij, vt ex dicta Bulla Pij V. *In conferendis*, ibi *consilio, & ibi carnalitatis, aut alium humana passionis affectum*. Non tamen suspensiue, sed deuolutiue, vt dictũ supra num. 6. Sed à sententia Metropolitani, vel alterius Iudicis reuocatoria electionis facta ab ordinario datur appellatio etiam suspensiua. Add. ad Greg. 15. *decis.* 538. Idem quando facto Concursu appellatur inter p̃sentates, vel Proños laicos super pertinentia Iurispatr. Barbos. ad Trid. *sess.24.cap.18 de ref.n.170.* Sed quando appellans, & electus fuerũt æqualiter ab examinatoribus approbati non datur appellatio; quia est locus per ratificationi, Rot. coram Vbal. 13. Nouembris 1620. *nisi constet* de irrationabili iudicio, Barbos. ad Trid. *sess.24.cap.18.nu.169.*

Declaro 1. Appellationem posse interponi, non solum ad Sedem Apostolicam immediate: sed etiã ad Metropolitanum; si vero malam faciens electionem sit ipse Metropolitanus, vel Episcopus exemptus, & tunc appellatio, vel sit viciniorem Episcopum, vel ad S. Sedem. Et quia in appellatione fit nouum examen, adhibendi sunt examinatores Synodales, iudicis ad quem, non à quo, vt ex dicta Bulla.

Declaro 2. Appellantem à mala electione, non teneri prius docere de sumo grauaminis, vt in alijs causis; qa id esset ligare manus appellanti, cum vt plurimũ acta primi examinis, ita fabrecen-

dentur, vt non possit apparere de grauamine, & sic d. Bulla rederetur frustratoria, ita Sacra Congr. apud Cherub. *schol.* 1. *d. Bul.* Et cum dicitur, liquido cõstare debere de dolo, & irrationabilitate Ordinarij, vt ait Marescot. *var. resol. p.* 1. *cap.* 52. *nu.* 24. Id intelligitur mediante nono examine ad declarandã nullã electionem, & non ante ad interponendam appellationem. Gonz. *gloss.* 4. *num.* 145.

D 4. Recusatio examinatorum dupliciter fieri potest .s. per viã appellationis, vel suspitionis.

Primo appellatio à reprobatione examinatorum, si fiat ad effectũ auferendi infamiam ex reprobatione secutam, & ad hoc vt declaretur idoneus Sac. Cong. censuit eam dari ad effectum deuolutiuum non suspensiuum, vt in Vrbinat. 4. Maij 1591. & in alia 7. Augusti apud Garz. in add. *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 245. & tunc appellatio interponi potest ad eundẽ Episcopũ; quia est superior examinatorum; si tamen Episcopus dedit accessum, tunc ad Papam, vel Metropolitanum. Si vero appellatio fiat ad effectum infringendi electionem, vt Parochialis sibi conferratur, non admittitur etiam deuolutiua tantum. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.* ibi nec prędictorum examinatorum. Garz. *d. cap.* 2. *num.* 239.

Declaro in aliquibus casibus, à reprobatione examinatorum appellationem permitti ad effectũ infringendi electionem.

1. In simplicibus, in quibus examẽ requiritur, vt in Patrimonialib⁹ etiam ad effectum suspensiuum, & in prima instantia .i. in primo examine; quia Trid. *l. c.* loquitur tantum de Parochialibus, Rot. coram Cãtuccio 2. *p. diuers. decis.* 10. Greg. 15. *decis.* 515. & 538. ibi Beltram.

2. In Ecclesijs tam simplicibus, quã Parochialibus iurispatronatus laicorum, vbi vnus tantum est p̄sentatus etiam ad effectum suspensiuum; quia tunc ex præsentatione oritur ius ad rem. Gonz. *in annot. null. gloss.* 9. §. 1. *nu.* 187. ex Rot. Galagorit. 28. *Iunij* 1608. coram Penia, & multo magis à declaratione, quod ille non sit filius patrimonialis, vel quod sit alius. Barbos. colect. ad cap. 4. *de iurep. num.* 3.

3. In prouisis in forma dignum: quia si ex reprobatione sentiret grauamen potest appellare, cum habeat ius considerabile ad Parochialem, Rot. coram Vbaldo *Mutinen. Canon.* 13. *Iunij* 1614. quæ est *decis.* 560. 2. *p. nouiss.*

4. A reprobatione examinatorum secundæ instantiæ.

1. Secundi examinis coram iudice appellationis; quia sicut appellari potest à sententia iudicis appellationis, ita à relatione examinatorum illius; quia super ea fun-

In eis Papa mandat beneficium alicui conferri, vel in possessionẽ eius immitti.
3. Prouisio: nam collator prouidet de Ecclesia Clericum, & Ecclesiam de Clerico. Quoad quid rei. Bulla sunt litterę collationis de aliquo beneficio.
Tandẽ multa sunt genera bullarũ.
1. *In forma gratiosa*, ita dictæ, quia gratia est libera ab onere examinis stante approbatione præcedente: Ordinarij dant solum bullas gratiosas, Papa vero omnis generis, & cum triplici executore. Immo ex causa dat etiã mutationẽ executoris per alias litteras, quæ vulgo *contra bolla* appellantur.
2. *In forma rigorosa*, siue *in forma dignum*, quando .s. Papa mandat Ordinario, vel alteri executori, vt conferat, si per diligẽtem examinatio. eidone° repert° fuerit.
Dicitur *in forma dignum*; quia hæc bulla incipit *dignum arbitramur*.
Dicitur *in forma rigorosa*, a rigore examinis, Azor. 2. p. lib. 6. cap. 26. qu. 5.
3. *Expectatiua*, quæ erant indulta à Papa concessa super vacaturis beneficijs, & erant triplices.
1. *Monitoria* quibus Papa monebat Ordinarios, vt aliquem prouidereut de beneficio.
2. *Præceptoriæ*, quibus Papa præcipiebat prouisionem.
3. *Executoria* cum .s. Papa id alijs executoribus committebat ob Ordinarij negligentiam: sed hæ recesserunt ab vsu. Azor l. c. q. 2.
4. *In forma pauperum*, quando .s. Papa Ordinario, vel alijs executoribus præcipit, vt Clerico pauperi conferant.
Dicitur etiam in forma communi; qa Papa dare consueuerat pauperibus, & gratis.
Dicuntur etiam litteræ, iustitiæ; quia inter cæteras plus habent æquitatis.
Dicuntur quoquè litteræ, *cum secũdum Apostolum*; quia sic incipiunt desumptæ à *cap. cum secundum de prab.* vbi dicitur, qui altari seruit de eo viuat. vide Ric. 3. *par. resol.* 379.
Reperiuntur modo *Bullæ executoriales*, quæ dantur simul cum bullis in forma gratiosa, & sunt litteræ executoribus directæ cũ facultate eas exequendi modo tradito sup. *p. 1. cap. 6. req. vlt.*
Sũt etiam aliæ Bullæ in diuersis prouisionibus, quæ nomen trahunt à forma illarum, vt perindeualere &c. de quibus, vide infra *p. 3. c. 1.*
DE 2. Tanta est expeditionis bullarum necessitas, vt prouisus ante eas nequeat beneficij possessionẽ capere alias fieret intrusus. Procedit de litteris Papalibus, non Ordinarij, iuxta notata sup. *p. 1. cap. 6. req. 6.*
Declaro 1. Tunc bullas dici expeditas, quãdo sunt plumbatę bulla enim dicitur plumbum pendens, cum cordulis canapis si fine in for-

ACCEPTATIO Collationis.

Cond. III.

COLLATIO potest quidem fieri absenti: sed requiritur acceptatio prouisi, qui facta acceptatione ius perfectum aquisiuit, & si non acceptet collatio euanescit: sed post collationem antequam prouisus acceptet, non poterit collator alteri conferre, *cap. si tibi absenti de preb. in 6.* Vide Ric. 3. p. resol. 370. Acceptatio, est animi declaratio, vel gratiæ sub executio, quę coniecturis, & adminiculis probatur, vt tradit Vrsell. tom. 1. cond. 15.

Ampliatur 1. Vt neq; possit pendente tempore ad acceptandũ, alteri conferre sub conditione, *si dissentiet*; quia beneficia conferri nequeunt sub conditione, *si vacabunt*, *cap. ad hoc de conceß. preb. cap. Pastoralis de rescrip.*

Ampliatur 2. Vti Ordinarius non possit, tunc etiam alio modo disponere, quam per collationem, *v.* vniendo, vel religioni locum constituendo, sicut nõ posset post acceptationẽ. Gloss. *d. cap. si tibi v. personam.*

Declaro collationem, & acceptationem omni tempore fieri posse, etiam de nocte. Vgol. 2. *p. cap.* 30. §. 14 *num.* 2. nam circa beneficia temporis prohibitio est, vt ad tempus conferri nequeant; Ideo beneficia manualia licet ad nutum possint auferri; tamen nõ dantur ad certum: sed incertum, & indeterminatum tẽpus, quod pro perpetuo habetur. Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 26. q. 7.*

Difficultas est, *infra quantum tempus poterit prouisus acceptare?*

Distinguo. Si terminus à collatore statutus ad acceptandum debet intra illum acceptare, alias eo lapso poterit alteri conferre; qa censetur dissensisse *d. cap. si tibi.* Poterit tamen etiam post terminum acceptare, si res sit integra.

1. Alteri non sit collatum, & collatore, in eadem voluntate permanente, quod non conceditur electo; quia si non consentiat infra mensem electioni, est ita priuatus, vt amp'ius consentire nequeat, *cap quam sit de elect. in 6.* Gloss *d. cap. si tibi. v. eo lapso.*

2. Si nullus terminus ad acceptandum sit datus de prouiso nullũ in iure tempus exprimitur; tamẽ si infra triennium non acceptauit præsumitur renunciasse, cum non possit vlterius vacare Rebuf. *conf.* 186. Parif *lib.* 10. *qu.* 8. *num.* 18. Ratio est; quia factis quoq; fit renunciatio; quotiescunq; enim in tempore debito quis non facit quod debet, iuri suo renunciasse præsumitur *l. si ego* vbi Ang. *ff. de neg. gest.* Surd. *conf.* 52. *num.* 15. *conf.* 358. *num.* 10. & *decis.* 106. & 203. Cum hac declaratione,

vt ex facto renunciatio præsumatur, quando non posset aliter interpretari, alias secus. Ric. 2. *p. resol.* 474.

Declaro, quod si collatio spectet ad Papam, vel alium Episcopo inferiorem, & magis idoneus electus decedat, vel renunciet ante electionem, non erit opus nouo Concursu, dummodo alij adessét approbati; nam primus Concursus durare dicitur, & ex alijs approbatis fit dignioris electio, & significatur infra debitum tempus quattuor mensium iuxta *d. cond. super vers.* 2. *casu*. Si decedat, vel renunciet post electioné, vel si ante nullus alius sit approbatus, tunc opus est nouo Concursu; quia primus iam est finit⁹.

An autem habeat aliud integrum quadrimestre Ordinarius à die mortis, vel renunciationis ad faciendum nouum Concursum.

Distinguo. Habet si decedat, vel renunciet post electionem. Non habet, si ante electionem, & nullus alius aderat approbatus: sed debet nouum Concursum intra ceptum primum terminum. Qđ si lapsum sit quadrimestre, & nō facta significatione collatori electus decedat, vel renunciet liberè collatio ad Papam deuoluitur ex Bulla Pij V. *In conferendis*. Garz. *p. 9. cap.* 2. *nu.* 222. *&* 224.

Declaro 2. Quod si collatio spectet ad Ordinarium, & magis idoneus decedat, vel renunciet post collationem ante acceptationem infra terminum sex mẽsium, poterit Ordinarius sine nouo Concursu alteri ex approbatis conferre. Tum quia habito dissensu intra tempus debitum potest libere alteri conferre, vt dicitur *d. cap. si tibi*. Tum quia iura permitentia collationem intelliguntur cum effectu, quem non habet ante acceptationem. Quod si decedat, vel renunciet ante acceptationé post sex Menses fit deuolutio ad Papam ex d. Bulla Pij V. Sed si post acceptationem opus est nouo Concursu, & datur aliud temp⁹ à die decessus, vel renũciationis, & tunc dicitur iterum vacare, ideo mensis etiam erit attendendus, vt à debito collatore fiat collatio.

Remanent tamen duæ difficultates.

1. *An Ordinarius possit alteri conferre si ille, cui primo consulit non acceptet, & Papa alteri conferat.*
2. *An quando terminus statutus est ab homine e.g. ad acceptandum, vel à iure e.g. sex menses ad conferendũ à die notitiæ vacationis, an inquam ipsa dies notitiæ computetur.*

Ad 1. Distinguo.

1. Si Papa reseruet beneficium, & conferat motu proprio, tunc si prouisus ab Ordinario acceptet collationem, tenetur Bullas expedire à Papa: sed collatio Ordinarij tenet; nam Papa etiam motu

fundatur sententia, Massob. *req.* 5. *dub.* 4. Tandem nouiter declaratum est reprobatum posse prouocare ad nouum concursum in Vrbe prędictum etiam antequã doceat de irrationabili Episcopi iudicio, Sac. Cong. *Vrbinaten.* 9. *Septembr.* 1628. *&* *Reatina* 16. *Martij* 1630. Barbos. ad Trid. *sess.* 24 *cap.* 18. *de ref num.* 171.

Secundo per viam suspitionis examinatores recusantur; nam iudices Ordinarij, & delegati ex iusta causa possunt de iure ciuili, & canonico vti suspecti recusari cap. cum speciali vbi Gloss. & DD de appell. ergo etiam examinatores, nec non, & Notarius. Nau. *in rub. de iud. num.* 47. Tria tamen requiruntur.

1. Vt eos non approbauerint in Synodo; quia nequirent amplius improbare.
2. Vt si approbauerint in Synodo aliquid postea superueniat propter quod eos legittime suspectos habere possint.
3. Vt superueniens sit causa iusta e. g. quia sunt inimici, vel consanguinei, vel Domini concurrẽtium, & huiusmodi. Vgul. 2. *p. de pot. Ep. cap.* 50. §. 5. *num.* 3.

Declaro, quod si iusta causa intercedat, cum requisitis prę dictis & nihilominus recusatio non admittatur, appellari potest ad tradita per Abbatem *cap. quia propter de elect. num.* 14. *in fin.* Gonz. 9. §. 1. *in annot. nullit. num.* 186.

COLLATIO.

Cond. II.

TRES hic distinguo casus.

1. *Quando collatio spectat ad Ordinarium*, & tunc Ordinarius debet intra sex menses conferre præmisso Concursu iuxta formam Trid alias ad Papam deuoluitur ex Const. Pij V. *In conferrendis*. Procedit de collatione cum effectu, vt notatur supra *sect.* 1. *cõd.* 1. *post prin.* Quid sit collatio, & eius requisita, vide supra *par.* 1. *cap.* 9.

Declaro 1. Tempus sex mensiũ currere, non à die vacationis: sed à die scientię vacationis, Seraph. *decis.* 380. Non tamen hoc est absolute tutum; quia si fieri possit ante .s. intra sex menses à die vacationis optimum esset: nam ignorantia vacationis debet esse omninò verisimilis; scientia .n. præsumitur, si possessio esset vacua, & tempus vacationis longũ, & beneficium qualificatum, Seraph *l. cit.* vnde Rot. alias dixit currere tempus à die, quo scire potuit, & debuit. Lancell. *decis.* 1. *de coll at.* Bissignet *decis.* 7. *de prab.* & ibi Rub. *in sing.*

Declaro 2. Prædicta procedere, non solum de Episcopo: sed etiã de inferiore faciente Concursus.

2. Ca-

2. *Casus est, quando collatio spectat ad Papam*, vel ad inferiorem e.g. Archidiaconum, Abbatem, vel aliũ non habentem iura Episcopalia; tunc enim Episcopus facit Concursum: non tamen potest conferre, sed debet Concursum dirrigere ad Papam, vel alium collatorem, significando dignioris electionem factam, vt Papa, vel collator cõferat, quod si Episcopus faceret collationem, nulliter ageret, & fieret deuolutio ad Papam ex d. Bulla Pij V. Rot. corã Corduba Dertusen Parochialis 14. Nouemb. 1595. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num. 11.*

Declaro 1. Faciendam esse significationem electi intra quattuor menses ex d. Bulla Pij V. à die notitiæ vacationis modo dicto de collatione. *Seraph. decis.* 380.

Declaro 2. Electionem in Concursu alteri dirigendo fieri posse pluribus modis.

1. Plures eligendo æquè idoneos, & inferiori significando, vt conferat cui maluerit Sac. Congr. apud Garz. *p. 9. cap. 2. num.* 148.

2. Vnum tantum eligendo, vti magis idoneum, & inferiori collatori significando: nã licet Sac. Cong. *l. c.* in plurali loquatur, tamen quandoq; pluralitas in singolaritatem resoluitur ex congestis p Pereg. *de fide com. ar.* 11. *num.* 40. Quando autem collatio ad Papam spectat fit electio vnius tantum dignioris. Tex. ex d. Bulla Pij V. Tum quia hic est stilus curiæ.

Declaro 3. Non sufficere dignioris electionem significare intra quatuor menses: sed opus esse, vt significatio collatori perueniat; quia verba intelligenda sunt cũ effectu, alias etiam si sine culpa electoris, & electi deperdatur lapso tẽpore fit deuolutio. Garz. *p. 9. cap. 2. num.* 224. contra Nau. *cons.* 11. *de rescrip.*

Declaro 4. Electionis significationem extra locum examinis, & præsentiam examinatorum fieri posse ab Ordinario, qui præcipuè testabitur Parochialem tali tẽpore vacasse, ædictum propositũ fuisse, Concursum celebratum, & examen factum cum Synodalibus examinatoribus, & omnino iuxta formam Trid. talemq; ex pluribus approbatus, magis idoneum præcæteris iudicasse, & elegisse scientia, ætate moribus, & omnibus requisitis. Sac. Cong. apud Garz. *l. c. num.* 8.

3. *Casus est*, quando inferior nõ habet liberam collationem, sed *prauentionem collationis* cum Ordinario, & tunc inferior habita notitia vacationis debet corã Ordinario declarare se velle dictam Parochialem conferre, & rogare Episcopum, vt proponat ædicta, faciat Concursum, & significet electos, & ita tuebitur iura suæ præuentionis *Tesau. for. Eccl. p. 2. cap.* 18. *num.* 51.

V 2 ACCEP-

lin *cap. in noſtra de reſcrip.* Cor-rol. 25.

Ampliatur 1. Vt prædicta nullitatis collationis pœna incurratur non ſolum à negante: ſed etiam à tacente. Gloſſ. *d. cap. ſi motu*; nam obreptio, & ſubreptio ipſo iure vitiant litteras beneficiales, *clem. 1. de præb.* Azor. 2. *p. lib. 6. cap. 10. q. 3. verſ. 2. quares.*

Ampliatur 2. Habere locum, non ſolum in tacente, vel negante p dolum: ſed etiam per ſimplicitatem, vel ignorantiam; quia iura indiſtinctè loquuntur. Gloſſ. *d. cap. ſi motu u. taceatur.* Procedit in foro exteriori ad obuiandum fraudibus, non in interiori, ne puniatur, qui non peccauit.

Fallit 1. In qualitatibus, quæ de iure communi inſunt beneficio; quia hæ non ſunt exprimendæ.

Fallit 2. In illis, quæ ſunt in Romana Curia notoria, quæ Papa ſcire præſumitur. Felin. *l. c. nu.* 15. vbi ait Rot. reſoluiſſe, non eſſe neceſſario faciendam mentionem reſeruationis ſpecialis, ſicut generalis. Contrarium eadem Rota reſoluit *deciſ.* 21. *de præb. in nou.* ſ. etiam de ſpeciali faciendam eſſe expræſſionem. Concordantur vt prima procedat, quando eſt valde notoria, ſecũda vero, quãdo non eſt ita notoria.

2. Quæ in particulari exprimenda ſunt, vt diſtinctè procedamus ad tria capita reducimus.

1. Ratione pluralitatis.

2. Ratione qualitatis perſonæ.

3. Ratione qualitatis beneficij.

DE 1. Ratione pluralitatis multa ſunt exprimenda.

1. Omnia beneficia prius obtenta d. cap. ſi proponente cum alijs iuribus hic in principio allegatis.

Procedit 1. De beneficijs, quæ actu habentur, non de habitis, ſed renunciatis, Lap. *alleg.* 89. Felin. *d. cap. in noſtra num.* 19.

Procedit 2. Tam de perpetuis, quã de manualibus; quia iura abſolute loquuntur.

Procedit 3. Etiam de modicis, & tenuiſſimis eadem ratione, dummodo dentur in titulum alias ſecus, vt eſt Vicaria temporalis, *ca. Paſtoralis de reſcript.* Felin. *l. c. num.* 18.

Procedit 4. Tam de rectorijs, quã de Vicarijs perpetuis, Gloſſ. *fin. d. cap. ſi proponente.*

Procedit 5. In permutationibus, impetrationibus, & quibuſcunq; prouiſionibus à Papa factis, vel à Legato de Latere, alias litteræ eſſent nullæ *cap. non poteſt de præb. in 6.* Rot. *deciſ.* 11. *de præb. in antiq.* Secus coram Ordinario *cap. & ſi ab Apoſtolica de off. Ord. in fin.* Rot. *deciſ.* 14. *de rer. permut. in antiq*; ſiue conferat iure Ordinario, ſiue deuoluto. Idem eſt in conferrentibus auctoritate Epiſcopi, *cap. vlt. de off. Ord. in 6.* Ratio differentię eſt; quia Ordinarius præſumitur meli⁹ ſcire qualitates ſuorum Clericorum, quã

Papa, Rot. *decis.* 14. Gloss. *cap. statutum de rescript. in 6. n.* Sede Apostolicæ. Azor. 2. *p. lib. 6. cap.* 33. *q.* 8. *in med.*

Excipiuntur illa, quæ à iure præcipiuntur, vt etiam coram Ordinarijs exprimantur e.g. beneficia esse curata, vel simplicia, & huiusmodi.

Sed an sufficiat dicere se pauperem esse Clericum, quãdo beneficium est modicum?

Resp. non; Quia maxime titulorũ multiplicitas inspicitur. Gloss. d. cap. si proponente.

2. Exprimi debet beneficium, quo quis per iniuriam, & vim fuit spoliatus; quia non titulum: sed possessionem solam amisit, secus de sponte dimissis, Selua 4. *p. qu.* 12. *num.* 21.

3. Exprimi debet Ius, quod quis habet ad beneficium vacaturum *cap. in nostra de rescript.* Hodie non conceduntur expectatiuæ: sed mentio facienda est si fuit nominatus, vel præsentatus à Patrono, etiam si ipse nondum consenserit. Gloss. *cap. gratia de rescript. in 6.*

Sed an Patrimonium exprimi debeat?

Distinguo. Si impetrat bullas in forma pauperũ, vel iustitiæ vtiquæ; quia tales non dantur, nisi indigentibus, cap postulasti de rescript. Qua ratione respondi habẽte beneficium, & patrimonium si vellet illud reseruatis alimentis renunciare, debere patrimonium exprimere. Si vero impetrat litteras in forma gratię, quas Papa dat sine vlla causa paupertatis, non tenetur patrimonium exprimere. Azor. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 4. *q.* 4. nam regula est, vt non sit facienda mentio de illis redditibus, q non vacant morte obtinentis, nec alteri per superiorem Ecclesiasticum debent conferri. Felin. *d. cap. in nostra corol.* 30. nisi in litteris in forma pauperum, vt dictum est.

4. Exprimi debet pensio licet non sit proprie beneficium Ecclesiasticum, immò, & pẽsiones, si plures sunt; quia ita absolute deciditur, *cap. ad audientiam il* 2. *de rescrip.* Nec attenditur distinctio de litteris iustitię, & gratiæ, vt de patrimonio dictum est; quia ius absolute loquitur, Azor. *l. c. cap.* 5. *qu.* 6.

5. Exprimi debet, quod sint sub eodem tecto, etiam quod sint tenuia, & hoc non solum coram Papa: sed etiam coram Ordinario, qui super hoc poterit dispẽsare, quando vnum ad sustentationem non sufficit, vt ex Sac. Cong. not. *tes. for. Eccl. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 12. Gloss. *cap.* 1. *de consuet. in* 6. Nau. *cons.* 18. *de preb.* Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 11. *q.* 2. & 4. Debet tamen expræssa fieri dispensatio, nec sufficeret tacita resultans ex notitia, & expressione eiusdem tcti. Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 62. *num.* 17.

6. Expri-

6. Exprimi debet annexum, dummodo Ecclesiæ sint vnitæ æquè principaliter, secus, si per viam connexionis, & subiectionis, tūc s.n. sufficit principalem exprimere. Felin. d.cap. in nostra corol. 33. Ratio est; quia vnita, sic dicitur filia, & sapit naturam matris ca. cum dilectus de his, quæ vi. Ita Sac. Congr. apud Garz. p.12. ca. 2. num. 30. Vid. p.1. cap. 8. F.

7. De vnione mētio facienda est, s.Ordinarius fecit vnionem Ecclesiarum, tunc enim si in vacatione adsit aliqua reseruatio distinguendum est.

1. Si Papæ reseruatio præcessit, vult ea vti, tunc Papa valide confert, etiam non facta mentione vnionis. Vnio autem legittime facta ab Ordinario valet: sed suspenditur vsq; ad tempus vacationis in qua reseruatio cessabit. Rot. decis. 3. de reb. Eccl. in antiq.

2. Si reseruatio est sequens vnionē, tunc non facta vnionis mentione collatio Papæ non tenet; quia Papa non intendit derogare etiā iuri ad rem tantum, non facta mentione, Rot. decis. 3. de rer. permut. Felin. l.c. num. 23.

DE ratione qualitatis psonæ multa sunt exprimenda.

1. Si sit Clericus, quia laicus est Ecclesiastici beneficij incapax, etiā si post gratiam fieret Clericus, vt dictum est supra sect. 1. cond. 5.

Ampliatur 1. Vt etiam ordinē, quē habet exprimere debeat, quando beneficium certum ordinem requireret e.g. si obtineat parochialem, & si tantum in minoribus. Vel præbenda sit Sacerdotalis, & sit tantum subdiaconus: nam his mouetur Papa, saltem ad difficilius concedendum.

Ampliatur 2. Vt si sit sæcularis, & velit beneficium regulare, vel è contra, id debeat exprimere, ca. cum de beneficio de præb. in 6. Felin l.c. corol. 40.

2. Exprimi debet si habeat canonicum impedimentum, vt si sit criminosus, infamis, spurius, irregularis, censura irretitus, vel morbo laboret, quo sui officij executio impediatur: nam per dispensationem præcedentem habilis reddi debet, cap. dilectis de rescript.

Ampliatur, vt etiam exprimere debeat, si Pater illud beneficium habuit, vt dictum est supra sect. 1. cap. 2. cond. 1.

3. Exprimi debet si sit intrusus, Abb. cap. cam. pridem de præb. & potissimum si percepit fructus. Rot. coram Cocin. decis. 369. Ideo qui fuit magis idoneus electus, si in ea Ecclesia ministrauit, vt Æconomus, debet hoc exprimere, alias collatio esset nulla, cap. auaritia de elect. in 6. Garz. p.9. cap. 2. num. 30. vide infra p.3. cap. 9.

Procedit 1. vt mentio fieri debeat intrusionis expræsè, vel virtualiter, ideo satis est expræsa intru-

sio, si fuit narrata institutio, & possessio capta lite pendente; quia non dicitur gratia subreptitia, in qua licet non sit res expræssa, tamen Papa ex narratis potuit cogitare. Rot. coram Cocin. *decis.* 413.

Procedit 2. de fructibus perceptis post litem motam, si fiat intrusus, eo quia cæpit possessionem lite pendente. Cocin. *decis.* 369.

Procedit 3. Vt tamen fructus non debeantur tertio. Cassad. *decis.* 6. *&* 7. *de preb.* Cocin. *decis.* 413. sicut impetrans gratiam post rē iudicatam vnius e.g. Petri debet facere mentionem de gratia dicti Petri, & non alterius. Cocin. *decis.* 447.

Ampliatur, quod si per annum integrum intrusus fuit debet de hoc specialiter facere mentionē per reg. de annali, de qua infra *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. Limitatur, quando intrusio esset accessoria; q a satis est, si fuit expressū principale e. g. expressa re iudicata contra illum, qui possessionē cæpit lite pendente, & non est opus exprimere continuationem dictę possessionis. Cocin *d. decis.* 447.

4. Exprimi debet cuius sit patriæ, alias litteræ essent subreptitiæ. Gloss. *fin. cap. proponente de rescrip.* sicut etiam regulariter nomen, & cognomen exprimi debent, vt constet de persona. Ideo error in nomine, cognomine, & patria, non vitiat, si aliunde constat de identitate personę. Rot. *decis.* 16. *de rescrip. in nou. et* 4. *p. nouiss. decis.* 156. vbi non vitiauit error dicēdo Bernardinus, cum vocaretur Ioannes Bernardinus. Neque necesse est omnia nomina vnius personæ exprimere, quando certitudo ex vnius nominis expressione potest haberi. Sarnen. *super reg. de annali qu.* 31.

5. Exprimi debet gradus, & dignitas, alias litteræ non valent cap. ad aures de rescrip. vbi Host. & Barbos. *num.* 15. Alij tamen contrarium sentiunt; Tum quia *d. cap.* de dignitatibus Ecclesiarū, & non personarum loquitur. Tū quia impetratio non redditur subreptitia ex taciturnitate eorum, quib⁹ expræssis, facilius Papa concederet, *cap. postulasti de rescrip. à contrario.* Io. And. Butr. Abb. Fel. *d. cap. ad aures.* Ric. 1. *p. resol.* 314.

Conciliarem, vt prima procedat, vbi gradus est necessarius e. g. Doctoratus in primis dignitatibus Cathedralium, in præbenda Theologali, & huiusmodi; quia in his requiritur pro forma saltē de stilo in alijs secunda teneat, vide sup. *sect.* 1. *cap.* 2. *cond.* 7. *decl.* 5. *& seq.*

D E 3. Ratione qualitatum beneficij multa exprimenda.

1. Natura beneficij, vt si sit in titulum, vel administrationem, seù commendam, Felin. *cap. in nostra de rescrip. num.* 21. *&* 22. Item si

sit

sit dignitas, & nomen dignitatis. Io. And. Butrr. & Abb. *d. cap. in nostra.* Selua *p.3. q. 11. vers. 23.* Ric. *1.p. resol. 325. num. 2.* Ideo si sit dignitas non sufficit si officiũ exprimatur.

Quid si exprimatur maius cum sit minus e. g. est officium, & facta est expressio vti dignitas?

Resp. Valere impetrationem, si cõstat de corpore; quia per expressionem officij facilius Papa concessisset, secus è contra. *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 37. q. 16. vers. quares.*

Ampliatur, vt exprimi debeat, si sit Ecclesia monocularis, id est quæ spectat ad collationem alicuius, qui vnius tantum beneficij conferrendi ius habet, & ita monocularis dicitur respectu collatoris. Ideo non est monocularis, si habeat collationem vnius, & præsentationem alterius. Neq; si solus habeat collationem vnius: sed plurium simul cum alijs. *Felin. l. c. num. 23.* Neq; si sit dignitas vnica in Ecclesia; quia tunc dicitur principalis.

Ampliatur 2. vt exprimi debeat an sit electiuum, vt ex *cap. 4. supra p. 1.* Item an sit manuale supra *p. 1. cap. 11. num. 2. decl. 4.* Item an sit consistoriale, vt sup. *sect. 1. ca. 1. cond. 5. num. 3.*

2. Exprimi debet nomen Sancti. Procedit in inferioribus, non in Cathedralibus, vt Gloss. *cap. quãuis il 1. de preb. in 6. u. extendit.* Item an beneficium sit seculare, vel regulare, *cap. cum de beneficio de preb. in 6.* Felin. *l. c. corol. 40.*

3. Exprimi debet locus .s. Diocæsis, & situs beneficij; quia debet cõstare certitudinaliter de corpore *arg. cap. significatum, & seq. de rescrip.*

Fallit si aliunde constaret de corpore. Rot. Dolen. Parochialis 8. Martij 1530. *& de procurat. ex bibliot.* Cocin. Item fieri debet mẽtio de Ecclesia collegiata, vel Cathedrali, si in ea sit beneficiũ; non enim sufficit dicere in aliqua Ecclesia diocæsis, *cap. quamuis de preb. in 6.*

Fallit si Ecclesia fieret Cathedralis, vel Collegiata post impetrationem. Felin. *cap. in nostra de rescrip. corol. 19.*

4. Fieri debet expressio de possessione collorata, vt dictum est, *p. 1. cap. 8. §. 2.* & ibidem req. 3. vide an sint exprimẽdæ litteræ pri° expeditæ.

Ampliatur 1. Vt exprimi debeat etiam de tentatio, quando detẽtum fuit per duos menses. Rot. decis. 52. de rescrip. in antiq.

Procedit coram Papa, vel eius Legato, vbi cadit subreptio, secus coram Ordinario. Ric. *2. p. resol. 158. per d. caput in nostra.*

Ampliatur 2. Vt exprimi debeat collatio Cardinalis in noua prouisione facienda in casu de quo supra *sect. 1. cap. 1. cond. 3. § fine delicto num. 26.*

5. Exprimi debet litis pendentia.

Rot.

Rot. *decis.* 17. *de prab. in nou.* quia capere possessionem lite pendente facit intrusum, vt dicetur infra *p.* 3. *cap.* 9.

Procedit si lis mota sit impetratori, vel alias impetratio cedat in præiudicium iurium litigantiũ, Old. *cons.* 299.

6. Exprimi debet si beneficium sit reseruatum, & si plures sint reseruationes, vt quia erat familiaris Cardinalis collector, &c. de omnibus facienda est mensio, Caputaq. *decis.* 85. *p.* 2. Felin. *l.c. corol.* 6. alias gratia est nulla, vt patet ex principio huius conditionis. Idem de affectione, vt dixi p. 1. cap. 11. A.

Procedit 1. Etiam si quis desierit esse talis, vnde reseruationes ortę sunt, quia beneficia semel reseruata, vel affecta, semper sunt talia, donec Papa disposuerit, vt patet supra p. 1. cap. 10. & 11.

Procedit 2. de beneficijs ante, & tempore officij obtentis, secus post, vt per plures Rot. decisiones proba *Fel. l.c. num.* 20.

Procedit 3. Antequam exerceret, & antequam acceptaret beneficium. Rot. *decis.* 11. *de prab. in nouiss.*

Declarat Felin. *l.c. ad fi.* dummodo officialis moriatur tempore illius Pontificis: nam morte reseruantis, expirat reseruatio, *cap. præsenti de off. de leg. in* 6. Sed reuera contrarium deciditur in extrauag. Pauli 2. *Ad perpetuam.* An reseruationes exprimi debeãt in permutationibus, vide *p.* 1. *ca.* 7. *de permut. coram Ord.*

7. Exprimi debet mensis vacationis, alias litteræ essẽt nullę, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 39. *q.* 11. *vers. item confert.*

Procedit de beneficijs liberis, non iurispatronatus; quia in his cessat præiudicium Ordinariorum, Seraph. *decis.* 185.

8. Exprimi debet tempus possessionis an .s. possederit per trienniũ, alias si falso exprimat gratia est nulla, sed si verè exprimat, & non possederit per triennium, tunc apponitur decretum, vt sit inhabilis ad alias Parochiales in Cõcursu obtinendas. Hic enim est stilus Curiæ. Duo tamen requiruntur.

1. Vt renunciatio, vel permutatio fiat coram Papa: nam corã Ordinario non est necesse habere possessionem triennalem, vt dictum est supra *p.* 1. *cap.* 7.
2. Vt sint Ecclesiæ Parochiales: nã in Canonicatibus, & simplicibus id Curia non obseruat, cum illa pena, & patet ex decreto quod apponitur .s. quod fiat inhabilis ad obtinendas Parochiales in Concursu. Vnde duo patent.

1. Id solum habere locum in Parochialibus.
2. Posse etiam Parochiales obtineri alio modo e. g. per renunciationem, vel permutationem.

9. Mentio fieri debet, si Ecclesia sit

sit de iurepatronatus, potissimū laicorum: nam de Ecclesijs iurispatronatus fit institutio: sed de liberis collatio, vt diffuse diximus *p. 1. cap. 5.*

10. Modus vacationis necessariò est exprimendus in duobus casibus.

1. In gratia si neutri de qua *p. 3. cap. 1.*

2. In impetratione, quæ est materia odiosa, de qua supra *p. 1. cap. 8. §. de impetratione.* Tandem Papa vult, vt non valeat impetratio per modum vacationis in Cancellaria exprimendum. Barbos. *iur. Eccl. lib. 3. cap. 13. nu. 74.*

11. Exprimi debet in renunciationibus, vel permutationibus *si fit ad illius beneficij titulum ordinatū*,

F vt constet se habere vnde viuat, alias collatio est nulla. Trid. *sess. 21. cap. 2. de ref.*

Declaro 1. Sac. Congr. statuisse hāc expressionem esse de forma, adeo quod per æquipollens nequeat impleri, stāte annullatiua clausula, cum Concilium ibi negatiue loquatur, ita refert, Garz. *p. 2. cap. 5. num. 193.* Rot. coram Remboldo Leodicen. *Canonicatus 28. Iunij 1621.*

Declaro 2. Id fieri debere cognita causa coram Episcopo, Trid. *l. c.* Et quando Azorius *l. c.* refert decisum fuisse à Sac. Cong. quod si Episcopus admittat etiam non facta mentione, quod ad illius titulum sit ordinatus, teneat renunciatio, id non debet intelligi quoad validitatem collationis; sed de pæna Episcopi, qui tenetur eum alere.

Declaro 3. Hoc habere locum nō solum in renunciationibus liberis, & permutationibus coram Ordinario: sed etiam in alijs coram Papa; quia Trid. absolutè loquitur, & in vtroq; casu causa subsistit.

Sed an renuncians reseruata sibi sufficienti pensione, non faciens prædictā

G *mentionem, valide renunciet?* Aliqui negant; quia non seruat formam iuris. Add. Nau. *cons. 5 de renun.* Alij affirmant; quia cessat causa. Vgul. *de pot. Ep p. 1. cap. 14. § 3.* Conciliarem, vt prima teneat in foro exteriori, secunda in foro conscientiæ; quia habetur intentum.

12. Exprimi debet si sit cum cura animarum, vel non. *cap. statutum de elect. in 6.*

Procedit etiam si sit dignitas in Cathedrali, vel Collegiata habens

H curam *cap. cum ab Ecclesiarum de off. Ord.* Ideo olim Episcopus supplicauit super retentione Prioratus, & quia non fecit mentionē de cura gratia fuit subreptitia, vt per Rot. decisum fuisse refert Felin. *d cap. in nostra de rescrip. nu. 32.* Sufficit bene, siuè explicitè, siue implicitè p actus curā infalibiliter denotantes, vt audire confessiones, Sacramenta ministrare, &c. vti tamen debet verbis

bis vsitatis in Curia, non in Patria. Fel. *l.c.*

Procedit 2. De cura actu non habitu tantum, vide sup. *p. 1. cap. 1. diuis. 5.*

Procedit 3. Sine cura per se, siue per alium exerceat, & iuxta Fel. *l.c.* exprimi debet an per Vicarium perpetuum, vel ammouibilem.

Procedit 4. Etiam si beneficium esset simplex: sed haberet curatam annexam, secus si tantũ accidentaliter in aliquo casu vacationis curati vicesgereret, e. g. si adesset consuetudo, vt Canonicus curam faceret mortuo Rectore vsq; ad prouisionem, tunc in impetratione illius Canonicatus non est facienda mentio de cura. Old. *cons.* 202. vide sup. *p. 1. cap. 8. §. 2. req. 5.*

Vltimo exprimi debet verus beneficij valor, alias gratia est sobreptitia, Rot. *decis. 36. in antiq.* Veral. *decis. 27. p. 1.* quia in regula de valore adest clausula annullatiua gratiæ. Cassad. *decis. 22. super reg.* Veral. *p. 4. decis. 84.* Nõ tamen inducitur reseruatio ex mala expressione. Blanchet. *decis. nouiss. 419. vol. 1.*

Procedit 1. Coram Papa, & eius Legato, vt per Rot. fuisse decisũ refert Gomez *reg. de valore q. 2.* & tam in impetratis, quam in impetrandis, Rot. *decis. 292. in nouiss.* Non tamen coram Ordinarijs, sicut valor semel expressus non est amplius per eumdem exprimendus. Veral. *p. 3. decis. 333* Ideo si quis in prima impetratione fecit expressionẽ 24. ducatorum, cum facultate augẽdi vsq; ad verum valorem, si postea expediat facta expressione 50. ducatorum, sustinetur gratia, Crescent. *decis. 7. de rescript.* Ric. *2. p. resol. 454.*

Procedit 2. Tam in litteris, quàm iustitiæ, & in forma pauperum, in quibus antea nõ exprimebatur. Crescen. *decis. 9. de rescrip.* In regressu tamen non est necessaria valoris expressio; quia in prima impetratione fuit expressus. Veral. *p. 3. decis. 91.*

Declaro 1. Verum valorem esse exprimendum: nam si maior exprimatur litteræ sunt nullę; quia adest dolus ad facilius impetrãdum, si minor, idem; quia defraudatur annata, ita per Rotam fuisse decisum testatur, Azor. *2. p. lib. 6. cap. 33. q. 4.*

Fallit si error fit in modico. Menoc. *cons. 316. vol. 4.* & ego à peritissimis in expeditionibus faciendis accepi Datariam errorem tertię partis non curare. De valore vide infra *p. 3. cap. 7. in fin. in appendice.*

Declaro 2. In impetrationibus coram Papa distinguendum esse.

1. Si fiat ad petitionem, vt fit regulariter omnia prædicta in hac cõditione sunt exprimenda.

2. Si fiat motu proprio, non sunt omnia

omnia exprimenda,& signanter, quæ alteri non nocent, vt quod beneficia sint cum cura,dignitate,&c. sed solum illa exprimi debēt,quæ alijs nocere possunt e. g. quia sunt de iurepatronatus, &c. Azor.2.*p.lib.*7.*cap.*23.*q.*2. Ratio est; quia confirmatio Apostolica etiam motu proprio facta, non operatur præiudicium tertij Rot. diuers. *p.*1.*decis.*455. Seraph. *decis.* 98. & 398. nisi quando Papa potuit cogitare. Cassad. *decis.* 2. *de priuil.*

POSSESSIO.

Cond. VI.

TRIA hic erunt videnda.
1. Necessitas possessionis.
2. Quando capienda sit.
3. An pro immissione aliquid capi possit.

DE 1. Regula generalis est neminem posse propria auctoritate possessionem ingredi. Iason, & DD. *l. si ex stipulatione ff. de aquirenda hæreditate.* Paris. *lib.*10. *q.* 6. *num.* 27. Vbi testatur de communi,& num.45. vbi tradit modum eam petendi, tradendi, & instrumentum conficiendi. Ex quibus necessitas claret possessionis: nam per solam collationem non aquiritur ius firmum,& efficax, vt probat, Ric.3.*p.resol.*78. Immò coadiutori nō sufficit possessio capta viuente coadiuto; nam post mortem eius noua capi debet Sac. Cong. Barbos. ad Trid. *sess.*25.*cap.*7.*de ref. nu* 16.

Declaro 1. Beneficiorum possessionem capi posse per se,& per aliū, dūmodo habeat speciale mandatum *l. si ergo ff. de neg. gest. cap. accedens de præb.* vbi Gloss. *u. collato*, Gloss. & DD. *in cap. si tibi absenti de præb. in* 6. Cap. Tolos. *decis.* 486. Seraph. *decis.*1161. Rot. coram Buratt. *decis.*19. & 209. Non tamen requiritur in indiuiduo; sed sufficit ad capiendam possessionem quorumcunq; beneficiorum, Rot. coram Vbaldo *Auers. beneficij* 1. *Iunij* 1620.

Declaro 2. Possessionem capi posse per amicum etiam sine mandato; sed nihil valet, nisi in tempore sequatur ratificatio. Feret. *cons.*29. *p.*1. Greg. XV. *decis.* 50. Potest bene constitui procurator ad capiēdam beneficij possessionem,nō solum Clericus; sed etiā laicus,vt pbat, Ric.3.*p.resol.*79.

Declaro 3. Quod si aliquis pro alio caperet possessionem secundi beneficij quantumcunq; pacificā, vigore mandati tantum generalis, non vacaret primum incompatibile;quia requiritur mandatum speciale. Franc. *d. cap si tibi absenti*, Gloss. 17. vbi allegat. *cap. multa de præb.* Tandem ille manutenendus est in possessione qui anterior fuit in possessione

instrumentali, quãdo nullus erat in possessione, Rot. coram Manzonedo apud Ric. 2. p. resol. 166.

Quæritur tamen hic an ante possessionẽ: sed post collationem possit quis ministrare? Aliqui affirmant; quia per collationem aquisiuit plene beneficium. Abb. *cap. transmissa de elect. num* 3. Couar. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 16. *num.* 6. Modo alius non sit in possessione; quia videretur cum propria auctoritate spoliare. Alij negant, & quidem iudicio meo verius. Tum quia collatio habet vim sentẽtiæ pos-sessio vero executionis. Paris *l. c. num.* 7. Tum quia hęc est vniuersalis consuetudo, Vgol. *de pot. Ep.* 2. *p. cap* 50. §. 15. *num.* 3. An fiat intrusus, vide infra *p.* 3 *ca.* 9.

DE 2. *In tribus casibus præfixum est tempus ad capiendam possessionem.*

1. In beneficijs resignatis modo dicto *p.* 1. *cap.* 6. *decl.* 5.
2. In assecutione secundi incompatibilis obtenti à Papa, qui apponit decretum de dimittendo primum, & capiendo secundum infra duos menses, de quo *p.* 2. *sect.* 1 *cap.* 1 *cond.* 3. §. *fine delicto n.* 10.
3. Quando alius existeret in possessione; quia si ante triennium eam nõ caperet posset post triẽnium priuari *ca.* 1. *de pacif. possess.* Ric. 2. *p. resol* 165. in alijs casibus non est præfixum tempus à iure, vt notat, Ric. *l. c.* Dicerem tamen ex triennali delatione censeri renunciare, vt dixi de acceptatione supra cond. 3.

Declaro 1. Quod quis mittitur in possessionem, vel per ipsummet Iudicem, Notario faciente rogitum, vel per alium delegatum, qui de iure est Archidiac. *cap ad hæc de off. Arch.* Vel Decanus cap. post elect. de concess. præb. Vel Iudex mandat alteri; vel ipsi notario: immò potest dare facultatem capiendi eam propria auctoritate, si nemo sit in possessione, Piasce *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. Papa mandat hoc, vel committit solum existentibus in dignitate, vt docui *p.* 1. *cap.* 6. *req vlt.*

Declaro 2. Quod modus capiendi possessionem Parochialis, vel alterius Ecclesię fit per ingressum, aspersionẽ aquæ benedictæ, osculum altaris maioris, sonum campanæ, & tandem assignatur domus presbyteralis. In possessione Canonicat' assignatur locus in Choro, & Capitulo, & per hæc tradita censentur etiam bona temporalia tanquam accessoria. Aliæ adsunt cærimoniæ pro locorum consuetudine. Piasce *l. c.* ad fin. Procedit de possessione vacanti: nam si adesset intrusus, prius esset expellendus, vt supra *p.* 1. *cap.* 5. *p.* 4. *req.* 4 ex parte Episcopi, & *cap.* 6 *req. vlt. decl.* 8. *vers. modus.*

DE 3. *Aliqua sunt certa.*

1. Pro collatione, & Bullis nihil accipi posse à collatore: nam esses

ſet ſimonia; quia non ſolum iuriſdictio eſt Eccleſiaſtica, & ſpiritualis: ſed etiam actus Bonac. *de ſimon. q.5. §. 17.* excepto Notario, qui poteſt aureum accipere pro mercede ſui laboris in ſcriptura, & ſigillo, ac cæra bullę, ſi non habeat ſalarium Sac. Cong. apud Quar. *u. ſimonia in add.* & Piaſce *p. 2. cap. 5. num. 28.*

2. Aliquid accipi poſſe conuertẽdum in vtilitatem Eccleſiæ, vt pro veſtibus, luminaribus, &c. dummodo talis adſit conſuetudo; qa ſolum accipi prohibetur in vtilitatem accipientium. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 14. de ref.*

3. Notarius poteſt in poſſeſſione pro ſuo officio labore, & rogitu iuſtã mercedem accipere, Vgol. *citand.* Controuerſia eſt. *An exequutor e.g. Vicarius Epiſcopi tradens poſſeſſionem poſſit pro tali actu aliquid accipere.* Aliqui negant. Tum cum ſit annexum rei ſpiritualis .ſ. beneficio committeretur Simonia. Tum quia id vetatur à Trid. *l.c.* Vgol. *2. p. cap. 50. §. 15. num. 2.* Ego vero contrariũ ſenſeo. Tum quia traditur pecunia pro poſſeſſione ſecũdum ſe, & ſic eſt factum mere temporale, & dicitur annexum ſpirituale, quatenus pendet à titulo ſpirituali: ſed titulus per collationem fuit plene aquiſitus, & ita remanet poſſeſſio per ſe, quæ eſt quid temporale, qua ratione licere ſine Simonia tradere pecuniam iniuſte impedienti beneficij poſſeſſionem firmat D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. Caiet. de Simon. q. 3. Nau. *cap. 23. num. 102.* & alij cõtra Sot. & Vgol. apud Bonac. *l.c. q. 6. p. 5. num. 8.* Tum quia pro labore extrinſeco poteſt licite accipi, vt pluribus docet, Bonac. *l. c. p. 3.* alias teneretur Vicarius ſuis ſumptibus ire, & alia facere, quod nullo iure pręcipitur. Tum quia Trid. intendit prohibere, ne pars pro ventarum accipiatur e. g. tertia, vel 4. pars, non autẽ iuſta laboris merces: nam præcepit, vt prauas, & ſcandaloſas cõſuetudines aboleant, & non laudabiles probauerint. Vnde tuto ſeruari poſſe receptas, & approbatas taxas, & locorum conſuetudines cenſeo.

Sacerdotij ſuſceptio infra annum.

Cond. VII.

HVIVS præcepti vim, & requiſita explicare debemus.

DE 1. Præceptum eſt, vt de Parochialibus prouiſi infra annum à die adeptæ pacificę poſſeſſionis Sacerdotium ſuſcipiant, & vt prouiſi de alijs beneficijs, vt dignitatibus, & Canonicatibus &c. infra annum ſuſcipiant ordinem ſuis beneficijs annexum *cap. licet ca-*

non. & *cap. commissa de elect. in 6.* Clem. vt 11. *de ata. & qual.* Trid. *sess.* 22. *cap.* 4. *de ref.* Coadiutor tenetur recipere ordinem requisitum infra annum si inseruit, & residet, alias non lucratur fructus, & distributiones Coadiuto Sac. Cong. 1. Decemb. 1619. sed si non inseruit non tenetur ordinem suscipere, Barbos. ad Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *de ref. nu.* 29. & 30.

Declaro 1. Duplicem esse inflictã pœnam cõtra omnes notabiliter negligentes suscipere ordinẽ requisitum.

1. Est peccatum mortale.

2. Priuatio beneficij cum hac differentia, quod cõtra prouisos de Parochialibus adest priuatio ipso iure *d. cap. licet* cum deuolutione ad Papam, vt dictum est, *p.* 1 *cap.* 10. *num.* 31. Sed contra prouisos de alijs beneficijs etiam sacros ordines requirentibus adest priuatio tantum per sententiam præmissa monitione, vt pbat, Ric. 3. *p. resol.* 307. nam Sac. Cong. declarauit decretũ, Trid. *l. c.* comprehendere non solum beneficia in Cathedrali, vt comprehendit Clem. vt 11. *l. c.* sed omnia, quæ ordinem requirunt, vt refert idem Ric. 1. *p. resol.* 386. *num.* 13. Quid de Episcopo? vide supra *cap.* 1. *cond.* 3. §. *sine delicto num.* 9.

Declaro 2. Illos tantum Canonicos teneri suscipere ordinẽ præsbyteralem, qui habent dignitatẽ vel Canonicatum talem ordinẽ requirentem. Et sic de ordine Diaconatus. De Subdiaconatu distinguendum est; nam in Cathedrali omnes tenentur habere, vel esse in ætate, vt infra annũ possint ad Diaconatum promoueri, immo requiritur annus 22. completus, & postea debent infra annum promoueri, vt declarauit Sac. Cong. de qua supra *cap.* 2. *cond.* 4. Extra Cathedralẽ vbi aliquis ordo expræsse nõ requiritur sufficit esse Cleric. simplex Rot. *decis.* 26. *de rescript. in nou.* Ric. 2. *p. resol.* 138.

Declaro 3. Episcopum non posse cogere oẽs Cathedralis Canonicos: sed sufficit dimidia pars, inter quos potissimum debet esse prior, & qui alijs præest, cæteri vero Diaconi, & Subdiaconi. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12.

D E 2. Quinque requiruntur, vt prouisus de Parochiali beneficij priuationem incurrat ipso iure ob non susceptum Sacerdotium infra annum.

1. Vt Ecclesia sit Parochialis, & prouisus Rector, vel perpetuus Vicarius, ideo non sufficit esse Vicarius temporalis, nec habere curam, nisi Ecclesia sit vere Parochialis. Et si Parochialis vnita esset simplici, tunc si Parochialis est superior, vel æqualis intrat pœna alias non Anchar *d. cap. licet canon.*

Quid si Parochialis esset collegiata?

Resp.

Resp. Episcopum non ligari; quia is strictè dicitur habere diocęsim non Parochiam. Glofs. *cap. 1. de preb. in 6.* contra Sot. de *iust. lib. 10. q. 5. art. 5. concl. 1.* De inferioribus distinguo, si ad vnum determinatum cura spectet intrat pœna, si ad plures insolitum, nequaquam, *cap. statutum de elect. in 6.*

2. Vt non habeat legittimum impedimentum; quia id excipitur *d. cap. licet* ibi *nisi legittimo impedimento, &c.* quod potest esse multiplex.

1. Morbus grauis.

2. Morbus, qui minus idoneum redderet ad sacras fūctiones Sac. Cong. apud Ric. *1. p. resol. 486. num. 8.*

3. Contagium.

4. Irregularitas superueniens etiā illiteraturæ, propter quā noluit Episcopus illum ordinare.

5. Si per se non itet, & paratam se obtulit. Sac. Cong. apud Ric. *l. c. nu. 6. & 7.*

Additur 6. Excusari si fit extra iudicialiter suspēsus, vel aliās prohibitus vigore cap 1. Trid, *sess. 14. de ref.* vt ibi not. Barbos. iuxta *cap. transmissa de elect. in 6.* Ita Sac. Congr. apud Ric. *p. 1. resol. 486. num 7.*

3. Vt sit Parochialis actu, non habitu tantum, e. g. cum nulli sunt Parochiani, vel quia omnes sūt capti ab hostibus, vel quia propter pestem fugerunt, & huiusmodi; nam tunc non habet gregē: sed si reuertantur tenetur ordinari infra annum à tempore reuersionis *d. cap. licet*, ibi Glofs. in *Parochialis.* vid. *p. 1 ca. 10 nu. 32.*

4. Vt sit elapsus annus integer à die pacificæ possessionis, vel ab eo tempore, quo per ipsum steterit, quo minus possessionem caperet *cap. commissa de elect in 6.* non à die collationis, vel possessionis non pacificæ.

5. Vt non habeat legittimam dispensationem. Ideo si cum dispensatione ante debitam ætatē obtinuit Ecclesiam, non tenetur infra annum ordinari: sed quando erit in ætate. Sac. Cong. apud Ric. *l. c. ad finem.* Nota tamen quod si dispensatio cōcedatur ex causa e. g. studiorum, debet esse vera ideo non est tutus si non studeat, Azor. *2. p. lib. 6. cap. 5. qu. 10.* An vltima die anni possit renuntiare. Vide supra *p. 1. cap. 6. req. 2. vers. Sed an Parochus.*

FIDEI PROFESSIO.

Cond. VIII.

EX tribus liquet huius conditionis enucleatio.

1. Quinam beneficiarij, & coram quo fidei professionē facere debeant.

2. An possint per procuratorem.

3. Que

3. Quæ pæna sit omittentium.

DE 1. Distinguo, Aliqui debent professionē facere in assecutione beneficij, & etiam in Synodo, Aliqui in Synodo tantum.

Primi sunt.

1. Prouisi de Parochialibus, & quibuscunq; beneficijs curam habētibus coram Episcopo, vel Vicario generali intra duos menses à die adeptę pacificæ possessionis, Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de ref. vers. prouisi*, iuxta formam Bullæ 89. *iniunctum* Pij IV. & deinde etiam in prima diocæsana Synodo, vbi conuenire debent post adeptum beneficium, Trid. *sess.* 25. *cap.* 2. *de ref. vers. cæteri*.

2. Prouisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus in Cathedralibus. q in assecutione beneficij debent professionem emittere, non solū coram Episcopo, vel Vicario, sed etiam in Capitulo, Trid. *d. cap.* 12. & deinde in Synodo. Quod procedit etiam in exemptis; quia Trid. non distinguit. Vgol. *de pot. Ep. p.* 2. *cap.* 50. §. 16. *num.* 2. vbi addit Canonicos Collegiatæ, & omnes beneficiarios simplices teneri ad fidei professionē, quia Trid. *d. cap.* 2. loquitur generaliter in verbo *cæteri*: sed fallitur; nā Trid. ibi loquitur solum de professione in Synodo, vt statim patebit. Ideo occasione beneficij tenentur solum Parochi, & dignitates, vel Canonicatus obtinentes in Cathedrali, nisi alij per particulares cōstitutiones ad id obligentur, vel curam habeant; quia tunc semper tenentur etiā si essent Canonici Collegiatæ; Coadiutor non tenetur ad eam, nisi, quando fuerit locus successioni, Barbos. ad Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *de ref. num.* 13.

Secundi qui tenentur tantum in Synodo sunt.

1. Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi in forma Synodo Prouinciali, Trid. *d. sess.* 25. *ca.* 2. s. Episcopi in manibus Metropolitani, ipse vero Metropolitanus in nullius manibus.

2. Prouisi de Canonicatibus, & dignitatibus in Collegiatis.

3. Omnes beneficiarij simplices: nam omnes tenentur in prima diocæsana Synodo profiteri, & Romano Pontifici obedientiam spondere in manibus Episcopi, ipse vero Episcopus in manibus nullius. Trid *d. cap.* 2. Immò promouendos ad Episcopatum teneri ad professionē fidei statuit, Greg. XIV. Const. 1. *Onus Apostolica*.

Declaro 1. Hoc particulare discrimen inter fidei professionem occasione beneficij, & illam in Synodo reperiri; quia si quis semel in Synodo eam emiserit, non tenetur amplius, etiam si in eadē diocæsi ad aliam Ecclesiam, vel Dignitatem sit translatus: nam hoc nullibi præcipitur. Nald. *v. professio fidei num.* 4. Sed occasio-

ne beneficij tenetur semper quoties consequitur; quia Trid. non distinguit: sed absolute præcipit. Vgol. l. c. num. 1. Si mutaret diocæsim crederem teneri iterũ etiam in Synodo, cum mutetur Prælatus, cui obedientiam spõdere debet.

Declaro 2. Omittentes vtranq; teneri ad eam, etiam elapso termino; quia tempus apponitur ad pœnam, non vt eo lapso non teneantur Quaranta *u. beneficiorũ possessio*. Vgol. *l. c. Vbi num.* 4. Sac. Congr. declarationem referens ait, non mutari regula de triẽnali ad irritandam pœnam; quia triennalis Ius tribuit, quo ad proprietatem. Addit. Cherub. *schol. 2. ad bull.* 89. Pij 4. quia triennalis bonam fidem requirit, quæ non præsumitur in allegantibus ignorantiam huius bullæ, tàm vulgatę.

Declaro 3. Prouisos de beneficijs regularibus ad dictã professionẽ teneri ex d. Bulla, & etiam Regulares adeptos aliquam dignitatem regularem, vt Prouincialatum, Abbatiam, &c. Ita Sac. Cong. referente, Vgol. *l. c. nu.* 7. Hoc tamen de consuetudine nõ seruari testatur. Nald. *l. c. num.* 3. & inaduertẽtia excusari, & ignorantia ait Roder. *compend. resol.* 67.

C

DE 2. Aliqui negant. Tum quia vbi pręsentia pro forma requiritur, nequit actus per Procuratorem expediri *l. obligari* §. *tutor*, vbi Bart. *ff. de auctoritate tut.* sed d. Piana constitutio requirit pręsentiam pro forma, quia verba eius personalitatem significant, & quia vbi specialis animus, & consensus emittentis intelligendus est, & tunc pręsentia est de forma, Bald. *l. 1. col. 7. C. de fid. instrum.* Tum quia ita declarasse Sac. Congr. refert Additionator ad *cons.* 12. Nau. *de iureiur.* Vgol. *l. c. num.* 1. Grat. *cap.* 116. *nu* 22. Garz. *p. 7. cap. 3. num.* 175. & nouissime Fr. Sigismund. a Bonon. *tract. de elect. dub.* 26. Alij affirmãt. Tum quia potest per se aliquid facere potest per alium, *cap. qui facit de reg. iur. in 6.* nisi iure prohibeatur, & nullo iure id vetatur & allegata diuisio Sac. Cong. nõ refert originaliter. Ideò non ei creditur. Valer. absolutio *diff.* 1. *num* 20. Tum quia fidei professio est solemne iuramentum, qđ per Procuratorẽ potest præstari. *cap. tibi Domino d.* 63. & de iuramento fidelitates *cap. 1.* §. *verum de statu reg. 1. in 6.* Tum qa nullibi reperiuntur verba, i a clara ad denotandam personalitatem sicut in matrimonio, Trid. *sess. 2. cap. 1. de ref.* & tamen per Procuratorem celebratur. Tum quia adest tentus expræssus *cap. optatum d.* 100. vbi negatur pallium vni, quia non fecit fidei professionem per se, nec misit aliũ ad illam faciendam, ergo fieri

D

potest

potest. Tum quia ita absolute tenuit, Rota coram Sacrato *Vermien. Can.* 13. *Iunij* 1608. Ideo hæc est verior, quam tenet *cons.* 11. *de iur. iur.* Azor. 2. *p. l. b.* 7. *ca.* 2. *q.* 6. Sanchez de præcep. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. Campanil *rub.* 8. *cap.* 3. *num.* 19. Barbos. *de pot. Ep. all. g* 61. *num.* 20.

Declaro 1. requiri speciale mandatum; quia sic requiritur in omni iuramento *cap. fin.* vbi Gloss. *de iur. in* 6. Rot. coram Greg. 15. *Toletana decimarum* 15. *Maij* 1608. Sufficit tamen mandatum esse speciale ad capiendam possessionem, licèt nō dicat expressè ad faciendam fidei professionem; quia concesso actu, veniūt omnia illius expeditionem concernentia. Rot. *d. Vermien.*

E

Declaro 2. Fieri posse in manibus Vicarij, etiam *Episcopo non impedito*; quia verba illa non important necessitatem: sed conuenientiam, vt à simili de præsentia Vicarij in Concursu diximus supra *sect.* 2. *cond.* 1.

DE 3. Pœna non facientium fidei professionem præter peccatum est amissio, vel potius non aquisitio fructuum; quia eos non faciunt suos. Trid. *d. cap.* 12. & de iure impenduntur in fabricā Ecclesię, vel vsum pauperum; sed hodiè debentur Cameræ. Nec potest ordinarius remittere; quā pœnam à Trid. inflictam condonare nequit, nisi in casibus expræssis. Barbos. ad Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de ref. num.* 48.

F

Procedit 1. Etiam ante iudicis sē tentiam; quia regula illa, Gloss. *cap. fraternitas* 12. *qu.* 2. quod s. pœna non debeatur ante condēnationem, vera est, quando fuit semel Dominus. cōtrarium sentit, Barbos. *l. c.* quia pœnæ non sūt ampliandę. Aliqui dicunt nō teneri restituere fructus priorum duorum mensium; quia ille terminus conceditur, Azor. *l. c. q.* 9. Verius est, vt omnes restituere teneantur; quia indistinctè dicitur non facere illos suos minum factam non recuperari; quia pœna ipso iure illata non purgatur *arg capitulum cum desideres de sent. excom.* Rot. coram Coccin *Quetē. Mercedis* 12. *Decemb.* 1608.

Procedit 2. De fructibus, & verba illa *possessio illis nō suff. agetur* ampliant fructuum priuationem, nō tamē amittitur titulus beneficij, neq; alia iura, & commoda possessionis. *Sac. Cong.* apud Quar. *l. c.* Neque distributiones, nisi omnes fructus in distributionibus consisterent. Nald. *l. c. ad fin.* quia tūc de illis verificatur, Barbos. *l. c. num.* 42.

Procedit 3. De professione occasione allecutionis beneficiorū, non in Synodo; quia in huius omissione talis pœna non irrogatur, vt patet in Trid. *sess.* 25. *cap.* 2. *de ref.* & pœnæ sunt restringendæ.

Proce-

Procedit 4. In foro exteriori etiā si ignoranter sit omissa; quia iuris ignorantia non excusat, secus in interiori, vbi ignorantia, & inaduertentia excusat à peccato, & fructuum restitutione, Ric. 3. p. resol, 82. Nau. conf. 12. de iur.

Procedit 5. Si non dedit mandatū, vel dedit; sed non erat legitimè impeditus, & procurator neglexit eam emittere; quia tunc non euadit pænam cum non debeat ex affectata negligentiâ commodū reportare, secus si erat legitime impeditus; qa nulla potest ei culpa assignari. Azor. lib. 7. ca. 1. qu. 6. Sanchez de præcep. lib. 2. cap. 5. Tandem noto prouisum debere probare se fecisse fidei professionem; creditur tamen emissa, si ita dicat, & possessio sit decennalis, Barb. d. cap. 12. n. 32.

RESIDENTIA.

Cond. IX.

FINALIS hæc conditio quattuor explicatis elucidata erit.

1. Quid sit, & quotuplex residentia.
2. Quinam ad residentiam teneātur, & quo iure.
3. Quænam sint pænæ non residētium.
4. Quæ causæ à residentia excusent.

DE 1. Residentia est permanentia in loco, vbi situm est beneficium, illiusq; munerum exercitatio.

A Residentia est duplex. s. materialis, & formalis.

1. Materialis est vera, & corporalis mansio in eo loco: nam Paroch⁹ tenetur residere personaliter, ēt si per alium melius seruiretur; qa electa industria personæ. Immò teneri residere in domo parochiali quaten⁹ eam habeat, alias in alia intra limites parochię per Parochum infra mensem cōducenda, & ita vicina, vt per se ipsū possit Parochiali inseruire, ita tamen vt infra sex mēses domus parochialis reaptetur referunt decisum à Sac. Cong. 13. Nouembris 1627. Garz. p. 3. cap. 2. num. 179. declar. 21. Barbos. in Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. nu. 47. Addit Garz. l. c. declar. 20. debere Parochum prope Ecclesiam habitare, etiā si maior pars populi habitat longè.

2. Residentia formalis est exercitiū munerum Parochialium: nam

B Parochi cogendi sunt ad subeūda munera per se ipsos, & tolerandi sunt per substitutos solum in casibus permissis in Canonib⁹, & decretis Concilij, Garz. in add. p. 3. cap. 2. num 53. alias non dicuntur residere, Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. ideo illis, qui nequeunt sua munera exercere, nō sunt cōferendæ Ecclesiæ, cap. quia nōnulli cap.

li cap. Relatum de Cler. non resid. cap. super inordinata de prab. & à proprio Parocho sacramenta sunt recipienda, *cap. omnis de pen. & remiss.*

Item residentia est duplex. s. præcisa, & causatiua. *Præcisa* est permanentia ad effectum, exercendi munera Ecclesię. *Causatiua* est permanētia ad effectū, vt de bonis suis satisfaciat pro interessentia non præstita, ideo coadiutor alicuius Canonici constitutus reseruatis fructibus, & distributionibus, si aliquando non intersit diuinis officijs, tenetur de proprio reficere ratam distributionum ipsi coadiuto per absentiā amissarum, sicut per Sac. Congr. decisum fuisse refert, Barbos. in Trid. *sess. 25. cap. 7. de ref. num. 14.* Docet bene *num. 15.* tempore iustæ excōmunicationis, & carcerationis coadiuti, coadiutorē non lucrari distributiones, nisi ꝑ rata sibi forte pro suo seruitio assignata Sac. Cong. 15. *Decemb.* 1618.

DE 2. *Multi ad residentiam tenentur.*

1. Episcopi, Archiepiscopi, cæteriq; Prelati in suis Ecclesijs, Trid. *sess. 6. cap. 1. de ref.* Quod verum est etiam de illis, qui habent Ecclesiam in loco vbi omnes incolæ totius diocęsis sunt schismatici, & adeo incorrigibiles, vt nulla sit spes proficiendi, Barbos. *l. c. num. 6.* ex Sac. Cong. 2. Septemb. 1617.

2. Curatores animarum, Trid. *sess. 25. cap. 1. de ref.*

Declaro 1. Residere debere Parochum licet Ecclesia tenues habeat reditus Sanctarel *var. resol. q. 4. num. 45.* vel ibi remanserint tres, vel quattuor incolæ, Garz. *p. 3. cap. 2. num. 179.* vel habeat Vicarium perpetuum, vel temporalem cum distinctione infra dicenda, vel lis sit ei mota, dummodo, habeat possessionem. Sac. Cong. apud Ric. *1. p. resol. 393.* vel Parochus sit inquisitor, vel subcollector Apostolicus; quia propter hæc officia nō excusatur à residentia Parochialis. *Ric. l. c.* Barbos. in Trid. *sess. 23. cap. 1. de ref. num. 36. & 37.*

Declaro 2. Requiri, quod Ecclesia sit Parochialis actu . s. quæ habeat parochianos secus si sit habitu tantum; quia vbi nulli sunt Parochiani non est onus residentiæ, nisi de nouo fiat Parochialis actu per reuersionē populi, Barbos. *l. c. num. 29.* Sufficit bene Ecclesiam esse Baptismalem: nam si sola baptizandi cura Ecclesiæ incumberet, Rector residere tenetur, Sac. Cong. referente Barbos. de off. Parochi *cap. 8. nu. 7.*

Declaro 3. Residere teneri etiam coadiutores Parochorum, & Vicarij tam perpetui, quam ad tēpus subrogati, & tam seculares, quàm regulares, Sac. Congr. apud Ric. *1. p. resol. 494. in fin.* Garz. *p. 3. cap. 2. num. 26.* alias ꝑ tem-

tempore absentiæ mercedem, vel fructuum portionem suam non faciunt, quia muneri suo nō satisfaciunt. Vgol. de pot. Episc. *p.1.cap.15.nu.2.* Barbos. in Trid. *sess.23.co.1. de ref.num.34. & 35.*

Declaro 4. Regulariter coadiutū teneri residere, etiam quod coadiutor resideat; quia coadiutor datur comulatiuè, non priuatiuè alias quandoq; reportaret quis comodum ex imperitia, vel aliquo delicto Sac. Congr. apud Garz. *3.p.cap.2. num.* 178. Duobus tamen copulatiuè concurrentibus coadiutus non cogitur residere.

1. Si coadiutor sit perpetuus legitime institutus; nam si sit ammouibilis nō excusatur cum hic arguat curam esse pænes deputantem. Garz. *l.c.* ex Sac. Cong. *nu.* 176. *declar.* 11. Barbos. ad cap. vlt. *de off. Vicarij*.

2. Si tota cura translata sit in coadiutorem; nam si tantum aliqua pars translata sit coadiutus nō excusatur à residentia, etiam si coadiutor esset perpetuus, Sac. Cong. teste Gonzal. *gloss.6.n 99.*

Declaro 5. Episcopos, aliosq; Prælatos, & animarum curatores ad residentiam teneri iure diuino, naturali, & Ecclesiastico.

De iure diuino. Tum quia colligitur ex scripturis *Io. 21. Pasce oues meas*, quæ quidem verba principaliter dicta sunt Petro, vt esset omnium Pastor; secundario tamen ad omnes Pastores extenduntur, quibus singulis, singuli greges commissi sunt. Tum quia alijs Apostolis Christ' dixit Mat. 16. euntes *prædicate, docete baptizate &c.* Act. 20. attendite gregi, *in quo vos Spiritus sanctus posuit.* Tum quia ita declarauit, Trid. *sess.23.cap.1. de ref.* ibi *cum præcepto diuino mandatum sit &c.* Azor. *2.p.lib.7.cap.4. & 5.* & alij apud Bonac. *punct.3. de resid* & est cōmunis. Aliqui tamen negant residentiam de iure diuino. s. Cāpeg. & Catharinus *tract. de resid.* pluribus rationibus, quibus facillime respondetur.

1. Quia nullum in scripturis extat præceptum. *Resp.* sufficienter colligi ex locis citatis neq; maior expressio est necessaria; quia confessio est à Christo instituta, & tamen non reperitur expræsse; sed inde colligitur *quæcunque solueris &c.*

2. Quia Papa non dispensat in iure diuino; sed bene in residentia. *Resp.* Papā declarare ex aliqua causa residentiam non obligare prout facit etiam in voto, & iuramēto, quæ sunt de iure diuino.

3. Quia Episcopi Ecclesiam recipiunt, & auctoritatem à Papa, Curati vero ab Episcopo, *Resp.* vtiq; instrumentaliter; nam principaliter auctoritatem recipiūt à Christo. Belarm. de Rom. Pōt. *lib.4.cap.25.* Suarez *tom.4. d.27. sect.1. nu.7.* sicut enim contract'

ab hominibus celebrantur, & nihilominus naturalem pariunt obligationem, ita potestas datur à Papa, & tamen residentia est à Christo.

4. Quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur. Resp. regulam illam fallere; quando electa est industria personę, & onus est personale, vt est residentia.

De iure naturali; quia naturalis ratio suadet, vt qui aliquod munus suscipit teneatur ad onera annexa, ad illa enim tacite se obligat; nam secundum naturã est, vt qui sentit commodum, sentiat & onus *l. secundum naturam ff. de reg. iur.*

De iure Ecclesiastico. Tum in *cap. si uir cap. peruenit, cap. scitscitatis* 7. *q.* 1. *cap. ad hac, cap. extirpandæ de præb.* Trid. *l. c.* Tum quia in *cap.* 1. 2. *&* 3. *distin.* 80. patet Prouincias, & Episcopatus fuisse diuisos, & *cap.* 1. 13. *q.* 1. Dionysius Papa ait Ecclesias singulas singulis dedimus, Parochias diuisimus, vt vnusquisq; plebem suã custodiat. Accedit tandem Bulla SS. D. N. Vrbani VIII. districte residentiam Episcoporum, & Parochorum præcipientis, ita vt nullus Episcopus etiam Cardinalis sine licentia Papę inscriptis de sua Dięcesi exire queat. Declarauit tamen Sac. Cong. de anno 1635. de mandato eiusdẽ Sanctiss. d. Bullam non habere locum, nisi vltra tempus à Sac. Conc. Trid. permissum.

3. Residere tenentur habentes beneficia curam iurisdictionalem habentia, siue sint Præpositi, siue alij beneficiarij, siue commendatarij. Hodie .n. per omnia æquate sunt commendæ titulis, Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 166. Immò teneri etiam sacris initiari refert decisum, Barbos. in Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref. nu.* 38. 39. *&* 40.

Declaro tãtam esse residentiæ obligationem, vt habens vnam Parochialem, & titulum alterius, cuius fructus sunt alteri reseruati, cogatur alterum dimittere, cum in vtroq; nequeat residere, Garz. *p.* 11. *ca.* 5. *num.* 134.

4. Residere tenentur Canonici, qui personaliter in choro horas recitare debent; quia qui tenentur ad finem, etiam ad media tenentur. Non de iure diuino; sed de iure Ecclesiastico secundum oẽs. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de ref.* vbi aufertur vis consuetudini, etiam immemorabili, vt nequeat à residentia excusari, & datur mod° cogendi ad residentiam de quo infra *p.* 3 *cap.* 11. *num.* 1. *declar.* 1. *post med.*

An vero de iure naturali teneantur, dissentiunt DD. Aliqui affirmant; quia natura dictat, vt quilibet suum debeat persoluere officium. *Azor.* 2. *p. lib.* 7. *cap.* 4. *q.* 2. Vasquez de benef. *cap.* 4. §. 2. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 170. & alij apud eum. Alij negant, & dicunt solũ de

de iure positiuo teneri ; quia obligatio consurgit ex fundatione, vel dispositione hominis, vel cõsuetudine, aut statuto. D. Tho. *quol.* 1. *art.* 3. Conciliantur . fundamentaliter, & radicaliter tenentur de iure positiuo ; Secundario vero .i. supposito institutione, iure naturali; sicut facta obligatione famuli tenentur seruire de iure naturæ, quod præcipit pacta seruari *l.* 1. *ff. de pact.* Ideo Papa potest etiam sine causa dispensare, Bonac. *de resid. pun.* 3. *num.* 9. *ad fi.*

5. Residere tenentur beneficiarij simplices habentes onus personale; quia obligatus ad finẽ tenetur ad media. Ideo ad residẽtiam compellitur.

F

1. Habens onus celebrandi per se.

2. Habens onus quarumdam missarum, & inseruiendi choro Sac. Cong. *Ferrarien.* 4. *Decemb.* 1627. Immò talis Capellania esset incompatibilis cum Canonicatu, Barbos. in Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. *nu.* 8. & 9.

3. Habens Capellaniam cum onere adiuuandi in cura animarum tenetur residere, & est beneficiũ incompatibile cum alio Curato. Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 4. vbi refert, ita per Sac. Congr. fuisse decisum. Nec tamen obligatio beneficio simplici inesse debet, vel ex fundatione, vel ex consuetudine ; nã Episcopus nequit simplicib' beneficijs onus personale imponere. Sac. Cong. apud Piasce *p.* 2. *cap.* 3. *num* 32.

Declaro 1. Quod si aliquibus hebdomadis tãtum celebrare tenerentur, vel choro interesse posset alijs temporibus abesse ; quia tunc cessat finis residentię. Barbos. *alleg.* 43. *num.* 84.

Declaro 2. Quod quãdo adest aliqua obligatio personalis, tunc residentia est de iure humano fundamentaliter, secundario vero de iure naturæ, vt de Canonicis dictum est.

Declaro 3. Beneficiarios simplices sine onere personali non teneri, neq; cogi posse ad residentiam, Ric. 1. *p. resol.* 524.

Quid si Episcopus residendi obligationem præciperet, vel aliud grauamen inferret, nec posset grauaminis decretum haberi?

Resp. Metropolitanum adiri posse tribus modis.

1. Per appellationem à diffinitiua, vel interlocutoria habente vim diffinitiuè, vel a grauamine irreparabili, & tunc docere oportet de grauamine.

2. Per recursum, Gratian. *decis.* 26. Marchiæ.

3. Per viam quærelæ; quia Metropolitanus est iudex ordinarius suorum suffraganeorum quærelans tunc est actor, & suffraganeus est reus, & his duobus modis aditur Metropolitanus sine copia decreti grauaminis, Ric. 2. *p.*

2.*p.resol.*225.cōtra Couar pract. 99.*cap.9. num.*2.

6. Residere tenentur Clerici simplices iure positiuo in diocęsi; quia discedere nequeunt sine licentia, etiam causa deuotionis, *cap. non opportet de consid.*5. Caputaq; *tract. de prorog. num.* 25. qui est post *reg.* 53. Ric. 2.*p. resol.* 164. Ego vero id puto verũ de honestate, non de necessitate; nam Clericos simplices, etiã beneficiatios sine onere personali posse vbiquè manere declarauit Sac. Cong. & Rot. Rom. teste Garz. *p.*3.*cap.*2.*num.*3. Sà *à. Clericus num.* 29.

7. Residere tenentur superiores regularium, iuxta præscriptum regulæ, vt Abbas, Prior, & cæteri, licet curam non habeant secularium; quia habent curam animarum suorum subditorum, & sine residentia munus suum præstare nequeunt, ideo grauiter peccant non residentes sine causa, ad nullam tamen restitutionẽ eos Trid. obligat, ita Sac. Cong. teste Less. *lib.*2.*cap.*34.*dub.*19.*num.*161. Filliu*s tract.* 41. *cap.*6.*nu.*30.

Declaro, quod obtinens Monasterium, seu Abbatiam, quæ cura, & conuentu caret, non tenetur residere, Garz *l.c. num.*179. *declar.* 9. Barbos. in Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de res. num.*46. Hic obiter noto, quod Capellania, & Monasterium, quorum fructus sunt tenues, incompatibilia sunt sub eodem tecto absq; dispensatione Apostolica. Garz. *p. ij. cap.* 5. *num.* 134.

DE 3. Plures sunt non residentiũ pænæ.

1. *Peccatum mortale* ex suo genere. Tum quia faciunt contra obligationem in re graui. Tum quia cogendos esse ad residẽtiã statuit Trid. *sess.*6 *cap.* 2. *de res.* Tum quia non residenti imposita est pæna priuationis, *cap. conquerente de Cler. non resid.* Tum quia id expresse cauet, Trid. *sess.*23. *cap.*1. *de res.*

2. *Priuatio fructuum* ipso iure in Episcopis, & Curatis, Trid. *l.c.* q̃ datum ob causam, nõ *secuta causa*, retineri nequit. Nau. *cap.* 25. *num.*121. Ampliatur etiam ante sententiam; quia iuxta legis naturalis obligationem, fructus retineri nequeunt pro causa, quæ non fuit præstita; nam sic alienũ retineretur.

Sed dicet quis pæna non debetur ante sententiam saltem declaratoriam, Gloss. *cap. fraternitas* 12. *q.*2. Resp. id procedere, nisi lex aliter disponat, vt hic per Trid. *l.c. vers. si quis* ibi etiam declaratione non secuta. Azor. 2.*p.lib.*7. *cap.*6. *q.*6. Vgul. *p.*1.*cap.*15. § 4. *num.* 2. Canonici vero non residẽtes per sententiam priuãtur, Trid. *sess.*24.*cap.*12.*de res.*

An omnes fructus integrè sint restituendi. Aliqui affirmant; quia Trid. absolute priuat fructibus pro

pro rata absentiæ. Nau. l.c. Alij verius negant; quia fructus non solum pro sacramentorum ministratione dantur : sed etiam pro recitatione officij ; Trid. autem interpretatur iuxta dispositionē iuris naturalis.s. de fructibus illi omissioni respōdentibus Barbos. *de pot. Ep alleg. 43. nu. 101.*

3. *Pæna pecuniaria*: nam ante priuationem leuiores pęnæ irrogãtur.

4. *Censura.* Trid. *l. c.* Bulla Pij V. *cupientes.*

5. *Priuatio beneficij* per sententiam, vt infra *p. 3. cap. 11.*

6. Incorporatio omnium bonorũ aquisitorum ad Cameram Apostolicam, si moriatur extra locũ residentiæ Bulla Pij IV. *In suprema.* Procedit etiam vbi adest priuilegium compositionis super spolijs ; quia in eo duo casus excipiuntur. s. mortis extra residentiam, & illicitæ negotiationis, de quo latè infra *p. 3. cap. 2. vbi de spolijs.*

DE 4. Quinque causę à residentia I excusant.
1. Licentia legittima.
2. Paruitas temporis.
3. Casus repentinus.
4. Vnio perpetua.
5. Tenuitas fructuum.

1. *Licentia* sex requirit conditiones.
1. Concessa.
2. A Superiore.
3. Ad tempus permissum.
4. Non dolosa.
5. Ex iusta causa
6. In scriptis. Declaro omnes

1. *Concessa* ; quia petijsse non sufficit; nam fieri potest, vt ei sie denegetur licet petens iustam habeat absentiæ causam. Garz p. 3. *cap. 2. num. 3.* ex Sac. Cong & expressa, nec tacita sufficit. Garz. *l.c. num. 35.*

2. *A Superiore.* Quattuor enim hãc habent facultatem.
1. Papa etiam ad longum tempus.
2. Legatus de Latere. Selua 4. *par. qu. 9.*
3. Episcopus ad duos, vel tres mẽses. Trid. *l.c. & sess. 24. cap. 12. de ref.*
4. Capitulum Sede vacante; quia succedit in Episcopi iurisdictione. De inferioribus, Aliqui negant; quia Trid. *sess. 23. cap. 1. de ref.* ait quod causa debet esse per Episcopum cognita. Tum quia sicut inferiores nequeunt beneficijs priuare, ita nec absentiæ licẽtiam concedere nisi ex speciali priuilegio, vel cõsuetudine. Azor. *l.c. cap. 5. q. 4.* Alij affirmant; quia nomine Ordinarij intelliguntur, Abb. *cap. relatum de Cler. non resid.* Hoc iudico verius, si inferiores habeant proprium territorium distinctũ; quia habet iurisdictionem Episcopalem, & est vere Ordinarius, Ric. *2. p. resol. 295. nu. 2.*

3. *Ad tempus permissum* ; Episcop⁹ enim concedere potest Canonicis licentiam ad tres Menses. Trid. *sess. 24. cap. 12. de ref.* Curatis vero ad duos *sess. 23. cap. 1. de ref.*

quia

quia maius periculum imminet.

Declaro Ordinarium non solum semel in anno posse absentiæ licentiam concedere; quia non est hęc facultas, ita restricta : sed quoties iusta causa sub est, Trid. *d. ca. 1.* ibi *quandocunq; eos, &c.* Similiter post primam licentiam non cesset causa, poterit iterum concedere, & sic prorogare: nã Trid. ait *non vltra bimestre nisi ex graui causa*, ergo subsistente causa poterit. Quod si appareat diù duratura Summus Pontifex addeatur.

K

Difficultas est quotidiana. *An liceat per tempus à Concilio permissum sine peccato, & restitutionis obligatione absq; licentia abesse?* Resp. de Canonicis omnes affirmare, & ita Sac. Cõg. declarasse refert, Garz. *p. 3. cap. 2. num. 315.* Quod puto verũ, nisi notabilis sequatur Ecclesiæ lesio: nam non omnes possunt eodem tempore abesse alias cultus diuinus pateretur.

L

De Curatis aliqui affirmant. Tum quia dictum tempus à Trid. permittitur *d. cap. 1.* Tum quia Episcopi strictius ad residentiam tenentur, & pro duobus, vel tribus mensibus licentia non requiritur Nau. *cap. 25. num. 121.* Azor. 2. *p. lib. 7. cap. 4. qu. 10.* Beia *p. 4. casu 21.* Nald. *u. resid. num. 5.* Bonac. *de resid. pun. 4. num. 9.* Alij negant. Tum quia Trid. statuit absentiæ causam esse ab Ordinario probãd[illegible]m, & Sac. Cong. declarauit non licere sine licentia resedere teste Bonac. *pun. 3. num. 6.* Tum quia si tunc extra Parochiam decedat Camera facit spolium, quod indicat non facere fructus suos Vgol. de pot. Ep. *p. 1. cap. 15. §. 5.* Filius *3. p. tract. 41. cap. 6. nu. 26.*

Conciliarem tali distinctione, vt .s. prima intelligatur de absentia duorum mensium minutissime interpellata .s. per vnum, aut alterum diem singulis vicibus. Secunda vero de absentia cõtinuata, vel quasi continuata .s. per decem, vel quindecim dies, & vltra singulis vicibus. Patet ex fine, qui est ne oues patiantur, quod ex vnius diei absentia sequi regulariter non potest sicut in absentia continuata, vel quasi, vbi imminet damnum, & scandalum: nam in tempore plurium dierum facile casus accidunt, & festi dies occurrunt, in quibus Pastoris præsentia est maxime necessaria. Confirmatur; quia absentia minutissima est vere modica, ideo ꝓ absentia trium dierum non potest Episcopus excommunicationem infligere: sed bene pro decẽ, & vltra, ita Sac. Cong. teste, Barbos. cittando infra 2. *causa.*

4. Licentia non sit dolosa; quia causa debet esse vera, ideo obtẽta per dolum, vel mendacia, non suffragatur, nec vere licentia dicitur, Rot. coram Vbaldo *Calagorit 26. Martij 1614.* & in Astensi Mansanedo 10. *Ianuarij.*

Declaro

Declaro licentiæ causam non esse iudicialiter probandam; quia id Trid. non præcipit; Barbos. *alleg.* 43.*num.*98. Bonac. *pun.*4. *nu.* 11.

5. Iusta causa requiritur; quia Papa nequit dispensare sine causa in his, quæ sunt de iure diuino, vt est residentia in Curatorib. animarum. Sot. *de iust. lib.* 10. *qu.* 3. *ar.* 4. multo minus Episcopus, q neque in iure communi potest dispensare, nisi quantum à Papa permittitur. In Canonicis autẽ, & alijs quos supra diximus ad residentiam teneri solum de iure humano Papa dispensat etiam sine causa; quia legibus humanis non arctatur, secus Episcopus.

Declaro 1. Iustas causas ad quattuor reduci, quæ sunt.

1. Christiana charitas.
2. Vrgens necessitas.
3. Debita obedientia.
4. Ecclesiæ vtilitas.

1. *Christiana charitas* .i. ad componendas inimicitias, cõtrouersias, & odia, vel ad alia opera charitatis in proximum. Molf. *tract.* 6. *cap.*11.*nu.*19. Bonac. *punc.*5.*nu.*7.

2. *Vrgẽs necessitas*, quæ ad quattuor capita reducitur.

1. Ob morbum, qui sit grauis, & nõ perpetuus: nam tunc ob deffectũ medicorum medicinarumue in loco Parochialis, posset ab Ordinario concedi licentia trium, aut quattuor mensium, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ causa sanitatis. Barbos. ad Trid. *sess.*23.*cap.*1.*de ref. num.*58. secus si morbus sit leuis, vel perpetuus, etiam si perseipsum onera Parochialia exercere nequeat. Idem ob senectutem, Bonac. *l. c. nu.*3.

2. Ob aeris intemperiem accedente Ordinarij consensu, ità decisũ refert, Armendar. in addit. ad recopil. Legum, Nau. *lib.*2. *tit.*23. *l.*1.§.2. *sub titulo.* An Parochi debeant residere *num.*18. Ego vero id absolute non concederem: sed duobus copulatiue concurrentibus.

1. Vt Parochus non sit ex d. loco residẽtię oriundus, assuet. .n. ꝓpter aeris intemperiem non excusatur; quia præsumitur assuetus, Vgol. *de pot. Ep. cap.*15.§ 3.*vers.*6. Barbos. *l. c.* In hoc tamen dari potest casus, vt etiam aeris intemperies sit oriundo valde noxia, ꝓpterea regula generalis est negatiua propter præsumptionem prædictam: sed in casu particulari statur arbitrio boni viri.

2. Vt perpetuò excusari nequeat solo Ordinarij consensu: nam vel auctoritas Papæ requiritur, vel renũciationem, aut permutationem procurare debet, vt de inimicitijs dicetur.

3. Ob inimicitias capitales, & quãuis olim Episcopi dispensare solerent per annum, & crescentib. inimicitijs per alium annum, vt testatur, Zerol. *p.*1.*u. priuatio* §.4. *dub.* 1. tamẽ hodie hoc spectat ad Sac. Cong. Episcop. quæ solet sex

 menses

menses talibus concedere ad effectum, vt interim, aut renūtient, aut permutent, Sac. Coug. *Boiznen. Februarij* 1619. Barbos. *l. c. num.* 59. Non nego tamen quin Episcopus possit ad breue tēpus licentiam concedere dummodo inimicitiæ sint graues, ita vt resi dere nequeat sine periculo vitæ, aut alterius grauis mali.

4. Ob pestem, vel hostes: sed de hoc vide *p.3.cap.8.ibi de 4.per totum.* Hic addo, Barbos.*l.c.n.*62. referre Sac. Cong. declarasse instante Sancto Carlo Mediolanē. 10. *Decembris* 1576. contra Parochos tempore pestis non residentes procedi posse seruata forma Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref.* licet per alios idoneos ministros sacramenta ministrent.

5. *Debita obedientia*, & hic distinguo, vel de Papa loquimur, vel de Ordinario. Papa concedere potest licentiam, & priuilegium Prælatis, & animarū curatoribus absentiæ à suis Ecclesijs, etiam ad longum tempus, non solum ex prædictis causis; sed etiā ex alijs, quas sufficientes declarare, & approbare poterit prout expedire iudicabit. Tum quia Conciliū non potuit manus Papę ligare. Tum quia Papa potest dispensare in Iure communi, & Concilijs. Bonac. *l.c.nu* 5. Ordinarius autem non potest Parochis licētiā absentiæ concedere ob seruitiū ipsius Episcopi, vel Ecclesiæ Cathedralis, aut diocæsis, nempe vt sint Visitatores, Secretarij, Fiscales, Vicarij, &c. Sā *u. residentia nu.* 1. Piasce *p.2.cap.3.nu.*27. Bonac. *l.c.num.* 54. exceptis duobus mēsibus à Trid. permissis, ita Sacra Cong. apud Ric. 1.*p. resol.* 393.

Sed quomodo potest Papa super Residētia dispensare cum sit de iure diuino?

Resp. *Bonac.l.c.nu.*1.*ad fin.* dicere Residentiam etiam in Curatis esse radicaliter, & fundamentaliter de iure Ecclesiastico. Tū quia ab Ecclesia facta est Parochiarum diuisio. Tum quia Beneficiarius facit pactum residendi cum Ecclesia, licet formaliter sit de iure diuino, Papa autem dispensare potest in ijs, quæ sunt radicaliter de iure humano. Mihi nunquam placuit ista responsio; quia non esset differentia inter obligationem Residentiæ in Canonicis, & animarum Curatoribus: nā in Canonicis vtiq; obligatio Residentiæ est de iure humano radicaliter; sed in Curatis non solum formaliter; sed etiam fundamentaliter est de iure diuino. Probatur; quia ex doctrina ipsius Bonac. illud dicitur de iure humano fundamentaliter, & radicaliter, quod consurgit ex institutione humana; sed Residentia in Curatis oritur ex institutione diuina, Christus enim, & fidelem populum designauit, & ministrationem Sacramentorum pręcepit dum dixit *pasce oues meas* cun-

euntes in mundum vniuersum prædicate, baptizate, &c.

Ideo mihi semper placuit responsio Vasquez de benef. *cap.* 4. §. 2. *art.* 1. *num.* 130. & Molf. *tract.* 6. *cap.* 11. *num.* 16. Papam non dispensare in iure diuino; sed declarare obligationem residendi ex illa causa, & in illo casu non ligare, & ita Papam in Curatis non posse dispensare sine causa: nam dispẽsatus à Papa sine causa nõ est tutus in conscientia in ijs quæ sunt de iure diuino Sil. *u. dispensatio.* q. 3.

Ad rationes Bonac. Resp. diuisionem Parochiarum, & pactũ residendi non esse institutionem residentiæ; sed executionem præcepti, & institutionis à Deo factę, vt patet.

4. *Ecclesiæ vtilitas*, vt ad Synodum generalem, prouincialem, vel diæcesanam, ad tuenda iura Ecclesię &c. Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 4. *q.* 4. & *seq.*

Declaro 2. Plures causas tanquam insufficientes à Residentia non excusare, quæ sunt.

1. Nõ excusat Paucitas subditorum, etiam si essent tantum tres, vel quattuor Armendar *l. c. num.* 142. Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. Sed bene si in totũ populo careret Ricciul *de iur. person. lib.* 1. *cap.* 14.

2. Nec de fectus domus Parochialis, vt dictum est in principio huius conditionis.

3. Nec consuetudo; quia illi derogatum est per Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref.* vbi licet de iure non comprahẽdatur *immemorabilis*, comprahendi declarauit Sac. Congr. teste Bonac. *l. c. num.* 6.

4. Nec exercitium inquisitionis, aut subcollectoris Apostolici. Sacra Congr. apud Ric. 1. *p. resol.* 393. *num.* 3. & 4. sicut neque officium Vicarij Sac. n. Cong. 12. *Maij* 1619 referente, Barbos. ad Trid. *d. cap.* 1. *num.* 55. declarauit Parochum habentem curam animarum nõ posse esse Vicarium Episcopi, vel Capituli Sede vacante, nisi sit Parochus Cathedralis; quia tũc posset Vicariatus officio fungi cum resideat. Idem dicerem de alijs Parochis Ciuitatis eadem ratione.

5. Neq; studium; quia licet Episcopi olim possent studiorum causa ad quinquenium absentiæ licentiam concedere, vt docet Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 5. Hodie tamen Sac. Cong. cõtrarium censuit, Ric. *l. c.* in fine, & *resol.* 310. Barbos. *l. c. nu.* 57. Ratio est; quia Parochus debet iam esse idoneus per examen Barbos. *de pot. Ep. alleg.* 43. *nu.* 77.

6. Neq; causa docendi gramaticã deficiente Magistro in Ciuitate. Sac. Congr. apud Ric. 1. *p. resol.* 393. Tamen Bonac. *de resid. punc. vlt. nu.* 16. putat esse causam grauem, itaut Episcopus possit dare licentiam ad duos menses, quando esset magna Magistri necessitas cum sit aliarum scientiarum

fundamentum.

7. Neq; causa docendi Theologiã, vel ius Canonicum, & adhoc non posse Episcopum dare licentiam tenet Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 83. quia magis obligat cura animarum.

8. Neq, officium auditoris Rotæ, Thesaurarij &c. Caiet. 2. 2. *qu.* 185. Posset tamen iustis de causis id Papa concedere.

9. Neq; esse Cardinalem: nam de iure Cardinalatus videtur incõpatibilis cum Episcopatu cũ Cardinales debeant apud Pontificẽ residere *cap. bonæ de postul. cap. fundamenta de elect. in 6.* Sot. *de iust. lib.* 10. *q.* 3. *art.* 4. Vasquez *de beneficijs cap.* 4. §. 2. *art.* 1. *dub.* 2. *nu.* 191. Caiet. *q.* 189. *art.* 5. Abb. *d. ca. bonæ.* Confirmatur ex Bulla Sanctissimi Domini D. Vrbani 8. cõtra non residentes vbi etiam Cardinales compræhendit. Alij tamen sustinent Cardinales Episcopos, & alios animarum Curatores excusari, si Papa illorum opera consilio, & prudentia vtatur, & non permittat residere; quia adest causa obediẽtiæ, & vtilitatis Ecclesiæ. Azor. *lib.* 7. *cap.* 4. *q.* 7. Idem dicendum est quando Papa facit Episcopos Legatos vel nuncios Apostolicos. Immò Bonac. pun. 5. nu. 9. excusat Episcopos de licentia Papæ Proregis officio fungentes, & contrariam opinionem intelligit.

1. Si non adsit debita licentia.

2. Si ex ipsorum absentia damnum subditis sequatur.

3. Si idoneus minister non substituatur.

Sed an statuta loci absentiam permittẽtia excusent? Distinguo si statuta sunt à Sede Apostolica confirmata, & etiam ex certa scientia, & cum causę cognitione excusãt; quia illis non censetur derogatũ per Trid. secus si non sint confirmata, vel si confirmata, non ex certa scientia, neq; cum causæ cognitione, ita Sac. Cong. apud Bonac. *l. c. num.* 5.

Vltimo requiritur quod licentia sit *in scriptis*. De hoc aliqui dicunt scripturam ita esse necessariam, vt sine ea absens fructus suos nõ faciat; quia Trid. *l. c.* statuit licẽtiam Episcopi subscribi debere à Metropolitano, vel obtineri per litteras missiuas Sac. Congr. Sanchez in opere morali *lib.* 6. *ca.* 16. *num.* 31. Nau. *cons.* 22. *de Cler. non resid.* Hoc ego puto verum in foro exteriori vbi creditur probationi, & non simplici assertioni: sed in foro conscientiæ sufficeret sine scriptis; quia scriptura nõ est de essentia gratiæ, & quando Trid. id dicit non irritat aliter factum Less. *lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 154. Bonac. *pun.* 3. *num.* 5. & *pun. vlt. ad fin.*

Declaro, quod obtenta licentia absentię cum omnibus requisitis in Curatis semper intelligitur, vt per alium cura exerceatur, ne cura-

tia-

patiatur. Nau. *cap.* 25. *num.* 121. Azor. *l. c. q.* 7. Cuius expensis vide supra *sect.* 1. *cap.* 3. *cond.* 2. ibi *de* 5. *ad* 2.

Secunda causa excusans est *modicitas temporis*: nam Curatus absens per vnum, aut alterum diem etiã sine licentia non peccat, neq; ad restitutionem tenetur; quia parum pro nihilo reputatur. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref. vers. quoniam autem*, & mulier, quæ à marito diuertit breui reuersura non dicitur diuertisse *l.* 3. *ff. de diuer.* An autem tunc licentia requiratur, vide supra *req.* 3. *ibi ad tempus permissum*. Hic duas addo declarationes.

1. Vt illud modicum tempus non sit in diebus festiuis, potissimum solemnibus, vel quando alias Parochi opera est necessaria, ideò habentes fontem Baptismi raro possunt abesse. Vgol. *de pot. Ep. p.* 1. *cap.* 15. §. 5. vbi addit, quod si tunc Parochus extra Parochiã moriatur non sit spolium, si constet de iusta causa. Praxis videtur in contrarium; Vgol. tamẽ opinio vera est, si absentia sit ratione officiorum, vel aliter ratione Ecclesiæ.

2. Dummodo aliter non sit ab Episcopo statutum, qui prohibere põt ne Curati absint vltra duos dies sine licentiã. Tum quia residentia est materia præcepti, nec Trid. abstulit facultatem restringendi; sed ampliandi, Tum quia ita decisum refert, Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. *declar.* 1. Bene verum est pro modica bidui absentia non posse imponere pœnam excommunicationis latæ sententiæ, sed pecuniariam Sac. Cong. Terracinen. 11. Februarij 1628. & Monopol. 16. Decembris 1628. Garz. *l. c. decl.* 2. Barbos. ad Trid. *d. cap.* 1. *num.* 52. Idem iudico de suspẽsione; quia pæna est grauis, & culpa leuis, pæna autem debet proportionari delicto *l. Sancimus C. de pœnis.*

Tertia causa excusans est *casus repẽtinus, & subita necessitas*, propter quam nequeat Episcopus adiri; quia hic casus censetur per Epicheiam except', maxime si necessitas spectet ad officium Parochiale. Azor. 2. *p. lib.* 7 *cap.* 4. *ad finem*, & ita per Sac. Cong. decisũ refert, Garz. *l. c. num.* 34. Tamen si breui non sit reuersurus, debet Episcopum certiorem facere, q' de causa cognoscat, & licentiam impertiatur; Epicheia enim excusat, quatenus præsumitur de rationabili voluntate Superioris. Sac. Congr. apud Garz. *l. c.*

Quarta causa excusans est *vnio*; q̃ã beneficium vnitum amittit nomen, atq; naturam beneficij, Rot. *decis.* 11. *de reb. eccl. non alien. in antiq.* Hic noto distinctionem.

1. Vel simplicia vniũtur Parochijs, siuè duæ Parochiæ in simul, & tunc Parochus debet residere in digniori, vt probat Barbos. *de pot. alleg.*

alleg. 53. *num.* 72. quia attenditur tantum qualitas,& natura beneficij principalis, nō autem annexi, Gloss. *in clem. per litteras u. Ecclesias de preb.* & ibi Card. *qu.* 17. Rot. *diuers.p.* 2.*decis.* 214. *nu.*4.

2. Vel Parochialis vnitur Canonicatui,siue alteri dignitati, & tūc residentia facienda est in Canonicatu,& non in Parochiali. Tū quia non dicitur amplius Parochialis, cū assumat naturam cōsuetudines, & priuilegia principalis. Nau. *cons.* 6. *de præul.* Oldrad. *cons.* 252. Cassad. *decis.* 13. *num.* 15. *super reg.* magis enim dignum trahit ad se minus, *cx. quod in dubijs de cons. Ecclesiæ.* Tū quia, ita censuit Sac. Cong. testibus, Garz. *l.c.num* 13. & Ric. 1. *p.resol.* 354. & 381 & Rot. coram Litta *Compostelana Prioratus* 17. *Martij* 1597. tenuit quod tunc minus principalis remanet suppressa, quia vnio est extinctiua tituli.

Declaro tria requiri.

1. Quod sit facta vnio; quia alias habens Parochialem, & Canonicatū residere debet in Parochiali vt notat, Barbos. ad Trid. *d. cap.* 1. *num.* 42. ex Bulla Pij V. *Cupientes*.

2. Quod vnio sit perpetua; nam si sit ad vitam tātum obtinentis tenetur residere in Parochiali. Garz. *l.c.num.* 179. *declar.* 13.

3. Quod vnio fiat accessoriè immò etiā si fiat æquè principaliter tenetur residere in digniori, Barbos. *d. alleg.* 53. *num.* 71. Et quia ego habeo Parochialem Canonicatui meo perpetuo vnitam extra Ciuitatem cuidam Vicario mihi præcipere volenti maleuolorum suasionibus induđo, vt residerem in Parochiali sub pæna suspensionis ipso iure occurri p. dictis iuribus, & in primis Sacræ Congr. decl. relata per Ric. *l.c.* vbi ait, *debet residere in Canonicatu & non in Parochiali*. Deinde per litteras Em. S. Onufr, 1. *Feb.* 1630. Episcopo Britt. directas vbi habetur, vt Canonici habentes curam annexam cogantur residere in Cathedrali,& prius per litteras Sac. Congr. & has litteras vide in fine 3. partis, & tandē per decretum Visitationis vbi sub die 15. Iunij 1618. in actis Curiæ Episcopalis Brittonorij de ordine Sac. Cong. declaratur prouisum de meo Canonicatu residentem in Ciuitate intelligi residere sufficienter in Parochiali in fine tertiæ partis.

5 Vltima causa excusans est *tenuitas fructuum*; quia recta ratio dictat, vt onus minuatur vbi tenue est stipendium, & ita Sac. Cong. declarasse mihi. Romę responsum fuit.

Fallit 1. In Parochialibus in quibus residendum est etiam si sint modici valoris, Barbos. *d. alleg* 53. *num.* 70. Tum ob periculum animarum. Tum quia prouidendū est paupertati Ecclesiæ, vel per

vnionem

vnionem beneficiorum ſimplicium, vel decimarum aſſignationem, aut collectas, vel pro vt comodi* Epiſcopo videbitur. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de ref.* & ibi Barboſ. *num.* 8. An acceptanti tenue ſit imputandum. Vide *ſup. p.* 1. *cap.* 3. *vbi dote congrua.*

Fallit 2. In Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum inſignium vbi reſidendum eſt non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili, Garz. *l. c. num.* 197.

Concluditur tenuitatem excuſare in alijs collegiatis, & ſimplicibus beneficijs ex vſu præſcripto, vel diſpenſatione Epiſcopi, qui ex iuſta cauſa poterit fundatoris pacta variare. Homob. Enchirid. Cler. *ſect.* 1. *q.* 18.

Tandem hic aliqua notare oportet ad illuſtrationem reſpōſionis ſupra allatę ad difficultatem, *An liceat abeſſe ſine licentia per tempus à Trid. permiſſum* ſup. *litt. K.* quoad Canonicos. Canonici ergo abeſſe poſſunt tribus illis menſibus permiſſis à Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de ref.* etiam non petita licentia, & fine vlla cauſæ aſſignatione, vt reſoluit Sac. Cong. relat. per Farinac. *d. cap.* 12. ſiuè illi tres menſes ſint continui, ſiuè interpellati; nam continere debent 90. dies, vt deciſum refert, Barboſ. ad Trid. *d. cap.* 12. *nu.* 73.

Tria tamen concurrere debent.

1. Vt non excedant tres menſes ſingulo anno, & ſic ſemper reſideāt, & ſeruiant alijs nouem menſibus vt deciſum refert, Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 198. *decl.* 2. Secundo, vt Epiſcopi prouideant; ne dicta abſentia incidat in Natale, aut Paſcha Domini, ſiuè alias ſimiles maximas ſolemnitates, vt deciſum referunt, Garz. *l. c. num.* 316. Zerol. *p.* 1. *verbo priuatio* §. 4. *dicto* 2. *dub.* 5. Tertio, quod non omnes eodem tempore abſint, ne Eccleſia ſuo ſeruitio defraudetur: ſed quota pars Canonicorū eodem tempore abeſſe poſſit Epiſcopi iuriſdictio eſt, & arbitriū, vt deciſum referunt Zerol. *l. c.* §. 2. *dub.* 4. Garz. *l. cit. num.* 315. Ric. *p.* 1. *reſol.* 392. Barboſ. *l. c. nu.* 75. Non tamen dicto tempore abſentiæ lucrantur diſtributiones, cum ſint abſentes, nec pro præſentibus habeantur, vt DD. communiter.

FINIS impreſſ. 2. Partis, ſub die 29. Aprilis Anno Domini 1642.

CLERICALIS

PALÆSTRÆ

D·PAROLETTI LONGIANENSIS

PARS TERTIA.

AVREÆ CLERICALIS PALESTRAE CONCVRSVS BENEFICIORVM

IO·BAPTISTAE PAROLETTI LONGIANENSIS I. V. D.

Cathedralis BRITTONORII CANONICI, & Prothonotarij Apostolici.

PARS TERTIA.

Omne agens agit propter finem 2, phys. Explicatis ergo modis beneficia aquirendi, & potissimum concursus materia hucusq; superest modò aliqua explicare, quæ ad beneficiorum Conseruationem, legittimam fruitionem, & rectam administrationem cum aliquibus anexis spectent. De his igitur hanc tertiam partem subiungemus, in duodecim capitula diuisam, vbi videbimus, & tractabimus.

De modis beneficia conseruandi.

CAP. I.

PARVM acquisisse prodest, nisi conseruatio subsequatur. In Beneficiorum cõsecutione sæpè plures intercedunt errores; quapp- ter remedio conseruatiuo est opus: Duodecim autem sunt modi conseruandi beneficia.

1. Subrogatio.
2. Dispensatio.
3. Correctio.
4. Noua prouisio.
5. Perindè valere.
6. Cui prius.
7. Rationi congruit.
8. Si nulli.
9. Si alteri.
10. Si neutri.
11. Possessio annalis.
12. Possessio Triennalis, de quib⁹ in hoc capite dicemus.

A 1. Subrogatio est rescriptum Pontificiũ, quo Papa mandat, aliquẽ in locum alterius collitigantis substitui, *cap. 1. vt lit. pend. in 6.*

Subrogatio duplex est.

1. *Rigorosa*, quæ datur in beneficio non litigioso, & tunc ante possessionem debet prius fieri discussio de Iure actoris. & narrata sunt iustificanda *Mohed.* decis. 11. vt lit. pend.

2. *Gratiosa*, quæ datur in benefitio litigioso, & tunc subrogatus non tenetur iustificare omnia narrata, Rot. coram Comitulo, decis. 60. & 65. sed solum tria posita in decl. 1. req. vlt. Quod verum est in Iudicio Summario; secus in ordinario contra possidentem ex pari titulo Comitul. *decis.* 62. Vide Rub. in sing. ad *Mohed. l. c.*

Præterea subrogatio fit dupliciter.

1. *Propriè*, & est propter litem, Rot. coram Gyp. *lib. 1. manuscrip. decis.* 50. vbi Rub. sufficit tamen litigãdi causam esse coloratam, vt ex

B *decis.* Greg. XV. 27. diximus 1. *p. cap. 1. declar.* 10. Seraph. *decis.* 1165. vbi Rub. plures congerit decisiones 2. *Impropriè*, & datur sine lite, vbi beneficium est reseruatũ, vel affectũ, dũmodò sit possessio vacans, Rot. corã Orano Tritan. *Archip.* 2. Decẽb. 1598. & coram Buratt. apud Farin. 1. *p. decis.* 570. Reseruatio tamen, vel affectio debet esse clara pp- ter præiudicium Ordinarij Greg. XV. *decis.* 58.

Declaro 1. Ad validam subrogatio- C nem gratiosam propriè captã plura requiri.

1. Vt Beneficium sit vacans, quod in omni subrogatione reqritur.
2. Vt detur à Papa; nã nequit ordinarius, immò nec Legatus de Latere eam concedere, quia Iura eis hanc non tribuunt facultatem, *Azor. 2. p. lib. 7. cap. 32. qu. 7.* contra Gomez *in reg. de subrog.*

Vt impetrans non sit intrusus, vt dicitur in d. reg. de subrog. Procedit dummodò fuctus pperit, alias non obstat. Coccin. decis. 413. Vide infra c. 9. propè finem, vers. Tandem.

Vt impetratio fiat à collitigante, nam si ab alio, non tenet, etiã si à Papa concedatur, nisi ex plenitudine potestatis, vel mentio de lite fieret; quia nequit litigiosi beneficij puisio fieri quoadusq; lis finiatur c. 1. & 2. vt lit. pend. Gloss. in d. Reg. Quid agẽdum sit, si Papa nollet subrogationẽ concedere, Vide sect. 1. c. 1. cond. 4.

Vt subrogatio petatur intra mẽsem à die mortis collitigantis d. reg. sufficit intra mensem porrigere supplicationem. Mensis autem adiectus est non ad petendã subrogationem, sed ad inualidãdam gratiam intra Mensem ab alio petitam in præiudicium subrogandi collitigãtis. Ideo si post mensem non fuit alteri facta prouisio, poterit collitigans subrogationem petere. Greg. XV. decis. 25. num. 16.

Vt ille cui impetratum est non possederit per triennium d. reg.

Vt exprimatur vitiosa possessio, status litis, & omnia in prima supplicatione expressa, & exprimi necessaria: Ideò si subrogatio fuit subreptitia, non habet locũ subrogatio: nam paria sunt non esse factum, & esse inane. l quoties ff. qui satis d. reg. Azor. l. c. qu. 6. Gomez d. reg. q. 11. contra Mandos. ibi q. 9. & Rebuff. gloss. 5. affirmantes.

8. Vt impetratio non sit fraudolenta, & lis calumniosa: Ideò non datur subrogatio si impetrentur beneficia senum, vel infirmorum ad finem illa obtinendi per subrogationem. Vide p. 1. c. 1. decis. 10.

9. Vt constet de tribus.

1. De lite super titulo, Rot. coram Gyp. lib. 1. decis. 50.

2. Quod collitigator obierit in possessione.

3. De Clericatu eius, qui petit c. 2. vt lit. pẽd. in 6. Seraph. decis. 1165. Rot. recent. 1. p. decis. 306. & 321. Put. lib. 2. decis. 495. Procedit in benef. litigioso, quia in non litigioso requiritur iustificatio subrogationis antequã in possessionẽ imittatur, quia potest esse præiudicium ordinarij, ad quem si collatio spectaret, Papa non intendit lædere. Greg. XV. decis. 58. & Gyp. d. decis. 50. Vbi Rub. in suis sing.

Vltimo requiritur lis: sed sufficit colorata, Seraph. decis. 1165. nam collitiganti datur gratiosa subrogatio, ne detur nouus collitigans. Quod sola colorata sufficiat resoluit etiam, Rot Recent. p. 1. decis. 342. Greg. XV. Gerundin. Canon. 14. Maij 1601. Imò sufficit causa probabilis, Ægid. decis. 103. Callad. decis. 3. de resti. spol. & Rot. Recent. p. 2. decis. 161. vb similes allegantur.

An

An autem vitium litigiosi transeat in tertium, qui habet causam ab aliquo ex collitigantibus, itaut iuuari non possit regula de triennali, resoluitur distinguẽdo duos D casus i Rot. p. 1. Recent. decis. 342. qui ibi videri poterunt, ne longior sim. Hoc vnum noto, ꝙ si nullus ex collitigantibus sit in possessione; sed alius, qui nõ erat in lite, beneficium non dicitur litigiosum, & isto tertio defuncto, poterit ab ordinario conferri, & acceptari, nisi alia obstet reseruatio, Mohed. decis. 8. vt lit. pend. & ad eam Rub. in suis sing.

Sed an subrogatus in ius Defuncti censeatur etiam in possessionem subrogatus, Negat Belam. decis. 351. Distinguit Azor. l. c. qu. 4. si est ad ius simpliciter subrogatus, non censetur etiam in possessionẽ subrogatus, sed benè si ad omne ius, quod Defunctus quomodolibet hab bat propter verborum generalitatem. Ad concordiam hæc reducit Rub. in sing. ad Belam. l. c. vt 5. Belamera in interdicto Vnde vi loquatur; Azor. verò in simplici possessorio, Rot. coram Orano lib. 1. decis. 408. Fructus autem non adiudicantur subrogato, nisi in specie lis esset super illis, & periti fuissent. Put. decis. 8. de fructibus. Belam. decis. 366. vbi Rub.

Declaro 1. Quod subrogare de per se, & principaliter spectat ad solũ Papam, Rot. in antiq. decis. 10. vt lit. pen. & nullam declarauit E subrogat. à Cardinali Hispal. cõcessam Rot. coram Litta. Hispal. benef. 10. Feb. 1604. Secundariò tamen etiam ordinarius subrogat, quia vbi alias ad eum spectat collatio, potest collitiganti conferre, Ric. 3. p. resol. 461. ad fin. Et cum litigiosa beneficia dicuntur reseruata; ideoq; non posse ordinarium conferre, hoc tripliciter procedit, ergo concedendo subrogationem de per se principaliter, vt Papa facit, Mandos. d. reg. q. 3.

2. Si beneficia alio modo fiat reseruata, vel affecta.

3. Conferendo alijs quàm collitiganti, Ric. l. c. quando n. collitigans ab ordinario prouidetur cessat ratio ca. 1. & 2. vt lit. pend. ne litigia protrahantur propter nouos aduersarios.

Additur 4. in Parochialibus, quæ cum nequeant conferri sine Concursu, non potest eas Ordinarius, si litigiosæ sint, conferre, ne alijs Ius tribuat, & per nouos aduersarios litigia protrahantur contra disp. cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Vide sup. parte 2. sect. 1. cap. 1. cond. 4. num. 4.

Declaro 2. Lite pendente inter ꝑsentatos, altero mortuo, vel cedẽte, non posse Patronum alium ꝑsẽtare; sed datur subrogatio, Ric. l. c. quæ datur semper, quando alter superstes habet ius, & dicit Ecclesiam ad se spectare, secus si

ob

ob crimen petatur remoueri, nisi lata sit sententia, quæ transierit in iudicatum, vt dicitur in Gloss. c. 1. vt lit. pend. in 6. & finita, & sup. p. 1. cap. 10. p. 2. num. 5.

3. Dispensatio duplex est.

1. Tacita, quæ fit, quando Papa inhabili beneficium confert scienter, tunc .n. de facto dispensat, secus si ignoranter.

2. Expressa, quæ fit verbis, vt dispẽsamus, vel dimittimus, e.g. super ætate defectu natalium, pluralitate, & huiusmodi cap. 1. de et. & qual. in 6. Vtraq; eundem habet effectum. est .n. dispensatio iuris communis relaxatio ex iusta causa cõcessa. Gloss. communiter recepta. c. Requisitis §. nisi rigor 1. q. 7.

Declaro 1. Ad validam, & licitam dispensationem tria requiri, quæ sunt.

1. Legittima potestas, quæ risidet plenè in Summo Pont.

In Legato ex concessione ipsius Papæ. Azor. 2. p. lib. 5. 30.

In Episcopo, cui à iure communi permittitur, vt possit cum spurio dispensare ad minores, & beneficium simplex c. 1. de fil. Præsbit. in 6. cum triplici restrictione.

Vt beneficium illud sit simplex, secus si curam habeat animarũ per se, vel anexam principaliter, quia si beneficiũ simplex sit principaliter, & habeat aliud anexum Curatum, an ad hoc possit Episcopus dispensare spurium, aliqui negant cũ ad Curata nequeat dispensationem tribuere; Alij affirmant, quia Curatum est tantum accessorium, & hęc verior iudicatur ab Azor. 2. p. lib. 6. c. 3. qu. 14.

2. Ad Vnum tantum ad duo .n. nequit, etiam si neutrũ ad congruã sufficeret sustentationem, quia Iura de vno tantum exprimunt, & quando Trid. indulget Episcopis facultatem secundum beneficium conferendi, vbi primum nõ sufficit, intelligitur illi, qui aliàs est capax absq; noua dispensatione, Azor. l. c. qu. 12.

3. Quod ordinem sacrum non requirat siue ex fundatione, siue iure Communi, vel consuetudine. Gloss. d. c. 1. Quod intelligitur si sacer ordo necessarius est tempore impetrationis, secus si post ad certum tempus. c. 15. de fil. præsb. in 6. Azor. l. c. qu. 15.

2. Requiritur Iusta causa, scilicet necessitatis, vel vtilitatis Ecclesię. In inferioribus necessaria est in omnibus, in quibus iure communi, consuetudine, vel priuilegio illis facultas dispensandi conceditur, etiamsi solum Iure Canonico sint statuta; sed in Sum. Pont. in his, quæ sunt iuris naturalis, vel diuini causa requiritur de essentia, in his verò, quæ sunt iuris positiui, de decentia, iuxta documẽtũ à Sancto Bernardo Papæ Eugenio traditum. Non Prohibeo

dispen-

dispensare, sed dissipare, Azor. 2. p lib. 7. c. 33. q. 7.

3. Requiritur expressio omnium, quæ beneficij impetratio requirit; Ideò Dispensationes vt plurimum ad petitionem, rarò motu proprio conceduntur, Azor. q. 4.

Declaro 2. Facultatem alicui concessam ad dispensandum latè esse
H interpretandam, quia est priuilegium Principis: Sed ipsa dispensatio strictè est accipienda c. Auaritiæ de elect. in 6. ita vt ad aliud etiam minimum trahi nequeat. c. non potest de Præb. in 6. Ideo dispensatus ad ordines, non extenditur ad maiores nisi iam esset ad minores ordinatus; vel nisi ad omnes exprimeret. Abb. c. litteras de fil. præsb n. 6. Sed neque pro sacris sufficere Clausulam ad omnes, si non fit minoribus initiatus tenet Say. lib. 6. c. 11. num. 19. Item ad ordines etiam sacros dispensatus, non censetur habilis ad beneficia etiã simplicia, si ad beneficia absolute, non ad Curata intelligitur; si ad simplicia non ad Canonicatũ, qa gradu excellit ordinaria simplicia, Rot. decis. 136. in nou. & 408. in antiq. & Vsus Curiæ. Ideo Episcopus, qui potest ad simplex dispensare, non potest ad Canonicatum, cap. vlt. de prẹb. in 6. Potest bene ad Curatum habitu tãtùm, qui est verè simplex, Azor, lib. 5 cap. 30. qu. 8. Si ad beneficia etiam Curata non intelligitur ad dignitates, si ad dignitates, nõ ad maiores, vt Episcopatus, Patriarchatus, nec alias etiam minores Curam habentes animarũ, & multò minus ad Cardinalatũ;
I nam legittimati vel Apostolica auctoritate, vel etiam per subsequens matrimonium censentur ad Cardinalatum inhabiles. Sixtus V. Const. 50. Immò dispensatus ad Curatum non potest tacito nataliũ vitio permutare, vel aliud simile eo dimisso habere. Ratio omnium est, quia dispensatio est strictè capienda, Vide Azor. qui de singulis disserit lib. 5. cap. 30. & lib. 6. cap. 3.

Addo, simpliciter à Papa legittimatum esse restitutum ad honores, & ordines minores tantum, & si ad beneficia dispensetur, non intelligi ad illa, quæ Pater obtinuit, nisi aliud ex verbis Papẹ colligatur. Cherub. in schol. Const. 8. Gregorij II.

Declaro 3. Quod in dubio dispensatione præsumi ad plura beneficia ex cursu decem annorum
K resoluit Rot. Gadigon. 13. Ianuarij 1548. coram Rosan. relata per Ric. 1. p. resol. 593. Sed triennalem nõ sufficere decl. Sac. Cong. apud Barb. Iur. Ecl. lib. 3. cap. 13. nu. 44.

Declaro 4. Dispensationem quandoq; habere vim nouæ prouisionis, vt si Episcopo daretur circa retentionem beneficiorum incõpatibilium Belam. decis. 471. Procedit dupliciter.

1. Ad effectum, vt non liceat de obreptione opponere.
2. Ad effectum, vt dicatur prouisio facta vt prius e. g. Si Titulus precedens sit in commendam, retentio etiam fit vt de Commenda. Ita declarat, Rot. coram Gip. *decis.* 288. *lib.* 1. *manuscript.* Rub. *in suis sing. ad d. decis. Belam.*

Declaro 5. Quòd illegittimus ad minores, & ad simplicia dispensatus, si aliam petat dispensationem e.g. ad aliud beneficium, an prioris dispensationis mentionẽ

2 facere debeat. Distinguendũ est.
1. Si vltima dispensatio est additio ad primam, quando s. continet maius, quàm prima e.g. dispensatus fuit ad simplex petit Curatum, vltima non tenet, prioris nõ facta mentione.
2. Si vltima est executio prioris, vt quia petit ordinem, vel beneficiũ ad quod fuit dispensatus, non est prioris mentio necessaria. Rot. *decis.* 3. *in antiq. de fil. presb.* & coram Cantuc. Burgen. Abb. 24. & 27. *Ian.* 1581. Garz. *p.* 7. *cap.* 2. *num.* 72.

Sed quid si dispensatio est ad idem Beneficium: sed super alio defectu? Distinguo, si tendit ad eundem finem e. g. dispensatus fuit super defectu naturalium vult modo super ętate dispensari, necessaria est mentio prioris, quia redditur difficilior Papa ad concedendum, secus si ad diuersum tendat finem, & ità intelligo Menoch. indistinctè affirmantem de arb. lib. 2. cent. 3. num. 33. nam non solum de illis, quæ possunt penitus Papam remouere, faciẽda est mentio, sed etiam de illis, quæ possunt difficiliorem reddere, Seraph. *decis.* 483. *num.* 7.

3. Correctio est rescriptum Pontificium per verbum *Corrige* obtentum ad emendationem Bullæ, vbi aliquid fuit erroneè expressũ. Vbi distinctio est adhibenda.

1. Si id qđ corrigitur est minus, quã gratia beneficij obtenti, conceditur reformatio, & correctio sub data bullarum expeditarum.
2. Si verò quod corrigitur est maius quàm prima gratia e. g. est beneficium nullo residentiæ onere affectum, & per errorem dictum fuit.

Residens, quia maior est gratia conferre beneficium sine residentia, quàm cum residentia, necesse est nouam porrigere supplicationẽ sub data currenti, & ita per correctionem hanc priores bullę annullantur. Posset tamen, qui tali defectu laboraret iuuare regula de triennali, ne subiret periculum, vt contra ipsum ageretur postea iuxta Const. *Iulij II.* contra capientes possessionem litteris non expeditis, de quo sup. p. p. c. 6. req. 6. Quæ omnia à viro doctissimo accepi, & Curiæ Romanæ versatissimo.

4. *Noua prouisio* est, quæ à solo Papa conceditur ad Confirmationẽ

ordinarij simplicis prouisionis, quæ ob aliquem defectum nulla dubitatur.

Declaro simplicem prouisionē esse, quæ prima vice fit à *Papa*, vel ordinario: Sed noua prouisio est, quæ à Papa datur quando ordinarij prouisio non valuit, sed valet tantum a die cōcessionis. *Ideò* fructus antea percepti Cameræ debentur.

Quid si in noua prouisione prima non exprimeretur? *Distinguo*. Si Bullæ expediantur in forma simplicis prouisionis tamquam subreptitiæ nullę sunt *ex c. postulastis de rescrip.* Si verò Papa cōcederet vt expediantur in forma simplicis, vel nouæ prouisionis, tenent; quia sufficiens facta fuit expressio. Azor. 2. *p. lib. 7. c. 31. q. 7. ad fi.* Vide aliqua *p. p. c. 9. p. 2. vers. ad Papam num. 8.* Tandem scias quod noua prouisio etiam nulla supplet negligentias, & publicationes. Gomez ex bibliotheca, Coccin. *decis. 32.* sup. *p. 1. cap. 6.* req. ad finem.

V. *Perinde valere* est rescriptum Pōtificium, quod datur quando prima Papæ prouisio non valuit, & retrotrahitur ad tempus primæ concessionis, vt prima prouisio perindè valeat, ac si ab initio valuisset. Vide Ric. 3. *p resol.* 374.

Declaro 1. Exprimenda esse omnia, quę in prima prouisione fuere prętermissa, *Azor. l. c. q. 1. & 3.* & mentio litis facienda est, si lite pendente obtineatur, aliàs non valet. Rot. ad Comitul. Aquilan. Iurisp. 17. Iun. 1588.

Declaro 2. Perindè valere concedi, si defectus aliundè proueniat, quàm ex defectu ætatis, & Clericatus: tunc .n. *Papa* non solet sanare *perinde valere*: Sed per nouā prouisionem, etiam si prima à Papa data fuit. Ità de stilo Curię testatur Massob. præl 25. dub. 3. num. 39. Ratio mihi videtur esse, quia quando adsunt defectus ętatis, & clericatus non est capacitas in subiecto: Ideò noua prouisio requiritur, sed in alijs defectibus capacitas supponitur, ideò defectus solum sanatur.

6. *Cui Prius* est rescriptum *Apostolicum*, quod datur, quando error commissus est, sed litteræ Apostolicæ non dum fuerunt expeditæ, tunc cōceditur, cui Prius, quod confirmat id, quod per errorem erat nullum.

Declaro, non concedi sub eadem data, quia noua supplicatio requiritur, excepto vno Casu 5. quando prima supplicatio esset in forma dignum, & modo vellet quis formam gratiosam.

7. *Rationi congruit* est rescriptū Apostolicum, quod confirmat impetrationem raram, & firmam, sed non perfectam à primo Pontifice propter mortē: fuit .n. supplicatio signata, sed litteræ non expeditę; Tunc impetrans si probat per Telles, vel alio modo, se à Pont.

à Pont. impetrafse, fuccefsor cōfirmat, & dicitur rationi cōgruit, quia ita dicitur in bullis.

Declaro, hoc Valere etiamfi poft fex menfes litteræ expediantur; quia fuit legittimum impedimētum. Exprimi tamen debent omnia, quæ in prima impetratione fuerunt exprefsa. Azor. 2. p. lib. 7. c. 31. q. 7. & feqq.

8. *Si Alteri* datur, quando duo litigāt fuper beneficio, & vnus eorum illud impetrat cum Claufula *fi Alteri* non fit ius quæfitum.

9. *Si Neutri* datur quando duo litigant, & tertius impetrat beneficium cum Claufula *fi neutri* fit Ius quęfitum.

Declaro 1. Quod gratia *fi neutri* eft conditionalis, & nihil ponit in effe, & in ea attenditur tempus quo beneficium conferri poteft, Caputaq; *decif. 36 p. 2.*

Declaro 2. Quod in gratia fi neutri habet locum regula de menfe; ideò exprimi debet modus vacationis, quia eft noua prouifio nouum tribuens titulum; Intellige de menfe referuato, non ordinarij: quia quando confert Papa in menfe ordinarij vult cum eo concurrere, & fic non eft necefsaria expreffio menfis, Aliàs intendit prouidere fi referuatū extet. Rot. coram Lancell. fen. *decif.* 148. *inter felect.* & coram Gip. decif. 249. lib. 2.

Declaro 3. In gratia, *fi neutri* omnia exprimenda efse ac fi beneficiū de nouo impetraretur, Rot. *decif.* 238. *de refcript. in nouis* Fallit in Confiftorialibus, quia per gratiā, *fi Neutri* prouidetur etiam fine Confiftorio Rub. *in fuis fing. in d. decif.*

Declaro 4. gratiam, *fi Neutri* iuftificari quoad Ius impetrantis ex propria cōfeffione, fed quoad nō Ius partis ex reuolutione actorū Greg. *XV. decif.* 90: Rot. Recent. *p. 2. decif.* 455.

X. *Si nulli* datur, quando tres, vel plures litigant fuper beneficio, & alius ab illis impetrat cum claufula, fi nulli eorum ius competat.

Declaro, hæc tria refcripta tripliciter locum non habere.

1. Lite extincta.
2. Poft fententiam, quæ in iudicatum tranfiuit, nifi reftitutio in integrum fuifset obtenta.
3. Quando vnus tribus fententiis fuit victus Azor. l. c. cap. 32. ad finem.

XI. Annalis pofseffio operatur, vt fi quis velit beneficium ab alio per annum pacificè pofsefsum impetrare, vti vacans ipfo iure ob aliquam caufam in iure exprefsā, vel ob aliquod crimen, vel propter priuationem, vel deuolutionem, debeat multa feruare, vt patet *in reg. Cancell. de annali.*

1. Exprimere debet nomen annalis Pofsefsoris. Procedit etiam de Plurib⁹ nominibus fi habeat, non de Cognomine, quia non iubetur ibi.

2. *Gradum*, vt doctoris, licentiati, &c.

Procedit 1. Etiam si motu proprio fieret prouisio, quia non derogat Iuri quæsito Mandos. *d.reg. q.49.* contra Gomez *q.10.* quia motus proprius purgat subreptionem *c. si motu de præb.in 6.*

Procedit 2. in habentibus gradum, quia quod non est non potest exprimi, & sufficit fama, quòd non sit graduatus: Immò si nesciebat publicè grad⁹, quia illum occultè adeptus est, non diceretur in culpa. Gloss. *d.reg.3.possessionem*, & quot annos possederit, vt ibi dicitur. 4. *causam vacationis* cũ duobus requisitis.

1. Vt causa sit clara, & determinata, & specifica; ideo non sufficit dicere. N. annalem possorem non habere ius, sed addi debet e.g. ob simoniam, ob defectum ætatis, &c.

2. Quod causa illa vacationem inducat ipso facto secund. reg. antiq. vt ibi Gloss. sed moderna extenditur ad vacantia, & vacatura.

5. Vt infra sex menses à die impetrationis. Impetrans faciat illam ad iudicium euocari, quod notat verbum *ex tunc*.i.à die datæ, nõ à die impetrationis Bullarum, Gloss. d.reg. Procedit, nisi iusta causa impediatur, vt propter bellum, Contagiũ, vel quia Reus impedimẽtum dedit, ne citetur, & huiusmodi. Solet tamen Papa tempus prorogare, Rebuff. *gloss 14 d.reg.*

6. Vt infra annum faciat causam expediri vsq; ad sententiam diffinitiuam.

Procedit 1. à die citationis, quia duplex terminus cõpetit, secundus incipit lapso primo. *l. contra maiores. C.de ineff.test.* & si ante sex menses citet statim currit annus Gloss. *in c. cupientes §. hac generali u. commodè de elect. in 6.*

Procedit 2. Si fecit quod in se est, q̃ si Aduersarius, vel Iudex sint in causa prorogationis, debet ꝓtestari, per se non stare, & sufficit Gloss. *d.reg.* Vide Rot. diuers. *4.p. decis.* 601.

Declaro primum effectum Regulæ de annali esse. vt dicta omittens incidat in plures pœnas, quæ sũt.

1. Nullitas impetrationis cum omnibus inde secutis.

2. Obligatio ad damna, & interesse Parti.

3. Si dolosè id egisse constiterit ad 50. ducatos Cameræ Apost. ꝓ quibus posset se Procurator Fiscalis intromittere, vt not. Gloss.

4. Nullo alio modo, quàm expresso illa vice poterit consequi beneficium, nec præscriptum *Si Neutri*, neq; per subrogationem, vt habet. *in d.reg.* Hodie tamen in impetrationibus dictæ regulæ derogari solet.

Declaro 2. Quattuor requiri, vt hęc regula habeat locum.

1. Vt sit beneficium siuè seculare, siuè

siuè regulare, siuè Curatum, siuè simplex, siuè perpetuum, siuè manuale, Ideò regula de annali, vel triennali non iuuant Pensionarios, quia Pensionarij non sunt propriè Beneficiati, Ric. 2. p. resol. 340. nu. 5.

2. Quod sit possessum, quia non suffragatur ei, qui possidere nõ potest, vel habet titulum notoriè nullum. Rot. 4. p. nouiss. decis. 601. requiritur .n. titulus iustus, vel saltem coloratus, Ric. 2. p. resol. 340.

3. Pacificè .i. sine lite. Ad litem nõ sufficit causam fuisse commissam, sed citatio requiritur Clem. 1. vbi Gloss. de seq. poss. Nec sufficit citationem fuisse decretã, sed requiritur, vt sit executa, licèt non sit relata. Gloss. in d. reg. Sufficit tamen titulum pacificè possidere, licèt alia de causa fructus non habeat, Azor. c. 34. q. 6.

4. Per Annũ 5. à die adeptæ possessionis. Hæc regula secundum Mãdos, & Rebuff. d. reg. & Azor. l. c. q. 7. vnum tantũ requirit possessorem, sed secundum Gomez q. 34. Sufficit annum cæptum esse ab vno, qui renunciauit, & profectum à resignatario, quia tempora electionis vnius coniunguntur cum tempore electionis alterius, ca. cum de benef. de præb. in 6. Cassad. tamen decis. 16. super reg. asserit regulam de annali semper intelligendam esse de possessore, & eo durante, non de successore, Rot. corã Cotta Camarinen. Canonicatus 15. Maij 1565. Quia solus possessor potest dare de regula, Ideò excluditur, qui desijt possidere, nisi esset spoliatus Rub. ad d. decis. Cassad. in suis sing. Annus autem pacificus esse debet ante impetrationem etiam quod per plures annos possedisset non pacificè. Ad Gyp. decis. 56. lib. 1. in Burgen. Abbatiæ de Fonzea 21. Iun. 1591. In impetrationibus tamẽ Papa solet regulæ de annali derogare, prout pluries v. di.

Possessio autem propriè non requiritur; nam regula de annali tuetur possessorem cum sola detẽtatione de facto, & sine titulo, Seraph. decis. 1060. Ideò ea se iuuare potest etiam imputatus de hæresi ante sententiam, Cassad. decis. 14. super reg. & ea se iuuare potest in 1. 2. 3. & omni instãtia, & suffragatur etiam quoad nullitatem sententiæ, & executionem impedit Cassad. decis. 12. super reg. Rot. coram Gyp. Deodien. Canon. 23. Iun. 1597.

Additur 5. vt non sit intrusus; quia intrusus non iuuatur regula de annali, Caputaq; Coloniẽ. Canon. 20. Maij 1570. Cum hac declaratione, si intrusus non se ingessit de nouo in beneficij reseruati possessionem; sed tãtum perseuerauit in ea, quã antea habebat; quia non dicitur propriè intrusus: sed large, siuè quasi intrusus,

Rot.

Rot. coram Plato Calciaten. Ecclasticæ 16. Maij 1588. Tūc in hoc casu prędicta decis. Caputaq; dicitur reuocata à Seraph. Cracouien. Canon. 24. Maij 1594 Vide Rub. in suis sing. ad d. decis. Caputaq; Tādem noto, quod regulæ de annali non satis sit per sētentiam latam intra annum sup spolio; quia hoc esset super possessorio: sed debet esse in petitorio Crescen. decis. 9. de caus. poss.

Procedit de solo possessorio recuperandæ, non adipiscendæ, quo casu, vt possessor priuetur sua possessione plena requiritur probatio vacationis beneficij impetrati, & consequenter, quod clarè appareat de non iure rei, & possessoris, Rot. coram Gyp. Leodien. Canon. 13. Iun. 1597. & ità intelligi debet Sarnen. q. 43. de annali.

Declaro 3. Annalem possessionem dupliciter considerari.

1. Quo ad ius, & Titulum in beneficio, & ità nullum ius, & titulum tribuit, nec à peccato liberat.

2. Quo ad ius excipiendi contra impetrantes, & ità semper potest de annali apponi in qualibet instantia, nisi seruentur prædicta in principio posita, Rot. 4. p. nouis. decis. 601. & ità conciliantur negantes incapaces, vt hæreticos, & alios ipso iure priuatos, iuuari hac regula.

Declaro 4. Pro intelligentia, titulum iustum, coloratum, & nullū, siue infectum in beneficialibus differre. Iustus est, qui aquiritur per collationem factam ab habēte auctoritatem subiecto capaci, & seruatis seruandis. Coloratus est, qui aquiritur per collationē factam ab habente auctoritatem naturaliter, & originaliter, sed impedito aliqua reseruatione. Nullus est quando collatio fit à non habente auctoritatem, vel omninò incapaci, vel à decreto irritanti omnino annullatur, vt infra patebit.

Declaro 5. Pluribus modis decretū irritans positum in reseruatione discolorare titulum, & possessionem inficere.

1. Si reseruatio sit clausa in corpore iuris.

2. Si sit super certo beneficio, Put. lib. 3. decis. 180.

3. Quando reseruatio est generalis, & ità notoria, vt nemo illius ignorātiam allegare valeat, Rot. coram Gyp. lib. 1. decis. 251. Ideo reseruatio vigore alternatiuæ nō est adeò notoria, vt in ea non cadat probabilis ignorantia, & propterea ordinarij prouisio tribuit titulum coloratum, Rot. coram Oran. decis. 252. lib. 1.

4. Si constitutio expressè per Decretum irritans inficiat titulum, & possessionem. Ideo Prouisus ab ordinario, & S. E. Card. vel Legato de Parochiali sine concursu non iuuatur annali, vel triennali posses-

sione; quia ob Const. Pij V. titulus reddit ad non titulum similiter ex defectu publicationum Thes. for. Eccl c. 19. num. 30. & seq.

11. Possessio triennalis prohibet, ne quis possit molestari in beneficio per triennium pacificè possesso ad lites terminandas, ità habetur in reg. Canc. de triennali.

Declaro 1. Hanc regulam odiosam censeri; & ideo requirere bonam fidem; Vnde qui non emisit fidei professionem non iuuatur hac regula pro retinendis fructibus. Tum quia non præsumitur bona fides, cum lex sit Clara; Tum quia hæc regula iuuat quoad proprietatem, nō fructus. Ita Sac. Cong. teste Vgolino de potestate Episcopi p.1.c.50.§.16.nu.4.

Declaro 2. Plura requiri, vt Triennalis possit suffragari.

Primo, vt simoniacè non obtinuerit vt d. reg. Procedit si scienter, secus si ignoranter, vt quia ab alio fuit commissa; nam tūc, quia habet coloratum titulum, & gaudet triennali. Ric. 1.p. resol. 103. ad fin.

2. Vt non sit ibi intrusus, vt d. reg. Procedit de beneficijs reseruatis reseruatione clausa in Corpore iuris, vt de vacatione in curia c. præsenti de præb. in 6. Vide ad hoc decl. 5. sup.

3. Vt prouisio non sit subreptitia; nam sub eptiovitiat gratiam ip'o Iure cap. ad aures de rescrip. Ric. 1.p. resol. 577.

4. Vt præcedat titulus saltem coloratus (Coccin. decis. 172. De hoc vide declarat. 4. & 5. sup. nam etē si per mille annos possideat sine Canonica institutione poterit impetrari, Gloss. d. reg. in prin.

5. Vt Prouisus sit beneficij Capax; nam mulier, coniugatus, Bigam⁹, excommunicatus, suspensus, interdictus, Regularis ad beneficiū seculare sine legittima facultate & è contra, & huiusmodi non iuuantur hac regula Possessio .n. etiam longissimi temporis nō tribuit ius incapaci. Rebuff. de pacif. possess. num. 206. Tamē Gomez q. 2. in hac reg. affirmat, incapaces hac regula iuuari; quia solum Simoniaci, & intrusi excipiuntur. Conciliantur distinctiones incapaces non iuuantur vt mulier, & huiusmodi, & de hæreticis iuribus, & rationibus probat, Ric 2.p. resol. 5. Iuuātur benè, quia sunt aliqui capaces; sed à iure Canonico priuati, vt ob nō solutam pensionem, quia non curauit se promoueri ad Sacerdotiū infra annum, & huiusmodi, Azor. 2.p lib. 7. c. 35. & ità illegitimus triennali iuuatur. Gomez ex Bibliotheca Cocin. decis. 40. & est Rot. coram Pettrutio.

6. Vt possederit per triennium à die adeptæ possessionis. Procedit et. si fuerit interrupta in eodem possessore e. g quia renunciauit; se quia renunciatio fuit nulla post pri-

mum annum, reuersus est ad suũ beneficium, & alios duos annos possedit, & sufficit probare, se possedisse primo, & tertio anno. Azor. l.c. qu.3. In duobus tamen Casibus possessio interrupta non computatur.

1. Quando renunciatio habuit effectum, & per nouam prouisionẽ aquirit, quia prior titulus fuit extinctus. Rebuff. l.c.num.327.

2. Quando diuersi sunt successores, quia tempora vnius non iunguntur cum alio. Alij tamen affirmant, quia in vsucapione successor gaudet annis prædecessoris. l. Pomponius ff.de aq. poss. Prima procedit de diuersis causam separatam habentibus e.g. per obitum. Secunda de successore habente causam à prædecessore, vt in renunciatione per trad. sup. num.11. decl.2. ad finem.

7. Vt pacificè possideat, Rot.corã Coccin. decis.177. Sufficit quoad maiorem partem fructuum, & titulum, quia non nocet, si in aliquo prædio lis inferatur. Gloss. cap.commissa de elect. in 6.

8. Vt non sit contra decreta Trid. Ideo obtinens plura incompatibilia non iuuatur triennali Sac. Cong. apud Barbos.Iur.Od.lib.3. c.13.num.194. Rot. coram Plato Hispal. benef.de Casmola 17. Iunij 1588.

9. Vt non sit interrupta; nam interrumpitur per solam citationem per litem super possessione, & per molestias extraiudiciales; atq; de facto Coccin. d. dist. 172.

Declaro 3. Triennalem possessionem duos parere effectus.

1. Dat exceptionem contra volentem litem inferre.

2. Dat titulum, & hoc ob bonum commune ad lites dirimendas, Azor. l.c. qu.8. Vide notabile p.1.c.8.§.2.req.4. in declar.

10. Requiritur bona fides possidentis; quia non est credibile, Papam velle fauere peccant, & malæ fidei possessori, qui nullo tempore præscribit, ca. possessor de reg. iur. in 6. Quod etiam in spiritualibus procedit, vt bene Gloss. cap. contingit de dolo, & contum. vers. constituatur Nau. de præb. cons.92. Rebuff. de pacifi. poss. num.28. Sanchez lib.2. cons.cap.1. dub.25. vbi hanc dicit sententiam veriorem, quam contrariam Gomez reg. de trien. qu.42. putantis bonam fidẽ non requiri, quia alia hęc regula de nouo vltra ius commune nihil operaretur.

11. Vt possessio sit de beneficio Ecclesiastico etiam de iure patronatus siue principali siue vnito. Item in præsentato, & Instituto; Item in translato auctoritate Papæ, quia talis translatio est titulus Canonicus. Item in electio post confirmationem, vel quando fit ab eo qui potest confirmare, alias sola electio non sufficit. Item in simplicibus, Capellanijs perpetuis, Hospitalibus in titulũ

con-

conferri solitis. In Curatis, in Episcopatibus, & alijs Prælaturis; Item in Abbatissa, quando à Papa crearetur perpetua. Item etiam si Capitulum, vel Conuentus possideat, quia in regula adsunt *quicunq; vel quæcunq;* i. omnia beneficia in titulum, vel cōmendam, quæ est titulus Canonicus si sit perpetua, Gomez *qu.*5. Non autem in officijs, & dignitatibus secularibus, & prophanis; Non in Capellanijs temporalibus; Non in Vicariato Episcopi; Non in pensionibus; quia etiam per triennium non soluens cogitur; Non in Iure conferendi, vel presentandi, quia regula loquitur de possidente beneficium, Sanchez *l. c. dub.* 29.

12. *Vt triennalis* possessor non sit violentus, nam licet hoc non excipiatur in regula, tamen excipitur in Decreto Concilij Basiliensis, vnde regula ortum habuit; Rebuff. *loc. cit. num.*228. Nau. *l.c. cons.* 41. & 42. Gomez *l.c. q.*11. Ideò triennali non iuatur qui beneficij aprehēdit possessionem contradicente, & inuito possessore; Idem quando id fecit Procurator cum mandato speciali sic faciendi, vel ratificauit expresè, vel tacitè, Rebuf *l.c. num.*232.233.234.235.236. Sanchez *l.* 1. *dub* 33.

13. *Vt triennalis possessor* non sit spoliator etiam non violentus, vt probat Gomez *l. c.* Idem si per metum; si enim quis per metum beneficium renuntiaret accipiēs illud post triennium non est tutus, Sanchez *l. c. nu.* 3.

Duæ restant difficultates.

1. An possessio per alium capta sufficiat ad triennalem; Distinguo si capta est de mādato iuat, sicut si per se caperet, quia possidens per alium videtur per seipsum possidere, *l.* 1. § *deiecisse ff. de vi armata*. Sed sine mandato tunc iuuat, & triennium computatur solum à die ratificationis, & ita decidisse Rotam testatur, Gomez *qu.*59.

2. *Quomodo hic intrusus intelligitur*. Distinguo. Ad effectū Iuris cōmunis intrusus dicitur omnibus modis de quibus infra in hac 3. *p. cap.* de Intrusione. Sed quo ad effectum huius regulæ vt .s. non iuuetur triennali intrusus dicitur tribus modis.

1. Quando non habet titulum verum vel præsumptum, Verus est quando conferens habet potestatem conferendi à Iure communi, vel speciali, seruata est forma, & nullū obstitit impedimentum; *Præsumptus, vel coloratus est*, q habet figuram veri tituli; quia .s. contulit, qui habebat potestatem, & nisi obstitisset impedimētum aliquod, fuisset verus, Rebuff. *l. c. nu.* 32. vt si recipiens sit illegittimus, irregularis, excommunicatus (*excepta hæresi*) si nō habeat requisita ex fundatione,

An autem vitium litigiosi transeat in tertiam, qui habet causam ab aliquo ex collitigantibus, itaut iuuari non possit regula de triennali, resoluitur distinguẽdo duos D casus i Rot. p. 1. Recent. decis. 342. qui ibi videri poterunt, ne longior sim. Hoc vnum noto, quod si nullus ex collitigantibus sit in possessione; sed alius, qui nõ erat in lite, beneficium non dicitur litigiosum, & isto tertio defuncto, poterit ab ordinario conferri, & acceptari, nisi alia obstet reseruatio, Mohed. decis. 8. vt lit. pend. & ad eam Rub. in suis sing.

Sed an subrogatus in ius Defuncti censeatur etiam in possessionem subrogatus, Negat Belam. decis. 351. Distinguit Azor. l. c. qu. 4. si est ad ius simpliciter subrogatus, non censetur etiam in possessionẽ subrogatus, sed benè si ad omne ius, quod Defunctus quomodolibet habebat propter verborum generalitatem. Ad concordiam hæc reducit Rub. in sing. ad Belam. l. c. vt 5. Belamera in interdicto Vnde vi loquatur; Azor. verò in simplici possessorio, Rot. coram Orano lib. 1. decis. 408. Fructus autem non adiudicantur subrogato, nisi in specie lis esset super illis, & petiti fuissent. Put. decis. 8. de fructibus. Belam. decis. 366. vbi Rub.

Declaro 1. Quod subrogare de per se, & principaliter spectat ad solũ Papam, Rot. in antiq. decis. 10. vt lit. pen. & nullam declarauit E subrogat. à Cardinali Hispal. cõcessam Rot. coram Litta. Hispal. benef. 10. Feb. 1604. Secundariò tamen etiam ordinarius subrogat, quia vbi alias ad eum spectat collatio, potest collitiganti conferre, Ric. 3. p. resol. 461. ad fin. Et cum litigiosa beneficia dicuntur reseruata; ideoq; non posse ordinarium conferre, hoc tripliciter procedit, ergo concedendo subrogationem de per se principaliter, vt Papa facit, Mandos. d. reg. q. 3.

2. Si beneficia alio modo fiat reseruata, vel affecta.

3. Conferendo alijs quàm collitiganti, Ric. l. c. quando. n. collitigans ab ordinario prouidetur cessat ratio ca. 1. & 2. vt lit. pend. ne litigia protrahantur propter nouos aduersarios.

Additur 4. in Parochialibus, quæ cum nequeant conferri sine Concursu, non potest eas Ordinarius, si litigiosæ sint, conferre, ne alijs Ius tribuat, & per nouos aduersarios litigia protrahantur contra disp. cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Vide sup. parte 2. sect. 1. cap. 1. cond. 4. num. 4.

Declaro 2. Lite pendente inter presentatos, altero mortuo, vel cedente, non posse Patronum alium presentare; sed datur subrogatio, Ric. l. c. quæ datur semper, quando alter superstes habet ius, & dicit Ecclesiam ad se spectare, secus si

ob crimen petatur remoueri, nisi lata sit sententia, quæ transierit in iudicatum, vt dicitur in Gloss. c. 2. vt lit. pend. in 6. & finita, & sup. p. 1. cap. 10. p. 8. num. 5.

2. Dispensatio duplex est.

1. Tacita, quæ fit, quando Papa inhabili beneficium confert scienter, tunc .n. de facto dispensat, secus si ignoranter.

2. Expressa, quæ fit verbis, vt dispēsamus, vel dimittimus, e.g. super ætate defectu natalium, pluralitate, & huiusmodi cap. 1. de et. & qual. in 6. Vtraq; eundem habet effectum. est .n. dispensatio iuris communis relaxatio ex iusta causa cōcessa. Gloss. communiter recepta. c. Requisitis §. nisi rigor 1. q. 7.

Declaro 1. Ad validam, & licitam dispensationem tria requiri, quæ sunt.

1. Legittima potestas, quæ risidet plenè in Summo Pont.

2. In Legato ex concessione ipsius Papæ. Azor. 2. p. lib. 5. 30.

3. In Episcopo, cui à iure communi permittitur, vt possit cum spurio dispensare ad minores, & beneficium simplex c. 1. de fil. Præsbit. in 6. cum triplici restrictione.

1. Vt beneficium illud sit simplex, secus si curam habeat animarū per se, vel anexam principaliter, quia si beneficiū simplex sit principaliter, & habeat aliud anexum Curatum, an ad hoc possit Episcopus dispensare spurium, aliqui negant cū ad Curata nequeat dispensationem tribuere; Alij affirmant, quia Curatum est tantum accessorium, & hęc verior iudicatur ab Azor. 2. *p. lib. 6. c. 3. qu.* 14.

2. Ad Vnum tantum ad duo .n. nequit, etiam si neutrū ad congruā sufficeret sustentationem, quia Iura de vno tantum exprimunt, & quando Trid. indulget Episcopis facultatem secundum beneficium conferendi, vbi primum nō sufficit, intelligitur illi, qui aliàs est capax absq; noua dispensatione, Azor. *l. c. qu.* 12.

3. Quod ordinem sacrum non requirat siue ex fundatione, siue iure Communi, vel consuetudine. Gloss. d. c. 1. Quod intelligitur si sacer ordo necessarius est tempore impetrationis, secus si post ad certum tempus. *c. 15. de fil. præsb. in 6.* Azor. *l. c. qu.* 15.

2. Requiritur Iusta causa, scilicet necessitatis, vel vtilitatis Ecclesię. In inferioribus necessaria est in omnibus, in quibus iure communi, consuetudine, vel priuilegio illis facultas dispensandi conceditur, etiamsi solum Iure Canonico sint statuta; sed in Sum. Pont. in his, quæ sunt iuris naturalis, vel diuini causa requiritur de essentia, in his verò, quæ sunt iuris positiui, de decentia, iuxta documētū à Sancto Bernardo Papæ Eugenio traditum. Non Prohibeo

dispen-

dispensare, sed dissipare, Azor. 2. p lib. 7. c. 33. q. 7.

3. Requiritur expressio omnium, quæ beneficij impetratio requirit; Ideò Dispensationes vt plurimum ad petitionem, tarò motu proprio conceduntur, Azor. q. 4.

Declaro 2. Facultatem alicui concessam ad dispensandum latè esse

H interpretandam, quia est priuilegium Principis: Sed ipsa dispensatio strictè est accipienda c. Auaritiæ de elect. in 6. ita vt ad aliud etiam minimum trahi nequeat. c. non potest de Præb. in 6. Ideo dispensatus ad ordines, non extenditur ad maiores nisi iam esset ad minores ordinatus; vel nisi ad omnes exprimeret. Abb. c. litteras de fil. præsb n. 6. Sed neque pro sacris sufficere Clausulam ad omnes, si non fit minoribus initiatus tenet Say. lib. 6. c. 11. num. 19. Item ad ordines etiam sacros dispensatus, non censetur habilis ad beneficia etiã simplicia, si ad beneficia absolute, non ad Curata intelligitur; si ad simplicia non ad Canonicatũ, qã gradu excellit ordinaria simplicia, Rot. decis. 136. in nou. & 408. in antiq. & Vsus Curiæ. Ideo Episcopus, qui potest ad simplex dispensare, non potest ad Canonicatum, cap. vlt. de præb. in 6. Potest bene ad Curatum habitu tãtùm, qui est verè simplex, Azor, lib. 5 cap. 30. qu. 8. Si ad beneficia etiam Curata non intelligitur ad dignitates, si ad dignitates, non ad maiores, vt Episcopatus, Patriarchatus, nec alias etiam minores Curam habentes animarũ, & multò minus ad Cardinalatũ;

I nam legitimati vel Apostolica auctoritate, vel etiam per subsequens matrimonium censentur ad Cardinalatum inhabiles. Sixtus V. Const. 50. Immò dispensatus ad Curatum non potest tacito nataliũ vitio permutare, vel aliud simile eo dimisso habere. Ratio omnium est, quia dispensatio est strictè capienda, Vide Azor. qui de singulis disserit lib. 5. cap. 30. & lib. 6. cap. 3.

Addo, simpliciter à Papa legitimatum esse restitutum ad honores, & ordines minores tantum, & si ad beneficia dispensetur, non intelligi ad illa, quæ Pater obtinuit, nisi aliud ex verbis Papę colligatur. Cherub. in schol. Const. 8. Gregorij II.

Declaro 3. Quod in dubio dispensatio cẽ præsumi ad plura beneficia ex cursu decem annorum re-

K soluit Rot. Gadigon. 13. Ianuarij 1548. coram Rossan. relata per Ric. 1. p. resol. 593. Sed triennalem nõ sufficere decl. Sac. Cong. apud Barb. Iur. Ecl. lib. 3. cap. 13. nu. 44.

Declaro 4. Dispensationem quandoq; habere vim nouæ prouisionis, vt si Episcopo daretur circa retentionem beneficiorum incõpatibilium Belam. decis. 471. Procedit dupliciter.

1. Ad

1. Ad effectum, vt non liceat de obreptione opponere.

2. Ad effectum, vt dicatur prouisio facta vt prius e. g. Si Titulus precedens sit in commendam, retentio etiam sit vt de Commenda. Ita declarat, Rot. coram Gip. *decis.* 288. *lib.* 1. *manuscript.* Rub. *in suis sing. ad d. decis. Belam.*

Declaro 5. Quòd illegittimus ad minores, & ad simplicia dispensatus, si aliam petat dispensationem e.g. ad aliud beneficium, an prioris dispensationis mentionē facere debeat. Distinguendū est.

1. Si vltima dispensatio est additio ad primam, quando .s. continet maius, quàm prima e.g. dispensatus fuit ad simplex petit Curatum, vltima non tenet, prioris nō facta mentione.

2. Si vltima est executio prioris, vt quia petit ordinem, vel beneficiū ad quod fuit dispensatus, non est prioris mentio necessaria. Rot. *decis.* 3. *in antiq. de fil. presb.* & coram Cantuc. Burgen. Abb. 24.& 27. Ian. 1581. Garz. *p.* 7. *cap.* 1. *num.* 72.

Sed quid si dispensatio est ad idem Beneficium: sed super alio defectu? Distinguo, si tendit ad eundem finem e. g. dispensatus fuit super defectu naturalium vult modo super ętate dispensari, necessaria est mentio prioris, quia redditur difficilior Papa ad concedendum, secus si ad diuersum tendat finem, & ità intelligo Menoch. indistinctè affirmantem *de arb. lib.* 2. *cent.* 3. *num.* 33. nam non solum de illis, quæ possunt penitus Papam remouere, faciēda est mentio, sed etiam de illis, quæ possunt difficiliorem reddere, Seraph. *decis.* 483. *num.* 7.

3. Correctio est rescriptum Pontificium per verbum *Corrige* obtentum ad emendationem Bullæ, vbi aliquid fuit erroneè expressū. Vbi distinctio est adhibenda.

1. Si id qđ corrigitur est minus, quā gratia beneficij obtenti, conceditur reformatio, & correctio sub data bullarum expeditarum.

2. Si verò quod corrigitur est maius quàm prima gratia e. g. est beneficium nullo residentiæ onere affectum, & per errorem dictum fuit.

Residens, quia maior est gratia conferre beneficium sine residentia, quàm cum residentia, necesse est nouam porrigere supplicationē sub data currenti, & ita per correctionem hanc priores bullę annullantur. Posset tamen, qui tali defectu laboraret iuuare regula de triennali, ne subiret periculum, vt contra ipsum ageretur postea iuxta Const. Iulij II. contra capientes possessionem litteris non expeditis, de quo sup. p. p. c. 6. req. 6. Quæ omnia à viro doctissimo accepi, & Curiæ Romanæ versatissimo.

4. *Noua prouisio* est, quæ à solo Papa conceditur ad Confirmationē

B ordi-

ordinarij simplicis prouisionis, quæ ob aliquem defectum nulla dubitatur.

N

Declaro simplicem prouisionē esse, quæ prima vice fit à Papa, vel ordinario: Sed noua prouisio est, quæ à Papa datur quando ordinarij prouisio non valuit, sed valet tantum à die cōcessionis. Ideò fructus antea percepti Cameræ debentur.

Quid si in noua prouisione prima non exprimeretur? Distinguo. Si Bullæ expediantur in forma simplicis prouisionis tamquam subreptitiæ nullę sunt *ex c. postulastis de rescrip.* Si verò Papa cōcederet vt expediantur in forma simplicis, vel nouæ prouisionis, tenent; quia sufficiens facta fuit expressio. Azor. 2. *p. lib.* 7. *c.* 3 1. *q.* 7. *ad fi.* Vide aliqua *p. p. c.* 9. *p.* 2. *vers. ad Papam num.* 8. Tandem scias quod noua prouisio etiam nulla supplet negligentias, & publicationes. Gomez ex bibliotheca, Coccin. *decis.* 32. sup. *p.* 1. *cap.* 6. req. ad finem.

V. *Perinde valere* est rescriptum Pōtificium, quod datur quando prima Papæ prouisio non valuit, & retrotrahitur ad tempus primæ concessionis, vt prima prouisio pindè valeat, ac si ab initio valuisset. Vide Ric. 3. *p resol.* 374.

Q

Declaro 1. Exprimenda esse omnia, quę in prima prouisione fuere prętermissa, Azor. *l. c. q.* 1. *&* 3. & mentio litis facienda est, si lite pendente obtineatur, aliàs non valet. Rot. ad Comitul. Aquilan. Iurisp. 17. Iun. 1588.

Declaro 2. Perindè valere concedi, si defectus aliundè proueniat, quàm ex defectu ætatis, & Clericatus: tunc .n. Papa non solet sanare *perinde valere*: Sed per nouā prouisionem, etiam si prima à Papa data fuit. Ità de stilo Curię testatur Massob. præl 25. dub. 3. num. 39. Ratio mihi videtur esse, quia quando adsunt defectus ętatis, & clericatus non est capacitas in subiecto: Ideò noua prouisio requiritur, sed in alijs defectibus capacitas supponitur, ideò defectus solum sanatur.

6. *Cui Prius* est rescriptum Apostolicum, quod datur, quando error commissus est, sed litteræ Apostolicæ non dum fuerunt expeditæ, tunc cōceditur, cui Prius, quod confirmat id, quod per errorem erat nullum.

P

Declaro, non concedi sub eadem data, quia noua supplicatio requiritur, excepto vno Casu 5. quando prima supplicatio esset in forma dignum, & modo vellet quis formam gratiosam.

7. *Rationi congruit* est rescriptū Apostolicum, quod confirmat impetrationem ratam, & firmam, sed non perfectam à primo Pontifice propter mortē: fuit .n. supplicatio signata, sed litteræ non expeditę; Tunc impetrans si probat per Testes, vel alio modo, se

R

à Pont. impetrasse, successor cōfirmat, & dicitur rationi cōgruit, quia ita dicitur in bullis.

Declaro, hoc Valere etiamsi post sex menses litteræ expediantur; quia fuit legittimum impedimētum. Exprimi tamen debent omnia, quæ in prima impetratione fuerunt expressa. Azor. 2. *p. lib.* 7. *c.* 31. *q.* 7. & seqq.

8. *Si Alteri* datur, quando duo litigāt super beneficio, & vnus eorum illud impetrat cum Clausula ℞ *si Alteri* non sit ius quæsitum.

9. *Si Neutri* datur quando duo litigant, & tertius impetrat beneficium cum Clausula *si neutri* sit Ius quęsitum.

Declaro 1. Quod gratia *si neutri* est conditionalis, & nihil ponit in esse, & in ea attenditur tempus quo beneficium conferri potest, Caputaq; *decis.* 36 *p.* 2.

Declaro 2. Quod in gratia si neutri habet locum regula de mense; ideò exprimi debet modus vacationis, quia est noua prouisio nouum tribuens titulum; Intellige de mense reseruato, non ordinarij: quia quando confert Papa in mense ordinarij vult cum eo concurrere, & sic non est necessaria expressio mensis, Aliàs intendit prouidere si reseruatū extet. Rot. coram Lancell. sen. *decis.* 148. *inter select.* & coram Gip. decis. 249. lib. 2.

Declaro 3. In gratia, *si neutri* omnia exprimenda esse ac si beneficiū de nouo impetraretur, Rot. *decis.* 238. *de rescript. in nouis* Fallit in Consistorialibus, quia per gratiā, *si Neutri* prouidetur etiam sine Consistorio Rub. *in suis sing. in d. decis.*

Declaro 4. gratiam, *si Neutri* iustificari quoad Ius impetrantis ex propria cōfessione, sed quoad nō Ius partis ex reuolutioné actorū Greg. *XV. decis.* 90: Rot. Recent. *p.* 2. *decis.* 455.

X. *Si nulli* datur, quando tres, vel plures litigant super beneficio, & alius ab illis impetrat cum clausula, si nulli eorum ius competat.

Declaro, hæc tria rescripta tripliciter locum non habere.

1. Lite extincta.
2. Post sententiam, quæ in iudicatum transiuit, nisi restitutio in integrum fuisset obtenta.
3. Quando vnus tribus sententiis fuit victus Azor. l. c. cap. 32. ad finem.

XI. Annalis possessio operatur, vt si quis velit beneficium ab alio per annum pacificè possessum impetrare, vti vacans ipso iure ob aliquam causam in iure expressā, vel ob aliquod crimen, vel propter priuationem, vel deuolutionem, debeat multa seruare, vt patet *in reg. Cancell. de annali.*

1. Exprimere debet nomen annalis Possessoris. Procedit etiam de Plurib' nominibus si habeat, non de Cognomine, quia non iubetur ibi.

3. *Gradum*, vt doctoris, licentiati, &c.

Procedit 1. Etiam si motu proprio fieret prouisio, quia non derogat *Iuri* quæsito *Mandos. d.reg. q.49.* contra Gomez *q.10.* quia motus proprius purgat subreptionem *c. si motu de prab. in 6.*

Procedit 2. in habentibus gradum, quia quod non est non potest exprimi, & sufficit fama, quòd non sit graduatus: Immò si nesciebat publicè grad⁹, quia illum occultè adeptus est, non diceretur in culpa. Gloss. *d.reg.3.possessionem*, & quot annos possederit, vt ibi dicitur. 4. *causam vacationis* cũ duobus requisitis.

1. Vt causa sit clara, & determinata, & specifica; ideo non sufficit dicere. N. annalem possorem non habere ius, sed addi debet e.g. ob simoniam, ob defectum ætatis, &c.

2. Quod causa illa vacationem inducat ipso facto secund. reg. antiq. vt ibi Gloss. sed moderna extenditur ad vacantia, & vacatura.

5. Vt infra sex menses à die impetrationis. *Impetrans* faciat illam ad iudicium euocari, quod notat verbum *ex tunc.* i. à die datæ, nõ à die impetrationis Bullarum, Gloss. d.reg. Procedit, nisi iusta causa impediatur, vt propter bellum, Contagiũ, vel quia Reus impedimẽtum dedit, ne citetur, & huiusmodi. Solet tamen Papa tempus prorogare, Rebuff. *gloss 14 d.reg.*

6. Vt infra annum faciat causam expediri vsq; ad sententiam diffinitiuam.

Procedit 1. à die citationis, quia duplex terminus cõpetit, secundus incipit lapso primo. *l. contra maiores. C. de ineff. test.* & si ante sex menses citet statim currit annus Gloss. *in c. cupientes §. hac generali u. commodè de elect. in 6.*

Procedit 2. Si fecit quod in se est, q̃ si Aduersarius, vel Iudex sint in causa prorogationis, debet ꝓtestari, per se non stare, & sufficit Gloss. *d.reg.* Vide Rot. diuers. 4. *p. decis. 601.*

Declaro primum effectum Regulæ de annali esse. vt dicta omittens incidat in plures pænas, quæ sũt.

1. Nullitas impetrationis cum omnibus inde secutis.

2. Obligatio ad damna, & interesse Parti.

3. Si dolosè id egisse constiterit ad 50. ducatos Cameræ Apost. ꝓ quibus posset se Procurator Fiscalis intromittere, vt not. Gloss.

4. Nullo alio modo, quàm expresso illa vice poterit consequi beneficium, nec præscriptum *Si Nentri*, neq; per subrogationem, vt habet. *in d.reg.* Hodie tamen in impetrationibus dictæ regulæ derogari solet.

Declaro 2. Quattuor requiri, vt hęc regula habeat locum.

1. Vt sit beneficium siuè seculare, siuè

siuè regulare, siuè Curatum, siuè simplex, siuè perpetuum, siuè manuale, Ideò regula de annali, vel triennali non iuuant Pensionarios, quia Pensionarij non sunt propriè Beneficiati, Ric. 2. *p. resol.* 340. *nu.* 5.

2. Quod sit possessum, quia non suffragatur ei, qui possidere nō potest, vel habet titulum notoriè nullum. Rot. 4. *p. nouiss. decis.* 601. requiritur .n. titulus iustus, vel saltem coloratus, Ric. 2. *p. resol.* 340.

3. Pacificè .i. sine lite. Ad litem nō sufficit causam fuisse commissam, sed citatio requiritur Clem. 1. vbi Gloss. de seq. poss. Nec sufficit citationem fuisse decretam, sed requiritur, vt sit executa, licèt non sit relata. Gloss. in d. reg. Sufficit tamen titulum pacificè possidere, licèt alia de causa fructus non habeat, Azor. c. 34. q. 6.

4. Per Annū 5. à die adeptæ possessionis. Hæc regula secundum Mādos, & Rebuff. d. reg. & Azor. l. c. q. 7. vnum tantū requirit possessorem, sed secundum Gomez q. 34. Sufficit annum cæptum esse ab vno, qui renunciauit, & profectum à resignatario, quia tempora electionis vnius coniunguntur cum tempore electionis alterius, ca. cum de benef. de præb. in 6. Cassad. tamen decis. 16. super reg. asserit regulam de annali semper intelligendam esse de possessore, & eo durante, non de successore, Rot. corā Cotta Camarinen. Canonicatus 15. Maij 1565. Quia solus possessor potest dare de regula, Ideò excluditur, qui desijt possidere, nisi esset spoliatus Rub. ad d decis. Cassad. in suis sing. Annus autem pacificus esse debet ante impetrationem etiam quod per plures annos possedisset non pacificè. Ad Gyp. decis. 56. lib. 1. in Burgen. Abbatiæ de Fonzea 21. Iun. 1591. In impetrationibus tamē Papa solet regulæ de annali derogare, prout pluries v. di.

Possessio autem propriè non requiritur; nam regula de annali tuetur possessorem cum sola detētatione de facto, & sine titulo, Seraph. decis. 1060. Ideò ea se iuuare potest etiam imputatus de hæresi ante sententiam, Cassad. decis. 14. super reg. & ea se iuuare potest in 1. 2. 3. & omni instātia, & suffragatur etiam quoad nullitatem sententiæ, & executionem impedit Cassad. decis. 12. super reg. Rot. coram Gyp. Deodien. Canon. 23. Iun. 1597.

Additur 5. vt non sit intrusus; quia intrusus non iuuatur regula de annali, Caputaq; Coloniē. Canon. 20. Maij 1570. Cum hac declaratione, si intrusus non se ingessit de nouo in beneficij reseruati possessionem; sed tātum perseuerauit in ea, quā antea habebat; quia non dicitur propriè intrusus: sed large, siuè quasi intrusus,

Rot.

Rot. coram Plato Calciaten. Scclasticæ 16. Maij 1588. Tũc in hoc casu prędicta decis. Caputaq; dicitur reuocata à Seraph. Craconien. Canon. 24. Maij 1594 Vide Rub. in suis sing. ad d. decis. Caputaq; Tãdem noto, quod regulæ de annali non satis fit per sẽtentiam latam intra annum sup spolio; quia hoc esset super possessorio: sed debet esse in petitorio Crescen. decis. 9. de caus. poss.

Procedit de solo possessorio recuperandæ, non adipiscendæ, quo casu, vt possessor priuetur sua possessione plena requiritur probatio vacationis beneficij impetrati, & consequenter, quod clarè appareat de non iure rei, & possessoris, Rot. coram Gyp. Leodien. Canon. 13. Iun. 1597. & ità intelligi debet Sarnen. q. 43. de annali.

Declaro 3. Annalem possessionem dupliciter considerari.

1. Quo ad ius, & Titulum in beneficio, & ità nullum ius, & titulum tribuit, nec à peccato liberat.

2. Quo ad ius excipiendi contra impetrantes, & ità semper potest de annali apponi in qualibet instantia, nisi seruentur prædicta in principio posita, Rot. 4. p. nouiss. decis. 601. & ità conciliantur negantes incapaces, vt hæreticos, & alios ipso iure priuatos, iuuari hac regula.

Declaro 4. Pro intelligentia, titulum iustum, coloratum, & nullũ, siue infectum in beneficialibus differre. Iustus est, qui aquiritur per collationem factam ab habẽte auctoritatem subiecto capaci, & seruatis seruandis. Coloratus est, qui aquiritur per collationẽ factam ab habente auctoritatem naturaliter, & originaliter, sed impedito aliqua reseruatione. Nullus est quando collatio fit à non habente auctoritatem, vel omninò incapaci, vel à decreto irritanti omnino annullatur, vt infra patebit.

Declaro 5. Pluribus modis decretũ irritans positum in reseruatione discolorare titulum, & possessionem inficere.

1. Si reseruatio sit clausa in corpore iuris.

2. Si sit super certo beneficio, Put. lib. 3. decis. 180.

3. Quando reseruatio est generalis, & ità notoria, vt nemo illius ignorãtiam allegare valeat, Rot. coram Gyp. lib. 1. decis. 251. Ideo reseruatio vigore alternatiuæ nõ est adeò notoria, vt in ea non cadat probabilis ignorantia, & propterea ordinarij prouisio tribuit titulum coloratum, Rot. coram Oran. decis. 252. lib. 1.

4. Si constitutio expressè per Decretum irritans inficiat titulum, & possessionem. Ideo Prouisus ab ordinario, & S. E. Card. vel Legato de Parochiali sine concursu non iuuatur annali, vel triennali posses-

sione; quia ob Const. Pij V. titulus reddit ad non titulum similiter ex defectu publicationum Thes. for. Eccl c. 19. num. 30. & seq.

11. Possessio triennalis prohibet, ne quis possit molestari in beneficio per triennium pacificè possesso ad lites terminandas, ita habetur in reg. Canc. de triennali.

Declaro 1. Hanc regulam odiosam censeri; & ideo requirere bonam fidem; Vnde qui non emisit fidei professionem non iuuatur hac regula pro retinendis fructibus. Tum quia non præsumitur bona fides, cum lex sit Clara; Tum quia hæc regula iuuat quoad ꝓprietatem, nō fructus. Ita Sac. Cong. teste Vgolino de potestate Episcopi p. 1. c. 50. §. 16. nu. 4.

Declaro 2. Plura requiri, vt Triennalis possit suffragari.

Primo, vt simoniacè non obtinuerit vt d. reg. Procedit si scienter, secus si ignoranter, vt quia ab alio fuit commissa; nam tūc, quia habet coloratum titulum, & gaudet triennali. Ric. 1. p. resol. 203. ad fin.

2. Vt non sit ibi intrusus, vt d. reg. Procedit de beneficijs reseruatis reseruatione clausa in Corpore iuris, vt de vacatione in curia c. præsenti de præb. in 6. Vide ad hoc decl. 5. sup.

3. Vt prouisio non sit subreptitia; nam sub eptio vitiat gratiam ipso Iure cap. ad aures de rescrip. Ric. 1. p. resol. 577.

4. Vt præcedat titulus saltem colloratus Coccin. decis. 171. De hoc vide declarat. 4. & 5. sup. nam ét si per mille annos possideat sine Canonica institutione poterit impetrari, Gloss. d. reg. in prin.

5. Vt Prouisus sit beneficij Capax; nam mulier, coniugatus, Bigam⁹, excommunicatus, suspensus, interdictus, Regularis ad beneficiū seculare sine legittima facultate & è contra, & huiusmodi non iuuantur hac regula Possessio .n. etiam longissimi temporis nō tribuit ius incapaci. Rebuff. de pacif. possess num. 206. Tamē Gomez q. 2. in hac reg. affirmat, incapaces hac regula iuuari; quia solum Simoniaci, & intrusi excipiuntur. Conciliantur distinctiones incapaces non iuuantur vt mulier, & huiusmodi, & de hæreticis iuribus, & rationibus probat, Ric. 2. p. resol. 5. Iuuātur benè, quia sunt aliqui capaces; sed à iure Canonico priuati, vt ob nō solutam pensionem, quia non curauit se ꝓmoueri ad Sacerdotiū infra annum, & huiusmodi, Azor. 2. p lib. 7. c. 35. & ità illegitimus triennali iuuatur. Gomez ex Biblioteca Cocin. decis. 40. & est Rot. coram Pettrutio.

6. Vt possederit per triennium à die adeptæ possessionis. Procedit et. si fuerit interrupta in eodem possessore e. g. quia renunciauit; se quia renunciatio fuit nulla post

pri-

mum annum, reuersus est ad suũ beneficium, & alios duos annos possedit, & sufficit probare, se possedisse primo, & tertio anno. Azor. l.c. qu.3. In duobus tamen casibus possessio interrupta non computatur.

1. Quando renunciatio habuit effectum, & per nouam prouisionē aquirit, quia prior titulus fuit extinctus. Rebuff. l.c. num.327.

2. Quando diuersi sunt successores, quia tempora vnius non iunguntur cum alio. Alij tamen affirmant, quia in vsucapione successor gaudet annis prædecessoris. l. Pomponius ff. de aq. poss. Prima procedit de diuersis causam separatam habentibus e.g. per obitum. Secunda de successore habente causam à prædecessore, vt in renunciatione per trad. sup. num.11. decl.2. ad finem.

7. Vt pacificè possideat, Rot. corā Coccin. decis. 177. Sufficit quoad maiorem partem fructuum, & titulum, quia non nocet, si in aliquo prædio lis inferatur. Gloss. cap. commissa de elect. in 6.

8. Vt non sit contra decreta Trid. Ideo obtinens plura incompatibilia non iuuatur triennali Sac. Cong. apud Barbos. Iur. Od. lib.3. c.13. num. 194. Rot. coram Plato Hispal. benef. de Casmola 17. Iunij 1588.

9. Vt non sit interrupta; nam interrumpitur per solam citationem per litem super possessione, & per molestias extraiudiciales; atq; de facto Coccin. d. dist. 172.

Declaro 3. Triennalem possessionem duos parere effectus.

1. Dat exceptionem contra volentem litem inferre.

2. Dat titulum, & hoc ob bonum commune ad lites dirimendas. Azor. l.c. qu.8. Vide notabile p.1. c.8. §.2. req.4. in declar.

10. Requiritur bona fides possidentis; quia non est credibile, Papam velle fauere peccant, & malæ fidei possessori, qui nullo tempore præscribit, ca. possessor de reg. iur. in 6. Quod etiam in spiritualibus procedit, vt bene Gloss. cap. contingit de dolo, & contum. vers. constituatur Nau. de prab. cons. 92. Rebuff. de pacifi. poss. num.28. Sanchez lio.2. cons. capi.1. dub.25. vbi hanc dicit sententiam veriorem, quam contrariam Gomez reg. de trien. qu.42. putantis bonam fidē non requiri, quia alia hęc regula de nouo vltra ius commune nihil operaretur.

11. Vt possessio sit de beneficio Ecclesiastico etiam de iure patronatus siue principali siue vnito. Item in præsentato, & Instituto; Item in translato auctoritate Papæ, quia talis translatio est titulus Canonicus. Item in electio post confirmationem, vel quando fit ab eo qui potest confirmare, alias sola electio non sufficit. Item in simplicibus, Capellanijs perpetuis, Hospitalibus in titulū

conferri solitis. In Curatis, in Episcopatibus, & alijs Prælaturis; Item in Abbatissa, quando à Papa crearetur perpetua. Item etiam si Capitulum, vel Conuentus possideat, quia in regula adsunt *quicunq; vel quæcunq;* i. omnia beneficia in titulum, vel cōmendam, quę est titulus Canonicus si sit perpetua, Gomez *qu.*5. Non autem in officijs, & dignitatibus secularibus, & prophanis; Non in Capellanijs temporalibus; Non in Vicariato Episcopi; Non in pensionibus; quia etiam per triennium non soluens cogitur; Non in Iure conferendi, vel presentandi, quia regula loquitur de possidente beneficium, Sanchez *l. c. dub.* 29.

12. *Vt triennalis* possessor non sit violentus, nam licet hoc non excipiatur in regula, tamen excipitur in Decreto Concilij Basiliensis, vnde regula ortum habuit; Rebuff. *loc. cit. num.* 228. Nau. *l. c. conf.* 41. *&* 42. Gomez *l. c. q.* 11. Ideò triennali non iuatur qui beneficij aprehēdit possessionem contradicente, & inuito possessore; Idem quando id fecit Procurator cum mandato speciali sic faciendi, vel ratificauit expresse, vel tacitè, Rebuf *l. c. num.* 232. 233. 234. 235. 236. Sanchez *l.* 1. *dub* 33.

13. *Vt triennalis possessor* non sit spoliator etiam non violentus, vt probat Gomez l. c. Idem si per metum; si enim quis per metum beneficium renuntiaret accipiēs illud post triennium non est tutus, Sanchez *l. c. nu.* 3.

Duæ restant difficultates.

1. An possessio per alium capta sufficiat ad triennalem; Distinguo si capta est de mādato iuat, sicut si per se caperet, quia possidens per alium videtur per se ipsum possidere, *l.* 1. § *deiecisse ff. de vi armata*. Sed sine mandato tunc iuuat, & triennium computatur solum à die ratificationis, & ita decidisse Rotam testatur, Gomez *qu.* 59.

2. *Quomodo hic intrusus intelligitur.* Distinguo. Ad effectū Iuris cōmunis intrusus dicitur omnibus modis de quibus infra in hac 3. *p. cap.* de Intrusione. Sed quo ad effectum huius regulę vt .s. non iuuetur triennali intrusus dicitur tribus modis.

1. Quando non habet titulum verum vel pręsumptum, Verus est quando conferens habet potestatem conferendi à Iure communi, vel speciali, seruata est forma, & nullū obstitit impedimentum; *Præsumptus, vel coloratus est*, q habet figuram veri tituli; quia .s. contulit, qui habebat potestatem, & nisi obstitisset impedimētum aliquod, fuisset verus, Rebuff. *l. c. nu.* 32. vt si recipiens sit illegittimus, irregularis, excommunicatus (*excepta hæresi*) si nō habeat requisita ex fundatione,

si capiat plura beneficia ab Ordinario, si non sit expressus verus valor, si esset priuatus, nisi sententia declararet non habere titulũ, &c. modo quo declarat Doctissimus Sanchez *l.c. dub.* 31.

2. Quando quis habet titulum, sed non ab eo qui potestatem habet conferendi, vel ab eo qui formã non seruauit, quia hic dicitur titulus nullus.

3. Quando quis simoniacè beneficium consequitur, vel ab Inferiori prouidetur de beneficio reseruato reseruatione clausa in corpore Iuris, & hic est, quæ habetur *cap.2. de præb. in 6.* ad effectum enim huius regulæ illa solum reseruatio in iure clausa dicitur .s. quando vacatio in Curia succedit. Ideo possidens triennio beneficium reseruatum per regulas Cancellariæ, vel extrauagantes sibi ab Ordinario collatũ, est tutus in conscientia, Gomez *qu.* 49 & Sanchez *l.c.dub.*34. Cessat autem reseruatio si Papa semel disposuit, vide *p.1.cap.*10.& 11.

Tandem hic aliqua noto valde scitu digna.

1. Possessio decenni inducit titulũ præsumptum. Ideò possidens post decennium per aliud triennium iuuatur hac regula, quia sufficit titulus apparenter, Gomez *q* 26. dicens ita resolutũ fuisse in Rota, quod non placet, Rebuff. *num.* 57. & 204. vbi ait possidentem falso titulo per centum annos nõ iuuari hac regula.

2. Simonia, vt faciat amittere huius regulę beneficium tria requirit.

1. Vt sit realis, nam mentalis, & conuentionalis non sufficit, Gomez *q.* 12. in fine.

2. Vt scienter sit commissa, vt dictum est.

3. Vt ante adeptionem tituli sit commissa, secus si post, imò si simonia ante fuerit commissa; sed postea titulus superueniat, cum quo per triennium possideat, iuuat hæc regula, quia non possidet vigore tituli simoniæ, sed noui tituli, vt Gomez l.c. testatur decidisse Rotam Sanchez *l. c. dub.* 32.

3. Triennium, vt per hanc regulam iuuet tria requirit.

1. Vt sit completum, & computatur de momento ad momẽtum, *l.*3. § *minorem ff. de minor.* Rebuff. *num.*166.

2. Vt sit continuum; Ideò qui possedit per annum, si renuntiet, & postea reuertatur; quia renuntiatio fuit nulla, necesse est nouo triennio possidere, quia possessio semel dimissa non restituitur nisi aprehendatur, *l. denique ff. ex quibus causis*. Procedit de rigore iuris, secus de æquitate, vt Rebuff. *num.* 143. refert iudicatum fuisse Burgundiæ.

3. Vt sit coniunctum cum alijs qualitatibus, & requisitis explicatis,

Sed

Sed quis tenetur ostendere, & probare coloratum; Distinguo ad requisitionẽ Iudicis possessor triẽnalis, sed ad petitionem partis Actor tenetur probare contra reum; Gomez *q.* 43. Sanchez *l.c. dub.* 31. *num.* 14.

Sed quomodo dat titulum si prærequirit titulum distinguo.

1. Non dat titulum, vbi nullus est titulus, vt sola possessio faciat titulum; quia qui per vim, vel metum collationem haberet, vel ab alio, quàm superiore, non acquireret titulum.

2. Dat titulum. i. titulum coloratũ tantum, facit legittimum, quia nequit molestari, Ric. 2. *p. resol.* 110. Cassad. *decis.* 8. vbi dicitur possessorem decennalem sine titulo iuuari triennali, quia ius præsumit titulum ex possessione antiquata. Idem Rot. coram Oran. *lib.* 2. *manuscrip. decis.* 224. Addo possessionem triennalem non solum inducere pręsumptionem tituli; sed etiam qualitatem e.g. clericatus, qui probat. ex reputatione per triennium, Rot. *decis.* 2. *de fil. presb. in nou.* & corã Plato *decis.* 29. *in manuscrip.* Satis.

De Fructibus Beneficiorum. CAP. II.

PARTA, & conseruata palma, & pręmio iure quidem fruitur coronatus miles: Quare de beneficiorum fructibus tria videamus.

1. Quinam, e quotuplex sint fructus.
2. Quænam sit dispositio in vita fieri possit.
3. Quæ successio in illis detur post mortem.

DE 1. Fructus beneficij dupliciter considerantur.

1. *Large*, & sunt, quæ cum emolumento, redditus, distributiones, oblationes, & incerta, quæ beneficiarius habet ratione beneficij.
2. *Strictè*, & sunt, qui deductis oneribus percipi possunt etiam in absentia, Gomez *reg. de valore q.* 8. *num.* 3. & hoc secundo modo differunt à distributionibus.

1. Quia distributiones dantur tantum ratione seruitij personalis. Rot. *in nou. decis.* 26. *de preb.*
2. Qui noua indiget prouisione debet se componere cum Camera Apost. de fructibus perceptis, non de distributionibus, Cassad. *decis.* 6.
3. Indultum percipiendi fructus in absentia, non compræhendit distributiones, Cassad. *decis.* 1. de distrib. & si exprimeret etiam distributiones, habet quæ in pecunia consistunt, non panem, vinũ, & victualia, nisi omnes consisterent in panem, & vino, Ric. 3. *p. resol.* 90 *num.* 15.
4. Prouisus non emittens fidei professionem infra duos menses non

facit fructus suos; sed benè distributiones. Sac. Cong. *sess. 24. cap 12. de ref.*

5. In annata computantur fructus, non distributiones. Ideo Canonicatus S. Petri de Vrbe sunt 24. ducatis taxati licet habeant mille; quia in distributionibus consistunt. Gomes *d. q. 8.* Rot. *decis. 8. de praeb. in nou. vel in antiq.*

Fructuum beneficiorum duae potissimum sunt diuisiones.

1. Fructus aliqui sunt certi, aliqui incerti.

Certi sunt, qui ex determinata causa procedunt, vt fructus agrorū vinearum, &c

B

Incerti sunt duplices, i. habent aliquam certitudinem, vt decimae, & similes obuentiones, quae dicuntur incerta; quia Beneficiarius scit praecisè quantum ex illis percipere possit. Thes. *for. eccl. cap. 31. num. 6. de visit.*

2. Habent omnimodam incertitudinem, vt elemosinae altaris, funeralium, &c. Prima incerta computantur inter fructus Ecclesiae, non secunda. Cherub. *scol. 2. Const. 47.* Pij V.

Declaro 1. Oblationes, quae fiunt sacrae Imagini in muro depictae, vel affixae deberi Parocho intra cuius Parochiam sita est Imago *cap. Pastoralis de his, quae fiunt à Prael. Capel. Tolos. decis. 483.* & ibi Add. qui testatur de communi referendo Marian. *de oblat. libell. 18.* Rot. coram Nau. *Hispalen. primitiarum* 13. Maij 1622. & coram Merlin. *Lumen. Sarzanen. oblatio* 8. Feb. 1617 & coram eodem Alexādrina funeraliū 1. *Iulij* 1630. Prax. Neap. *cap 72.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap 41. n. 9.* Feret. *cons. 143. num. 14.* Maluett. *de oblat. dub. 4. num 46.*

C

Ampliatur 1. Vt id procedat in omnibus oblationibus contingentibus intra Parochiam; quia de omnib' Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam de iure communi d. cap. Pastoralis, vbi Host. & Sicul. Capel Tolos. l. c. vbi cum Host. firmat quod omnes decimae, & oblationes, quae fiunt intra Parochiam cedūt Parochiali, Homob. p. 2. exam. trac. 8 q. 16. quod multo magis verū esset si imago esset in muro Parochialis, & Parochi sumptibus depicta, vt not. Genuen. ex Deciano q. 230. pract. Eccl.

Ampliatur 2. Etiam si imago esset in pariete Cathedralis; quia non ad Episcopum neque ad Capitulum: sed ad Parochum spectāt oblationes ratione praedicta, ideo Sac. Cōg. in vno Cauen. teste Rot. corā Merl. *oblationum sup. cittata* censuit oblationes factas in Cathedrali spectare non ad Episcopum: sed ad Archipraesbiterum, qui curam animarum ibi exercet.

Ampliatur 3. Etiam si imago esset in Capella, siue Oratorio separato habenti proprium Rectorē, quia

quia nihilominus oblationes debentur Parocho, Abb. *d. cap. Pastoralis*. Add. *cap. Tolos. l.c.* Rot. in d. Hispalen. *et 2. p. recent. decis.* 368. *num.* 3. & potest deputare homines ad Curam, Ric. *decis.* 70. *p.* 4. *Cur. Neap.* Gerucan tamẽ in pract. Eccl. *qu.* 130. ait dispensationem oblationũ non ad Parochum: sed ad Episcopum pertinere. Tum quia intentio offerentium videtur respicere non Parochiam: sed ornatum Imaginis, vel saltem dubbia est intẽtio quid sit agendum; in casu autem dubbio dispensatio pertinet ad Episcopum, sicut quando legata non possunt ad vsus destinatos deseruire *cap. nos quidem*, vbi DD. *de testam.* Tum quia incertorum restitutio ad Episcopũ spectat *cap. cum tu*, vbi Host. & alij *de vsur.* dictę autem oblationes sunt quædam incerta.

A prima tamen recedi non debet. Tum propter Rotæ, & Canonum auctoritatem. Tum quia oblationes sunt iura Parochialia, vt qui totius Parochiæ sentit incomodum necessariæ administrationis Sacramentorum, sentiat comodum oblationum. Posset bene Episcopus si oblationes essent magni valoris, & aliqua suspicio vsurpationis probos viros deputare ad Curam simul cum Parocho, & mandare, vt Imago ornetur, vel Capella construatur, & huiusmodi relicta honesta portione Parocho; quia Episcopus est executor piarum dispositionum, Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *de ref.* & in monte Regali, ita factum esse testatur Thesau. *for. eccl. cap.* 28. *num.* 29.

Limitatum 1. Si aliud appareret de expressa intentione offerentium, qui vellent, vt Rector Capellę eas haberet, vel ipsi ad certum vsum destinarent, Barbos iur. Eccl. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 30. Add. ad Capel. Tolos l. c. quia intentio donatorum est adimplenda.

Limitatur 2. Quando contraria adesset consuetudo præscripta; nam consuetudo est altera lex Marian. *l. c. qu.* 7. vbi addit hanc consuetudinem videri vniuersalem, vt aquirantur Domino Capellæ, vel Altaris: sed quia hoc, in facto consistit, ideo non præsumitur factum enim probari debet, ideo si consuetudo probetur ea attendatur, Homob. *vol.* 1. *consult. resp.* 72.

Limitatur 3. Vbi tale adesset priuilegium, prout Regularibus videtur concessum, qui omnes suarum Ecclesiarum recipiunt oblationes *cap.* 1. *de stat. Monac. cap. nimis de excess. prælat.* Add. *cap. Tolos. decis.* 483. *ad fi.* Et D. Thom. 2. 2. *q.* 86. *art.* 2. *ad* 2. ait, Religiosos tripliciter recipere oblationes.

1. Sicut pauperes per ordinationẽ Ecclesiæ; & dispensationem Sacerdotum .s. Parochorum, qui

cũm

etiam laicis possunt eas dispensare antequam sint consecratæ, secus post *cap. hinc consuetudinem* 10. *qu.* 1. vt ibidem n. D. Tho. ad 3.

2. *Si* sint Ministri Altaris recipiunt sponte oblatas, vbi optime inuit ius propriè recipiendi oblationes esse Parochiale.

3. Si Religiosi sint Parochi; & ita possunt recipere, vt Ecclesię Rectores.

Limitatur 4. Quando Capella intra vnã Parochiam esset ibi ædificata super bonis alterius Parochialis, & eius sumptibus Imago depicta; quia tunc oblationes & ipsa Imago, spectat ad Dominum fundi. Tum quia ædificia cędunt solo. Tum quia Parochus Imaginis Dominus est capax oblationum, & iura contraria loquuntur in comparatione ad alium non Parochum. Tum quia priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra priuilegiatum, & ita forte intellexit, Decian. *relat. in pract. Eccl qu.* 230. cum ait, q indubiè oblationes spectant ad Parochialem, cuius sumptibus, & in cuius pariete depincta est Imago, & ita in patria mea practicatũ vidi in miraculosa Imagine B.V., S. Christophori, quæ ad Pleben. fuit translata cum fuerit in alia Parochia in fundo Plebis ab Archibresbytero ædificata, & depicta.

Limitatur 5. In oblationibus, quæ essent pars subiectiua, vel integralis ipsius Imaginis: nam earũ administratio, & cura ad Rectorem Capellę spectarent; quia similia Domino quærruntur *l. si rem §. si quis, & § item quacunque iuncta Gloss ff. de rei vendicatione l. ge- quid ff de aquirendo rerum Dominio* Marian. *d. libell.* 18. Add. ad Tosc. *l.c* e. g. si essent vestes, coronę, & similia p dicta sacra Imagine. Idem dicerem de elemosinis missarum ibi celebrandarum; quia hæ non offeruntur sacræ Imagini: sed Sacerdoti ibi instituto; & simplex missæ celebratio non dicitur Ius Parochiale.

Limitatur 6. *Secundum aliquos*, quando Capella, vel Ecclesia esset sub inuocatione illius Sancti, atq; illius nomini dicata; quia aquiri videntur illi Ecclesiæ: sed hoc non est verum, nec placet Marian. *l.c. qu.* 3. nam hoc non potest tollere ius Parochiale, & oblationes spectant ad Rectorẽ; Rector autem dicitur qui sustinent onera ad curam animarum spectantia. Rot. 2. *p recent. decis.* 368 beneficiarius vero simplex dicitur Capellanus.

Sed ad quem *spectant oblationes factæ alteri Sacerdoti intra Parochiam celebranti*.

Resp. regulariter ad Parochum p iura predicta; quia censentur factæ intuitu Parochię ,pter onera Sacramentorũ, & sacramẽtalium, nisi expræsse dentur ratio-

nes

ne personæ, vt in missis nouis fieri solet, *cap. omnis Christianus*, vbi Glos. *de consf. d.* 1.

Declaro 2. Libellum pro petendis oblationibus Oratorij intra Parochiam permisse facti narratione posse sic concludi. Quare cũ omnia prædicta fuerint, & sint vera d. N. liquidatis liquidandis si quæ &c. instat prohiberi sub suspensione censuris, alijsq; pœnis, ne Capellanus audeat se in oblationum administratione immiscere, & ingerere: sed dictam dispensationem, administrationem, & curam ad d. N. spectare, & spectasse, & quatenus opus sit in eius quasi possessione imitti, ac associari (*& si sit in possessione manuteneri*) & super prædictis mandatum quodcunq; decerni, & relaxari, intentans quodcunq; remedium necessarium, & opportunum, &c.

Fructus sunt duplices.

1. *Necessarij*, qui requiruntur ad congruam sustentationem sui, suæq; familiæ, habita ratione scientiæ, nobilitatis, dignitatis, & loci; quia non est par omnium conditio, iuxta tradita supra 1. *p. c.* 3. *de congrua*.

2. *Superflui* vltra congruam sustentationem.

Sed hic dubitationem soluere decreui, de qua pluries fui interrogatus. An .s. Episcopus possit oblationes, quæ tempore Iubilei fiunt in Parochiali auferre Parocho, & ad alia applicare.

Resp. negatiuè, quia si loquimur de elemosinis, quæ ex Iubilei præcepto fieri debent, cui fieri debent, pendent à libera fidelium voluntate, quam cum Papa nolit arctare, neque poterit Episcopus. Si verò de alijs oblationibus, quę tunc temporis in Ecclesijs fieri cõsueuerunt, iure communi spectant ad Parochum, cui Episcopus nequit eas auferre: Tùm quia non potest iure communi derogare: Tum quia non potest ex sua voluntate sine causa Beneficiariũ fructibus seruare. Tum quia habẽs curam animarum, habet in omnibus oblationibus intentionem fundatam priuatiuè ad Episcopũ, Maluec. *de oblat. lib.* 4. *num.* 401. & ita Rotam resoluisse 1. *p. recent. decis.* 256. & alibi testatur, Belet. *tit. de bon. cler.* §. 3. & quando cura in Cathedrali non ad Capitulũ, sed ad Archiepiscopum spectat; ad illum etiam oblationes spectare testatur, Homob. *exam. p.* 3. *tract.* 14. *q.* 19. Barbos. *Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 17.

Declaro tempore Paschatis nullum alium Inferiorem Iure proprio præter Parochum posse domos benedicere, nec mulieres post partum, neq; in priuatis Oratorijs oblationes facere, ne Parocho præiudicet. Vgol. *de pot. Ep.* 1. *p. cap.* 18. *num.* 4. Plurimum tamen valet consuetudo per tradita

dita ab Homob. *consult. vol.* 1. *resp.* 71. Regulares autem non posse domos tunc benedicere Sac. Cong. resoluisse asserit, Sell. *in select. can. cap.* 15. *num.* 10. & Barbos. ad Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *num.* 41.

DE 2. Clerici disponere possunt ad libitum de infrascriptis.

1. De patrimonialibus, quæ .s. acquisiuerunt hæreditatæ, donatione contractu, vel huiusmodi tam inter viuos, quàm causa mortis; quia de his sunt veri Domini, ità omnes.

2. De quasi patrimonialibus, vt sunt acquisita docendo, scribendo, concionando, Doctoris, aut Iudicis officium exercendo, Confessiones audiendo, vel ex officijs, anniuersarijs, & similibus: quia hæc sunt stipendia industriæ, & laboris, Nau. *de spol.* §. 1. *num.* 2. *in fine.* Graff. *decis. p.* 2. *lib* 1. *cap.* 100. *num.* 29.

3. De distributionibus. Tum quia illarum verum habent dominiũ *c. vnic. de cler. non resid. in* 6. Tum quia dãtur. ob ministerium personale, & mercedem laboris, Galet. *n. Fructus filic. tract.* 43. *cap.* 3. *qu.* 10. contra Nau. *de red. qu.* 1. *monit.* 30. *num.* 2.

4. De Pensionibus, quia pensio nõ est beneficium Ecclesiasticum, Galet. *n. Fructus vers. Distributiones*, Nald. *n. Fructus num.* 7. Zerol. Pensionarius §. 25. Alij tamen id negant, quia pensio in hac materia æquiparatur beneficio, cum sit de eisdem fructibus, Nau. *l. c. monit.* 32. Filiuc. *l. c. cap.* 4. *qu.* 12. Alij distinguunt, vt .s. secunda procedat de pensione Ecclesiastica, quæ ad titulum conceditur sub aliquo onere speciali; prima verò de pensione, quæ ad talem titulum non conceditur, Barbos. *Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 33.

V. De fructibus beneficij necessarijs, quia si de illis sibi subtrahat, non amittit ius insumendi. Procedit etiam si Clericus sit diues, qui potest patrimonialia conseruare, & Ecclesiasticos prouentus in suos vsus erogare, quia dãtur, vt merces laboris *cap. pen.* 1. *qu.* 2. *cap. cum secundum de præb.*

Sed dicet quis, *cap. Clericos, cap. Pastor. cap. Si quis* 1. *q.* 2. *cap. Illa. cap. Priuatim* 12. *q.* 1. *cap. vlt.* 16. *qu.* 1. haberi illum, qui proprijs sumptibus potest sustentari, non debere ab Ecclesiastica stipendia accipere.

Resp. intelligi, vel de decentia; indicant .n. quæ magis decent clericalem Statum. Barbos *l. c. n.* 26. vel si de necessitate, habent locũ, quando pauperes adessent in extrema, vel graui necessitate. D. Tho. 2. 2. *q.* 185. *art.* 7. *ad* 3.

Quid si de prædictis, quæ ad libitũ Clerici impendere queunt aliqs fecerit paramenta, Calices, & huiusmodi, & in suis Ecclesijs vsus fuerit, poterit ne de eis ad libitum disponere?

Distin-

Distinguo. Vtiq; per donationem, & Contractum inter viuos etiam ab infirmo, dummodo mentio mortis non fiat alias non: nam prohibentur causa mortis alienari per Sixtum V. Bulla. *Cum Itaq;* Ità quod nec sub spolijs cōpræhēdātur, sed eccle. remaneāt Homob. *vol. 2. consult. resp.* 193.

Tota difficultas remanet de fructibus beneficij superfluis. *An. s. beneficiarius habeat de superfluis dominium, & possit ad libitum expen-*
9 *dere absq; violatione iustitiæ.* Duæ sunt opiniones exstremæ, & duæ mediæ. Prima absolutè affirmat, quia bonorum Communium facta fuit diuisio: primo. n. bona erant communia, & per Episcopum fiebat dispensatio in quattuor partes.

Primam sibi applicabat.

2. Clericis.
3. Fabricę Ecclesię.
4. Paupetibus; Sed quia Episcopi infideliter cæperunt se gerere in dispensatione: *Ideò* diuisio facta est, & sicut singulæ Ecclesiæ singulis præsbyteris fuerūt assignatæ; ità cuiq; sua portio bonorū fuit data iuxta prædictas quattuor partes, & de tempore ante diuisionē multa iura intelligūtur *cap. quatuor, cap. mos est, cap. de redditibus, cap. sancimus* 12. *qu.* 1. Post diuisionē ergo quilibet suæ portionis effectus est *Dominus*: quia diuidere est suæ partis dominium assignare, alias diuisio frustatoria fuisset Sot. *de iust. lib.* 10. *qu.* 3.

Nec opinio est nimis lata, quia nulla inde resultat differentia inter bona, & fructus laicorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum.

2. Absolutè negat, conceditq; solū Clericos esse fructuum dispensatores, & ideò si superfluos non erogent in pauperum, & Ecclesiæ vtilitatem peccare contra iustitiam & restitutioni fieri obnoxios: Tùm quia si retineant, furtum committere dicuntur, *cap. quod autem* 23. *q.* 7. ibi *non sunt nostra: sed pauperum, cap. cum secundū ca. tua. de decim.* Tùm quia alias fraudaretur fidelium voluntas, qui bona Ecclesijs reliquerunt in ministrorum, & pauperum sustētationem, *cap. secundum de præb. c. quicunq;* 12. *q.* 2. & sæpè apud SS. PP. Tùm quia *Eug.* dicitur *expressè, quod superest date pauperibus.* Ità Nau. *de redd. q.* 1. *num.* 37. *D. Ant.* 3. *p. tit.* 15. *cap.* 7. §. 19. Alex. de Ales, & Ric. apud Sot. l. c.

Hæc opinio est nimis rigida, nec concludenter probat violari iustitiam à trāsgressionibus post diuisionem. Prima. n. & tertia ratio ante diuisionem locum habebant. Secunda intelligitur de dominio absoluto; Triplex. n. est dominium absolutum, subalternum, & infimum.

1. Est ius disponendi ad libitum, & hoc soli Deo competit.

2. Est ius disponendi de proprijs rebus lege non prohibente. & hoc quilibet in re propria habet.

3. Est ius disponendi in bonū cōmune, & hoc habet Papa de benefic. [illegible], Barbos. *Iur. Eccl. lib* 3. *c.* 13. *num.* 14. Tandem illud *Lucę* procedit in casu extremę necessitatis de pręcepto, aliàs est de cōsilio. D. Thom. 2. 2. *q.* 32. *art.* 5. & 6.

3. Alij dicunt Episcopos solum teneri ex iustitia superfluos fructus (si tamen sint superabundantes) secus si tenues, vel mediocres pauperibus erogare, nō autem Clerici inferiores, etiam amplos redditus habentes, quia quando facta fuit communium bonorum diuisio, quartam partem pauperibus debitam sibi retinuerunt. Caiet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 7. Hæc opinio non probat concludenter, Episcopos habuisse partem pauperum, nec sola abūdantia id conuincit: ideò nec est tenenda, vt ait Sot. *l. c.*

4. Alij distinguunt. s. posse Clericos fructus simpliciū beneficiorum ad libitum expendere: habentes autem Curam, vel administrationem; vt Canonicatum &c. in vita, & sanitate esse vsufructuarios s. posse in suorum, & aliorū vsus insumere: sed in morte, & ęgritudine esse solum Vsuarios. s. solū pro suo vsu eos expendere posse. Gloss. *c. quia nos n. reseruari de testam.* & *cap. vl. de pecul. n. obitus.* Menoch. *cons.* 66 & *de arb. casu* 433. *num.* 25. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 37.

Hæc quoq; opinio insufficiēter probat intentionem suam: nam Clericos in ægritudine valide donare cōmuni vsu deuincitur. Alias opiniones, vide apud Sarmient. *p.* 4. *per sex cap.*

Ego breuibus distinguo. Bonorum s. proprietatis dominium est apud Ecclesiam: Ideò Clerici, & alienare prohibentur extrauag. *Ambitiosa de rebus eccl. non alien.* & *tot. tit. eo.* Fructuum verò necessariorum Clerici liberum habent dominium, vt sup. diximus num. 5. Superfluorū autem dominium habent; sed obstrictum Ecclesiæ præcepto, vt eroget in pios vsus. Trid. *sess.* 25. *cap.* 1. *de reformatione.* Ideò impendens in Casibus, Pompa, Luxu, Crapula, Ludis, ad Amicos, vel Consanguineos ditandos, & huiusmodi, ni paruitate excusetur, peccat mortaliter, dicuntur. n. patrimonium pauperum, & Ecclesiæ, nō tamen ad restitutionem tenetur; quia id Ecclesia non præcipit, Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 8. & expræsse D. Th. 2. 2. *q.* 185. *art.* 7. ait teneri non ad restitutionem, sed tantùm ad pænitentiam, cum contra charitatem tantum peccauerit, & alios vide apud Barb. *loc. c. num.* 24.

Declaro 1. *in pios vsus* erogari, si expendantur in fabricam, ornatum

&c.

Ecclesiæ, in opera hospitalitatis, in erectione Capellæ, vel Beneficij Ecclesiastici, & in qualibet pietatis officia. Azor. *l.c.cap.* 11. *q.* 2. & non solum inter viuos, sed etiam animabus Purgatorij; est .n. magnum pietatis opus, quia ope nostra indigent.

Declaro 2. Nomine *Pauperum* intelligi omnes egentes, *non solum* grauiter, sed communibus miserijs oppressi; Non solum extraneis, sed etiam sui (*si egeant*). *Ideò* potest Beneficiarius non solum suos alere, sed etiam sororem, vel neptem dotare titulo paupertatis, non autem magnifica donatione. Barbos. *l. c. num.* 30.

Non solum ostiatim petentes; sed etiam occultos, & qui nequunt viuere iuxta decentiam status, vt si Vir Illustris, licèt habeat victum, non tamen vestitum, vel alia, quæ sine dedecore illi deesse nequeunt. Graff. *decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 4.

Declaro 3. Non teneri quærere, sed sufficere paratū esse ad subleuandos ægenos quando sciuerit, & potest vni denegare, & alteri æquè egenti tribuere, D. Th. *quolib.* 8. *art.* 12. Posse etiam aliqua insumere in honestas recreationes, spectata clericali cōditione sentit, Bonac. *de oblig. benef.*

Declaro 4. Seclusa particulari testatoris obligatione, quę seruanda est, non teneri beneficiarium fructus superfluos dare pauperibus in loco beneficij, quia iura absolutè solum in vsus pios erogari iubent, Nau. *l.c. q.* 1. *monit.* 27. Barbos. *l.c. num.* 22.

Declaro 5. De fructibus beneficij non solum posse Beneficiarium alere filios legitimos, & spurios, dum aliunde non habent, cum sit opus pietatis; sed etiam moderatam dotem dare; quia dos stat loco alimentorum. Nau. *de spol.* §. 19. *num.* 19. vbi *num.* 22. limitat in filijs aliunde non habentibus. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 146. nam tunc iure naturæ ad illis debetur.

Sed dicet quis Pius V. Const *Quæ ordini* vetat, ne Clerici spurijs aliquid relinquant ex bonis nedum Ecclesiæ, sed etiam patrimonialibus, aut pensione, vel industria acquisitis, ne ad indignos perueniat, & ne occasio præbeatur offensionis: Imò id vetat Laicis de pensionibus, aut alijs bonis Ecclesiæ ratione feudi, vel emphiteusis. Rot. diuers. 2 *p. decis.* 214.

Resp. Pium V. tollere ibi facultatem testandi in fauorem spuriorum ex vi priuilegiorum specialiter concessorum; non autem tollit ius commune, quod cōcedit alimēta, & dotem illis quando sunt pauperes, & aliunde non habent; quia de hoc non facit mentionem, & iuri Communi nō derogatur, nisi expressis verbis. Ita Rot. *diuers. par.* 2. *decis.* 487.

Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 11. *qu.* 10. *&* 11.

Quomodo ergò *cap* 3. *de arb.* dicitur arbitrium perniciosum illud Clerici, qui sororem dotauit?

Resp. quia poterat imposterum esse Ecclesiæ perniciosū, vt si post mortem Clerici, soror, vel maritus decimas retinere contendisset vexando Ecclesiam litibus, Gloss. 2. *&* 3. *ibi.*

Declaro 6. Pro debito Clerici etiā Patrimoniali posse in causā iudicati capi fruct' beneficij, duobus seruatis.

L

1. Ad tempus, donec satisfiat, nō imperpetuum.

2. Relictis Clerico necessarijs ad sustentationem *d. c.* 3. *de arb.* Barbos. *l. c. num.* 42.

DE 3. Distinctione opus est: Aut .n. loquimur de successione ex testamento, vel ab intestato.

1. Ex Testamento. Testari potest Clericus de omnibus, de quibus disponere diximus supra in principio. 2. *p. huius cap.* Barbos. *l. c. num.* 50. *&* 51.

M

Declaro 1. Quod de fructib', quos suæ congruæ sustentationi subtraxit in foro fori rarò locū habebit, quia difficile probari poterit, bona relicta esse ex dictis fructibus necessarijs quæsita, vt not. Cherub. *Scol.* 1. *ad Bull.* § 1. *Py V.* ex Molin. *ibi cit.*

Declaro 2. Per distinctionem quomodo bona per Clericum quęsita dicantur ex Ecclesiasticis redditibus comparata.

N

1. Si nullum patrimonium ante Benef. habuisse, vel quod habebat alienasse, & tempore beneficij nil aliud quæsisse probetur, bona relicta ex Ecclesię redditibus iudicantur acquisita.

2. Si ante beneficium constiterit habuisse patrimonium, labore, & industria, vel donatione, aut aliunde acquisiuisse; & Ecclesiæ fructus tenues esse, præsumuntur ex bonis clerici quæsita.

3. Si quantitas peculij ignoretur ex coniecturis bona relicta inter Ecclesiam, & Clerici hæredes diuidantur.

4. In dubio pro Ecclesia præsumitur ad exclusionem hæredum *ca. quicunq;* 12. *q.* 3. *cap.* 1. *de pecul. cle.* Barb. *l. c. nu.* 51. 52.

2. Testari non potest Clericus de triplici potissimùm bonorum genere.

1. De intuitu Ecclesiæ, & pro animę salute relictis, quia sunt Ecclesię, nisi essent pro victu, vel commodo personę, etiam pro anima oblatis; quia tunc Clericus disponit. *cap. Epi.* 12. *q.* 1. *cap. Pontifices* 12. *qu.* 3. *cap. requisisti de testam.* aliàs damnum Ecclesię illatum tenetur de pprio resarcire, *cap. Episcopus* 12. *qu.* 2. *& cap.* 2. 12. *qu.* 4.

O

2. De rebus per ipsum Clericum nomine Ecclesiæ acquisitis, aut donatis.

3. De acquisitis ex fructibus Ec-

ecclesiæ congruę sustentationi superfluis in alias personas præter Ecclesias; quia id humana lege prohibetur, *can. Apost. cap. vlt. de pecul. cler.* & in specie de Episcopis, *cap. Episcopi* 12. *qu.* 1. *cap. fixum* 12. *q.* 5. Quamuis Nau. cū cæteris secundæ opinionis circa fructus superfluos in *p.* 2. *huius cap.* sentiat etiam diuina lege id esse vetitum; quia per legem diuinam furtum vetatur: sed responsiones ibi vide. Procedit hoc de iure communi; secùs vbi Pontificio Indulto Clerici acqsita transmittunt ad hæredes, tam ex testamento, quàm ab intestato, vt in Ciuitatibus Arimini, Brittinorij & alijs.

Declaro cōsuetudine etiam vbi tale non extat priuilegium induci posse, vt Clerici testari queant nō solum ad pia, sed etiam ad quoslibet. Tum quia potest id Summus Pontif. expressè concedere; ergo etiam tacitè consuetudinem tolerando. Tum quia extrauag. *Suscepti de elect. cap. cum sibi de verb sig. cap. præsenti de off. ord. in* 6. deciditur valere cōsuetudinem, qua introductum est fructus beneficiorum vacantiū̄m per aliquod tempus ad defunctum, vel alias personas pertinere. Sot. *de Iust. lib.* 10. *qu.* 4. *art.* 3. Sarmient *de redd. p.* 4. *cap.* 1. *nu.* 8. contra Molin. *de Iust. tract.* 2. *disp.* 147. *concl.* 7.

I ad quem spectant fructus beneficiorum tempore obitus;

Distingno 1. Si sunt collecti, & alijs proprijs bonis incorporati spectant, ad hæredem.

2. Si sunt pendentes, vel maturati; sed inexacti, etiam quod per beneficiarium non steterit, & omnem diligentiam iudicialiter adhibuerit, vbi fiunt spolia, spectant ad Cameram, alias ad Ecclesiam Const. 7. Iulij III. Alij dicunt esse pro rata Episcopis diuidēdi *arg. l. deuortio ff. solut matr.* quia beneficium datur propter officium, sicut dos propter onera matrimonij. Sarmient. *p.* 4 *c.* 6. *num.* 13. Zerol. *p.* 1. *u. benef* § 6.

Hanc opinionem posse verificari in locationibus, & similibus, in quibus portio sua singulis respondet diebus testatur Bonac. *de oblig. benef p.* 3. *num.* 7. Ego tamen à Bulla non recedo, quia domorū, & Censuum responsiones de semestri in semestre maturant: Ideò inexactos e. g. per quinq; menses elapsos, post sextum n. ēsem ad successorem, qui reperietur, totius semestris spectare non dubito ex verbis Bullę. Idē sæpius respondi de decima non exacta: Si vero domorum locationes anticipatè essent solutæ; tunc diuisio pro rata temporis optimè intrat per *d. l. diuortio.*

Quid si beneficiarius frumētū collegisset, illudq; credita pecunia vendidisset, suiq; obitus tempore pretium non sit exactum, ad quem

quem pertinebit? Resp. ad hæredem, quia frumentum est verè exactum, & in prætium conuersũ Cherub. *Scol. 2. d. Bull. Iulij III.*

Ab intestato. Tres sunt Beneficiariorum successores.

1. Proximiores in Patrimonialibus, vel quasi, de quibus eos posse ad libitum disponere in principio 2. p. huius cap. dicitur, & etiam in acquisitis ex superfluis beneficij fructibus, vbi tale vigeret priuilegium, vel consuetudo.

2. Ecclesia 1. In rebus nomine, vel intuitu Ecclesiæ quæsitis.

2. In acquisitis ex redditibus superfluis, de quibus modo ostendimus, eos testari non posse.

3. In patrimonialibus, vel quasi, eo casu, quo legittimi non extarent successores, vel ex causis in iure expressis excluderentur, c. 2. & 3. 12. qu. 3. Sicut in bonis laici in subsidium, fiscus succedit *l. 1. C. de bon. vacan.*

Declaro, quod si Ecclesia est Colleggiata, Capitulum succedit nõ Episcopus, nec præbendæ successor, *c. illud 12. q. 2.*

Si est Capella in aliqua Ecclesia, Rector Capellæ, non Ecclesiæ, si est Ecclesia successor, Barbos. *Iur. Eccles. lib. 3. c. 17. num. 60.*

3. Romanus Pontifex, siuè Cam. Apost. spoliorum nomine, per quod Collector Apostolicus habet intentionem fundatam; nam Beneficiarius, est tantum vsufructuarius, est Ecclesia Domina *c. fi. vbi DD. de pecul. cler. c. res Ecclesia, c. expedit 12. qu. 1* & ideò mortuo beneficiario vsufructus extinguitur, & cum proprietate consolidatur, vt not. Ric. *3. p. resol. 433.* & Camera succedit loco Ecclesiæ, Ric. *l. c. resol. 431.* & fit spolium.

§. DE SPOLIIS.

SPOLIA igitur sunt bona ab Ecclesiastica persona quæsita immediate, vel mediate ex bonis Ecclesiasticis, quę non fuerunt ante mortem eius iustè impensa, nec facta iure Patrimonialia, nec quæsita alijs irreuocabilitèr, vel quæ sunt ex illicita negotiatione comparata, eorundem beneficiorum fructus pendentes, vel alias debiti, & inexacti. Nau. de spol. §. 1. nu. 1. & vt hæc materia vsu frequens clarior fiat duo videbimus.

1. *Quę bona cadant sub spolio.*

2. *In quibus spolium locum nõ habeat.*

Quoad primũ plura bona sub spolio cadunt. 1. omnes fructus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunq; omnium beneficiorũ Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & regularium, ac etiam Consistorialium, ex quacumq; causa reseruatorum, vel affectorum tempore vacationis. Const. 32. Pij 4. Vbi datur facultas Collectori spoliorum

rum eos exigendi cum exclusione aliorum.

Declaro 1. Procedere à die vacationis vsq; ad diem prouisionis de fructibus pendentibus, & etiã non exactis cum effectu modo, quo supra diximus de successione ex Testamento. T. Requiritur quod fructus sint maturi tẽpore vacationis, quia immaturi, tunc non sunt fructus. Ideò si vacatio sit Mense Maij non cadunt spolio Caro suina. & regalię, quæ debentur de Mense Decembris, vt cuidam auido collectori respondi; nam Camera succedit loco Rectoris: sed Rector nequiret ante tempus prædictum exigere; quia regaliæ sunt ex promissione coloni ad illud tempus, meritò obligatio illa tãquam conditionalis ante euentum conditionis nil ponit in esse. Grat. c. 542. nu. 44 et 45. Sed pone. ex folijs morum tempore vacationis fuerũt nutriti vermes serici, antequam sericũ maturaret capta est possessio, an valor spoliorum cadat sub spolio. Distinguo si collector ea vendidit vtiq; alias non; quia aliméta sequuntur naturam vẽtris recipiẽtis. Coccin. decis. 393. sed vermes nõ sunt maturi; Ideò sericum spectat ad illum, cuius tempore maturat.

Declaro hoc esse ius nouum; nam olim hi fructus ad Ecclesiã spectabant, vel successori reseruabantur, c. quia sæpè de elect. in 6. Seraph. decis. 594. & hoc ius cõmune seruatur, vbi nõ sunt spolia, & Regno Neap. in Episcopatibus & beneficijs ad Regis nominationem spectantibus, vt ex quaranta not. Cherub. Scol. 2. ad Const. 90. Pij V.

2. Sub spolio cadunt omnia bona mobilia, immobilia, semouentia iura, & actiones decedentiũ extra residentiam in illis, qui residere tenentur in pœnam non residentium. Const. Pij IV. 1564. 6. Kal. Decembris, nec aliter iudicari potest; quia habet d. Constitutio decretum irritans, & clausam sublata &c. Quæ remouet aliter iudicandi facultatem, vel interpretandi cap. 51. eo tempore de elect. in 6. Thes. for. eccl. cap. 34. num. 50.

Declaro procedere etiamsi habuerint de eis testandi facultatem, & de dictis bonis iam disposuerint. Thes. l. c.

3. Sub spolio cadunt bona quæcũq: Apostatarum etiam Regularium extra Claustra degentium, Greg. 13. in sua Const. 43. sub 21. Ian. 1577.

Fallit si legittima testandi facultate etiã extra Claustra suffulti essent, Thes. l. c. nu. 51.

Fallit 2. Si ad religionem reuertãtur, quia loquitur de vagantibus & morantibus extra claustra, Cherub. scol. ad d. Bull.

4. Sub spolio cadunt Clericorum bona acquisita ex artificio, vel ser-

seruitio Ecclesiasticis personis p sacros Canones interdictum, vt ex Arte medica, chirugica, vel alia illis prohibita, atq; ex obsequijs indecēter Principibus, Regibus, & alijs secularibus personis contra Canonum statuta exhibitis. Nau. de spol. §. 7.

Item ex officio Tabernarij, macellarij, Nuncij birruarij, quod vetatur, *cap. cler. ne cler. vel mona.* & quouis alio sordido seruitio Clericis vetito, vt notat Vgol. *de pot. ep. 1. p. c. 13. per tot.*

Declaro 1. Etiam Episcopis prohiberi, ne nimis loco cedant, & ne personaliter inseruiant Bannibus, & ministris Regū, & Principum secularium, Trid. *sess. 25. c. 17. de ref.* vbi vide Barbos. Vnde multo minus Clerici possunt Hystriones, & Iaculatores esse c. 1. de vita, & honest. in 6. tamen clerici ob præstitam laico seruitutem Clericali priuilegio non priuatur, Ric. 2. *p. resol.* 112.

Declaro 2. Inter alias actiones Clericis vetitas per quas acquisita sub spolio cadunt, eam esse, vt Clerici iurisdictionem Principis secularis exercere nequeant. *cap. sed nec procurationes, ne cler. vel mon.* Comprehenduntur non solum Clerici Inferiores, dummodò vel sint in sacris, vel beneficium habeant; sed etiam Prælati, & Episcopi, & omne officium prohibetur. s. Iudicis tām in Ciuilibus, quām in Criminalibus, Viceregis, Vicecomitis, & huiusmodi; nam iura *in tit. ne cler. vel mona.* generaliter loquuntur. Vgolin. *de pot. Episcopi p. 1. ca. 13.* §. 3.

Fallit 1. In officio Ecclesiastico, vt vicariatu Episcopi, quando, & similia, vt Assessoratus Episcopi licitè exerceatur per Clericos.

2. Si iurisdictio laica pertineret ad Ecclesiam, vel *vniuersalem*, vbi videmus Papam per Ecclesiasticos etiam laicam iurisdictionem exercere, vel *particularem*, vt quādo iurisdictio Castrorum in temporalibus etiam ad Episcopat. vel alias Ecclesias spectat; nam tunc Clerici Ecclesiæ inseruiunt, Vgol. l. c. Barbos. tamen *Iur. eccl. lib. 1. c. 40. nu. 113.* ait in hoc casu posse tantū per se ipsum exercere, exceptis causis mortis, & truncationis membrorū, & ideò non posse tunc ibi Clericos Iudices Deputari: Tùm quia, tunc Episcopus ratione illius iurisdictionis est Princeps secularis: Tùm quia potius officium inspicitur in prohibitione, quām Ecclesia, & ita seruat Praxis.

3. Fallit de licētia Papæ, quæ adest dum ipse deputat: Nullus autem Inferior potest, & ita Papa concedit Episcopos fieri Proreges, vel Cōsiliarios in Hyspania. *Sayr de cons. lib. 3. cap. 37. nu 7.*

Declaro 3. Clericis prohiberi officia Consulatus, & cuiusuis Magistratus secularis, Depositarij, Cancella-

cellarij, exactoris, & omnia officia Communis, & ideo indè acquisita ad Cameram spectant. Vgol. *l.c. ad fin.* Neq; Canonicus Iurisconsultus posse à Gubernatoribus substitui in absentia resoluit, Sac. Congr, Alatrina 16, Martij 1630.

Declaro 4. Idem dicendum esse de officio Procuratoris, & sollicitatoris: quinq; tamen requirũtur.

1. Vt habeat beneficium, vel sit in sacris debet tamen opponi ad annullandum actum, vt non potes esse Procurator &c. ante litem contestatam, aliàs acta valent. Tusch. *lit. Pend.* 812.

2. In Curia seculari; nam in Ecclesiastica potest Clericus etiã laici esse Procurator *c. per venerabilem qui fil. sint leg.* Vbi Archiepiscopus fuit Procurator Regis.

3. *Pro alijs*; nam pro sua Causa, suæ Ecclesiæ, & miserabilibus personis potest, etiam in foro seculari, 21. *q.* 3, *per tot.* Vgol. *l.c.* §. 6, contra Barbos. *l.c. num.* 85. nam Barbosa ait neq; pro se ipsis posse Clericos procurare etiam in foro Ecclesiastico; sed nimis rigidè: Tùm quia defensio iurium suorum est de iure naturæ, quod nullo iure positiuo tolli potest; tum quia pro miserabilibus est officium pietatis: immo pro coniunctis poterit, si aliũ nequeant habere procuratorem. *cap. fin. de postul.*

Nomine cõiunctorum venire amicos, & spirituali coniũctione cõiunctos, vt Concanonici sunt &c. resoluit, Barbos. *l.c. num.* 87.

5. Pro omnibus causis, vel pluribus; nam pro vno tantum negotio poterit Clericus procurare, & aduocare, & illo expedito aliud assumere, ne nimis distrahatur à diuinis, loquendo de negotijs secularibus *cap.* 1. *de postul.* Abb. d.c. *per venerabilem num.* 6. Barbos. l.c. *num.* 88. Eadem ratione negotium illud non debet esse nimis arduum, Vgol. l.c.

6. *Extra Curiam Romanam* sine licẽtia, quia in Curia quilibet potest procurare, & aduocare etiam pro alijs, etiam sine alia licentia propter multitudinem causarum, & Curiæ dignitatem Testr. *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 4. Extra Curiam poterit Clericus de licentia Romani Põtificis.

Declaro V. Idem dicendum esse de Aduocati officio, cum eisdem requisitis. Adduntur alia duo.

1. Vbi Clericus coram Iudice seculari comparuerit, hoc .n. vẽtatur *cap.* 1. *de postul. & tot tit. & Abb. ibi in Rub. c. deniq;* vbi Gloss. 14. *qu.* 5. & tunc intrat spolium; sed domi suæ allegationes conficere, & verbo, & scripsis consilium dare potest. Prohibitus .n. aduocare non prohibetur in Camera cõsilium dare. Aliciat. *resp.* 30. *num.* 12. *vol.* 1. Vgol. *l.c.* §. 5. *ad fin.* & Sac. Cong. Trid. sub sub die 16. Iulij 1619. Censuit

E Cleri-

Clericos non posse patrocinari; sed Domi posse absquè salario scribere, quod duas recipit restrictiones.

1. Vbi Clericus indigeret, quia sicut licet pro miserabilibus multo magis ad subueniendum proprijs necessitatibus etiam sine dispensatione *cap. 1. de postul.* à contrario sensu ibi. *Si stipendijs Ecclesiasticis sustententur*, Barbos. *l.c. num.* 90.

2. Vbi aliquid spontè daretur; nam cum vetatur *salarium* intelligitur strictè, vt non possit cogere ad illum accedentes p scripturis ad soluendum patrocinium iuxta taxam, sumus.n. in odiosis *c. odia reg. Iur. in 6.* Non .n. Sacra Congregatio prohibet liberalitatem donantis.

3. In Criminalibus contra Reum, quia sicut Clericus nequit accusare coram Iudice seculari, ita nec potest esse Procurator Fiscalis in Iudicio, & foro seculari, posset bene scribere ad defensionem, & Procuratoris Fiscalis officio fungi in foro Ecclesiastico, prout ita practicari Mediolani vidisse testatur, Vgol. l.c. §. 4.

Additur 3. Clericum etiam beneficiatum posse Procuratoris, & Aduocati officio fūgi pro eo, qui habet causam communem cum Ecclesia; sicut de religioso deciditur *cap. religiosus de procur.* Ratione enim communionis multa conceduntur *l. si communem ff. quemadm. seruit. amitt.* Mars. *sing.* 180. Grat. *cap.* 58. *num.* 37. vbi *num.* 36. ait posse Clericum, Aduocati, & Procuratoris officio fungentem salarium recipere spontè oblatum, & illud, *quod gratis patrocinari debeat* esse contraria consuetudine abrogatū. Gloss. *cap. in summa* 15. *qu.* 2. Syl. n. Aduocatus q. 4.

Declaro 6. Acquisita etiam officio Notarij ad Cameram spectare, quia Clericis vetatur. *cap. sicut accepimus ne cler. vel mon.* dummodò sint in sacris, vel beneficiū habeant. Quoad validitatem, valebit donec fuerit ei interdictum, Abb. *dicto cap. sicut num.* 9. sicut etiam instrumenta iam rogata poterit post Clericatum pficere. Add. ad Abb. *d.c. sicut.* In In pluribus tamen casibus Clerico Tabellionatus officium permittitur.

1. In causa heresis *c. vt officium de haret. in 6.*
2. In Causis specialibus, & Ecclesiasticis Marches. *p.* 2. *decis.* 194.
3. Si est in minoribus tantum sine vllo beneficio d. c. sicut. Marches l. c.
4. Si est in sacris, sed non habet vndè viuat, & in cura Ecclesiastica exerceat. *arg. cap. 1. vers. nec tamen ne cler. vel mon.* Abb. *d. cap. sicut n.* 6. & 7.
5. Coram Papa Abb. & DD. *ibid.*
6. In Curia Romana. Add. ad Diaz. *cap.* 58. *lit. B.*

7. Extra

7. Extra Curiam de licentia Papę.
8. Vbi talis vigeret consuetudo, Manchef.l.c.nu.7.
9. Ad pias causas ca. relatum de testam.
10. Quoad vltimas voluntates c. cum esses. de testamen.

Declaro 7. Acquisita per Clericos ex militari exercitio cadere sub spolio; nam Clerici, nec præfici militiæ, nec milites esse possunt *c. sententiam* §. *nullus*, *ne cler. vel mona. & 25.qu.8. per tot.*

A A

Procedit sine licentia *Papę* in bello iusto, & iniusto, sed cum licentia Papæ excusantur à peccato, irregularitate, & pænis, vt notat *V*gol.1.p.c.13.§.11.

5. Sub spolio cadunt bona beneficiariorum, qui aleatorum, venatorum, sanguinolentorum, Concubinariorum, aut alias lasciuã, vel damnatam vitam ægebant; quia acquisita per modos Ecclesiasticis vetitos cædunt spolio. Hic tamen distinguo, vt procedat, si indè sint aquisita, quia sub spolio non veniunt Patrimonialia, nec quæsita testamento, vel ab intestato per successionē, aut alids modo licito. For. eccl.c.33. nu.47.

Declaro quod si beneficiarius habeat tenues redditus Ecclesiæ, nō excedentes summam 30. ducatorum, præsumitur bona relicta quæsiuisse ex bonis laicalibus, cum à communiter accidentibus aleatores, concubinarij, venatores, aut alias vitā malè ducentes bona non acquirant: sed consumant: ideò licitè quæsita præsumūtur, & quia præsumptio onus transfert probandi *l. generaliter* §. *si petitum, ff. de fideicom.* Camereq; contrarium allegan ti incumbit onus probandi, Thes. *l.c. nu.*48. vide sup. N.

B B

6. Sub spolio cadunt acquisita per Clericos ex negociatione illicita non solum per se, vt ex vsuris, &c. sed etiam per accidens scilicet ratione personę. s. prædia conducendo, mercaturam exercendo, &c. Vgol. *d.c.*13.§.15.*cap. secundum ne Cler. cap. negotiatio d.*88.*c. eiciens, c. consequens, c. Pralatum, c. Episcopus ead. d.*

C C

Declaro 1. procedere quocunquè contractu oneroso negotiatur s. emendo, vendendo, locando, acquirendo, permutando, conducendo, &c. ad lucrum faciendū, & ex quocunq; exercitio clericis per. sacros Canones vetito; ita quod Clerici non solum propter prędicta possūt mortui spoliari, sed etiam viui priuari. Pius 4. Const. *Decens.*, & Const. *Romanus*, & Pius *V.* Const. Romani Pontificis, Rodoan. *de spol. qu.*2. *num.*83.

F F

Declaro 2. Quattuor requiri.
1. Quod vere negotientur, vel alia prohibita exerceant; nam intētio sufficere posset ad peccatum, non ad alias pænas.
2. Quod lucri causa faciant, secus

ex necessitate.

4. Sine debita superioris licentia, alia dicemus in Horto nostro *u. negotiatio*.

5. Quod negotia sint prophana, & bona laicorum, quia à locis pijs licet in a jure n accipere. Sac. Cong. Reg. 19. *Ian.* 1595.

Declaro 3. An incurrant pœnæ contra Clericos negociãtes p alios? Aliquos affirmare, aliquos negare. Conciliantur, & affirmatiua procedat si lucri causa fiat; negatiua verò si per modum liciti artificij causa necessitatis. Barbos. *Iur. Eccles. lib*. ... *cap*. 39. §. 5. *num*. 67.

Declaro 4. Plures causas à pœnis Clericos negotiantes excusare, & sunt.

1. Necessitas sui, suæq; familiæ, D Gloss. cap. Negotiatores d. 88. D hęc tamen probari debet, nam Clericus præsumitur habere victum.

2. Pietas idest pro Ecclesia, & miserabilibus personis eorum tutelam suscipiendo; requiritur tamen miserabilitas actu, & non sufficit habitu, Rodoan. *de spol. qu.* 1. *num*. 20. i. nullum alium habeant.

3. Leuitas materiæ, vt prædiolum conducendo animi gratia ad vitandas rixas, &c.

4. Non intentum augmentum, vt si præter intentum superfuerunt de emptis pro sua familia; illa. n. cum lucro potest licitè vendere: hoc. n. est per accidens: Ideò nõ habetur in consideratione. D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. Lopez p. 2. c. §.

5. Improprijssima negotiatio, vt si Clericus aliquam rem emeret p se, quam opera sua mutatam vẽderet. cap. Clericus 21. qu. 1. Trotius *lib*. 2. *de vero, & perfecto Clerico c*. 5 2. *num*. 5.

6. Debita Superioris licentia. In prędictis causis duo copulatiuè requiruntur.

1. Vt non subtrahatur à diuinis.

2. Vt artificium non sit inhonestũ, aut sordidum. quarant. u. vectigal. vers. difficultas.

Declaro 5. Sac. Cong. Trid. septem E dubia declarasse Capitulo, & E Clero Caputaque.

1. Licere Clericis colere agros Ecclesiæ, & Patrimonij per laicos, vt fructus vendant, etiam addit Barbos. *l. c. nu*. 124.

2. Pro dicta cultura Boues, & animalia emere, illorumq; fætus vẽdere.

3. Item, sues emere, & alere suis glandibus, & Castaneis pro suæ familiæ sustentatione; dummodò nihil sordidum agat, vt per se pascendo, &c. addit Less. de iust. lib. 2. c. 13. dub. 1. in proprijs pascuis licere animalia alere, & ex fœtibus, & eisdem saginatis pecuniam conficere: quia sunt fruct. propriorum bonorum cum licita industria: Immò ex dictis bonis lapides, metalla, sulphur extrahi

trahi facere, & etiam specie mutata vendere; dummodò ipse nil agat sordidum, Barbos. *l. 1. iur. eccl. c. 40. nu. 114.*

4. Licere per folia arborum propriarum, vel Ecclesiæ per se arti sericæ operam dare, vel concedere alteri, vt lucrum ex bombicibus diuidatur.

5. Terras Ecclesiæ conducere, non laicorum.

6. Locare oues, & animalia, quæ habet ex successione, vel donatione, vel decimis, illorumq. fructus vendere.

7. Vendere omnes fructus recollectos in bonis ecclesiæ, & patrimonialibus. Declarationes ad verbum refert, Barbos. l. c. num. 117. Addit. num. 127. etiam vinum minutim. Sac. Cong. Reg. 5. Maij 1593.

Declaro Sac. Congr. Trid. alia sex dubia declarasse Clero Dioc. Alexand.

1. Licere sine spolij periculo bonũ emptorum pro cultura suorum bonorum operas locare alijs pro certa mercede. Addit. Sac. Cõg. Reg. 15. Nouembris 1616. licere pro dicta Cultura animalia emere, & vendere.

2. Licere concedere, vt vulgo dicitur *à Giouatico* boues in suis prædijs natos, vel alias proprios, nõ tamen emptos. Molin. *d. contract. disp. 342. num. 3.*

3. Licere oues cẽtum, vel quinquaginta concedere pro certa Casei quantitate si sint proprie, vel si sint emptę ad comparandũ necessaria familię, non ad lucrum.

4. Licere molere triticum, & oleas aliorum in suis molendinis pro certa mercede, dummodò per alios, non per se faciant, nõ subtrahantur ab officio Clericali, & ad comparãda necessaria familiæ.

5. Non licere assumere onus colligendi oliuas, vel alia per suam familiam, nisi ex necessitate.

6. Posse Clericos operas amicis pstare, vt amici easdem restituãt, dummodò sint honestæ, & non sordidæ. Addit Barbos l. c. ad finem posse ex proprio frumento panẽ coctum minutim vendere.

7. Sub spolio cadunt fructus tempore iniustę absentiæ, non absẽs Parochus, & qui residere tenetur fructus non facit suos pro rata absentiæ. Trid. *sess. 23. c. 1. de reform. ver. eadem omninò*, Ideò debet eos impendere in fabricam Ecclesiæ, vel pauperes, Trid. *l. c. ver. si quis autem*: Vel Camera Apostolica eos aufetet, quæ succedit loco Ecclesiæ in fructibus, quos Beneficiarius suos non facit.

Declaro 1. Teneri in foro consciẽtiæ statim restituere etiam ante sententiam, quia Trid. decernit fructus suos nõ facere, ergo furtum comittit alienum detinendo, & quãdo lex prohibet aquisitionem, non est opus alia sententia.

tentia. Restitutio autem integra esse debet, nec potest vllam habere compositionem, Trid. *l.cit. vers. si quis*, Vgol. *de pot. Ep. p.* 1. *cap.* 15. §. 4.

Declaro 2. Excusari posse per licētiam Episcopi iusta causa cōcessam: Ideò Vgol. l. c. §. 5. dat cōsilium, vt semper absens prius licentiā obtineat, quia licèt Nau. per bimestre non requiri sentiat c. 15. num. 12. quia datur à Conc. melius est habere, quia causa debet probari ab Episcopo. Addit Vgol. l. c. si per modicum tēpus abesset e. g. per dies duos nō intrare spolium. Praxis tamen est contraria. Semper igitur licentia habeatur ad fugienda pericula.

Declaro 3. Duo potissimùm esse notanda per collectores spoliorum.

Intentionem Cameræ esse super lucro fundatam: Ideò vbi nullum esset Clerici lucrum, nullus esset spolij locus: lucrum .n. illud est illicitum ad Cameram spectans.

2. Collectores posse procedere ēt contra illos, quos ordinarius nō puniuit, vel absoluit, quia Ordinarius fundat intentionem suam in persona ad Correctionem: Camera verò in lucro, quod ordinarius nequit applicare, & ità bis rescripsit Eminētissimus Duratius, dum Ego pro Camera Apostolica plures illicitæ negociationes causas feci, & cum lucro R. C.

Declaro 4. Pro compendio dictorum ad tria capita redigi causas spoliorum.

1. Ratione vacationis.
2. Exercitij prohibiti.
3. Defectus residentiæ.

Quoad 2. in pluribus casibus spolium non habet locum.

1. In fructibus vacationis per renunciationem, quia Const. 32. Pij IV. declarat spectare ad Cameram fructus beneficiorū vacantium aliter quàm per cessiō. renunciationem fructus autem tunc cui debeantur, vid. p. 1. c. 6. 6. p. 4. eff.

2. In fructibus beneficiorum vacantium in mensibus ordinarijs, vel vigore alternatiuæ concessis, vel aliàs non reseruatis; quia Cōstitutio spoliorum est limitata pro fructibus reseruatis. Ideò nō potest ad non reseruata extendi sed debētur Ecclesiæ, vel successoribus, Thes. for. Eccl. cap. 33. num. 43. & 46.

3. In fructibus beneficiorum iurispatronatus laicorum; quia non comprehenduntur sub reseruationibus generalibus, vel particularibus, Couar. prat. 9. ca. 36. num. 2. Thes. l. c. num. 45. Sed spectant ad successorem.

In his duobus casibus plures Collectores seruant cōtrarium, nescio qua ratione.

Spolia Monachorum Cisterciensium spectant ad Mensam Côuentualem, vbi expressè professi sunt, non

non ad Cameram, Const. 46. Pij V.

5. Spolia militum S. Io. Hyerosolimitani ad dictam Religionem, & non ad Cameram spectant. Const. 29. Pij IV. Illa verò, quæ sunt Capellanorum, vel fratrum de obedientia, spectant ad Commendatores, in quorum Prioratibus, vel Commendis residentiā habuerunt, Ric. 3. p. resol. 426.

6. Vbi non deputantur Collectores spolia, quę per Const. 29. Paul. 3. §. 2. in omnibus Regnis locum habere deberent pro Camera, non applicātur Cameræ, Seraph. decis. 594. num. 14. Cherub. scol. 2. const. 45. Pij V. sed iuxta ius commune Ecclesiæ *cap. quia sępè de elect. in 6.*

7. Sub spolio non cadunt ornamēta, paramenta, Missalia, libri, & vasa ad cultum diuinum destinata, sed remanent Ecclesiæ. Pius V. const. 42. 1567. Nau. §. 8. nu. 2. de spol. Procedit etiam si nō sint benedicta.

Fallit 1. De Tapetibus, & alijs personaliter emptis ad domum ornandum.

2. Si pro Ecclesia emit.

3. Si multa emit ad vēdendū alijs, Ric. 3. p. resol. 425. Vide sup. 2. *p. huius cap. post. nu. 5. vers. quid si.*

8. Scamna, Cathedræ, Arcæ, dolea, mensæ, lapideæ, & ligneæ, & omnia lignaminum mobilia sūt Ecclesiæ incorporata. d. const. 42 Pij V.

9. Sub spolio non cadunt fructus Ecclesiæ in quantitate necessaria ad expensas funeris, & infirmitatis, quæ non debent fieri de Patrimonialibus. Procedit de impensis tendentibus ad refrigeriū animæ, vt elemosinæ Sacerdotū, Cerę, & huiusmodi, secùs de tendentibus ad solatium amicorū, vt apparatus funeris, & similes, Capic. *decis.* 84. Ric. 3. *p. res.* 428.

10. Sub spolio nō cadit portio fructuum necessaria ad soluenda debita Prælati defuncti. Procedit de contractis occasione Ecclesiæ tantum Abb. *cap. 1. de solut.* Ric. *l. c. resol.* 429.

11. Sub spolio non cadit portio illa fructuum, quæ necessaria est ad sopportanda onera Ecclesiæ vsq; ad nouos fructus, vt sunt semen, salaria ministrorum, & huiusmodi. Camera .n. vel quilibet successor acquirit solutis debitis, & sopportatis oneribus per *tex. cap. præsenti §. porrò de off. ord. in 6.* Ric. *l. c. resol.* 431. & ità Em. Durat. Thesaurarius mandauit semen relinqui in vacatione Episcopatus Arimini, & litteræ sūt in fine libri.

12. Sub spolio non cadunt Patrimonialia, vel illis mediantibus quæsita, vel donatione, legato, successione, &c. quia de his posse Clericum ex testamento, & ab intestato, & ad libitum disponere diximus sup. in princ. 2. p. huius cap.

13. Sub spolio non cadunt quasi patrimonialia, quæsita ratione Clericalis officij, vel aliàs, vt ibi diximus.

14. Sub spolio non cadunt per industriam, & exercitium licitum quęsita, vt, docendo publicè, vel priuatè, officio Vicarij generalis, & similibus.

15. Non cadunt sub spolio distributiones quotidianę, quia fiunt bona propria ratione. vt ibidē.

16. *A*cquisita ex fructibus Ecclesiæ necessarijs, parcius viuendo, sibi subtractis eximuntur à spolio; quia ratione industriæ censentur patrimonialia D. Th. 2. 2. q. 185. art. 7.

17. *A* spolio sunt exempta donata in vita saltem iustè, vt pauperibus etiam consanguineis, & spiritualiter ad reparationē expensarum factarum in Bullis. Thes. *for. eccl. c. 33. nu. 18.*

18. Spolium cessat propter tenuitatem, vt si omnia beneficia, & pensiones non excedebant valorem annuum 30. ducatorum de Camera, quia vix potest inde sustentari. Const. d. Pij V. & hæc præsumptio est fortior: Ideò exclu lit aliam, quod Clericus censeatur de bonis Ecclesiæ acquirere, Thes. *l. c. nu. 23.*

19. Sub spolio non veniunt acquisita nomine Ecclesiæ, vel illi, aut alijs pijs locis donata, vt fundando beneficium ecclesiasticum, vel constituendo redditus pro maritandis pauperibus puellis; dummodò in vita dominiū detur, vt post mortem etiā habeant possessionem. Nau. de spol. §. 1. nu. 4. Thes. l. c. nu. 26.

20. Cessat spolium in Clericis Romæ incolis, vel in eius districtu morantibus, aut Curam Romanam sequētibus; quia hi possunt in vita, & testamento disponere, aut alio titulò, & ab intestato succedunt proximiores. Paul. *III.* de anno 1549. vt per Nau. §. 6. *num.* 1.

21. Non habet spolium locum in habentibus specialem facultatē testandi, vt aliqui Episcopi. Requiritur tamen quod re verè testentur, alias non suffragatur, nisi expressè dicatur. Nau. §. 7. nu. 6.

Vltimo cessat spolium vbi cū Cam. Apost. adest compositio, & per Contractum facta concordia de annua solutione, vt Clerici possint testari, & disponere, & ab intestato proximiores succedant, vt est Arimini, Brittinorij, & in alijs Ciuitatibus. Hoc tamen nō suffragatur in illicitis negotiationibus, & in defectu residentiæ. Neq; in fructibus pendentibus maturis, Vide Thes. *for. Eccl. cap.* 33. *indè desumpsit ad verbum*, Ric. 3. *p. resol.* 427.

De

De Decimis. CAP. III.

INTER Ecclesiasticos fructus Decimam computari ex Superiori cap. liquet diuis.

1. Hic ergò meritò de Decimis c. subnectitur, vbi decem videbimus.
2. Quid sit, & quotuplex Decima, & quomodo differat à primitijs, & oblationibus.
3. Quis soluere illam debeat.
4. Cui.
5. De quibus rebus.
6. Quantam.
7. Qualem.
8. Quis Iudex.
9. Modum exigendi.
10. Pœnas non soluentium.
11. Causas excusantes.

E 1. Tria explicabimus, diffinitionem, diuisionẽ, & differentiã. Diffinitio est hac. Decima est Pars fructuum Deo, eiusq; ministris quotannis debita naturali rõne, diuina institutione, & humana constitutione. Turrec. c. reuertimini 18. qu. 1. Sot. de Iust. lib. 9 qu. 4. art. 6.

Declaro 1. Pluribus de causis Decimam fuisse institutam.

Vt profiteamur Deum esse omnium Dominum; & in signum illius vniuersalis Dominij. *ca. tua nobis de decim.*

In sustentationẽ ministrorũ. Ideo Deus eam cibum suũ appellat.

In fabricam, & alia onera sustentanda.

4. De iure communi enim in quattuor partes diuidebatur.

5. Episcopo, Ecclesiæ, ministris, & pauperibus *c. concessio, c. quattuor, c. meus est. 12. q. 2. Azor. 1. p. l. 7. c. 33. q. 7.*

Declaro 2. Iure naturę decimam deberi, quia secundum naturam est ministrantibus sustentationẽ, & remunerationem deberi *l. secundum naturam ff. de reg. Iur. c. cũ secundum de prab.* De Iure Diuino. *Leuit. 17. Gen. 8. ibi decimas offeram tibi.* Deut. 14. Decimam

B partem separabis, &c. & in pluribus iuribus decima dicitur iure diuino debita *cap. vl. 16. qu. 1. cap. Decimas, cap. reuertimini, c. maiores 16. q. 7. cap. tua nobis, c Parochianos, cap. in quibusdam de decim.* De iure positiuo patet. *d. c. Parochianos, c. in quibusdam, & tot. tit. de Decimis.*

Declaro 3. Controuersiam illam, in qua Theologi decimas esse iuris positiui asserunt, Canonistæ verò Iuris Diuini, quos longa serie numerat, Azor. *l. c. qu. 4. 5. & 6.* Barbos. *Iur. eccl. lib. 3. c. 26. nu. 5. & seqq.* distinctione tolli.

1. Si Decimæ considerentur indefinitę, & absolutè pro parte necessaria ad congruam ministrorum sustentationem, ità sunt de iure diuino naturali per allegata *in decl. 2.* Ideò *1. cor. 9* dicitur si vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia

metamus?

2. Si definitè .i. determinatè pro quota, & taxata portione, ita sũt iure humano inductæ; nam per se patet à iure naturali non determinari, nec in lege noua, & quod in lege veteri legitur de decima parte, non obligat; quia spectabat ad legem cęrimonialē, vel iudicialem, quæ post Euangelij promulgatione cessauerũt. D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Sot. l. c. qu. 4. art. 1.

Diuisio est. Decima duplex est .s. Realis, & personalis. Realis est, quæ ex prædiorum fructib' debetur. Personalis ex fructibus C humana industria quæsitis; ita quod personalis comprahendit fructus animalium, quæ ab alijs mixta dicitur; nam in illis etiam hominum requiritur industria. Barbos. num. 9.

Declaro in aliquibus locis Personalem etiam dici partem illius Decimæ, quæ ex prædijs colligitur; vt in multis Parochijs Dioc. Arimin. vbi tantùm prædialis de frumento, & lino soluitur: Tamē si quis in alia Parochia habeat p̃ ęduũ, decima illius Prædij diuiditur: dimidium .n. datur Ecclesiæ, vbi sita sunt prędia, & prędialis, vel Realis appellatur, dimidium Ecclesiæ, vbi recipit sacramenta, & dicitur personalis, & vulgo sacramentalis; & ideò consuetudo inspicitur.

Differentia est inter Decimas, Pri- D mitias, & oblationes: nam Decimę sunt pars quota frugum, & aliorum licitè acquisitorum. Primitiæ sunt prima frugum pars, quasi prima frugum initia. Oblationes sũt quicquid Ecclesię, vel eius ministris voluntariè exhibetur. Sot. l. 1.

Declaro Primitias, & Decimas quandoq; confundi. Propriè primitiæ sunt de Consilio de iure naturæ, ne simus ingrati nostro Creatori qui abbundantes dedit nobis fructus, & de iure diuino Exod. 25. Vbi Deus non vult eas, nisi sponte oblatas. Tamen ex consuetudine fieri possunt de præcepto, quæ seruanda erit etiã circa quantitatem; nam de iure nil certi habetur. Azor. l. c. cap. 27. qu. 4.

Primitiæ sunt onus reale: ideò illi debentur ecclesię, vbi sita sunt Prædia; stetur consuetudini. Fagundez p. 5. lib. 4. cap. 2. nu. 4.

Declaro 2. Oblationes dupliciter capi, largè, & strictè. Largè important, omnes actiones, p̃ quas E exhibentur quæcunq; res Deo, vel Ecclesiæ, & ità sub se continent Decimas, & Primitias. Strictè, sunt, q̃ immediatè Deo fiunt, vel in vsum Ecclesiæ, vel ministrorũ, & sic oblatio est triplex.

1. Dispositio inter viuos.
2. Dispositio causa mortis.
3. Actualis, quæ fit ad Altare ad manus Sacerdotis. c. cum inter de verb. sing. latè, Barbos. Iur. eccl. lib.

lib.3.cap.23.num.2.& 3.

Declaro 3. Oblationes esse de Cõsilio regulariter; cum in sacris Canonibus præceptum non apareat: Tamen in quattuor casibus sunt de Præcepto.

1. Si debeantur per modum census vel Conuentionis factæ cum Ecclesia.
2. *Ex* Testamento, Legato, donatione, voto, &c.
3. *In* Defectum congruæ sustentationis ministrorum.

Procedit 1. Si Parochiani sint Diuites; secus si pauperes.

2. Si defectus sustentationis oriretur à dictis Parochianis, vt quia fundarent decimas, dilapidarẽt fructus, &c. vt notat, Barbos. *l.c.num.*11.

4. Quando sic est consuetudine inductum, D.Th.2.2.*q.*88.& ità intelligitur, Abb. *in Rub. de Decim.* Vbi ait oblationes esse de præcepto in missis solemnioribus. Quia Deus dixit. *Non apparebis vacuus in conspectu meo.* Procedit inquàm iuxta consuetudinem.

Sed quanto tempore inducatur? Resp. secund. Ric. 1.*p.resol.*509. Triennalem sufficere præstationem per *l.*1.*C.de fideicom.* Nau. tamen dicit c.13. num. 19. Fieri præscriptam, & obligatoriam p decem annos; itaut Episcopus possit cogere.

Declaro 4. Tria requiri, vt sit verè oblatio, & Deo accepta.

1. Offerens sit Christianus: Ecclesia .n.non recipit ab infidelibus, nisi F sit passa ab eis damnum.
2. Fiat Ecclesiæ: nam priuatæ personæ dicitur donatio, vel elemosina.
3. De licitè acquisitis: nam si sit illicitè acquisitum contra iustitiam, vt ex furto, vel vsuris, si q offertur si obligatione reali restituendum, vt ager vsura quæsitus, &c. nunquam ecclesia recipit: si sit alio modò requisitũ illicito, plures non admittuntur ad oblationes in Altari ad offertorium missæ propter scandalum, vt Vsurarij, raptores, meretrices, & alij relati à Gloss. *u.dona. c.*2.*d.*90. Extra Ecclesiam licitè recipiuntur oblationes, & si sint de præcepto compelli possunt, *Azor.p.*1.*lib.*7.*c.*38. *alias* 27.*qu. vlt.* Barbos. *Iur.Eccl.lib.*3.*cap.*23. *num.* 20. *&* 21. Alia de obligationibus vide supra cap. proximo p.1. illius cap.

D E 2. Per diuisionem de Decima personali, vel reali, distinctè respondeo.

Ad Decimam personalem tenetur.

1. Fideles Parochiani; quia ita sũt subditi, vt ab alio sacramẽta nõ suscipiant, *c.ex transmissa c.à nobis* G *ibi quilibet de decim.* Procedit de pauperibus, & diuitibus etiam Principibus, quia in omnibus sacrorum ministratio viget, Monet. *de decim.cap.*5.
2. Clerici eadem ratione, Barbos. *Iur. Eccles.lib.*3.*cap.*26. §.3.*n.*11

Negat tamen, *Azor. 1. p. lib. 7. ca. 24. q. 7.* qui per se sacrificant, & Ecclesiæ seruiunt. Conciliantur. Prima procedit de lucro personali quæsito titulo temporali.

2. De quæsitis ex officio Clericali. Monet. l. c. nu. 4.

Procedit de Clericis secularibus; nõ regularibus; quia non recipiunt sacramenta à Parochis.

3. Infideles secundum *Abb. c. de terris de decimis nu. 6.* Gloss. *c. tua nobis de Decim. u. prætextu* quatenus tenentur ad satisfactionem Ecclesiæ, *De interesse*, quod Ecclesia perciperet ab alio Christiano, qui ibi habitaret: Sed reuera infideles ad personalẽ decimam non tenentur, quia non sunt Parochiani; neq; Ecclesiastica recipiunt Sacraméta. Neq; ad interesse; nam cum personalis soluatur ex lucro personali, ad idem teneretur nobilis Christianus non laborans. Barbos. l. c. nu. 12. Sed quia decimæ personales abierunt in dissuetudinẽ, ideò seruetur consuetudo.

Ad Prædialem tenentur.

1. Fideles Parochiani, vt de personali dictum est.

2. Clerici cum hac distinctione.

5. De Patrimonialibus, vel hæreditate, donatione, & alio modo quæsitis etiam si essent in dignitate Episcopali; quia attenta rei natura sunt Parochiani, sicut alij fideles, & tunc non considerantur, vt Clerici c. 2. de decim. Barbos l. c. n. 10. Quod verum est de bonis, ad quorum titulum Clerici sunt ordinati eadem ratione, vt probat, Ric. *1. p. resol. 505.* Secus de bonis, & fructibus suorũ beneficiorum, quia illorum respectu non parochiani, sed Clerici considerantur, d. c. 2. & de fructibus, quibus iure Clericali vtitur, non soluitur Decima, Barbos. l. c. num. 8.

Declaro 1. Procedere de bonis Ecclesiæ datis antequam oneri decimarum essent supposita; quia acquisita ab Ecclesijs, quæ primò tali onere affecta erant, etiam Ecclesiæ decimas soluere tenentur, & loca pia; quia per talem acquisitionem ius Decimæ non amittitur. D. Thom. 2. 2. qu. 87. art. 4. Tusch. lit. *D.* concl. 65. nisi speciali priuilegio, etiam super acquirendis, vel consuetudine eximeretur. Immò etiam Papa teneretur, nisi seipsum eximeret; quia bona transeunt cum suo onere *l. traditio. l. Imperator. ff. de pub. c. ex litteris de pign.* & data ad fundandam Ecclesiam, vel Monasterium non liberantur à Decimarum obligatione *c. nuper de Decimis.*

Declaro 2. Fructus recipientes ex bonis ad decimas teneri duobus concurrentibus.

1. Vt recipiant fructus immediatè; Ideò tenetur conductor, non Dominus, census super tali prædio; quia pensio Census soluitur

ex fructibus decimatis. Gloss. & Abb. *c. tua nobis de Decimis*, Monet. *cap.* 6. q. 4. num. 19.

2. Vt recipiat fructus principaliter & primario: Ideò Mercenarius colēs agros, & loco mercedis recipiens fructus, nō tenetur ad Decimam; quia iam soluta fuit non deductis expensis; & si sint plures principaliter fructus recipiētes, singuli pro rata tenentur.

3. Ad Prędialem infideles tenentur; quia est onus reale, sequitur rem quocunq; vadat *c. de terris de decim.* Procedit de terris, quas in terris Christianorum possidēt; De terris, quas in infidelīū partibus possident; distinguo: Si terræ erant in fidelium potestatem; tunc non solùm ad præsentes, & futuras tenentur eadē ratione. Sed etiam ad præteritas; ità vt si recuperentur, vel attenta veritate, vel iure postliminij, semper in ecclesiæ potestate fuisse censentur, *cap. primę actione* 6. *qu.* 3. Misericorditèr tamen de illis agendum esse, ait Abb. d. c. de terris, nu. 5. Si verò nunquàm in potestate ecclesiæ fuerunt, non teneatur, quia licèt teneantur ad fidem, tamen donec susceperint, non tenentur nostris legibus. Barbos. nu. 5.

Declaro 1. Infideles soluere Decimam formatem, cum etiam illi debeant recognoscere in supremum Dominum ipsum Deū. Abb. l. c. Verius tamen videtur solutio fieri tanquam de onere annexo; quia legibus Ecclesiæ non ligantur, Gloss. d. c. de terris.

Declaro 2. Decimas præteritas in Ecclesiæ potestate esse exigerias, vel à primo possessore, vel à nouo emptore: nam primus Posses. tenetur, quia fructus percepit, nonus emptor, quia habet rem Decimæ obligatam: Ideo *l. Imperator ff. de pub.* cogitur possessor præterita tributa soluere, quia res transit cū suo onere. Io. And. & Abb. *c. Pastoralis de decim.* Azor. l. cit. c. 24. in fi. & de communi Canonistarum testatur, Ric. 2. p. resol. 57.

4. Ad prędialem tenentur Regulares in quibus nō sunt exempti. Iure .n. scripto eximuntur de nouałibus, quę proprijs excòlunt manibus; vel sūptibus c. ex parte il 1. de deci. vbi Butr. & Anchar. cum triplici limitatione.

1. Si soluendo priuilegio renūciassent.
2. Si alijs dedissent colenda.
3. Si pacto particulari, vel consuetudine tenerentur, Abb. & Gloss. d. c. u laborum eadem exemptio etiam ad alia prædia, quę suis excolunt manibus Regulares, extenditur, in c. ad audientiam de Decim. Exemptionem multorū Regularium refert, Barbos. iur. eccl lib. 3. cap. 26. à num. 21. & seqq.

Declaro 1. Priuilegia iuris cōmunis reuocata esse quoad prædia acqui-

acquirenda. Ideò regulares teneantur ad Decimam, quam illa Prædia soluebant: Tùm per c. Nuper de decim.; tum quia Decima est onus Reale, & sequitur rem quocunq; vadat: tū quia noua acquisitio nō potest ecclesiæ præiudicare; si quidem confirmatio Apostolica etiā ex certa scientia non operatur præiudicium tertij, Rot. diuers. p. 1. decis. 455. & Seraph. decis. 98. & 358. Tùm quia c. 2. §. Diocesani in 6. de decim. Statuitur Regulares ad Decimam teneri de nouitèr acquisitis, & priuilegium super Decimis non extendi ad exemptionem resoluit, Rot. coram Orano lib. 1. manuscript. Decis. 158. 168. & 171. vbi Rub. Tū quia Clem. 1. de Decim. puniuntur Religiosi fraudantes decimas; statuitur. n. vt si requisiti fuerint per illos, quorum interest non desistant intra mensem, & de vsurpatis intra duos non satisfecerint, suspēsi sint à beneficij. s. ab administrationibus, & officijs. s. temporalib. & Diuinis, vt Zab. 161. num. 25. & hæc non habētes sunt excommunicati, non tamen res seruata excommunicatione in emptione verò necessaria est derogatio c. nuper de decim. Cherub. scol. 1. Cōst. 52. Greg. XV. per decis. 1380 Seraph. Tum quia ità Sac. Cong. declarauit 18. Decemb. 1617. & 1. Septemb. 1629. Aldan. lib. 3 tit. 9. num. 25.

Declaro 2. A verbis priuilegij non esse recedendum c. porro cum seq. de priuil. ita quod sortitur effectum solùm quoad expressa l. cū Auus C. de emancip. liber. cū pluribus alleg. per Ric. 2. p. resol. 493 num. 2. Ideò si concessum fit super noualibus non extēditur ad alia. Si super prędijs absolutè, non extenditur ad acquirenda, nisi specialiter exprimatur, c. nuper de decim. Si de his, quæ proprijs excolunt manibus, non ad ea, quę tradunt colenda c. licèt de decim. Azor. lib. 7. c. 25. qu. 7. & si super prædia, quæ tradunt colenda non portionem Colonorū; quia talia Priuilegia sunt personaria, & non suffragantur alijs: Put. lib. 2. decis. 521. Rot. coram Coccin. 17. Iunij 1611. Tolet. decimarum, nec suffragātur emptoribus dictorum prędiorum, vel fructuum, Rot. diuers. p. 2. decis. 25. Seraph. decis. 827. & alibi Barbos. lib. 3. cap. 26. num. 40. Neq; suffragantur si locent prædia ad pecuniam. Rot. decis. 2. de priuileg. in antiq. Put. lib. 2. decis. 150. Priuilegium autem Soc. Iesu ad acquirenda, & etiā Colonos extēdi firmat, Thes. for. eccl. c. 27. nu. 73. 74.

Declarat autem Cherub. scol. 2. ad const. 51. Greg. XIII. Procedere de decimis iure communi debitis non iure specialis concessionis, aut quasi cōtractu Principis per Seraph. decis. 1293. Et merito

to quidē etiam maiora huic Sanctæ Societatis Iesu Religioni à Pontificibus Romanis concessa fuere priuilegia; nam inde mille erumpunt in Christianam Rēpublicam vtilitatis fontes, tum per assiduam sacrarum confessionum auditionem, tum per Euangelicam verbi Dei prædicationem, tum per continuam in litterarum, cum humanarum, tū sacrarum studio instructione, tū per altam, & claram librorū diuersarum facultatum editionem cuius rei testimonia sunt immēsa volumina Eminentiss. Belarmini, sapiētissimi Suarez, doctissimi Sanchez, aliorumq; penè innumerorum.

Declaro 3. Sac. Cong. Trid. Pisaur. 13. Aprilis 1630. Resoluisse Parochos esse manutenendos in possessione decimarū cōtra regulares de prædijs nouiter acquisitis; itaut teneātur Regulares modo quo antea laici tenebantur Sac. Coug. Trid. in causis Ripan. *Vrbinaten. & Firman.* 4. & 18. *Decembris* 1617. & *Callien.* 1. *Septembris* 1619. Procedit donec Regulares docuerint de sufficienti priuilegio, vt Sac. Cong. d. Pisau. Vide inf. p. vl. cau. priuilegium.

5. Et vltimo omnes Conductores in duobus casibus.

1. Si aliena Prędia conducunt pro certis fructuum mensuris, quia prius tota quantitas est decimāda, si verò fit pro certa pecunia tenetur conductor ad Decimā, non Dominus, nisi aliter fit conuentum.

2. Si sint Coloni Partiarij, quia tenentur de sua portione, & de alia, Domini, Gloss. c. quæst. 16. qui Thes. cap. 27. nu. 59.

D E 3. Distinguo, vel loquimur secundum capacitatem, vel iuxta debitum.

Primo Casu Clericis dātur siuè pauperibus, siue diuitibus, siue bonis, siue malis, quia soluuntur nō ratione personæ, sed ministerij, & laboris. Abb. c. tua de decim. Azor. l. c. cap. 25. qu. 3.

Ideo laici possunt habere ius Decimas exigendi solum ex Apostolico priuilegio, nec sufficit Episcopi, cap. bene quidem d. 90. cap. peruenit. 1. qu. 4. & sine Apostolica auctoritate non sufficit tempus etiam immemorabile propter incapacitatē, Alex. cons. 70. lib. 3. Rot. coram Pamphil. Sen. Mediol. rescissionis permutationis 11. Maij 1597. & coram Iun. Ferrarien. decimarum 23. Iunij 1617.

Secundo Casu subdistinguo.

1. Si de iure communi loquimur Personalis olim solis Plebanijs debebatur, vbi Sanctum Baptista datur, non Parochijs, Capellis ca. de decimis 16. q. 1. c. statuim. cap. quicunq; cap. ecclesiæ ibid. Sed postea rationabilius prædicta iura per alia fuere correcta,

vt

tentia. Restitutio autem integra esse debet, nec potest vllam habere compositionem, Trid. *l.cit. vers.si quis*, Vgol. *de pot. Ep.p.*1. *cap.*15. §. 4.

Declaro 2. Excusari posse per licẽtiam Episcopi iusta causa cõcessam: Ideò Vgol.l.c.§.5. dat cõsilium, vt semper absens prius licentiã obtineat, quia licèt Nau. per bimestre non requiri sentiat c.25.num.12.quia datur à Conc. melius est habere, quia causa debet probari ab Episcopo. Addit Vgol. l. c. si per modicum tẽpus abesset e.g. per dies duos nõ intrare spolium. Praxis tamen est contraria. Semper igitur licentia habeatur ad fugienda pericula.

Declaro 3. Duo potissimùm esse notanda per collectores spoliorum.

Intentionem Cameræ esse super lucro fundatam: Ideò vbi nullum esset Clerici lucrum, nullus esset spolij locus: lucrum .n. illud est illicitum ad Cameram spectans.

2. Collectores posse procedere ẽt contra illos, quos ordinarius nõ puniuit, vel absoluit, quia Ordinarius fundat intentionem suam in persona ad Correctionem: Camera verò in lucro, quod ordinarius nequit applicare, & ità bis rescripsit Eminẽtissimus Duratius, dum Ego pro Camera Apostolica plures illicitæ negociationes causas feci, & cum lucro R. C.

Declaro 4. Pro compendio dictorum ad tria capita redigi causas spoliorum.

1. Ratione vacationis.
2. Exercitij prohibiti.
3. Defectus residentiæ.

Quoad 2. in pluribus casibus spolium non habet locum.

1. In fructibus vacationis per renunciationem, quia Const. 32. Pij IV. declarat spectare ad Cameram fructus beneficiorũ vacantium aliter quàm per cessũ. l. renunciationem fructus autem tunc cui debeantur, vid.p.1.c.6. 6.p. 4. eff.

2. In fructibus beneficiorum vacantium in mensibus ordinarijs, vel vigore alternatiuæ concessis, vel aliàs non reseruatis; quia Cõstitutio spoliorum est limitata pro fructibus reseruatis. Ideò nõ potest ad non reseruata extendi sed debẽtur Ecclesiæ, vel successoribus, Thes. for. Eccl.cap.33. num.43. & 46.

3. In fructibus beneficiorum iurispatronatus laicorum; quia non comprehenduntur sub reseruationibus generalibus, vel particularibus, Couar.prat.9. ca.36. num. 1. Thes. l.c. num. 45. Sed spectant ad successorem.

In his duobus casibus plures Collectores seruant cõtrarium, nescio qua ratione.

Spolia Monacorum Cistercensium spectant ad Mensam Cõuentualem, vbi expressè professi sunt, non

non ad Cameram, Const. 46. Pij V.

5. Spolia militum S. Io. Hyerosolimitani ad dictam Religionem, & non ad Cameram spectant. Const. 29. Pij IV. Illa verò, quæ sunt Capellanorum, vel fratrum de obedientia, spectant ad Commendatores, in quorum Prioratibus, vel Commendis residentiã habuerunt, Ric. 3. p. resol. 426.

6. Vbi non deputantur Collectores spolia, quę per Const. 29. Paul. 3. §. 2. in omnibus Regnis locum habere deberent pro Camera, non applicãtur Cameræ, Seraph. decis. 594. num. 14. Cherub. scol. 2. const. 45. Pij V. sed iuxta ius commune Ecclesiæ *cap. quia sępè de elect. in 6.*

7. Sub spolio non cadunt ornamẽta, paramenta, Missalia, libri, & vasa ad cultum diuinum destinata, sed remanent Ecclesiæ. Pius V. const. 42. 1567. Nau. §. 8. nu. 2. de spol. Procedit etiam si nõ sint benedicta.

Fallit 1. De Tapetibus, & alijs personaliter emptis ad domum ornandum.

2. Si pro Ecclesia emit.

3. Si multa emit ad vẽdendũ alijs, Ric. 3. p. resol. 425. Vide sup. 2. *p. huius cap. post. nu. 5. vers. quid si.*

8. Scamna, Cathedræ, Arcæ, doleæ, mensæ, lapideæ, & ligneæ, & omnia lignaminum mobilia sũt Ecclesiæ incorporata. d. const. 42 Pij V.

9. Sub spolio non cadunt fructus Ecclesiæ in quantitate necessaria ad expensas funeris, & infirmitatis, quæ non debent fieri de Patrimonialibus. Procedit de impensis tendentibus ad refrigeriũ animæ, vt elemosinæ Sacerdotũ, Cerę, & huiusmodi, secùs de tendentibus ad solatium amicorũ, vt apparatus funeris, & similes, Capic. *decis.* 84. Ric. 3. *p. res.* 428.

10. Sub spolio nõ cadit portio fructuum necessaria ad soluenda debita Prælati defuncti. Procedit de contractis occasione Ecclesiæ tantum Abb. *cap. 1. de solut.* Ric. *l. c. resol.* 429.

11. Sub spolio non cadit portio illa fructuum, quæ necessaria est ad sopportanda onera Ecclesiæ vsq; ad nouos fructus, vt sunt semen, salaria ministrorum, & huiusmodi. Camera .n. vel quilibet successor acquirit solutis debitis, & sopportatis oneribus per *tex. cap. præsenti §. porrò de off. ord. in 6.* Ric. *l. c. resol.* 431. & ità Em. Durat. Thesaurarius mandauit semen relinqui in vacatione Episcopatus Arimini, & litteræ sũt in fine libri.

12. Sub spolio non cadunt Patrimonialia, vel illis mediantibus quæsita, vel donatione, legato, successione, &c. quia de his posse Clericum ex testamento, & ab intestato, & ad libitum disponere diximus sup. in princ. 2. p. huius cap.

13. Sub spolio non cadunt quasi patrimonialia, quæsita ratione Clericalis officij, vel aliàs, vt ibi diximus.

14. Sub spolio non cadunt per industriam, & exercitium licitum quęsita, vt, docendo públicè, vel priuatè, officio Vicarij generalis, & similibus.

15. Non cadunt sub spolio distributiones quotidianę, quia fiunt bona propria ratione. vt ibidē.

16. Acquisita ex fructibus Ecclesiæ necessarijs, parcius viuendo, sibi subtractis eximuntur à spolio; quia ratione industriæ censentur patrimonialia D. Th. 2. 2. q. 185. art. 7.

17. A spolio sunt exempta donata in vita saltem iustè, vt pauperibus etiam consanguineis, & spiritualiter ad reparationē expensarum factarum in Bullis. Thes. *for. eccl. c.* 33. *nu.* 18.

18. Spolium cessat propter tenuitatem, vt si omnia beneficia, & pensiones non excedebant valorem annuum 30. ducatorum de Camera, quia vix potest inde sustentari. Const. d. Pij V. & hæc præsumptio est fortior: Ideò excludit aliam, quod Clericus censeatur de bonis Ecclesiæ acquirere, Thes. *l. c. nu.* 23.

19. Sub spolio non veniunt acquisita nomine Ecclesiæ, vel illi, aut alijs pijs locis donata, vt fundando beneficium ecclesiasticum, vel constituendo redditus pro maritandis pauperibus puellis, dummodò in vita dominiū detur, vt post mortem etiā habeant possessionem. Nau. de spol. §. 1. nu. 4. Thes. l. c. nu. 26.

20. Cessat spolium in Clericis Romæ incolis, vel in eius districtu morantibus, aut Curam Romanam sequētibus; quia hi possunt in vita, & testamento disponere, aut alio titulò, & ab intestato succedunt proximiores. Paul. *III.* de anno 1549. vt per Nau. §. 6. *num.* 1.

21. Non habet spolium locum in habentibus specialem facultatē testandi, vt aliqui Episcopi. Requiritur tamen quod re verè testentur, alias non suffragatur, nisi expressè dicatur. Nau. §. 7. nu. 6.

Vltimo cessat spolium vbi cū Cam. Apost. adest compositio, & per Contractum facta concordia de annua solutione, vt Clerici possint testari, & disponere, & ab intestato proximiores succedant, vt est Arimini, Brittinorij, & in alijs Ciuitatibus. Hoc tamen nō suffragatur in illicitis negotiationibus, & in defectu residentiæ. Neq; in fructibus pendentibus maturis, Vide Thes. *for. Eccl. cap.* 33. *vnde desumpsit ad verbum*, Ric. 3. *p. resol.* 427.

De

De Decimis. CAP. III.

INTER Ecclesiasticos fructus Decimam computari ex Superiori cap. liquet diuis.

1. Hic ergò meritò de Decimis c. subnectitur, vbi decem videbimus.
1. Quid sit, & quotuplex Decima, & quomodo differat à primitijs, & oblationibus.
2. Quis soluere illam debeat.
3. Cui.
4. De quibus rebus.
5. Quantam.
6. Qualem.
7. Quis Iudex.
8. Modum exigendi.
9. Pœnas non soluentium.
10. Causas excusantes.

DE 1. Tria explicabimus, diffinitionem, diuisionē, & differentiā. *Definitio est hac*. Decima est Pars fructuum Deo, eiusq; ministris quottannis debita naturali rōne, 4 diuina institutione, & humana constitutione. Turrec. c. reuertimini 18. qu. 1. Sot. de Iust. lib. 9 qu. 4. art. 6.

Declaro 1. Pluribus de causis Decimam fuisse institutam.

. Vt profiteamur Deum esse omnium Dominum; & in signum illius vniuersalis Dominij. *ca. tua nobis de decim.*

. In sustentationē ministrorū. *Ideo* Deus eam cibum suū appellat.

, In fabricam, & alia onera sustētanda.

4. De iure communi enim in quatuor partes diuidebatur.

5. Episcopo, Ecclesiæ, ministris, & pauperibus *c. concesso, c. quattuor, c. meus est. 12. q. 2. Azor. 1. p. l. 7. c. 23. q. 7.*

Declaro 2. *Iure naturę* decimam deberi, quia secundum naturam est ministrantibus sustentationē, & remunerationem deberi *l. secundum naturam ff. de reg. Iur. c. cū secundum de prab.* De Iure Diuino. *Leuit. 17. Gen. 8. ibi decimas offeram tibi*. Deut. 14. Decimam B partem separabis, &c. & in pluribus iuribus decima dicitur iure diuino debita *cap. vl. 16. qu. 1. cap. Decimas, cap. reuertimini, c. maiores 16. q. 7. cap. tua nobis, c Parochianos, cap. in quibusdam de decim.* De iure positiuo patet. *d. c. Parochianos, c. in quibusdam, & tot. tit. de Decimis.*

Declaro 3. Controuersiam illam, in qua Theologi decimas esse iuris positiui asserunt, Canonistæ verò Iuris Diuini, quos longa serie numerat, Azor. *l. c. qu. 45. & 6.* Barbos. *Iur. eccl. lib. 3. c. 26. nu. 5. & seqq.* distinctione tolli.

1. Si Decimæ considerentur indefinitę, & absolutè pro parte necessaria ad congruam ministrorum sustentationem, itá sunt de iure diuino naturali per allegata *in decl. 2. Ideò 1. cor. 9* dicitur si vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia meta-

metamus?

2. Si definitè .i. determinatè pro quota,& taxata portione, ita sũt iure humano inductæ; nam per se patet à iure naturali non determinari, nec in lege noua, & quod in lege veteri legitur de decima parte, non obligat; quia spectabat ad legem cęrimonialẽ, vel iudicialem, quæ post Euangelij promulgatione cessauerũt. D. Thom. 2.2.q.87.art.1. Sot.l.c. qu.4. art. 1.

Diuisio est. Decima duplex est .s. Realis,& personalis, Realis est, quæ ex prædiorum fructib' debetur. Personalis ex fructibus

C humana industria quæsitis; ita quod personalis comprehendit fructus animalium, quæ ab alijs *alixta* dicitur; nam in illis etiam hominum requiritur industria Barbos. num. 9.

Declaro in aliquibus locis Personalem etiam dici partem illius Decimæ, quæ ex prædijs colligitur; vt in multis Parochijs Dioc. Arimin. vbi tantùm prædialis de frumento,& lino soluitur: Tamẽ si quis in alia Parochia habeat p ꝓpriũ, decima illius Prædij diuiditur: dimidium .n. datur Ecclesiæ, vbi sita sunt prędia,& prędialis, vel Realis appellatur, dimidium Ecclesiæ, vbi recipit sacramenta, & dicitur personalis, & vulgo sacramentalis; & ideò consuetudo inspicitur.

Differentia est inter Decimas, Pri-

D mitias, & oblationes: nam Decimę sunt pars quota frugum, & aliorum licitè acquisitorum. Primitiæ sunt prima frugum pars, quasi prima frugum initia. Oblationes sũt quicquid Ecclesię, vel eius ministris voluntariè exhibetur. Sot. l. 1.

Declaro Primitias, & Decimas quandoq; confundi. Propriè primitiæ sunt de Consilio de iure naturæ, ne simus ingrati nostro Creatori qui abbundantes dedit nobis fructus,& de iure diuino *Exod.* 25. Vbi Deus non vult eas, nisi sponte oblatas. Tamen ex consuetudine fieri possunt de præcepto, quæ seruanda erit etiã circa quantitatem; nam de iure nil certi habetur. Azor. l.c. cap. 27. qu. 4.

Primitiæ sunt onus reale: ideò illi debentur ecclesię, vbi sita sunt Prædia; stetur consuetudini. Fagundez *p.5. lib.4. cap.2. nu.4.*

Declaro 2. Oblationes dupliciter capi, largè, & strictè. Largè importaut, omnes actiones, ꝑ quas

E exhibentur quæcunq; res Deo, vel Ecclesiæ, & ità sub se continent Decimas,& Primitias. Strictè, sunt, q̃ immediatè Deo fiunt, vel in vsum Ecclesiæ, vel ministrorũ, & sic oblatio est triplex.

1. Dispositio inter viuos.
2. Dispositio causa mortis.
3. Actualis, quæ fit ad Altare ad manus Sacerdotis. *c. cum inter de verb. sing.* latè, Barbos. *Iur. eccl. lib.*

lib.3.cap.23.num.2.& 3.

Declaro 3. Oblationes esse de Cõsilio regulariter; cum in sacris Canonibus præceptum non appareat: Tamen in quattuor casibus sunt de Præcepto.

1. Si debeantur per modum census vel Conuentionis factæ cum Ecclesia.
2. *Ex* Testamento, Legato, donatione, voto, &c.
3. *In* Defectum congruæ sustentationis ministrorum.

Procedit 1. Si Parochiani sint Diuites; secus si pauperes.

2. Si defectus sustentationis oriretur à dictis Parochianis, vt quia fundarent decimas, dilapidarēt fructus, &c. vt notat, Barbos. *l.c.num.*11.

4. Quando sic est consuetudine inductum, D.Th.2.2.*q.*88.& ità intelligitur, Abb. *in Rub. de Decim.* Vbi ait oblationes esse de præcepto in missis solemnioribus. Quia Deus dixit. *Non apparebis vacuus in conspectu meo.* Procedit inquàm iuxta consuetudinem.

Sed quanto tempore inducatur? *R*esp. secund. Ric. 1.*p.resol.*509. Triennalem sufficere præstationem per *l.*1.*C.de fideicom.* Nau. tamen dicit c.13. num. 19. Fieri præscriptam, & obligatoriam p decem annos; itaut Episcopus possit cogere.

Declaro 4. Tria requiri, vt sit verè oblatio, & Deo accepta.

1. Offerens sit Christianus: Ecclesia .n.non recipit ab infidelibus, nisi F sit passa ab eis damnum.
2. Fiat Ecclesiæ: nam priuatæ personæ dicitur donatio, vel elemosina.
3. De licitè acquisitis: nam si sit illicitè acquisitum contra iustitiam, vt ex furto, vel vsuris, si q offertur si obligatione reali restituendum, vt ager vsura quæsitus, &c. nunquam ecclesia recipit: si sit alio modò requisitū illicito, plures non admittuntur ad oblationes in Altari ad offertorium missæ propter scandalum, vt Vsurarij, raptores, meretrices, & alij relati à Gloss.*u.dona.* *c.*2.*d.*90. Extra Ecclesiam licitè recipiuntur oblationes, & si sint de præcepto compelli possunt, *Azor.p.*1.*lib.*7.*c.*38.*alias* 27.*qu. vlt.*Barbos.*Iur.Eccl.lib.*3.*cap.*23. *num.* 20. *&* 21. Alia de obligationibus vide supra cap.proximo p.1. illius cap.

D E 2. Per diuisionem de Decima personali, vel reali, distinctè respondeo.

Ad Decimam personalem tenetur.

1. Fideles Parochiani; quia ita sūt subditi, vt ab alio sacramēta nō suscipiant, *c.ex transmissa c.à nobis ibi quilibet de decim.* Procedit de G pauperibus, & diuitibus etiam Principibus, quia in omnibus sacrorum ministratio viget, Monet. *de decim.cap.*5.
2. Clerici eadem ratione, Barbos. *Iur. Eccles.lib.*3. *cap.*26. §.3.*n.*11

Negat tamen, Azor. 1. p. lib. 7. ca. 24. q. 7. qui per se sacrificant, & Ecclesiæ seruiunt. Conciliantur. Prima procedit de lucro personali quæsito titulo temporali.

2. De quæsitis ex officio Clericali. Monet. l. c. n. 4.

Procedit de Clericis secularibus; nõ regularibus; quia non recipiunt sacramenta à Parochis.

3. Infideles secundum Abb. c. de terris de decimis nu. 6. Gloss. c. tria nobis de Decim. u. prætextu quatenus tenentur ad satisfactionem Ecclesiæ, De interesse, quod Ecclesia perciperet ab alio Christiano, qui ibi habitaret: Sed reuera infideles ad personalẽ decimam non tenentur, quia non sunt Parochiani; neq; Ecclesiastica recipiunt Sacraméta. Neq; ad interesse; nam cum personalis soluatur ex lucro personali, ad idem teneretur nobilis Christianus non laborans. Barbos. l. c. nu. 12. Sed quia decimæ personales abierunt in dissuetudinẽ, ideò seruetur consuetudo.

Ad Prædialem tenentur.

1. Fideles Parochiani, vt de personali dictum est.

2. Clerici cum hac distinctione.

5. De Patrimonialibus, vel hæreditate, donatione, & alio modo quæsitis etiam si essent in dignitate Episcopali; quia attenta rei natura sunt Parochiani, sicut alij fideles, & tunc non considerantur, vt Clerici c. 2. de decim. Barbos. l. c. n. 10. Quod verum est de bonis, ad quorum titulum Clerici sunt ordinati eadem ratione, vt probat, Ric. 1. p. resol. 505. Secus de bonis, & fructibus suorũ beneficiorum, quia illorum respectu non parochiani, sed Clerici considerantur, d. c. 2. & de fructibus, quibus iure Clericali vtitur, non soluitur Decima, Barbos. l. c. num. 8.

Declaro 1. Procedere de bonis Ecclesiæ datis antequam oneri decimarum essent supposita; quia acquisita ab Ecclesijs, quæ primũ tali onere affecta erant, etiam Ecclesiæ decimas soluere tenentur, & loca pia; quia per talem acquisitionem ius Decimæ non amittitur. D. Thom. 2. 2. qu. 87. art. 4. Tusch. lit. D. concl. 65. nisi speciali priuilegio, etiam super acquirendis, vel consuetudine eximeretur. Immò etiam Papa teneretur, nisi seipsum eximeret; quia bona transeunt cum suo onere l. traditio. l. Imperator. ff. de pub. c. ex litteris de pign. & data ad fundandam Ecclesiam, vel Monasterium non liberantur à Decimarum obligatione c. nuper de Decimis.

Declaro 2. Fructus recipientes ex bonis ad decimas teneri duobus concurrentibus.

1. Vt recipiant fructus immediatè; Ideò tenetur conductor, non Dominus census super tali prædio; quia pensio Census soluitur

ex fructibus decimatis. Gloss. & Abb. *c. tua nobis de Decimis*, Monet. *cap.* 6. q. 4. num. 19.

2. Vt recipiat fructus principaliter & primario: Ideò Mercenarius colês agros, & loco mercedis recipiens fructus, nô tenetur ad Decimam; quia iam soluta fuit non deductis expensis; & si sint plures principaliter fructus recipiêtes, singuli pro rata tenentur.

3. Ad Prędialem infideles tenentur; quia est onus reale, sequitur rem quocunq; vadat *c. de terris de decim.* Procedit de terris, quas in terris Christianorum possidêt; De terris, quas in infideliû partibus possident; distinguo: Si terræ erant in fidelium potestatem; tunc non solùm ad præsentes, & futuras tenentur eadê ratione. Sed etiam ad præteritas; ità vt si recuperentur, vel attenta veritate, vel iure postliminij, semper in ecclesiæ potestate fuisse censentur, *cap. primę actione* 16. *qu.* 3. Misericorditèr tamen de illis agendum esse, ait Abb. d. c. de terris, nu. 5. Si verò nunquàm in potestate ecclesiæ fuerunt, non tenentur, quia licèt teneantur ad fidem, tamen donec susceperint, non tenentur nostris legibus. Barbos. nu. 5.

Declaro 1. Infideles soluere Decimam formalem, cum etiam illi debeant recognoscere in supremum Dominum ipsum Deû. Abb. l. c. Verius tamen videtur solutio fieri tanquam de onere annexo; quia legibus Ecclesiæ non ligantur, Gloss. d. c. de terris.

Declaro 2. Decimas præteritas in Ecclesiæ potestate esse exigendas, vel à primo possessore, vel à nouo emptore: nam primus Possess. tenetur, quia fructus percepit, nonus emptor, quia habet rem Decimæ obligatam: Ideo *l. Imperator ff. de pub.* cogitur possessor præterita tributa soluere, quia res transit cû suo onere. Io. And. & Abb. *c. Pastoralis de decim.* Azor. l. cit. c. 24. in fi. & de communi Canonistarum testatur, Ric. 2. p. resol. 57.

4. Ad prędialem tenentur Regulares in quibus nô sunt exempti. Iure .n. scripto eximuntur de noualibus, quę proprijs excôlunt manibus; vel sûptibus c. ex parte il 1. de deci. vbi Butr. & Anchar. cum triplici limitatione.

1. Si soluendo priuilegio renûciassent.

2. Si alijs dedissent colenda.

3. Si pacto particulari, vel consuetudine tenerentur, Abb. & Gloss. d. c. u laborum eadem exemptio etiam ad alia prædia, quę suis excolunt manibus Regulares, extenditur, in c. ad audientiam de Decim. Exemptionem multorû Regularium refert, Barbos. iur. eccl lib. 3. cap. 26. à num. 21. & seqq.

Declaro 1. Priuilegia iuris cômunis reuocata esse quoad prædia acqui-

acquirenda. *Ideò* regulares tenentur ad *Decimam*, quam illa Prædia soluebant: Tùm per c. Nuper de decim.; tum quia Decima est onus Reale, & sequitur rem quocunq; vadat: tū quia noua acquisitio nō potest ecclesiæ præiudicare; si quidem confirmatio Apostolica etiā ex certa scientia non operatur præiudicium tertij, Rot. diuers. p. 1. decis. 455. & Seraph. decis. 98. & 358. Tùm quia *c.* 2. §. *Diocesani in* 6. *de decim.* Statuitur Regulares ad Decimam teneri de nouitèr acquisitis, & priuilegium super Decimis non extendi ad exemptionem resoluit, Rot. coram Orano lib. 1. manuscript. *Decis.* 158. 168. & 172. vbi Rub. Tū quia Clem. 1. *de Decim.* puniuntur Religiosi fraudantes decimas; statuitur. n. vt si requisiti fuerint per illos, quorum interest non desistant intra mensem, & de vsurpatis intra duos non satisfecerint, suspēsi sint à beneficij. s. *ab administrationibus*, & officijs. s. temporalib. & *Diuinis*, vt Zab. 161. num. 25. & hæc non habētes sant excommunicati, non tamen res sernata excommunicatione in emptione verò necessaria est derogatio *c. nuper de decim.* Cherub. *scol.* 1. *Cōst.* 52. Greg. XV. *per decis.* 1380 Seraph. Tum quia ità Sac. *Cong.* declarauit 18. Decemb. 1627. & 1. Septemb. 1629. Aldan. *lib.* 3 *tit.* 9. *num.* 25.

Declaro 2. *A verbis* priuilegij non esse recedendum *c. porro cum seq. de priuil.* ita quod sortitur effectum solùm quoad expressa *l. cū Auus C. de emancip. liber.* cū pluribus alleg. per Ric. 2. *p. resol.* 493 *num.* 2. *Ideò* si concessum sit super noualibus non extēditur ad alia. *Si* super prędijs absolutè, non extenditur ad acquirenda, nisi specialiter exprimatur, *c. nuper de decim.* *Si* de his, quæ proprijs excolunt manibus, non ad ea, quę tradunt colenda *c. licèt de decim.* Azor. *lib.* 7. *c.* 25. *qu.* 7. & si super prædia, quæ tradunt colenda non portionem Colonorū; quia talia Priuilegia sunt personalia, & non suffragantur alijs: Put. lib. 2. decis. 522. Rot. coram Coccin. 17. Iunij 1611. Tolet. *decimarum*, nec suffragâtur emptoribus dictorum prędiorum, vel fructuum, Rot. diuers. p. 2. decis. 23. Seraph. decis. 827. & alibi Barbos. lib. 3. cap. 26. num. 40. Neq; suffragantur si locent prædia ad pecuniam. Rot. decis. 2. de priuileg. in antiq. Put. lib. 2. decis. 150. Priuilegium autem Soc. *Iesu* ad acquirenda, & etiā Colonos extēdi firmat, Thes. for. eccl. c. 27. nu. 73. 74.

Declarat autem Cherub. scol. 2. ad const. 51. Greg. *XIII.* Procedere de decimis iure communi debitis non iure specialis concessionis, aut quasi cōtractu Principis per Seraph. decis. 1293. *Et* merito

to quidē etiam maiora huic Sanctæ Societatis Iesu Religioni à Pontificibus Romanis concessa fuere priuilegia; nam inde mille erumpunt in Christianam Rēpublicam vtilitatis fontes, tum per assiduam sacrarum confessionum auditionem, tum per Euangelicam verbi Dei prædicationem, tum per continuam in litterarum, cum humanarum, tū sacrarum studio instructione, tū per altam, & claram librorū diuersarum facultatum editionem cuius rei testimonia sunt imměsa volumina *Eminentiss.* Belarmini, sapiētissimi Suarez, doctissimi Sanchez, aliorumq; penè innumerorum.

Declaro 3. *Sac.* Cong. Trid. *Pisaur.* 13. Aprilis 1630. Resoluisse Parochos esse manutenendos in possessione decimarū cōtra regulares de prædijs nouiter acquisitis; itaut teneātur Regulares modo quo antea laici tenebantur *Sac.Cong.* Trid. in causis Ripan. *Vrbinaten. & Firman.* 4. & 18. *Decembris* 1627. & *Callien.* 1. *Septembris* 1619. Procedit donec Regulares docuerint de sufficienti priuilegio, vt Sac.Cong. d. Pisau. Vide inf.p.vl. cau.priuilegium.

5. *Et* vltimo omnes Conductores in duobus casibus.

1. *Si* aliena Prędia conducunt pro certis fructuum mensuris, quia prius tota quantitas est decimāda, si verò sit pro certa pecunia tenetur conductor ad *Decimā*, non Dominus, nisi aliter sit conuentum.

2. Si sint Coloni Partiarij, quia tenentur de sua portione, & de alia, *Domini*, Gloss. c. quæst. 16. qui *Thes.* cap. 27. nu. 59.

DE 3. *Distinguo*, vel loquimur secundum capacitatem, vel iuxta debitum.

Primo Casu Clericis dātur siuè pauperibus, siue diuitibus, siue bonis, siue malis, quia soluuntur nō ratione personæ, sed ministerij, & laboris. Abb. c. tua de decim. Azor. l.c. cap. 25. qu. 3.

Ideo laici possunt habere ius *Decimas* exigendi solum ex Apostolico priuilegio, nec sufficit Episcopi, cap. bene quidem d. 90. cap. peruenit. 1. qu. 4. & sine Apostolica auctoritate non sufficit tempus etiam immemorabile propter incapacitatē, Alex. cons. 70. lib. 3. Rot. coram Pamphil. Sen. Mediol. rescissionis permutationis 21. *Maij* 1597. & coram Iun. Ferrarien. decimarum 23. *Iunij* 1617.

Secundo Casu subdistinguo.

1. *Si* de iure communi loquimur Personalis olim solis Plebanijs debebatur, vbi Sanctum Baptista datur, non Parochijs, Capellis ca. de decimis 16. q. 1. c. statuim. cap. quicunq; cap. ecclesiæ ibid. Sed postea rationabilius prædicta iura per alia fuere correcta,

vt .s. soluatur Parocho, vbi Sacramenta recipiuntur, cum Decimæ ob laborem, & ministeriū persoluantur, cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Præl. cap. ad Apostolicæ de decim. Gloss. d. ca. statuimus, &c. cum contingat de decim. Prædialis verò soluitur Parochiæ vbi sita sunt prædia etiam si ibi non recipiat Sacramenta c. vl. de Paroch. & si non discernatur in cui⁹ sint Parochia diuidatur; quia non est maior ratio vnius, quàm alterius, Monet. cap. 4. de decim. Sed an Vicario perpetuo, vel Rectori debeatur, distinguo, si nullus adest Rector Vicario, sic .n. habet fundatam intentionem, Gloss. cap. exposuisti, de Decimis, Alias Rectori, quia tunc Vicario competit tātum portio ad sustētationē Ric. 2. p. resol. 153.

De Consuetudine multa sunt mutata; nam in aliquibus locis diuiditur inter Parochos prædij, & Domicilij, alibi aliter. Ideo consuetudo seruetur. c. cum sint de Decim. Ric. 2. p. resol. 244.

Declaro 1. Quòd vel loquimur de Decimis soluendis de fructibus in Parochia, vel extra recollectis, *Primo Casu* spectant de iure cōmuni ad Parochum, quia necessitate adstringitur spiritualia ministrare. Sot. lib. 9. de iust. q. 4. art. 3. concl. 3. cap. vlt. de Paroch. ex c. cum contingat de decim. Habet .n. Parochus fundatam intētionem respectu omnium Decimarum suæ Parochiæ, Rot. Recent. p. 1. decis. 178. & p. 2. decis. 135. 191. & 147. Ric. p. 4. resol. 294. & hæc sola iuris assistentia in petitorio prodest, vt Parochus nō teneatur probare decimas sibi competere: sed contrarium asserēti incumbat, Rot. d. decis. 135. non sufficit tamen ad manutentionem, nisi alia concurrant, vt not. ferentil. ad decis. 219. Buratti lit. A.

Secundo Casu Recurrendum est ad consuetudinem cap. cum sint de decim. Rot. diuers. p. 2. decis. 163 & p. 2. Recent. decis. 274. & 283. cum pluribus alleg. per Barbos. *Iur. eccl. l. 3. cap. 26. §. 2. num. 33. et seq.* Sed etiam in primo casu cōsuetudo alicubi induxit diuersitatem.

Declaro 2. Ad hoc, vt quis dicatur Parochus alicuius, & illi decimæ sint soluendę, requiri, vt habeat ibi Domicilium, quia etiam si postea ab eo sacramenta non recipiat, vel quia absens est ad comitandum Principem, vel causa recreationis, vel a Regularibus sacramenta recipit; tamen Decimæ Parocho debentur; quia per se non stat, & ad illum spectat ministrare, Barbos. l. c. num. 26. & seq. Quod si plura habeat domicilia; soluitur vbi principale domicilium hebeat c. vl. de Paroch. sed si sint æqualia, diuiditur, quia potest æqualitèr recipere

re facramenta in pluribus locis. Barbof. l.c.num. 29.

Declaro 3. Quod habitans in Cõfinio duarum Parochiarum, dicitur Parochianus illius, vbi eft Porta domus. *leg. ei cui ędes ff. d. leg.* 3. & fi plures habeat portas; attenditur principalis, & nobilior, vt probat, Ric. 1.*p.part.refol.* 510. Quod eft valdè notandũ; nam decimæ licèt fint onera realia; tamen non tantum ratione rei, fed potius ratione perfonæ debentur, Barbof. *l.c.* §.2.*nu.*34. *ad fin.*

Declaro 4. Quod quis dicitur mutaffe domicilium, quando alio fe recepit explicando farcinulas, animo ibi perpetuò remanendi *c. finali de Paroch. & alien. Paroch. cap. ad Apoftolica de decimis*, Nau. *conf.* 1. *de decimis, e cõf.* 2. *de paroch.* fecùs fi alibi permanfit etiã maiori anni parte, vel toto anno, fed reuerfurus. *c. is qui. de fepulturis in* 6. vbi Gloff. & DD.

Declaro 5. Iura Epifcopis decimas affignantia, vt 1. dudum de decimis, & fimilia, intelligi tripliciter.

1. Vbi Epifcopus habet Parochiã.
2. Vbi non funt Parochiæ diftinctæ.
3. Mediatè, non immediatè, vt .f. e manibus Parochorum habeât habeant quartam. c. conceff. 12. q. 2. Barbof. loc. cit. nu. 11. & feq. De qua vide p.3, c.7. nu.6.

Declaro 6. Ad nouam Parochiam legittimè erectam fpectare decimas intra limites ei affignatos, quia ad illum Parochum fpectat miniftrare fpiritualia.

Fallit dupliciter 1. Si Parochus, intra cuius Parochiam noua erecta eft, habeat compofitionem, & confenferit citra præiudicium decimę.

2. Si minus legittimè noua fuit erecta; & ità intelliguntur Iura, c. Ecclefia, & ca. quicunq; 16. q. 1. Vbi ftatuitur non effe nouas Ecclefias conftruendas cum præiudicio antiquorum. Tunc legittimè erecta dicitur fi iufta caufa, & Epifcopi interueniat auctoritas, Barbof. l c. nu.16. Vbi etiam probat ex temporis diuturnitate iuftam caufam, & reliquas folemnitates præfumi interueniffe per *l. fi Filius C. de pet: hæred.* Idem dicendum eft, fi Parochia in Plebaniam erigatur, vel fons Baptifmalis addatur, quia fi fpecialis decima propter baptifmi adminiftrationem alteri Plebano foluebatur, debetur nouę Plebi cum prima tamen fallentia prædicta. Quod fi populus non foluebat decimam, & in locis vicinis Plebano foluitur propter baptifmi adminiftrationem, debetur, etiam nouo Plebano, qa ei nouum onus imponitur. *reg. qui fentit de reg. iuris in* 6. *l. fecundum naturam ff. de reg. iuris*, dummodò fit legittimè erecta, vt in fallentia dictum eft.

Nec Populus poterit consuetudinē allegare non soluendi, quia etiā nouus Plebanus, vel Parochus noui fontis habet consuetudinē non ministrādi Baptismum. Eodem tempore igitur, quo nouiter Parochus oneratur obligatione baptizandi, consurgit in Populo obligatio decimam soluendi, & consequitur, tunc solum incipit prescriptio; quæ ad validitatem plura requirit tradita in c. 1. de præscrip. in 6.

Si tamen Parochus congruam habens sustentationem ab ecclesia, etiam sine illa decima, & ita vellet baptizare, Populus excusaretur. Addo si nulla specialis decima soluatur ratione Baptismi, & populus suo Parocho soluat decimam iuxta loci consuetudinem, etiam si postea à superiore onere baptizandi afficiatur, non tenebitur populus ad nouā decimam, quia sicut Parochus habet intentionem fundatam pro decimis, vt dictum est, *super declaratione*. 1. Ita populus pro omnium sacramentorum administratione, *c. vlt. de Parochis*, Redecima .n. idest duplex decima est contra ius. Innoc. c. cum non sit de decimis. Intelligitur tamē de eadem re. Gloss. c. Pastoralis .n. deducendas de decimis. Dupliciter tamen acquiri potest redecima.

1. Præscriptione immemorabili, vel 40. annorum cum tit. Rot. coram Gip. Coachen. Decimarum. 1. Feb. 1591. & coram Cocin. Corduben. Redecimarum 18. Maij 1618.

2. Ex pacto, vel expressa conuentione ex aliqua causa inita. additur.

3. Ex spontanea populi donatione.

DE 4. Distinguo, vel loquimur iuxta totam iuris latitudinē, vel iuxta restrictam præscriptione locorum consuetudinem.

Primo casu de omnibus fructibus, & de omni lucro soluenda est: Ideo Barbos. iur. eccl. lib. 3. ca. 26. §. 1. Probat, quod frumentum, granum, palea, vinum, ordeum; legumina, fructus arborum, folia morum, saccharum, pisces, apes, & earum fructus, lac, lana, fœtus animalium, venatio, pascua, ligna, fœnum, linum, Cānapæ, negotium, artificium, stipendia militum, aduocatio, procuratio, salarium, furnus, lapidicina, fodinæ metallorum, & sulphuris; molendina etiam aduentum, vt c. transmisit de decimis. Fructus domus, & omne lucrum prouenients ex hæreditate legato, vel donatione soluunt decimam: Ita etiam Ric. 2 p. resol. 109. Ratio est, Tùm quia omnia data sūt a Deo; tum quia ad congruam ministrorum sustentationem vna tantum res nō sufficit. D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1.

Secundo Casu regula generalis est, con-

consuetudinem esse omnium ferè dubiorum solutionem in materia decimæ. *In Diocesi Arimini* cõsuetudo est, vt de frumẽto, & lino tantùm soluatur Vrbini etiam de vino, Brittonorij tãtum de frumento. *Stetur ergo* consuetudini c. cum sint homines de decim.

Sed Casus sæpè mihi fuit proposit⁹ .s. an vbi consuetudo est, vt de tot modijs frumenti, vnum soluatur, possit parochus decimam exigere de grano detto Granella seu Vernella. *Resp.* affirmatiue motus ex pluribus. Tum quia vna specie decimarum præscripta, censentur omnes aliæ res p̄scriptæ ad illam speciem spectãtes, quamuis præscribens eas nõ perceperit, iuxta secundum intellectum c. cũ in tua de decim. quem ibi omnes *DD.* approbãt: ergò stante consuetudine soluẽdi de tritico, debetur de omni specie tritici: Tùm quia Granella est eiusdem naturæ cũ tritico, & verum triticum, quod ex pluribus comprobatur.

1. Quia conuenit in qualitatibus essentialibus, & accidentalibus tritici, & panis indè cõfectus verus panis triticius iudicatur, experientia teste.

2. Quia ex illo pane posset *Sanctissimum* Eucharistiæ Sacramẽtum confici, cum iudicetur panis communis, vsualis, & perfectior quàm ex siligine. *D. Thom.* enim iudicat verum panem ex siligine, quia oritur ex tritico 3. p. q. 74. art. 3. ad 2. ergo multò magis ex Granella, quæ est verè triticum.

3. Quia peritis semper standũ est. *l. semel C. de re militari*. Sed Plinius *de reb. nat. lib.* 18. *cap.* 7. *post med.* testatur illud esse verè frumentum, & trimestre appellat, quod satum tertio mense, scilicet martio inuentum est detinẽtibus terram niuibus, vt cætera frumenta tempore messis metitur, & concludens dicit; *Nullum hoc frumento latius. s.* propter eius colorem, leuitatem, & virtutes, vt ait *Dioscorides* c. 77.

Duæ restant dubitationes.

1. An de illicitè acquisitus soluenda sit decima.
2. An de noualibus.

Ad 1. *Dicitur,* Bonac. in præcepto decimæ punt. 3. num. 2. absolutè affirmare, quia eam recipiens nõ cooperatur actioni male. Ego tamen distinguo.

Prędialis debetur à quocunq, etiam illicito possessore, quia prædia transeunt cum suo onere.

De personali subdistinguo.

1. *De* illis, quorum iniusta est tàm acquisitio, quàm retentio, vt furtum, rapina, &c. non est recipiẽda decima, quia hęc sunt veris *Dominis* restituenda. *Procedit* si eademmet res restituenda sit; nam in alijs rebus, tunc decima recipi non debet, quando

soluens impotens fieret ad restituendum alias secus.
2. Ex cæteris illicitè acquisitis, quorum acquisitio est illicita, nō tamen retentio, vt in Histrione, meretrice decima recipi potest in duobus casibus.
1. Post emendationem.
2. Si actio turpis sit occulta, quia non licet propter scandalum, dū perseuerat, & peccatum est notorium; licet de iuris rigore sēper soluere teneantur. Gloss. & *Abb.* d.c. ex transmissa. *Azor.* lib. 7. c. 24. qu. 13. *Barbos.* l.c. nu. 30. & seqq.
Ad 2. Affirmatiuè resp. tam iuxta totam latitudinem iuris, vbi ius
X Commune obseruaretur, quam iuxta restrictam locorū consuetudinem: Si .n. alicubi consuetudo esset decimam soluēdi e.g. tantum de frumento si syluæ, & alij fundi inculti ad culturam redigantur (Hæc .n. noualia dicuntur) de frumēto ibi ricolecto decima soluenda est; quia de omnibus, & cum integritate debetur, *c. cum contingat de Decim.* Cui .n. conceditur maius .s. Decima totius Parochię, eidem concessum censetur minus, s. Decima noualium, *c. ex part. il primo de Decimis.* hunc .n. textum ita intelligo cum *Barbos.* lib. 3. c. 26. §. 3. num. 16. de concessione .s. iuris communis Parochio facta, non de priuilegio quo quis liberaretur à Decimis, quia tale priuilegium non extēderetur ad noualia, quoniam est sit contra iùs restringendum est. *l. 1. §. si quis ff. ne quis in loc. pub. c. 2. de decim. in 6.* Couar. *lib. 1. var. resol. c. 17. nu. 13.*
Ampliatur, vt id procedat, non solū in laicis, sed in Clericis, de noualibus titulo temporali possessis. *Barbos* l.c nu. 11. ad fin.
Fallit 1. Si daretur priuilegiū expressè eximens etiam à Decima noualium, quod tamen intelligēdum est, nisi alius esset in quasi possessione decimas indè percipiendi *c. Dudum de priuileg. c. statuto de decim. in 6.*
Fallit 2. Si Priuilegium tacitè ad noualia extenderetur e.g. si concederetur exemptio à Decimis de proprijs laboribus; tunc enim comprehenderet noualia ꝓprijs manibus exculta. c. ad audientiā de decim.; nam laborum appellatione propriè noualia continētur suis manibus exculta c. quid ꝑ nouale de verb. signif. *Monet.* de decim. c. 4. nu. 68.
DE 3. *Decimæ* quantitas duo respicit.
1. *Determinationem quotæ.*
2. *Integritatem.*
Quoad primum. *De iure* est decima pars fructuum.
1. Soluitur ecclesiæ pars decima, nouem partibus Domino retentis. *Azor.* p.p. lib. 7. c. 24. qu. 15.
7 post med. *Iure* autem pars Decima à Deo electa est; quia decēnarius numerus est primus terminus

minus numerorum, & vltra eum non proceditur, nisi iteretur Deo habet aliquid perfectionis *D.Th.* 2.2.q.87.art.1. *Rebuff.* tract.de decim.q.2.num.8. De consuetudine, quota est, diuersimodè introducta. Alicubi .n. de singulis 10. vnum soluitur, alibi certa mensura pro qualibet tornatoria terræ, alibi ratione bobum soluitur: Ideo stetur consuetudini.

Declaro, decimam personalem soluendam esse iuxta consuetudinē domicilij, prædialem verò loci prædiorum, quia est onus rebus impositum, *l. Imperator ff. de pub.* Ric. 2.p. resol.57.

Pro huius Doctrinę practica expositione tria fuerunt mihi data dubia.

1. Vbi consuetudo est, vel lex soluendi ratione Bobum, an tota quantitas soluenda sit pro iuuēcis primo anno Iugum gestantibus.

2. An, qui cum vno pari bobū duo colit prædia, teneatur ad decimā duplicem.

3. An per compositionem soluenda sit, an pro rata fructuum.

Ad 1. Affirmatiuè resp. Tùm qa lex, vel consuetudo generalis est generaliter intelligenda *l. de pretio. ff. de pub. in rem. act.* & vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus: Tùm quia principaliter attenditur retentio bobum, opus autem secundariò: si .n. op. principaliter fuisset intētum sufficiebat soluere ꝓ rata fructuū: sit .n. qui plus habuisset, plus soluisset: sed retentio principalius fuit considerata ad vitādas fraudes.

Ad 2. Distinguo. 1. Si vnum prædium totale effectum est, vnam tantum decimam debet, sicut cū prædium diuiditur in duo decima duplicatur.

2. Si verò duo sunt prædia, itaut in vno operarium manualem teneat, decimam amborum soluere debebit, quia per distinctionē prædiorū duas personas ræpresentant, & de iure fictio operatur sicut veritas. *l. 1. ff. de iure possilim.* & persona ficta operatur tanquā vera arg. *Gloss.* solem.c.si postquā de elect. in 6. *Nau.* c. 27. nu. 71. ad finem, & potissimum fauore Ecclesiæ, ne sic suis Decimis defraudetur. Benè verùm est, quòd operarius manualis habitans in vno ex dictis prædijs si ex cōsuetudine ad aliquam decimam tenetur, debet cōputari, ne Ecclesia duplicem ex vno prædio habeat decimam contra alleg. sup. in hoc cap.3.decl.6. ad finem.

Ad 3. Distinguo, antequam vna via electa sit soluētium electioni cōmitti an velint soluere pro rata fructuum, an per compositionē extrauag. *vnica §.3. de decim.* Sed vna via electa; illa est seruanda, nec variare licebit; nam in *Clem.* 2. de decim. statuitur soluendā esse

esse Decimam iuxta antiquam taxationem, vt not. optimè ibi *Gloss. n.* taxationem, & latè, *Ric.* 2. p. resol. 244. *Ideò* vbi adest cōpositio etiam si postea terra fiat vinea, & decima solum de frumento soluatur tenetur ad decimam, quia si terra illa nullus reddeunt fructus decima debetur; ratione cōpositiones multo magis; quia reddit sit aliquos. s. vinum.

Quoad 2. Integritas Decimæ *vltra quotam.*

4. Includit.
1. numerum.
2. Speciem.
3. Mensuram.
4. Expensas.

Numerus est, vt soluatur de omnib⁹ fructibus, de quibus eam solui solitum est, & si sunt duplices, vel triplices eo anno, toties soluatur nisi aliter sit consuetudine receptum cap. ex parte il 2. de decim.

Quid si fructus nō fuerunt percepti culpa Domini, vt quia ibi ædificauit Domum, vel noluit seminare? Distinguo, si fructus non erant sati, tunc Dominus ad nihil tenetur, licet potuisset malo animo peccare; quia potest sui fundi qualitatem mutare ad libitum, & cum sit Dominus non violat Iustan. *Bonac.* Vbi de decim. p. 3. num. 9. Si verò erant sati, & Domin⁹ sua culpa deuastauit; Aliqui dicunt nihil teneri Ecclesiæ, quia est Dominus, *Bonac.* l. c. *Molin* disp. 49. Alij dicunt teneri ad decimam, quia Ecclesia habet Dominium decimę, & ideò potest existimationē petere. *Abb. & Innoc.* c commissum de decim. & ego ab hac opinione nō recedo; tum quia postquam fructus sunt sati iam existunt in sua causa, & Ecclesia habet Dominium; ideò sine causa damnificans in illa parte violat iustitiam, & tenetur ad restitutionem, sicut alius iniustè cōculcans, & deuastans sata tenetur Domino restituere: Tum quia *l. si seruus* §. *oliuam ff. ad l. Aquil.* statuitur, quod si quis colligat illicitè oliuas non maturas, debet Domino resarcire damnum, etiā si grandine, vel alio casu potuissent perire, quia sat est, quod etiā nō potuissent perire. *Ita hic*, species rei, de qua decime solui debet est, de re solita. e. g.

De frumento soluenda est, etiam si sint diuersa semina. s siuè sit Italicum, siue Africum, siue Iudicū, siuè trimestre, &c. quia diuersitas seminis, & temporis serendi non impedit decimæ solutionem *d. c. ex parte il 2. de decim.* vide sup. in cap. T.

Mensura; Quia si pro rata fructuū debetur, tunc mensurari debet eadem mensura culma, vel rasa, qua portio dominica metita fuit vt seruetur æqualitas; sed si per compositionem debetur, vel mēsura Communi, vel à consuetudine

dine præscripta.

Expensæ, quia Decima solui debet, nullis deductis expensis, neq; tributo, neq; censibus, neq; semine, neq; laboribus *c. Pastoralis c. cum homines c. tua nobis il 2. de decim.* Ita DD. omnes, & cum solum ex parte Domini: sed nec ex parte Coloni partiarij *d. c. tua* ibi *sicut Colonus, Surd.* decis. 294. *Monet.* q. 6. nn. 40. & seqq.

Sed dicet quis fructus dicuntur deductis expẽsis *l fructus ff. sol. matr.* sed decima de fructibus debetur, ergo sunt deducendæ impẽsæ. Resp. fructus ciuiliter, & iuxta Iuris Ciuilis interpratationem dici deductis impensis, & ita intelligitur *d. l. fructus*, quia lex Ciuilis considerat vtilitatem: sed naturaliter secundum rei veritatem dici absq; expensarũ deductione, vt in decimis; quia omnia *Dei* beneficio prouenunt, *D. Thom.* 2. 2. q. 87. art. 1.

Declaro 1. Procedere de Decimis prædialibus; quia in institutione ad naturam rei, non ad futuram legis interpratationem respexit. Non in personalibus; quia cum sola Ecclesiæ auctoritate debẽtur: meritò *fructus* iuxta humani iuris interpratationem sumuntur, & ita deductis expensis soluuntur *ex d. c. Pastoralis, Monet.* l. c. num. 32. *Tusch. lit. D.* cõcl. 66. & 68. Idem dic de omnibus fructibus Ecclesiæ debitis, *excepto casu decimarum*, vt semper intelligantur deductis expensis; quia in decimis tantum id expressum reperitur *c. grauis. de rest. spol.* ibi Gloss. & DD.

Declaro 2. Ad excludendas fraudes, posse Curatum custodes ponere, & prohiberi facere, ne fructus ex fundo, vel area amoueantur ante solutionem decimæ, & quod non mensurentur, nisi præsente Parocho, vel eius Nuncio. *Monet.* q. 6. nu. 4. *Camil. Borell.* in sum. omniũ decis. tom. 1. tit. 19. num. 78.

Declaro 3. Quod etiam in prædialibus expensæ non deducentur, vbi talis viget consuetudo, dummodo congrua sustentatio clericis remaneat, qui ministrant, qa consuetudine augetur, & minuitur. *Barbos* §. 1. num. 38.

Declaro 4. Cuius expensis fit ad domum Clerici ferenda; dissentire DD. Aliqui dicunt expensis Clerici; quia in hoc ius non grauat Parochianos, *Suarez*, de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 37. n. 7. Alij soluentium expensis, quia libera debetur, *& ca. reuertimini* 16. q. 1. dicitur. *Inferte omnem decimationem in horreum meum*, Veritas est, quod vbi talis est consuetudo cogi possunt per Episcopum, alias non, vt pulcrè, *Ric.* 2. p. resol. 244.

De *qualitas* rei, loci, & temporis attendi debet.

1. Qualitas rei dupliciter considetatur, vel ratione perfectionis,

vel ratione Status.

1. *Casu* *Nau.* c. 21, nu. 31. vers. 2. ait non deberi optimam, nequè priorem, sed mediocrem. Ego verò puto soluendum esse eiusdē qualitatis, qua sunt fructus percepti: quia in illis Ecclesia habet dominium. *Ideò* si optimi, & mediocres fructus percepti sunt, debetur pro rata de optimis, & mediocrib' in sua naturali qualitate; non .n. qui vuam nigram collegit tenetur albam soluere, necè contra, neq; triticum cribro mandare, nisi aliter consuetudo disponat.

Vnde etiam infertur, Parochos soluentes Episcopis quartam partē decimationum, de qua dicetur *infra c.7.num.6.* debere eam soluere eiusdem qualitatis, qua ab ipsis colligitur, neq; teneri; imò nec posse Cribro mandare ad inducendam talem consuetudinē contra proprias Ecclesias: grauiter .n. errarent. Tunc quia venirent contra iuramentum de tuendis iuribus Ecclesiæ, quæ nō solùm non tuerentur; sed enormiter læderent; nam cum hoc hoc habeat tractum successiuum respectu temporis futuri, est materia valde grauis. Tunc quia hæc est species alienationis: nam itâ alienant illam partem frumēti, quæ decrescit, & grauant ecclesiam ad illam reficiendam: Ideo non videntur tuti à pænis extrauag. *Ambitiosæ de reb. eccl non alienand.* quæ comprehendit iura, & annuos redditus, quoniā habentur loco immobilium. *Clem.* exiui. §. cumq; aunui de verb. signif. *Quaran.* verb. alienatio n. 11. amplia.

Quid si Parocho debeatur decima per compositionem?

Resp. Soluendam esse in qualitate mediocri; nam per obligationem frumenti intelligitur de frumento absolutè, & sine additione optimi, vel peioris i. vulgo mercātile. *Nau.* l.c.in fin.

2. *Casu* seruetur consuetudo .s. vt soluatur, vel frumentum trituratum in area, vel in manipulis in agro; Vua vel vinum, & huiusmodi. *Azor.* p.p.lib.7.c.24.q.15. ad fin. De iure tamen videtur nō de vuis, sed de vino soluenda, quia fructus Vineæ propriè consistunt in vino, & hic est finis vineæ. *Ric.* collec. c 142.

2. *Qualitas loci* de iure est vbi fructus percipiuntur; pulli nascuntur, casei fiunt, &c. Sed consuetudo attendenda est. *Azor.* l.c.

3. *Qualitas temporis* de iure est dum sunt percepti fructus, & lucrum acquisitum c. cum homines de decim. *Gloss* c. reuertimini 16. q.1. Dicit in fine anni; sed in hoc quoq; consuetudo seruari debet. Sed an Decima soluenda sit antequam petatur, aliqui negant, quia *c. peruenit de decim.* dicitur admonitionem requiri *Card* d.c. *Alij* veriùs affirmant, quia de iu-

re

re statim debetur collectis fructibus, & Ecclesia habet Dominiū *d.c. cum homines*. ergo iniustè retinetur. *Abb. & DD.* d.c. peruenit. Requiritur admonitio antequam Decimarum detentor excōmunicetur, non antequam petatur.

DE 7. Præmitto distinctionem cum *Azor.* p.p. lib. 7. c. 23. qu. 7. Nam decima dupliciter cōsideratur.

1. Pro iure exigendi, & sic est res spiritualis, quia tale ius competit ob spirituale ministerium.

2. Pro fructibus in quibus cōsistit, & ita est res temporalis: Ideò dicti fructus venduntur, locantur,

Hoc iacto fundamento tribus conclusionibus hanc partem expedio.

1. De possessorio decimandi inter diuersas opiniones verior est solum ecclesiasticum Iudicem cognoscere, sicut de matrimonij possessione, licèt inter laicos agatur; nam qualitas spiritualitatis absorbet, & ad se trahit qualitatem temporalitatis. *Roland.* cons. 12. num. 35. lib. 2. *Rot.* coram Merl. Rauennaten. Emphit. 28. Maij 1631. *Diana.* 1. p. tract. 2. resol. 92.

Declaro decimarum causam ad effectum remissoriæ prophanā reputari; *Caputaq;* lib. 2. decis. 54. & lib. 3. decis. 68. *Caualler.* decis. 158.

Item noto, Papam posse eam laico committere, non tamen Imperatorem *c. tua. de decim.*; neq; Episcopum *c. quamuis eod.*

2. Causam Decimarum in petitorio, si est circa ius siuè principaliter, siuè incidenter e.g. An debeatur, an sit præscripta, &c. ad solum iudicem Ecclesiasticū spectat: quia tale ius est spirituale. *Gallet.* verb. decima. *Diana.* resol. 89. *Piasc.* p. 2. c. 4. nu. 59.

Declaro id verum esse etiam si tale ius laicis competeret ex Papali concessione, quia cum depēdeat à iure spirituali, nequit laicus Iudex cognoscere, *Azor.* l.c. cap. 39. q. 3. *Monet.* de decim. c. 8. q. 1. nu. 15. *Rot.* coram Merl. l.c.

3. *Causa decimarum quoad quid facti* ad effectū vt debitor, de quo non dubitatur, soluat, agi potest corā Iudice Ecclesiastico, & etiā laico ad arbitrium Clericorum, *Thes.* for. eccl. c. 27. nu. 22. *Barbos.* Iur. eccl. lib. 3. c. 26. §. 4. num. 1. Vbi plures allegat. *Tamen Homob.* p. 2. exam. tract. 8. cap. 8. q. 24. Sustinet spectare ad Ecclesiasticum Iudicem etiam si quæstio sit tantum facti, quia cognoscens de facto rei spiritualis cognoscit etiā de ipsa spiritualitate: nam quæstio facti videtur inseparabiliter pendere ex quęstione iuris *l. si ex plagis* §. *in cliuo ff. ad l. Aquil.* Sed prior sententia est verior; quia pendet quidem quæstio iuris ex circumstantijs facti, vt in d. §. in cliuo. Sed tamen vna ab alia potest

test separari, vt cum non dubitatur, an sit soluenda, & de quibus fructibus, sed an soluerit, *Barbos.* l. c. nu. 2.

Declaro Iudicem laicum in hoc casu non cognoscere priuatiuè ad Iudicem ecclesiasticum; sed in arbitrio, & electione Parochi erit quem maluerit adire. *Thes.* l. c. Si tamen Iudex laicus viderit in q̃stione facti opponi quæstionem Iuris, vt si reus dicat, se non teneri, remittat causam ad Iudicem ecclesiasticum.

DE 8. Modus exigendi decimas quadrupliciter consideratur.

1. In possessorio.
2. In petitorio ordinario.
3. In summario, & executiuo Iudicio.
4. In Casu appellationis de quibus singulis dicemus.

1. In possessorio tria competũt remedia.

1. Adipiscendæ, & tunc Actor in libello cõcludit, se esse Parochũ; H ideo ratione illius oneris deciH mas sibi deberi, quarum possessionem sibi tradi requirit.

2. Remedium retinendæ, quod cõpetit quando rector est in possessione tempore litis motæ; in qua est manutenendus, & non solum Rector, qui Decimas percepit, sed etiã successor, qui nullas decimas habuit, statim habita beneficij possessione, per quam efficitur possessor omnium rerum, & iurium suæ ecclesię.

3. Remedium recuperandę quod competit quando quis fuit spoliatus, ideò in libello concludere debet, vt reintegretur ad restitutionem, c. reintegranda 3. q. 1. c. ad decim. de rest spol. in 6. *Vide Thes.* c. 27. nu. 24. & seqq.

2. In petitorio tria potissimum remedia competunt.

1. Rei vendicatio. Tùm quia cap. moderamine 16. q. 1. dicitur, ecclesiam posse decimam vindicare. Tum quia ecclesia habet decimæ dominium licet sit cũ alijs granis mixta: nam licet regulariter rei non traditę non transferatur Dominium; hoc tamẽ fallit in Decimis fauore ecclesiæ, *Gloss. & Iason.* in l. vt inter diuinum C. de sacrosanctis eccl. *Azor.* c. 23. q. 9.

2. Actio Confessoria, quę est actio realis, per quam petimus ius aliquod seruitutis, quod in re alterius habemus.

3. Actio personalis. actio ex l. diuina, vel Canonica, & officiũ iudicis, *Gloss.* cap. tua il 2. de decim. verb. tributa u. sed verius est. *Azor.* l. c.

3. Causa decimarum est summaria, & executiua, in qua ꝓceditur sine strepitu iudiciario. *Clem.* 2. de iud. & etiam tempore feriarum, vt docet, *Euerard.* in top. legal. loc. à tributis ad decimnum. 4. Procedit in sequentib. casibus.

II

1. Quando agunt Clerici contra debi-

debitores decimarum non solutatū, quas cōstat de iure deberi.

2. Inter duas Ecclesias de iure pcipiendi decimas, vbi quilibet Rector ecclesiæ suæ deberi prætendit, *Gloß*.d.C em.verb.decim. *Rit*. decis. 14. de decim. in nou. Hoc idem extendit, *Thes*.l.c.nu. 32. Si duo laici prętenderent, quibus Pontificia auctoritate decimæ fuerunt concessæ. Negat tamen *Monet*. c.8. q.1. num.47. Tunc causam esse summariam.

3. Quando agitur possessorio retinendæ. Tunc.n.est summarijssimum possessorium, vbi probatis requisitis, s. possessione tēpore litis motæ, nō admittuntur probationes altiorem requirentes indaginem: sed datur Beneficiario manutentio §. quorum inst. de interd. *Thes*. l.c. num.29.

Declaro 1. Si liquida sit portio, & alia, non; tunc pro liquida procedi summariè, & quoad non liquidam, ordine iuris seruato, ad missis articulis, & probationibus atq; seruatis seruandis, *Thes*.l.cit. num.40.

Declaro 2. Quando procedi potest summariè, Tunc incipi posse à præcepto sub pæna excommunicationis trina, vel vna pro trina monitione pręmissa debitori p̄cipiendo, vt intra tot dies soluat c. peruenit de decim. est.n.causa executiua, & commissio causæ decimarum in casu appellationis datur cum clausula, non retardata solutione, *Ric*.2.p.resol. 161. Ad excommunicationē tamen non debet immediatè deueniri, sed ad pænas pecuniarias; quod si executio realis, vel personalis fieri nequeat, & debitor sit contumax; tunc poterit excommunicari, *Trid*. sess.25.c. 3.de refor. *Thes*.l.c. nu.34.

4. Appellatione quacumq; remota cogendi sunt subditi ad decimarum solutionem c.tua il 2.de decim. Nec datur appellatio à sententia super Primitijs, & expensis in lite factis quoad effectum suspensiuum, *Scaccia*. de appellat. q.17. limit. 18.

Fallit in 5. casibus.

1. Quoad effectum deuolutiuum, *Scaccia*. l.c.

2. Quando agitur cum persona ecclesiastica prętendente habere potiora iura in decimis. *Ostiens*. d.c. tua. nu.12.

3. Quando causa est inter duas ecclesias de iure decimandi contendentes. *Scacc*. l.c.nu.3.

4. Quando collector modum excellit, quia appellatur ab excessu *Scacc*.*num*.4.

5. Quando legaret præscriptionē, vel consuetudinem, non admittitur appellatio, sed benè si priuilegium Papæ, vel compositionem; quia fauorabilius est Priuilegium, & cōpositio, quàm præscriptio. *Ric*.2 p.resol.162.vbi allegat, *Abb*.d.c.tua, & alios. Et in his vltimis quattoor casibus

H 2 ad-

admittitur appellatio, etiā quoad effectum suspensiuum.

Declaro 3. Esse præcipua priuilegia causæ decimarum.

1. Incipit à præcepto.

2. Non admittitur appellatio.

3. Sola requisitio extraiudicialis constituit contumacem, *Gloss. & Zabb.* Clem. 1. de decimis. additur

4. Quod Iudex etiam non requisitus potest cogere possessores terrarum ad soluendas decimas. *Card.* clem. 2. de iudicijs nu. 18.

De 9. Multę sunt pęnæ contra fraudantes decimas, vel fraudis sunt causa.

1. *Peccatum mort.* est .n. error grauis contra præceptum Dei, & Ecclesiæ, propter quem excommunicatio fertur; ideò fraudans sacrilegium committit, & æternæ damnationis periculum incurrit cap. 1. 16. q. 7.

2. *Obligatio restitutionis*, quia decima debetur lege iustitiæ. *Azor.* 1. p. lib. 7 c. 23. q 8. Quę quidem restitutio est adeò necessaria, vt absolutio dari nō queat, nisi plena restitutione secuta, *Trid.* sess. 25. c. 12. de ref. *Azor.* l. c. cap. 37. q. 9. Impotentia excusat, etiā si culpa non soluit, & posse absolui impotentem tempore confessionis resoluit, *Valer.* *n.* absolutio dif. 5.

3. Excommunicatio comminatoria c. Decimæ 16. q. 1. cap. peruenit c. ad hæc c. tua nobis de decim. *Clem.* 2. de iud. *Trid.* l. c. Intelligo monitione præmissa; *Azor.* l. c. cap. 24. q. 17. *Rot.* coram Marquem. Derrusen. decimarum 11. Maij 1909. & coram Sacrato 31. Ian. 1614. Motulen. decimarum.

Declaro 1. Posse, & debere excōmunicari, s. per ordinarium; nam o Parocho per se nulla datur facultas: Ius .n. hoc in ordinarijs residet. *Homob.* vol. 1. consult. resp. 70. ad finem.

Declaro 2. Parochum non posse propria auctoritate non soluentibus decimas sacramenta, vel alia spiritualia denegare, ne pretium temporalis pro re spirituali dari videatur, c. ad Apostolicā de Simon. Sed consulatur Episcopus, *Homob.* l. c. resp. 69. & similiter officio Episcopi posse decimam non soluentibus Candelam benedictam negari testatur, *Homob.* exam. 2. p. tract. 8. q. 26.

Declaro 3. Sac. Cong. Episcoporū relatum fuisse quosdam fuisse ab Episcopo Vmbriacen. declaratos excommunicatos occasione decimarum reseruata absolutione Sanctissimo, vel Sac. Cōg. & eosdem vigore appellationis fuisse absolutos ab Archiepiscopo Sanctę Seuerinæ, cui ead. Sac. Cong. 19. Iulij 1619. mandat, vt reintrudat, & ad Sac. Cong. remittat; quia hic non datur appellatio suspensiua.

4. Excommunicatio Papalis ipso iure lata in *Trid.* sess. 22. cap. 11. de

de ref. quia, vt notat *Suarez* tom. 5. d. 21. nu. 22. est valdè generalis illa constitutio: Tùm respectu personarum: Tum respectu rerũ dicit. n. Iura, bona, res, iurisdictiones, fructus, & obuentiones &c. Tum respectu modi: ait. n. quacunq; arte, quęsito colore. s. via, & modo, per se, vel alios: & *Barbos.* collect. super Trid. ibi n. 4. ait etiam surripientes fructus ecclesiarum censura ligari, decimam autem inter fructus computari vidimus sup. c. 2. diuis. 1. & idem sentit *Cyprian. Crouser∫. Capuccinus* in suis lect. ad *Reg.* S. Fran. lect. 15. c. 7. casu 8. & ita Consultus respondit mihi Pater Fridianus Abb. Camald. Vir Doctiss. *Ideò hoc* valdè est notandum, quia cum magno ecclesiarum, & animarum detrimento tales, potissimùm Rustici, absq; legittima facultate absoluuntur.

5. Suspensio ipso iure ab offitio pdicationis contra Religiosos, qui requisiti à Rectoribus ecclesiarum, non fecerint Conscientiam pœnitentibus de soluendis decimis; & si interim data opportunitate non fecerint conscientiã ligantur excommunicatione. *Clem.* cupientes de pœnis. Tria requiruntur ad incurrẽdam hãc excommunicationem.

1. Vt fuerint requisiti.
2. Vt scienter id omiserint.
3. Vt præsumant prædicare ante purgatam negligentiam. *Barbos.* lib. 3. c. 26. §. 4. num. 22.

6. Excommunicatio contra Religiosos nemini reseruata si aliqua proferunt in sermonibus, vel alibi, vt audientes retrahant à solutione decimarum d. *Clem.* Duo requiruntur.

1. Vt dolo faciant, secus si inaduertenter.
2. Vt ipsi proferant: *Ideò* excusantur si alteri non dent, vt dissuadeant à dicta solutione, *Suarez,* de cens. d. 23. sect. 5. num. 37.

Sed in vltimo requisito non consẽtio; quia in d. *Clem.* dicitur. *Si* Si proferant in sermonibus, vel alibi. Ideò etiam si per alium facit, incurrit; quia alibi profert.

7. Suspensio, & excommunicatio contra Religiosos fraudantes. *Clem.* 1. de decim. vt dictum est sup. in hoc cap. *L.*

Declaro hanc excommunicationẽ propter eius generalitatem ligare etiam Milites Sancti Ioannis, & alios militares, & moniales, quia sunt verè religiosi, *Barbos.* l. c. num. 23.

8. *Mala plurima* in hac vita: qui .n. decimas soluere negligunt, frequenter damna patiuntur, c. Reuertimini 16. q. 1. & qui non dat Christo, dat Fisco: quot enim pauperes fame pereunt, tot reus est homicidiorum fraudator decimarum, c. *Decimæ* 16. q. 1.

9. *Priuatio* bonorum, & temporalium; nam qui decimas integrè soluent non solùm sanitatẽ corporis,

poris; sed etiam cum temporali fructu cælestia meretur, d.c. *Decimæ*, prout etiam aliàs annot. in meo compend. iur. Canon. 2. p. diuis. 16.

10. *Pœnæ* Episcopales, nam alicubi est excommunicatio Episcopalis imposita, alibi factus Casus reseruatus.

D E vltimo. Multæ causæ excusãt à pœnis prędictis. s. Remissio, paupertas, Priuilegium, Consuetudo, Præscriptio, Compositio, Cõpensatio.

1. *Remissio* illius cui debetur; hæc .n. solutioni æquiparatur, *Nau.* c. 21. num. 32. *Azor.* 1. p. lib. 7. c. 37. q. 9.

Declaro, si remissio fiat ante fraudationẽ liberat ab omnibus pœnis, quia solutio reputatur. Sed si post, liberat ab obligatione restituendi, quæ ante absolutionẽ requiritur, *Trid.* sess. 25. c. 12. de refor.; nam autem de peccato, & Censuris; quia hæc solum Superioris absolutione legitima tolli possunt.

2. *Paupertas*. ex cap. n. necessitatis, & paupertatis excusatus quis in fraude decimarum, *Graff.* lib. 2. de cas. reser. cap. 29. nu. 23. Sicut excusantur laborantes in die festo, & vescentes Carnibus in diebus ieiuniorum, si alios cibos nõ habeant, *Nau.* cons. fin. de obser. Ieiun.

Declaro, eam paupertatem excusare, qua solutis Decimis, non remanent necessaria pro se, suosq; alendos, vel verius loquendo à dilatione decimarum donec poterit. Quia non solum omne debitum debitor ob inopiam põt differre; sed præcipuè decimas; Tùm quia non est credibile, ecclesia velle, vt cum toto rigore soluantur; Tùm quia sunt Patrimonia pauperum cap. Aurum, 12. q. 2. cap. pen. 11. q. 3. *Suarez*, lib. 1. c. 18. num. 16. *Homob.* vol. 1. consult. resp. 71.

3. *Priuilegium*, quod erit validum in totum, vel in parte si quinq; adsint.

1. Concessum à Papa; nam Imperator non potest. c. tua de decim. cum nequeat Ecclesiasticas leges abrogare; Nec Episcopus, quia non potest contra Concilium generale dispensare, quod prohibet in cap. *Ecclesiæ*, & seqq. 16. q. 1. ne ecclesiæ decimis priuentur.

Declaro procedere per viam priuilegij. Sed per viam alienationis distinguo: vel n. loquimur de cõcessione facienda ecclesiæ, vel laicis.

1. *Decimas* propriè mensæ spectãtes, si nunquam percepit post recuperationem potest retinere, vel secũdum discretionem à Deo sibi datam, alteri ecclesiæ concedere cap. quoniã de decim. *Rot.* coram Coccin. Sabinen. decimarũ 1. Iulij 1609. Si vero eas possedit, non potest transferre in perso-

personam, quę nũquam moritur, ne adimatur spes deuolutionis, Rot. coram Marquem. Taurin. decimar. 12. Ian. 1607. Sed ex causa alijs ecclesijs concedere cap. statuimus c. fin. 16. qu 1. Veral. decis. 340. p. 3. In decimis autem aliarum ecclesiarum alijs ecclesijs transferendis, requiri ut consensus illius, de cuius interesse agitur, causæ cognitio, & cæterę solemnitates, c. 2. de his, quæ fiunt à præl.

2. Laicis concedi nequit ius decimandi, nisi per summum Pont. c. benè quidem dist. 96. c. peruenit p. q. 4. nec sufficit immemorabilis absq; sa na priuilegij, & recognitione feudali, Rot. corã Pamph. Sen. Mediolan. rescis. p mut. 21. Maij 1597. & corã Paph. iun. Ferrarien. decimarũ 23. Iun. 1617. Vbi etiam d citur non præsumi priuilegiũ ex cursu triginta, & vltra annorum propter incapacitatem. Decimas autem materialiter. s. fructus temporales Episcop' ex causa potest laico concedere ad vitam, vel tempus, vt eas no nine Ecclesiæ cõsequatur e. g. si ecclesiã, vel eius bona à Tyranni oppressione liberauit, & c m consensu Rectoris, Gloss. & DD. c. quamuis de Decimis, quod de breui tempore concedo iuxta extrauag. Ambitiose de reb. ecc. non alienand. Azor. lib. 7. c. 36. q. 11. & 14. Declaro 2. DD. in hac materia affirmare ante Conc. Later. licitũ fuisse Prælatibus Papa inferioribus decimas laicis titulo feudi concedere; sed hoc non est verũ, quia etiam ante dictum Conc. id fuit vetitũ ab Vrb. 2. in cap. decimas p. q. 7. multo ante. Ideò veritas est, dictum Conc. ratione imminentis scandali permisisse d. decimas transferri cum consensu inferiorum Prælatorũ in Religiosos tantum, quia aliquo modo Ecclesiæ vtilitati occurrebant. Procedit de decimis obtentis per laicos intrusos. s. sine vllo titulo, vel cum tit. à Prælatis inferioribus habito, non de obtentis tit. vero á Papa, vel habẽtes specialem facultatem: nam in translatione earum ad locum religiosum nullius superioris requiritur auctoritas: si .n. erant legitimo patrimonium laicarum, multò magis possunt esse loci religiosi, Barbos. Iur. eccl. lib. 3. c. 25. §. 3. nu. 59. & seqq.

2. Requiritur ad hoc, vt valeat priuilegium, vt congrua sustentatio ministris remaneat: tali .n. distinctione opiniones DD. affirmantium, & negantium, decimã posse priuilegio, & consuetudine Tolli conciliantur.

1. Tolli potest si sustentatio remaneat; quia quatenus illam excedit, præceptum decimæ nõ diuinum, nec naturale; nam bona sufficientia stant loco illius. Sed est humanum, cõtra quod datur pri-

priuilegium.

2. Non potest tolli si sustentatio nõ remaneat, quia tũc Decimę præceptum est Diuinum, & naturale ad alendum ecclesiæ ministros, *Barbos.* l.c.nu, 12.

3. Requiritur, quod non sit reuocatum expressè, qui .n. concedere potuit, non ligauit sibi, successoribus sui manus.

4. Quod non sit reuocatum tacitè .s. quando cęperit esse enormiter læsiuum Ecclesiæ Parochiali *c. suggestum. c. dilecti de decim.* vbi *Gloss.* vers. enormiter.

Ad declarationem Papæ spectat, quando sit enormiter læsiuum *Abb.* d. c. suggestum num. 4. vel alteri de eius commissione e. g. Rotæ, vt coram *Coccin. Tampilon.* Decimarum 6. Aprilis 1615.

5. Quod per renunciationem tacitam, vel expressam priuilegiati non sibi præiudicent e.g. soluendo. *Gloss.* c. ex parte il 1. de decim. verb. laborum.

Quid si ex negligentia, vel ignorãtia non vtantur priuilegio? Vide *Roderic.* tom. 1. q. 9. Reg. q. 7. ar. 8. Amittitur .n. priuilegium per nõ vsum, vt dictum est p. 2. sect. 1. c. 3. cond. 1. A. Quia est tacita renuntiatio. Quæ requirantur, vt non vsu tollatur priuilegium vide Hortum nrũ u. abrogatio ad fin.

Declaro si priuilegiũ est reale e. g. bonis alicuius religionis concessum, eximit etiam Colonos, *Gloss.* Clem. p. de decim. verb. excolendis; secus si sit p̃sonale. *Thes.* for. eccles. c. 27. num. 62. vbi plures allegat Rotæ decisiones. Vide sup. p. 2. huius cap.

4. Consuetudo excusat, vt si Communitas consueuerit non soluere spatio quadraginta annorum, quia consuetudo habet vim legis. *l. 2. C. quæsit longa consuetudo c. consuet. dist. 1.* Ad tollendas difficultates, quomodo consuetudo possit tollerę decimam, quæ est de iure diuino, sciendum est tria requiri.

1. Vt sit rationabilis; intrat .n. præsumptio quod solutio decimarũ cessarit pro bonis à Parochianis in sustentationem ministrorum assignatis. *Thes.* for. eccl. c. 27. nu. 19.

2. Quod sit præscripta .s. spatio 40. annorum; licet .n. ad inducendã consuetudinem decennium sufficiat: tamen contra Ecclesiã maximè in ijs, quæ sunt contra ius commune, 40. anni requiruntur *c. 1. de præscrip. in 6. D. Th.* 2. 2. q. 89. art. 1. ad 5. Non tamen Papæ cõsensus est necessarius, quia per dicti temporis spatium tacitus præsumitur, *Bonac.* vbi de decim. punt. 5. nu. 7. ad fin.

3. Quod remaneat Parocho congrua sustentatio, vt dictũ est *sup. req. 2. de priuil.*

Declaro 1. Consuetudinem, & p̃scriptionem differre; quia ad p̃scriptionem vltra tempus 40. annorum

norū requiſitur titulus, & bona fides, non in conſuetudine. Ideo quando agitur ad excludendum Parochum à decima de iure debita, debet conſuetudo non ſoluendi probari, vel cũ requiſitis immemorabilis, vt *Gloß.* final. c. 1. de præſcriptionibus in 6. vel cum requiſitis legitimæ præſcriptionis .ſ. quod probetur titulus, bona fides, & tempus 40. annorum textus eſt expreſſus d. c. 1. de præſcript. in 6.

Declaro 2. Si in loco decimę adeſt particularis conſuetudo, illam attendendam eſſe, non ius commune. *Put.* lib. 3. deciſ. 176. neq; conſuetudinem Diœceſis, vel loci vicini. *Rot.* coram Pamph. Senior. *Tudert.* decim. 1591. 19. Nouembris. Particularis .n. p̃fertur generali. *Rot.* coram Caualler. deciſ. 105. Si nulla adeſt ibi conſuetudo, attenditur loci vicinioris, *Put.* l. c. aliàs Diœceſis, vel loci prædominantis, *Barboſ.* Iur. eccl. lib. 3. c. 26. §. 3. nu. 72.

5. Præſcriptio vbi diſtinguo; vel loquimur de præſcriptione, quæ dat tantum liberationem ſolutionis decimæ Parochianis, vel de ea, quæ alteri concedit, vt in aliena Parochia recipiat decimas priuatiuè ad parochũ abſq; Parochia.

Primo Caſu requiritur, vel immemorabilis, cuius contrarij nõ extat memoria; hęc .n. continet p̃ſumptionem tituli, & bonæ fidei, vel quadragenaria cum bona fide, & titulo, vt in c. 1. de præſcrip. in 6. *Monet.* ca. 6. q. 6. cum ibi 4. num. 112. *Bian.* 3. p. tract 5. reſol. 77. & alij apud eum, alij tamen ſentiunt nemine poſſe præſcriptione eximi *Soc.* conſ. 297. lib. 2. *Luin.* cõſ. 142. vol. 3. & alij, qui intelligi poſſunt, quando miniſtris aliunde congrua ſuſtentatio non remaneret.

2. Caſu datur præſcriptio poſſibilis c. ad Apoſtolicæ c. cum contingat c. dudum de decim. *Rot.* corã Coccin. *Floren.* Parochialis 22. Maij 1630. & eſt Communis contra D. Anton. p. 2. tit. 4. c. 3. §. 3. Sed plura requiruntur.

1. Capacitas præſcribentis: Ideò laicus non poteſt præſcribere cũ nequeat poſſidere reg. ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6. *Monet.* de decim. c. 4. num. 80. Quod intelligitur ſi p̃ſcriptio allegetur, vt præſcriptio, quę circa decimas eſt legibus damnata laicis c. cauſam de præſcrip. Sed ſi allegetur priuilegium; tunc probato tempore immemorabili, probatur titulus priuilegij, *Barboſ.* iur. eccl. lib. 3. c 26. nu. 52. Sed ſi eccleſia præſcribat; tũc inter duas Parochiales ſufficit decennium: At inter Parochialem, & alterã, cui ius reſiſtit, quæ non habet ſacramentorum adminiſtrationẽ, requiritur, vel immemorabilis, vel quadragenaria, *Rot.* coram

I Cauallar.

Cavaller. Calaguritana decimarum 19. Maij 1610.

2. Requiritur forma c. 1. de præscrip. in 6. .s. immemorabilis; vel quadragenaria cum titulo, vt pluribus probat, *Barbos. l. c. n.* 55.

Declaro 1. Si Parochus spoliaret perceptione decimarũ eum, qui illas in sua Parochiæ possidebat spoliatum non restitui, nisi ostẽdat titulum, & causam iustam, qua eius possessio iustificatur. qa licet regula generalis sit, vt in primis spoliatus restituatur c. in litteris de rest. spol. & quod beneficio spoliatus etiam incõpatibilia habens sit restituendus: c. ex insinuatione de Procur. Hoc tamen accidit, quia aduersũ spoliatum benef. ius resistit; sed nõ assistit spoliatori. In Decimis autem ius dat assistẽtiam Parocho spoliatori, cui decimæ de iure debentur, vt ex principio patet huius cap. *Barbos.* l. c. nu. 43. & seqq.

Declaro 2. Præscriptionem recipiendi decimas in aliena Parochia non extendi ad noualia. Tũ qa in præscriptione strictè fit interpratatio, *Soccin.* cõs. 275. vol. 2. *Monet.* c. 4. nu. 81. Tum quia præscriptio comparatur priuilegio c. super quibusdam ver. præterea de verbor. significat. c. accedentibus in fine, vbi *Gloss.* de excess. Prel. Priuilegium autem non extenditur ad noualia c. suggestum de decim. & sup. n. 4. huius cap. in fin. ad 2.

6. Compositio excusat, vbi distinctione est opus.

1. Super decimis præteritis, tàm cum Ecclesiasticis, quàm laicis fieri potest à Parocho sine vlla Superioris auctoritate, quia agitur solũ de commodo Parochi, & non de iure ecclesiæ tollendo. *Gloss. & DD.* in c. super de rebus Ecclesiæ non alienand.

2. Super futuris inter Ecclesias potest fieri compositio. ex causa auctoritate ordinarij c. 1. de reb. ecclesiæ non alienand. Ad hoc autem vt fiat cum laicis tria requiruntur.

1. Superioris consensus, quia si per solum Parochum fiat, non ligat successorem c. veniens de transactionibus. Sed valet solum in vita componentium, *Rot.* 1. p. recent. decis. 585. *Rebuff.* de decim. q. 13. num. 25. Superior est solus Papa in casu grauis quantitatis. extrauag. *Ambitiosæ de rebus ecclesiæ non alienandis.* Et d. c. veniẽs In causis verò modici præiudicij vt circa tempus, & locum, poterit Episcopus, vel eius Vicarius Generalis. *Azor.* p. 1. lib. 7. cap. 26. q. 5. ad finem, vel alius superior iurisdictionem quasi Episcopalem, *Rebuff.* l. c. nu. 23. & 24.

2. Requiritur Parochi consensus.

3. Causa, & causæ cognitio in inferioribus à Papa.

Vltimo Compensatio excusat, qua quis posset ibi decimam retine-

re pro quantitate sibi à Parocho debita: Ideò *Barbos.* collec. ad Trid. sess. 22. c. 11. de ref. ait excommunicatione illa non ligari accipientes pro suo credito. Quinquè tamen requiruntur.

1. Vt debitum sit verum, & legale.
2. Certum, quia si solum dubitaret Parochum rem suam habere, nõ potest in compensationem decimam retinere; quia certitudo requiritur. *Valerus* differ. vtriusquè fori verb. compensatio difficultate 1. 2. & 2. *Cornitol.* lib. 3. qu. 39.
3. Vt sit liquidum; nam liquidi ad illiquidum non datur compensatio: ante tempus. n. non dicitur debitum.
4. Vt decima sit præterita, vel pñsens; ita vt tunc debeatur. Nam super iure decimandi, & super decimis futuris non datur compensatio; licet. n. absoluta regula firmetur per *Ric.* 2. parte resol. 120. in decimis non dari compensationem, de futuris explicat, *Barbos.* iur. eccl. c. 26. lib. 3. num. 9.
5. Vt alia via nequeas suum recuperare: Ideò nequeũt Parochiani decimam negare Parocho, qa Candelas nõ distribuit; nam cõpetit alia via .s. accessus ad Episcopum. *Ric.* 1. p. resol. 517. Imò non posse prescribi, vt de obligatione iustitiæ Parochi Candelam dare teneãtur firmat *Zerola* verb Candela, & *Homob.* vol. 1. cõsult. respons. 70.

Additur 6. vt .s. non fiat excessus, sed æqualitas seruetur.

Tandem hìc obiter noto, quod Parochus non debet ad domos laicorum Cãdelas benedictas trãsmittere; sed tantum in Ecclesia distribuere: ita Sac. Cõg. Episcoporum 1581. referente. *Barbos.* l. c. c. 23. nu. 7. & hęc de decimis.

De Distributionibus.

CAP. IV.

DICTVM fuit supra *cap.* 2. *in principio*, sub lata significatione fructuum, etiam distributiones comprehendi, non sub stricta. Hoc procedit de distributionibus illarum Ecclesiarum, vbi præbẽdæ sunt à distributionibus separatæ: sed vbi non distinguuntur, scilicet, vbi fructus Canonicatuum in solis distributionibus consistunt, tunc per expressionem fructuum, etiam distributiones erunt cõprehensæ, ne dispositio otiosa remaneat. Ideo *Rot.* coram Remboldo Oriolen. can. 10. Iunij 1620. dixit. Gratiam non fuisse iustificatam, quod Archidiaconus nullos habebat fructus ad effectum simul obtinendi canonicatum, cũ haberet distributiones solum; nam si sciuisset Papa, eum tales habere, non dedisset canonicatum;

quia secūdum subiectam materiam regulari debent, excepto casu pensionis, quę non sustinetur, si sit imposita *super fructibus* etiam si solas habeat distributiones. Ratio differentiæ est; quia prouisio beneficij est Ecclesię fauorabilis, Pensio vero onerosa. Sustineretur tamen pensio, si imposita esset *super fructibus, redditibus, obuentionibus, & emolumentis*; quia hæc sunt verba vniuersalia. *Rot.* 1. p. Recēt. decis. 550. Quare iure quidem de distributionibus agere debemus, & sic tria explicabimus.

1. Quid, & quotuplices sint distributiones.
2. Quibus debeantur.
3. Quibus non debeantur.

DE primo. Distributiones sunt stipendia personalia, quæ de redditibus Ecclesiæ dantur Canonicis beneficiatis, seu Clericis Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarum ad diuinum officium psallendum in Choro interessentibus. Distributiones dicuntur, quia cuique secundum laborem distribuuntur. Quotidianæ, non quia quotidie dantur; sed respectu quotidiani seruitij. *Ric.* 1. p. resol. 387. Dicuntur etiam victualia; quia dātur ad quotidianum victum, licet vno, vel pluribus anni temporibus dentur in pecunia, vel fructibus, iuxta cōsuetudinem Ecclesiæ. cap. vnico de cler. non resid. in 6.

Sed quare distributiones institutæ fuerunt?

Resp. Ad manutenendum, & augendum cultum diuinum. *Trid.* sess. 21. cap. 3. Vt scilicet Clerici frequentius, & diligentius ꝓ diuinis officijs conuenirent allecti spiritualibus, & temporalibus præmijs d. c. vnico. ca. clericus. 20. d. Vnde duo sunt notanda.

Primo, distributiones dari propter interessentiam, tanquam ꝓpter causam, & rationem formalem. Ideo interessentibus tantum dari, & non absentibus præcipitur. in ca. licet de præb. Nec Simonia committitur; quia dantur, & clerici psallunt; principaliter, vt Deo inseruiant; secundariò vero ꝓpter distributiones. *Vgol.* de Sim. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 4.

Secundo. Ne diuinus cultus minuatur, vbi non sunt distributiones in Cathedralibus, & Collegiatis, vel ità tenues, vt negligantur, debent omnes dignitates, & Canonici tertiā partem fructuū suarum præbendarum, & beneficiorum illis anexorum detrahere, & in distributiones conuertere, & sequentibus pro modo seruitij dare. *Trid.* sess. 21. cap. 3. de ref. Non de alijs beneficijs extra dictas Ecclesias, & non incorporatis. Sac. Cong. apud *Garz.* p. 3. cap. 7. nu. 474. Excipiuntur dignitates locum habentes in choro, sed non distributiones. *Garz.* num. 481.

De cla-

Declaro 1. Detractionem faciendam esse secūdum valorem currentem, detractis tamen oneribus, & reseruationibus fructuū, & pensionum. Sac. Cong. die 7. Aprilis 1619. Et de fructibus illius Ecclesiæ, in cuius choro sedē habent secus si proprios habeāt, vel nullus habeāt distributiones *Barb.* citand. num. 10. & 11.

Declaro 2. Dictam detractionem fieri posse ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, vigore facultatis. *Trid.* sess. 21. cap. 3. de ref. & sess. 22. cap. 3. de ref. Sed quādo vsus est remedio vni° cap. non potest vti alterius. Sac. Cong. apud *Garz.* nu. 472. s. in detrahenda alia tertia parte, *Barb.* ad d. cap. 3. sess. 21. nu. 12.

Declaro 3. Distributiones esse de iure Ecclesiastico. *Nauar.* de orat. cap. 18. num. 10. Et licèt ante Trid. in aliquibus essent Ecclesijs, tamen post Trid. fuit earū vsus vniuersaliter institutus, non iure naturali, vel diuino; quia nullibi reperitur. *Bonac.* de hor. d. 2. q. 2. p. 3.

Tres reperiuntur distributionū diuisiones.

1. Aliquæ sunt à fructibus separatæ, alię non, vt in princip. huius cap. dictum est.

2. Aliquæ sunt ordinariæ, aliquæ extraordinariæ. *Ordinariæ* sunt, quæ consistunt ex redditibus cōmunibus. *Extraordinariæ* sunt, quæ constituuntur ex tertia parte fructuum, iuxta modum dictā in s. not. C. Differunt; quia ordinariæ pro parte absentium trāseunt interessentibus, *Trid.* sess. 21. cap. 3. de ref.

Extraordinariæ pro parte absentiū applicātur fabricę, vel locis pijs. *Trid.* sess. 22. cap. 3. de ref. & ita illa duo Trid. loca cōciliat, *Nald.* officium num. 13. *Azor.* 2. p. lib. 7. cap. 7. q. 8. Addit *Barb.* l. c. nu. 89. Extraordinarias tenues crescere seruientibus, non tenues locis pijs applican. Aliam concordiam, vide ex Rot. recent. p. 1. decis. 712.

Declaro, distributiones ordinarias crescere seruientibus cum quattuor declarationibus.

1. Nisi esset consuetudo in contrarium, e. g. expendēdi in locis pijs, & c. *Gloss.* clem. 2. de exat.

2. Dummodo aliqui intersint: nam si omnes absint ex culpa, vel negligentia, vt propter interdictum contra Capitulum, vel causam similem, tunc Ecclesiæ applicantur, *Cassad.* decis. vnica de cler. non resid. Sed si sine culpa, vt q̄a Ecclesia est diruta, polluta, sunt infirmi, &c. Canonici illas habēt. *Marign.* cap. 71. nu. 107.

3. Dummodo priuentur per solam absentiam; quia si per condemnationem secundum, *Bonac.* l. c. q. 7. p. 1. num. 3. applicantur Ecclesiæ; quia hæc est natura confiscationis; sed secundum, *Monet.* de distrib. 3. p. q. 7. nu. 50. crescunt

ſcunt alijs, quia maiorem præſtant operam. Conciliantur.

Prima procedit de acquiſitis legitimè antequam cauſa cōdemnationis inciperet: nam pænæ locis pijs applicantur.

2. *De acquirendis* pro tempore, quo eſt abſens dum fit cauſa, & ſequitur condemnatio, & ita currunt rationes.

4. Dummodo adſit præbenda diſtincta, quia quando conſiſtunt in ſolis diſtributionibus, abſens habet duas partes, ſed tertia creſcit ſeruientibus. Sac. Cong. relata per *Ric.* 1. p. reſol. 387.

5. Diuiſio. Aliquæ propriæ ſunt diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus diuinis officijs. Aliæ impropriæ, quę *minutæ* appellantur, quæ ſunt pro alijs functionibus aſſignatæ, vt portiones funerales pro exequijs, pro cantandis Miſſis, &c. & hæ, vbi sūt, adeo ſeruiētibus dantur, vt nullo modo abſentibus debeantur; etiam ſi abſint cum priuilegio lucrandi diſtributiones, *Azor.* l. c. q. 4. Sac. Cong. apud *Ric.* 1. p. reſol. 389. num. 8.

Declaro 1. Taxam, & modum faciendi diſtributiones illam eſſe, quam conſtituit Epiſcopus, vel Capitulum: Nam Capitulū etiā ſine Epiſcopi cōſenſu poteſt ſtatuere, quę ad ipſum Capitulum ſpectant. cap. ex litteris de cōſt. cap. edoceri de reſcrip.

Declaro 2. Non eſſe illum modū, qui traditur in Bulla Pij V. vt qui omittit matutinas horas, dimidietatem illius diei fructuum perdat, &c. quia ibi loquitur de fructibus, non de diſtributionibus. Sed tria potiſſimum ſunt inſpicienda.

1. Qualitas officij, vt ſcilicet plus reſpondeat matutino, quàm ſingulis alijs horis.

2. Numerus actionum, vt. ſ. ratio habeatur non ſolum officij, ſed Miſſæ conuentualis, proceſſionū, ſeptem pſalmorum, Officij B. V. & aliarum de conſuetudine, licet extra chorum non ſit de præcepto.

3. Solemnitas, quæ maiori diſtributione facit dignum, *Bonac.* l. c. q. 4. p. 1. num. 5. & ſeqq.

DE 2. Clara eſt in iure propoſitio, ſcilicet Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum Ius competere percipiēdi diſtributiones, cap. vnico de cler. non reſid. in 9. Clem. 2. de ætat. & qual. *Trid.* ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12. de ref.

Ampliatur 1. in Canonico, cui vel ab Epiſcopo iure ordinario datus eſt ſimplex coadiutor, vel à Papa cum futura ſucceſſione. Sac. Cong. in Vrbeuetana 9. Septembris 1628. Quid habeat coadiutor, vide 2. par. ſect. 1. cap. 3. cond. 2. M.

Ampliatur 2. In Canonico, qui ante ætatem fuit prouiſus; quia diſpenſatus ſuper ætate, factus eſt ha-

habilis ad distributiones. Sac. Cong. *Trid.* 15. Septēbris 1619. apud *Barbos.* iure eccl. lib. 3. cap. 18. num. 16.

Ampliatur 3. Secundum aliquos, etiam in Canonicis supranumerarijs. Sed si hoc verum est, procedit, vbi de iure, vel consuetudine habent expectationem futuræ præbendæ, & iura Canoniæ nam si dicta iura non habent, vel sint constituti tantum aduentū; & fumi, vt habeant .s. tantum locum in choro, nullas habent distributiones, *Barbos.* l. c. nu. 17. vbi plures, potissimum si facti sint sine præiudicio aliorum, vt hic Brittonorij, vbi Canonici Capitulares expressam hanc faciunt protestationem, vt limitat, *Bonac.* l. c. num. 1.

Declaro 1. Requisitum generale esse ad hoc, vt quis distributiones habeat, vt sit Canonicus, iura Canoniæ habens. Ille autem talis dicitur, qui habet titulum, & possessionem; quia dantur ratione beneficij, quod antea nōn habet. *Rot.* coram Pirouano Cartaginen. fructuum 2. Apr. 1612.

Declaro 2. Requiri etiam, vt fecerit fidei professionem, duobus concurrentibus.

1. Vt sit Canonicus Cathedralis; nā de Canonico collegiatæ tantum Trid. non facit mentionem.
2. Quod habeat tantum distributiones; nam post duos menses illas amittit, si fidei professionem non emiiserit, ne inutilis reddatur. Trid. depositio. Si verò habeat etiam fructus separatos, hos amittit, nō distributiones. *Bonac.* de hon. d. 2. q. 3. p. 1. nu. 1.

Inter Canonicos duo illorum genera distributiones lucrantur.

1. Vere præsentes.
2. Qui iuris fictione pro præsentibus reputantur.

Quoad 1. Illi verè dicuntur præsētes, qui habent non solum præsētiam materialem, sed formalem. *Materialis* præsentia est illa, qua quis non solum corpore assistit, sed mente attendit, & ore psallit. & hæc est necessaria *cap.* vnico de cler. nō resid. in 6. Clem. 2. de ætat. & qual. cap. licet de præb. *Trid.* sess. 21. cap. 3. & 24. cap. 12. de ref. Vbi seruitiū Ecclesiæ attenditur, & præcipitur ita *DD.* omnes latè apud *Bonac.* de horis d. 2. q. 4.

Declaro 1. Quinque requiri, vt localiter quis diuinis officijs interesse dicatur, quæ sunt corporalis, præsentia, locus, attentio, intentio, cantus.

1. Præsentia corporalis patet ex dd. iuribus, ideò nec satisfacit p alium; quia est personalis obligatio. Legittima tamen consuetudine, vel immemorabili, vel saltē quadragenaria induci pōt, vt per alium in choro recitet, vt probat, *Bonac.* de hor. d. 2. q. 1. p. 4. & 5. Idem si permittatur in fundatione, quæ seruanda est.

2. Locus,

2. *Locus*, scilicet in choro, ideò nõ sufficit esse in Ecclesia: nam *c. vlt. q. 2. dist.* præcipitur sub pœna depositionis, vt ad chorum accedant: Excusari possent, si aliter permitteretur ex fundatione, vel consuetudine, e. g. ob frigus in Sacristia recitare, vel alia iusta causa abesse, de quibus infra, Bonac. l. c. d. 1. q. 3. p. 5.

3. *Attentio* saltem virtualis ad sẽsum, vel verba, & sufficit attentio implicita, scilicet laudandi Deũ, vel confusè saltem faciendi opus consuetum, vt probat *Bonac.* l. c. p. 2. per tot. Ideò Canonicus notabilem partem recitans in choro volũtariè distractus, licet priuatè domi recitaret, non lucratur distributiones illi parti respondentes; Nam Ecclesia formalem requirit præsentiam, nec præsens dicitur, qui non attẽdit. *l. coram Titio ff. de verb. sig.* Ita cõmunis DD. de qua testatur, *Bonac.* d. 1. q. 4. p. 2. nu. 12. Vbi ampliat ad eos, qui non attendunt, vt quia dormiunt, vel confabulantur, non solum tempore officij, sed etiam Missæ, Processionũ, & Lectionum, quæ per Mensionarios leguntur; quia distributiones in his omnibus dantur ꝓpter adsistẽtiam formalem. Ideo pro parte, qua formaliter non assistunt, non lucrantur distributiones contra *Garz.* 3. p. c. 2. nu. 534. *Tolet.* & alios.

4. Intentio saltem implicita orandi; quia hic est actus humanus; & in intentione orandi includitur attentio: nam intendens attendit ad quod attendit. *Bonac.* l. c. nu. 19.

5. Cantus, seu psalmodia. Ideo attente audiens, & submisse recitãs non lucratur distributiones; quia hæ dãtur Canonicis, vt inseruiãt. *Clem.* 1. de celebrat. & psallere debere dicitur. ca. vl. d. 92. *Trid.* sess. 24. cap. 12. de ref. ibi in choro ad psallend. *Nau.* de orat. ca. 10. num. 47. contra *Medin.* p. 1. cap. 14. num. 11. *Dian.* p. 2 resol. 6. pro vtraq; vide *Barbos. ad Trid.* l. c. vbi primam dicit veram, & secũdam solum in loco talis cõsuetudinis saluat. Quare præter litterarum peritiam requiritur etiam in Canonico scientia cantus moderata, & sufficiens, quia non debet ad officium admitti, cuius partes obire nequeat. *cap.* cum in cunctis de elect. cap. fin. de ętat. & qual. Non tamen requiritur cãtus figurat⁹, nisi aliud constet ex fundatione, *Bonac.* de hor. d. 2. q. 3. p. 3. Non psallentes, Aliqui omnes distributiones asserũt amittere; sed ęquius dimidiam ſeptuo; quia si attentè dimidiam partem audiunt, in dimidia tantùm non psallentes deficiunt. *Beia* 1. p. casu 53. Immò excusantur etiam à psalmodia, si ita consuetudine, vel fundatione introductum sit, vt per Mensionarios psallant. *Nau.* cap. 12. de orat.

de orat. nu. 101. *Less.* lib. 2. cap. 34. dub. 33. num. 184. vide infra V.

Additur 6. Stallum proprium cũ indumentis canonicalibus. *Procedit* hoc, si adsit peculiaris cõsuetudo, vel constitutio, aliàs nõ facit amittere distributiones e. g. Si staret in loco Vicarij, vel haberet Rochettum *Prothonotarij*; quia etiam in alieno stallo, & habitu potest officium suũ adimplere, *Bonac.* d. 2. q. 4. q. 1. nu. 13. Potest hoc esse verum, si sit *Prothonotarius* ratione suæ præbẽdæ, vt aliquando Archidiaconus quia si sit ex priuilegio, non potest functiones exercere, & si cũ illo habitu intersit diuinis, reputabitur extraneus, & non habet distributiones. *Sac. Cong.* Rit. 6. *Maij* 1610. *Barb.* lib. 1. cap. 25, nu. 54.

Sed quæritur. *An* duos habens *Canonicatus* ex Papę dispensatione duplices possit habere distributiones.

Distinguo 1. *In* diuersis *Ecclesijs* si eodem tempore diuina celebrantur, non lucratur distributiones; sed pro tempore, quo in eisdem intererit.

2. In eadẽ Ecclesia: affirmant aliqui; quia potest duplicem habere vocem. ca. cum olim de scat. & re iud. vbi *Abbas*. Tum quia Papa concedens maius, videtur minus concedere. *Io. And.* cap. 1. de cler. non resid. *Marig.* cap. 69. num. 11. Alij negant: quia vnico actu e. g. vnius coronæ non possumus duplici obligationi satisfacere. Vnicum enim seruitiũ præstat, ideo vnicam recipit distributionẽ, & Sac. Cong. declarauit posse vtriusq; fructus recipere; non distributiones apud *Garz.* 3. p. cap. 2. nu. 183. *Azor.* 2. p. lib. 9. cap. 7. qu. 16.

Conciliantur, vt possit duplices habere distributiones, si de hoc sit speciale priuilegium, vel consuetudo, aliàs non. *Bonac.* d. 2. q. 4. p. 3. nu. 4. & 5. Hæc autem consuetudo licet, *Mouet.* 2. p. qu. 4. num. 8. putet sufficere decem annorum, verius tamẽ 40. annorum requiri: Est enim contra ius vt vnica interessentia duæ dẽtur distributiones: patet ex cap. vnico de cler. non resid. in 6. *Bonac.* l. c. nu. 6. vide *Barbos.* lib. 3. ca. 18. num. 31. Requiritur tamen ad habendam duplicem distributionem, vt duplici satisfaciat seruitio, vt dixi 1. p. cap. 2. *D.* ad 1.

Ex his infero, quando *Papa* mãdat in priuilegio concesso absentibus recipiendi distributiones, vt onera Missarum, & alia sustineat, Canonicum, qui pro eo *Missas* cantat, tempore illo, nõ posse distributiones habere; quia tunc non suam, sed Canonici absentis personam rapresentat: Nemo autẽ potest duas personas rapresentare, vt inf. cap. 6. Q. nec duplicem distributionẽ lucrari, vt dictũ est.

K Quoad

Quoad 2. Illi sunt præsentes fictione iuris, qui vere absentes sunt, sed ex aliqua iusta causa pro præsentibus habentur. *cap. de catero de cler. non resid. ca. olim. vbi Abb. de verb. signif.*

Declaro 1. Distributiones lucrari absentes iusta de causa omnes concedere, sed pars absentium ex causa iniusta an crescat solum seruientibus, an etiam præsentibus tantum fictione Iuris; Aliqui affirmant, etiā de illis, qui fictione Iuris reputantur præsentes; quia fictio Iuris operatur, sicut veritas, & causa iusta facit eos præsentes. Alij negant; quia præiudicat diuino cultui, & ideo crescunt solum seruiētibus. Ita Sac. Cong. apud *Garz.* 3. p. cap. 2. nu. 465.

Iusta causa absentiæ est, quæ à Iure probata est, & ad sex capita reduci potest, quæ sunt infirmitas, iusta corporis necessitas, euidens Ecclesiæ vtilitas, Priuilegium, Fundatio, & Consuetudo. Et licèt solum primæ tres ponantur in c. vnico de cler. non resid. in 6. tamen aliæ iustæ causæ non reprobantur.

1. *Infirmitas*, scilicet, quę impediat, vt non possit corporaliter adesse. ca. vnico cet. vt febris, cæcitas, podagra, lepra, & huiusmodi.

Ampliatur 1. Etiam si contracta sit propria culpa. Sac. Cong. apud *Garz* p. 3. cap. 2. num. 363.

Ampliatur 2. Etiam si contracta sit dedita opera: nam semper famulo morboso debetur victus, cuius loco succedunt distributiones. *Bonac.* de hor. d. 2. qu. 1. p. 1. num. 7. contra *Munet.* q. 6. nu. 11.

Declaro, tria requiri, & sunt.

1. Grauitas infirmitatis arbitrio prudentis. Bene verum est, leuiorem causam excusare à choro, quàm à priuata recitatione.
2. Vt sit solitus interesse; quia nemo præsumitur continuare, quod non faciebat: si tamen mutaret propositum, scilicet, vt vellet interesse, lucraretur distributiones *Marig.* ca p. 71. nu. 56.
3. Quod non sit consuetudo in contrarium.

Declaro 2. Quod si Canonicus infirmus esset extra Ciuitatem, an lucretur distributiones? Aliqui negant; quia non censetur præsens choro. *Moset.* 2. p. q. 6. nu. 7. & 19. Aliqui affirmant; quia iura indistinctè dant infirmis distributiones. *Bonac.* l. c. nu. 6. Ego distinguo: Si consuetudo adsit, illa seruetur; aliàs infirmis semper debentur, dummodò consueuerint interesse.

2. *Iusta corporis necessitas*, vt senes, valetudinarij, accedētes ad balnea, mutantes aerem, medicinā sumentes, aut aliter ex consilio medici non accedentes. Tria tamen requiruntur.

1. Vt sit necessitas rationabilis; nā voluntaria tantum non sufficit.

2. Vt

2. Vt sit corporalis: nam non sufficit spiritualis, vt si tempore diuinorum peccata sua confiteatur.

3. Vt nõ sit consuetudo in contrarium. *Bonac. l.c.*

Quid si aliorum confessiones audiret? Distinguo. Pænitentiarius olim non lucrabatur distributiones; sed bene hodie ex *Trid.* sess. 24. cap. 8. Etiam si venialium. & non reseruatorum confessiones audiat, modo intra Ecclesiam. *Barb.* Iur. Eccl lib. 3. cap. 18. nu. 41. Alij Canonici eas non lucrãtur, nisi tribus concurrentibus.

1. Auctoritate Superioris, vel Præfecti chori.

2. Iusta causa, scilicet in defectum Pænitentiarij, & ob frequentiam confessionum.

3. Non subtrahatur numerus, quo decenter psalli possit. Idem dicendum de Canonicis celebrantibus tempore diuinorum. *Sac. Cong.* apud *Garz.* l.c. nu. 398. & seqq. Sufficeret consuetudo, si adesset. *Galett.* v. distributiones, *Trasc.* p. 2. cap. 3. nu. 8.

Declaro 1. Absentem causa pestis lucrari distributiones, duobus concurrentibus.

1. Vt pestis grassetur arbitrio Iudicis.

2. Quod sit consuetudo dandi distributiones absentibus iusta de causa. *Sac. Cong.* Mediol. 9. Nouembris 1610. *Barb.* l.c nu. 67.

Declaro 2. Absentem ob inimicitias graues, & ex facto Principis tẽporalis lucrari distributiones; sed debere permutare, vel renũtiare, vel aliter indemnitati suæ Ecclesiæ consulere. Sac. Cong. 1617. 22. Aprilis apud *Barbos.* l.c. nu. 65. vbi nu. 66. Idem dicit de absente ob bellum ciuile, vel externum.

3. *Euidens Ecclesiæ sua vtilitas*, etiã si sit procurata; quia non affectatio, sed causa finalis inspicitur. *Bonac.* d. 2. q. 5. p. 3. nu. 15. contra *Monet.* 2. p. q. 5. nu. 25. Septẽ tamen requiruntur.

1. Vt interesse consueuerit.

2. Vtilitas euidens, vt ad tuendam iurisdictionem, & iura Capituli, vel Ecclesiæ, vt quando Canonici Brittonorij pro defensione iurisdictionis Ecclesiæ fuerunt Cæsenæ pro veritate examinati. Item interessentes Concilio Sinodali, vel Prouinciali, & etiam Generali, pſertim si intersit, vti Theologus, vel Canonista à Capitulo missus. *Barbos.* l.c. nu. 44. & 45. Secus si vtilitas dubia esset; quia distributiones sunt certæ, ideo certa debet esse Ecclesiæ vtilitas. *Ric.* 1. p. resol. 498.

3. Vt vtilitas sit magni momenti, si absentia sit magna: Talis tamen moraliter iudicatur, quando Canonici mittuntur ad Episcopum, Principem, &c. Congratulationis causa. *Barb.* l. c. nu. 44.

4. Vt adsit licentia Episcopi. *Rot.* coram Vbaldo Calaguritana fru-

K 2 ctuum

ctuum 16. Maij 1614. Contrarium sentit, *Bonac.* l.c. in fi. d.p. Et re vera ꝑ Bonacina stat vniuersalis consuetudo, fortè Rota habebit locum vltra tres menses à Trid. permissos. Ideò absentes visitandi causa limina Apostolorum distributiones lucrantur ex Const. *Sixti V. Ric.* l. c. *Garz.* l.c. nu. 349. *V*bi idem dicit de alijs præbendis, etiam si non sint de Capitulo.

5. *V*t diutius non differat, scilicet vltra mandatum, & negotij qualitatem, Sac. Cong. *Ric.* Saonen. 21. Aug. 1604.

6. Vt non sit cõsuetudo in contrarium. *I*deò in cap. non deceat de elect. in 6. non dantur distributiones absentibus causa electionis, quia non aderat consuetudo.

7. Vt sit in vtilitatem Ecclesiæ suę, idest mensæ Capitularis, vel Episcopalis, vel pręendæ sui Canonicatus, vt si visitaret iura, redditus, & bona suæ præbendę. *Ferdinand. de Castro Palao.* tom. 2. d. 3. p. 9. §. 3. nu. 48. Non tamen si abesset pro Ecclesia vniuersali, vel Prouinciali, vel aliarum Ecclesiarum *D*iæcesis, vt visitando; quia non dicitur abesse in vtilitatem suæ Ecclesiæ. *Barbos.* iur. eccl. lib. 3. cap. 18. num. 40. (*A*licubi tamen viget, consuetudo percipiendi distributiones, dum visitat diæcesim.) Neque si absit, visitando aliud suum beneficiũ. *Rot.* coram Pamph. 25. *A*prilis 1603. quia Ecclesia sua capitul pro præbenda sua capitulari.

Declaro 1. Tunc dici abesse in vtilitatem Ecclesię, quando abest ꝑ defensione iurium Ecclesiæ, vel præbendæ, & quando litigat super iuribus Ecclesiæ suæ. *Barbos.* l.c. nu. 54. *S*ecus si abesset ob votum, vel deuotionem peregrinationis. *Garz.* p. 3. ca. 2. num. 393. *Bonac.* d. p. 3. nu. 9.

Declaro 2. Canonicum absentem ratione officij Vicariatus Generalis non lucrari distributiones, etiam si à tempore immemorabili sit id obseruatum. Sac. Cõg. 18. Decembris 1617. Procedit viuente *E*piscopo; quia dicitur seruire Episcopo, non *E*cclesiæ. *Rot.* diuers. p. 2. decis. 222. *S*i vero esset Vicarius *C*apitularis Sede vacante. Aliqui eas lucrari affirmant; quia tunc *E*cclesiæ Iurisdictio spectat ad *C*apitulum, & ita abest in vtilitatem Ecclesię suæ, *Bonac.* l.c. Etiam si ad hoc sit salarium constitutum. *Barth.* à S. *F*austo lib. 3. qu. 68. Alij verius negant; quia exercitium Vicariatus non tendit principaliter in vtilitatẽ Ecclesiæ, sed subditorum. *Monet.* p. 2. q. 11. *Barbos.* l c. nu. 50.

Sed an lucretur distributiones, dũ seruit suæ Parochiali?

Distinguo. *S*i Canonicatui annexa non est, nõ lucratur, & ita loquitur Sixtus V. in Const. 64. Cupiẽtes. Si est cura Canonicatui annexa.

nexa. Subdistinguo. 1. Si solas habeat distributiones, eas integras lucratur. Sac. Congr. apud *Garz.* p. 5. cap. 4. nu. 114. Si habeat fructus, & distributiones, lucratur fructus, & distributiones extraordinarias, nõ ordinarias, nisi cõsuetudo aliter seruet; quia dicitur abesse in vtilitatem ouium, non Ecclesiæ. *Marig.* cap. 7. num. 121. Sed verius est etiam ordinarias integras lucrari; etiã si cura sit extra diœcesim, dummodo sit annexa: quia iura indistinctè loquuntur, & Canonicum in Parochiali ministrantem pro præsenti reputant, *Trid.* sess. 22. cap. 3. de ref. Sac. Congr. apud *Ric.* 1. p. resol. 389. nu. 4. *Nald.* abesse nu. 7. *Ferdinand. de Castro Palao.* l. c. nu. 8. Confirmatur totum per Sac. Cõg. apud *Barb.* l. c. nu. 46. in vna Lauden. 24. Nouembris 1617. Vbi censuit, Canonicum distributiones lucrari, dũ curam exercet Canonicatui annexam; secus si in alijs Ecclesijs, scilicet non annexis. e. g. per dispensationem obtentis.

4. *Priuilegium* Summi *Pontificis*; quia potest in omni iure positiuo dispensare: distributiones autem inductæ sunt de iure positiuo. *Trid.* sess. 21. cap. 3. de ref. Tria tamen requiruntur.

1. Vt sit Summi Pontificis; nam inferiores nequeunt. Sac. Cong. apud *Garz.* 3. p. cap. 2. nu. 404. & seqq.

2. Vt non sit Ecclesiæ damnosum; quia tunc non censetur Papa dispẽsare. cap. sugestum de decim. cap. cum adhuc de cler. nõ resid.

3. Vt exprimat distributiones, & omnia necessaria; quia si solum fructus exprimat, non sufficit, cũ priuilegium sit strictè interpretandum; sic enim fructus, & distributiones differunt. *Tusch.* cõcl. 473. nu. 3.

Declaro 1. Ex prædictis clarum esse Priuilegium à duobus Canonicis obtentum in Ecclesia, vbi est numerus 12. Canonicorum; sed solum præsentes octo reperiuntur, sub hac forma, scilicet, vbi remanent 12. seruientes fuisse subreptitium, & nullum, & illo vtentes, in conscientia non esse tutos, etiam quod ibi essent ẽt quattuor Mãsionarij. Tum quia verba intelligenda sunt secundũ naturam actus, cui apponuntur. *l. miles. ad sororem. l. cum pater. §. donatum. ff. de leg. 2.* & secundum subiectũ materiam, vt ad incapacem non referatur. *Rot.* 4. p. nouiss. decis. 432. nu. 4. & præsertim in materia distributionum ad ead. per *Barb.* l. c. nu. 11. Sed Papa ibi loquitur de Canonicis, qui vltra horas ad alia officia tenentur, scilicet assistẽtiæ Episcopi, &c, ad quæ Mensionarij sunt incapaces. Tum quia non sufficit generalis, & æquiuoca locutio, vt gratia saluetur à subreptione; nam requiritur clara, & specifi-

specifica. *Gramat.* decis. 66. nu. 18 & per plura apud *Ric.* 3. p. decis. 437. Sed dictum verbum. *Inseruientes.* est amplum, & generale, quod arguit defectum intentionis concedentis, cuius sancta mens equiuoca locutione velata fuit, ne gratiam negaret. Tum quia illa tacita faciunt subreptionem, quę præcipiuntur in iure expressè, vt exprimantur, vel saltem verisimile est, quod si *Papa* sciuisset, gratiam non concessisset. *Rot.* decis. 21. de præb. in nouiss. Vel difficiliorem reddidisset ad concedendum. *Gattier* lib. 2. cap. 13. nu. 51. vt in casu prædicto ob magnum seruitij Ecclesiæ defectum.

Declaro 2. Habere priuilegiũ percipiendi distributiones in absentia.

1. Auditores Rotæ. Const. Clem. *VII. Conuenit.*
2. Inquisitores fauore fidei. *Paul. III.* & Pius V. apud Roias de priuil. inquis. nu. 420.
3. Collector generalis Cameræ spoliorum, & aliorum iurium, subcollector, Notarius, Fiscalis, Procurator, Aduocatus. Const. Sixti V. *Barb.* l. c. nu. 39 Contraria tamen consuetudo est in multis locis.
5. *Fundatio.* Nam Sac. Cong. ad Trid. sess. 22. cap. 12. de ref. Statuit sublatas esse omnes vacationes, secus si eas concessisset fundator.

Sed an Canonici possint absenti donare distributiones.

Distinguo. Si donatio esset pura post dominium aquisitum, possent; cum quilibet in re sua sit moderator, & arbiter; sed ante acceptionem, & etiam post, ꝑ uia cõuentione prohibetur, donatio, remissio, & collusio. *Trid.* l. c. & ibi Sac. Cong. *Ric* 1. p. resol. 385. vbi citat *Rot.* coram Coué. 2. Maij 1603. & resol. 394. & cõtraria opinio delẽda est ex *Azor.* q. 9. sententia.

Declaro, quod remissio est condonatio. Donatio est voluntaria datio. Collusio est mutua remissio e. g. Remitto tibi, & tu mihi. Item super eis non potest fieri transactio: Procedit super futuris; cum sint quid annexum rei spirituali. *Barbos.* lib 3. cap. 18. ad fi. secus super præteritis.

6. *Consuetudo.* Quattuor tamen requiruntur, vt ex consuetudine licitè absenti distributiones concedantur.

1. Iusta causa, aliter reprobatur consuetudo ex causa intrinsecè mala. *Garz.* 3. p. cap. 2. nu. 348.
2. Vt permittat absentibus dari distributiones ad tempus; nam si perpetuo, reprobatur. *Azor.* 2. p. lib. 7. cap. 7. q 5. Non valere tamen, quando distributiones vnius diei dantur, qui vni horæ Canonicę interfuerit; quia est nimus exorbitans, testatur, *Mouet.* p. 2. q. 3. num. 50. Valet bene, vt inte-

integras habeat distributiones, qui non omnibus, sed aliquibus horis interfuerit ex *Clem.* 2. de ætat. & qual, vbi *Gloss.* u. certis, Cand. q. 17.

3. Vt cultus diuinus non patiatur, vt si magna pars Canonicorum abesset, *Ric.* 1. p. resol. 392.

4. Vt sit præscripta spatio 40. annorum cap. si. vbi *Gloss.* & *DD.* de consuet. *Barb.* lib. 3. ca. 18. n. 33.

Declaro 1. Consuetudinem absque dictis conditionibus induci non posse, vt absentes lucrentur distributiones. *Trid.* sess. 24. cap. 12. de ref. Potest bene è contra consuetudo induci, vt præsentes iurisfictione e.g. infirmi, &c. nō habeant eas, quia hæc more reprobatur in iure, cum non sit diuino cultui contraria. *Bonac.* d. 2. q. 5. p. 6. num. 21.

Declaro 2. Ex opposito causarum, quæ iniustę sunt, colligi ex alijs capitibus aliquos haberi pro præsentibus, & distributiones lucrari.

DE tertio. Amittunt distributiones præter il'os, qui titulo, & possessione carent, vt ni tauimus in princip. 2. p. huius capitis. duo genera Canonicorum.

1. Absentium iuris fictione.

2. Absentium vere, & realiter.

Quoad 1. Illi absentes iurisdictione dicuntur, qui præsentes sunt materialiter tantum, sed nō formaliter cum requisitis traditis supra l. c. nam à lege habentur pro absentibus. *Bart.* l. si maritus ff. de adult. Ideò illi distributiones amittunt, qui ibi non canūt, vel dormiunt, vel confabulātur, vel non attendunt, etiam si domi priuatim recitarint; quia dātur distributiones, vt canendo formaliter assistant. cap. vlt. d. 92 *Trid.* sess. 24. cap. 12. de ref. *Nau.* pe orat. cap. 10. nu. 47. *Graff.* decis. p. 1. cap. 51 num. 11. cap. 52. nu. 22. A. S. *Fau.* de hor. lib. 3. q. 13. & 17. Et ab hac opinione nō est recedendum: quia ita Sac. Cong. declarauit die 20. Aprilis 1602. referente *Barbos.* l. c. num. 80.

Sed dicet quis. in cap. licet de præb. & ca. vnico de cler. nō resid. in 6. & *Trid.* d. cap. 12. dicitur, distributiones dari interessentibus. Ergo sufficit sola præsentia. Ita tenuerunt *Medin.* p. 1. cap. 14. §. 11. *Garz.* p. 3. cap. 2 num. 514. qui ait peccare, sed non teneri restituere distributiones. *Diana* p. 2. tract. de hor. resol. 6.

Resp. Iura illa intelligi de assistentia formali, Tum ne vana reddatur assistentia; Tùm quia verba intelligenda sunt cum effectu. ca. perpetuo de elect. in 6. Tollet tamen sola assistentia sufficere, vbi talis consuetudo vigeret, dummodo Capellani, & Mansionarij psallant. *A. S. Fausto* l. c. q. 14. Sed quia dicta cōsuetudo est cultus diuini diminutiua. Ideò magna circumspectione est opus.

Quoad

Quoad 1. Illi dicuntur vere absentes, qui corporaliter non intersũt diuinis sine legitima causa, & hi destributiones ita amittunt, vt ipso facto etiam ante Iudicis sententiam illas restituere teneantur, cap. vnico §. qui vero de cler. non resid. in 6. *Trid.* sess. 24. cap. 12. de ref. vers. Distributiones.

Declaro, iniustas absentiæ causas illas esse, quæ in iure reprobantur, & illarum sex potissimũ sũt capita, scilicet. Negligentia, Delictum, Censura, Seruitium, Renunciatio, Studium.

1. *Negligentia.* Procedit 1. etiam in tribus mensibus à Trid. permissis; quia percipit fructus, non distributiones. *Sac. Cong.* 3. Aug. 1588.

Procedit 2. Etiam in primis sex mensibus; quia Pius V. excusat à restitutione fructuum, non distributionum; etiam si in solis distributionibus consistat. Quia Pius V. de priuata recitatione loquitur, & verificatur in habentibus fructus à distributionibus distinctos, quod sufficit. *Gonzal.* ad reg. 8. §. 7. nu. 102. *Ric.* tamẽ 1. p. resol. 390. dicit tunc lucrari distributiones, relicta tertia parte pro seruientibus. Prima videtur verior, quia Pius V. non facit iustam causam absentiæ.

2. *Delictum.* e. g. Carceratus, pulsus in exilium, &c. dummodo iuste; quia si iniuste, integras habebit, etiam si primo cõdemnetur; dummodo in gradu saltem appellationis absoluatur. *Nau.* cons. 10. & 11. de cler. non resid. *Zerol.* p. 1. u. distribut. nu. 8. *Sac. Cong.* 9. Maij 1626. & alias pluries. Requiritur tamen, quod interesse consueuerit. Procedit de distributionibus propriè, non de funerabilibus, & anniuersarijs; quia hæ portiones de mente fundatoris solum dantur interessentibus. *Bonac.* d. 2. q. 5. p. 2. §. 1. num. 4. & seqq. contra Quaranta u. *Distributiones.* Conciliantur. Non habebit has à Canonicis, sed ab iniquo damnificatore, contra quem habebit actionẽ, quia per ipsum non stetit.

3. *Censura*, dummodo sit iustè inodatus: quia si iniuste, habebit integras, vt de delicto dictum est, imò, & quando iustè, si absolutio iniuste denegetur à die denegationis; quia per ipsum non stet. *Bonac.* citand. contra *Vgol.* similiter citand.

Declaro. Tria requiri, vt Censura inodatus distributiones lucretur.

1. Vt iniuste sit ligatus.
2. Interesse consueuerit.
3. Sit in loco beneficij. *Henriq.* lib. 13. c. 13. §. 4. *Barb.* d. c. 18. nu. 71. Sed de singulis videamus.

1. *Excommunicatus* iustè priuatur distributionibus. cap. pastoral. §. verum de appell. vbi dicitur, excommunicato subtrahi prouẽtus

tus Ecclesiæ: nomine prouentũ contineri distributiones, decidi- tur *Extrauag*. vnica de decim. ver- s. quia non occurrit. *A S. Fausto* lib. 3. q. 37. *Rot*. Elboren. fructuũ 24. Maij 1631. coram Ghislerio. Procedit, etiam si sit toleratus, & tàm de maiori, quàm minori ex- communicatione; quia paria sũt, non fieri, & minus recte fieri, ca. veniens de præb. *Vgol*. de cens. tab. 3. cap. 11. Credo verius, so- lum de maiori; quia minori mo- datus potest interesse, & si nõ ce- lebrare, priuabitur tamen parte celebrationi respondente.

Declaro, tria requiri, vt excommu- nicatus priuetur distributionib⁹.

1. Vt sit iuste legatus; quia si iniu- ste lucratur, vt dictum est.

2. Excommunicatione maiori.

3. Non sit toleratus; quia sic nequit officium suum præstare, secus de tolerato, cuius ministerium est vtile, vti pendat à meritis Eccle- siæ, *Bonac*. d. 2. q. 5. p. 2. §. 2. nu. 2.

2. *Suspensus* distributiones amittit, tribus tamen concurrentibus.

1. Vt sit iuste suspensus: nam si i- niuste, integras habet, cum per ipsum non stet.

2. Vt non sit toleratus, vt dictũ est in superiori declaratione.

3. Vt sit suspensus ab ordine, vel à diuinis, cum non possit officium suum præstare. Vel à beneficio, sed cum distinctione.

1. Si distributiones sunt, quæ intui- tu beneficij dantur, eas non lu- cratur; quia suspensio à beneficio importat priuationem omnium emolumentorum. Excipitur ca- sus necessitatis, si non habeat, vn- de viuat, quia ali debet, dummo- do suspensio sit pro pœna, secus si pro contumacia; quia potest se statim liberare obediendo. *Bar- bos*. iur. eccl. lib. 3. cap. 18. num. 74. ad fin.

2. Si distributiones alio titulo den- tur, vt ratione personalis mini- sterij, quales sunt eleemosinæ ob anniuersaria, & mortuaria, eas lucratur; quia suspensus à bene- ficio, non repellitur ab exercitio spiritualium. *Sayr*. lib. 4. de cẽs. cap. 6. nu. 11.

Declaro de suspensione ab officio: Aliquos sentire, ea legatos iustè priuari distributionibus; quia nequeunt interesse diuinis. *Vgol*. tab. 4. cap. 6. §. 3. in fin. de censu. Alios negare; quia non prohibẽ- tur interesse diuinis, vt probat, *Suarez* tom. 5. de cens. d. 26. sect. 3. *Garz*. p. 7. cap. 14. nu. 58. Con- ciliantur. Si suspensio est ab offi- cijs diuinis, tunc priuantur. Si ab officio extra ordines non, si ab officio absolute, vtiq; priuantur; quia omnia complectitur. *Sayr*. l. c. cap. 5. nu. 3.

Declaro 2. Quod si aliquæ distribu- tiones darentur ratione officij extra ordines, iustè suspensus, il- lis priuaretur, cũ illud nequeat exercere. *Bonac*. d. 2. qu. 5. par. 2. §. 3.

5. *Interdictus* personaliter, iuste amittit distributiones, siuè à iure, siue ab homine, etiam si in alia Ciuitate sit Canonicus interdictus. *Monet.* 2.p.q.16.a. num.46. Tria tamen requiruntur.
1. Vt interdictum sit personale; nã dantur distributiones tempore interdicti localis: quia in generali locali debent Canonici secretò interesse, & in spirituali per ipsos non stat. *Monet.* l.c.nũ 29.
2. Vt iuste sit latum interdictum; vt quia tale delictum ab eo, qui fuit interdictus, perpetratum est, vel dedit causam interdicti localis, vel pollutionis Ecclesiæ, secus si iniuste, dummodo interesse consueuerit. *Pasf.* conf. 32. vol. 4. *Barbos.* l.c. nu.73.
3. Extra festiuitates, quæ ponuntur. ca. Alma de sent. excom. in 6. in Festiuitatibus; quia tunc officia recitantur, & ita interesse debent. *Monet.* l.c. nu.55.
4. *In Cessatione* à diuinis distributiones amittuntur, sed actio datur contra iniustum damnificatorem. cap. si Canonici de off. ordin. in 6.
5. *Irregularis* ante beneficij adeptionem, nõ lucratur distributiones; quia collatio fuit nulla. Sed si superueniat post per beneficium.

Distinguo 1. Ratione irregularitatis tantum, qui nõ impeditur ab omnibus functionibus, lucratur distributiones, exceptis respondentibus functioni, quam exercere nequit.
2. Si vero cum irregularitate sit etiam infirmitas, vt fractio crurium, electio oculi, &c. integras habebit, vt de infirmis dictũ est. *Bonac.* l.c. §.7.
6. *Degradatus*, & Depositus priuãtur fructibus, distributionibus, & omni beneficio. cap. de gradatis de pen. in 6. Procedit de iuste degradatus; nam si iniuste, absoluti recuperant omnia, vt de suspensione diximus.

Sed an ali debeant ex distributionibus? Aliqui affirmant, ne cum dedecore ordinis clericalis cogantur mendicare. *Vgol.* de cens. tab.2. cap.12. Alij negant; quia sũt omni priuilegio clericali destituti. *Bonac.* l.c. §.8. Mihi magis placet opinio Vgol., quia id tẽdit ad fauorem totius status clericalis, qui iacturam pati non debet, & potest clericus propria renunciare priuilegia, non autem statui clericali communia.
7. *Priuatus beneficio* amittit etiam distributiones, sed cũ distinctione.
1. Si talis pæna est comminatoria, distributiones amittit tantum à die sententiæ.
2. Si ipso facto, sed requiritur sententia declaratoria, priuatur post sententiam, a die tamen patrati delicti.
3. Vbi declaratoria non requiritur, etiam ante sententiam, amittit

sit ius, vt in absentibus ex mera negligentia. *Monet.* 2.p. qu. 15. Procedit, si iuste priuetur; nam iniuste priuatus, recuperat distributiones & omnia emolumenta, vt resoluit Sac. Cong. Epis. in vna Aquilana 21. Iunij 1625. relata per *Barbos.* d.cap.18.nu.77.

4. *Renunciatio*. Distinguo tamen.

1. Si renunciatio facta fuit pure à die præstiti consensus, & à Papa acceptati, priuatur fructibus, & distributionibus; quia caret titulo, sine quo non debentur. cap. delicto de præb. & vsque ad possessionem noui Canonici, fructus debentur resignatario de iure, sed hodie Cameræ, cum tunc vacet, interessentibus autem distributiones accrescunt.

2. Si renuntiatio facta fuit ad fauorem, renuntians lucratur fructus, & distributiones vsque ad possessionem noui Canonici; quia non censetur à se abdicare ius, nisi impletis conditionibus per possessionem. *Gonzal.* ad reg. 8. hodie 9. Gloss. 15. §. 2. num. 32. *Garz.* p. 2. cap. 1. nu. 128.

5. *Seruitium*. Et hic tres casus distinguo.

1. Si seruit Papæ, lucratur fructus non distributiones. cap. cum de lect. de cler. non resid. Procedit, siue immediatè seruiat, siue mediatè, scilicet Papæ familiaribus. *Rot.* coram Pirouano Rom. S. Petri 8. Aprilis 1622. Quod verum est, nisi speciale habeat priuilegium super distributionibus.

2. Si seruit Episcopo, subdistinguo. Si seruit in Cathedrali, vel alias in vtilitatem Ecclesiæ, habet fructus, & distributiones, secus si in alia Ecclesia. Sac. Cong. apud *Ric.* 1.p. resol. 385. nu. 3. *Idem* in examine, & alijs, nisi aliter ferat consuetudo, vel speciale statutũ. *Monet.* p. 2. q. 11. nu. 61. Sac. tamẽ Cong. absentibus per examine distributiones dat *Homob.* p. 1. c. 6. q. 39.

Potest Episcopus tamẽ ex iuris cõcessione duos habere Canonicos in sui seruitium, qui fructus lucrantur, non distributiones. cap. de cætero. cap. ad audientiam de cler. non resid. *Ric.* 1. p. resol. 391. Et si in solis cõsistat distributionibus, habent distributiones, relicta tertia parte pro interessentibus. Sac. Cong. apud *Ric.* 1. p. in praxi distrib. in fi. not. 4.

3. Si seruit Principibus, etiam Cardinalibus, nec fructus, nec distributiones lucratur; quia nulla intercedit Ecclesiæ vtilitas. *Trid.* sess. 24. cap. 12. de ref. vers. Præterea. Procedit etiam si seruirẽt Legato Papæ; quia in materia cultui diuino contraria nõ fit extensio. *Abb.* d. cap. cum de lect. Aliqui tamẽ asserunt lucrari fructus, non distributiones; quia videntur Papæ inseruire. *Garz.* p. 3. cap. 1. nu. 382. Nec tamen potest esse verum, si Legatus speciale haberet priuilegiũ sup hoc.

6. *Studium.* Nam Canonicus absẽs causa studij lucretur fructus, non distributiones cap. licet de præb.

Et si in solis cõsistat distributionibus, eas habet, relicta tertia p. pro seruientibus. *Sac.Cong.* apud *Ric.* 1.p resol.386. etiam si licentia sit à S. Apost.obtenta, ita decisum est *Gonz.* ad reg. 8.§.|pr. & ita intelligitur Regula, quod absens causa studij dicitur præsens. *L.* quęsitum, vbi *Bart.* ff. de fund. instrum.

Procedit etiam, si licentia studiorũ esset obtenta a Summo Pontifice; quia non excusat' ab amissione distributionum, nisi specialiter illas concedat. *Gonz.* ad reg.8. §. 7. prohem. num.179.

Declaro 1. Quinq; requiri ad hoc vt absens causa studij lucretur fructus.

1. Quod re vera studeat maiori anni parte, siuè in Grammatica, siue in vtroque iure, siue in Theologia; studium ponat. *Gloss.* cap. cum ex eo de elect.

2. In Ciuitate, & studio publico, vt Bononiæ, Patauij, Pisis, & alijs Vniuersitatibus, quę omnib' patet aditus, non in Patria, &c. *Ric.* 2.p.res. 1.33. ad fi.

3. Vt non sequatur notabilis læsio cultus diuini, vt si ex paruo numero diuina nequeant celebrari. *Bonac.* d.2.q.5.p.5.nu.7.

4. Licentia Ordinarij secundũ *Ric.* l.c. licet requiri negat, *Garz.* 3.p. cap. 2. num. 108. Nisi in Parocho, cui Papæ licentia est necessaria, *Ric.* 1.p. resol.310. ex Sac. Cong.

5. Vicarij substitutio, si habeat curam animarum, aliàs non. *Bonac.* l.c. num. 11.

Additur 6. Non suffragari licentiã vltra quinquiennium à die, quo studere cæpit, ità decisum refert, *Garz.* p.3.c.2.nu.101.

Declaro 2. Quod Theologus Cathedralis absens docendi, vel p̃parandi causa lectiorem, habet fructus, non distributiones; sed eo die, quo legit, si sit absẽs à choro, distributiones lucratur, non solum pro hora, qua legit, sed tota die. Ita declarauit Greg. xiij. vt refert, *Garz.* l.c. nu. 118. *Ric.* 1.p. resol.386. Et de his satis &c.

Pro complemento quæritur, An Canonicus à choro absens vltra amissionem distributionum peccet. Alij qui putant peccare tantum venialiter, dummodo priuatim recitet, & ad minus quattuor in choro remaneant; quia tunc eius præsentia non est ad officiũ necessaria, & satis punitur priuationum, *Sil.* u. hora q.2. *Ang.* nu. 21. *Macig.* cap.56.nu.34. Alij verius etiam mortaliter si per tempus notabile absit vltra trimestre ad *Trid.* permissũ sine iusta causa. Tum quia omittentes officiũ in choro deponi præcipiuntur. cap. clericus d. 91. cap. si quis d. 91. Tum quia facit contra iustitiam, & officium suum. Tùm quia tenc-

tenetur residere formaliter.

1. Cum exercitio sui muneris. *Suarez* lib.4.cap.10.de relig. nu. 17. *Garz*.p.3.cap.2.nu.321. *Ric*. 2.p.resol 363. vbi ait etiam Episcopos Dominicis diebus debere interesse diuinis cap. *Episcopus* de cons. d.3. *Idem* dicit *Bonac*.de interessentia Capitularibus congregationibus; quia habet onus gubernandi bona Ecclesiæ. de hor. d.1.q.1.p.2. nu.4. ex Sac. apud Garz. Congr. modo absit sine iusta causa, esset autem iusta periculum alicuius molestiæ de potentia subuertentium, vel illegittima Congregatio. Addit Bonac. etiam abesse in tribus mensibus permissis esse peccatum, si de industria abesset, & damnum Capitulo sequeretur, sed iam ad alia.

De Funeribus.

CAP. V.

SVmus in eadem fructuum materia; nam funeralia sunt fructus incerti vt sup. cap. 2. B. In cuius materię explicatione prīs cap. in 3. partes diuidemus; Agemus n.1. de officio, quod corporibus humandis exhibetur.

2. De loco sepulturæ.

3. De iure sepeliendi.

DE primo quattuor videbimus.

1. Interessentes.

2. Ordinem.

3. Officium.

4. Quartam.

Interess ntes, sunt triplicis generis.

A 1. *Parochus*.

2. *Alij* Sacerdotes.

3. Confraternitates.

Parochus proprius interesse, potest, & debet. *Potest* etiam si defunct[o] iusserit solum regulares vocari. Sac. Congr. Epis. *Montis Pilosi* 1581. *Aldan*.resol.can.lib.4.tit. 17.nu. 21.

Debet, quia non licet Clericis secularibus, vel regularibus, imò nec Capitulo Cathedralis leuare Cadauera, sine proprio Parocho. Sac. Cong. Ep. Anduien. 29. Nouembris 1631. fallit in multis casibus.

1. Si Proprius Parochus vocatus noluerit accedere, nec licentiam dare, tunc etiam Regulares possũt cadauer leuare, & ad Ecclesias suas deferre, etiam Parocho inuito Sac. Cong. Nepsina 11. December s 1615.

B 2. Regulares extra claustra morientes; quia etiam Parochis inconsultis possunt ad eorum Ecclesias deferri Sac. Cong. 3. Iulij 1620. Neque Parochi possunt ius aliquod sepulturæ prætendere Sac. Cong. Epis. Puteolana 22. Maij 1615.

Declaro Regulares non posse sepulturam eligere; quia in suis Monasterijs sunt sepeliendi cap. vlt. de sepul. in 6. Si tamen sunt ab

ab illis remoti possunt esigere d. cap. vlt. si non eligant sepeliuntur in Parochiali ad instar secularium in itinere decedentium. *Vâchez*.tom.2.in decal.lib.5.cap.14. num.4. & subdit sepeliendos esse in Parochiali, etiam si sit ibi monasterium sui ordinis, nisi ibi fuerit causa residentiæ, & tunc monast. teneri ad expensas funeris, *Barb*.lib.2.cap.10.nu.30.

3. Tertiarij, si collegialiter viuât, & mulieres Virginalem, vel castâ vidualem vitam ducant sub voto expresso, & habitum defferunt, iuxta Bullam Leonis *X*. tunc .n. etiam inuito, & irrequisito Parocho leuantur, & in regulariũ Ecclesijs sepeliuntur, secus si careât prædict. cõditionibus Sac. Cong. d. Nepsina.

Secũdo intersũt funeribus alij Clerici seculares, & regulares quos testator, vel hæres disposuerit, ità vt Parochus debeat vocare destinatos, non alios. *Sac.Cong*. Rit. Lauden. 20. Aug. 1601. si nulli sint destinati ius vocandi competit Parocho. *Rot*. coram Merlin. Alexand. funeraliũ 1. Iulij 1630. Nec tũc viciniores vocare tenetur, sed quos voluerit. *Sac. Cong*. Rit. Ferratien. 7. Septẽbris 1611. Nisi aliud ferat præscripta consuetudo.

Numerus Sacerdotium, & Ceræ ab hæredibus designatur quolibet contrario prætextu non obstante Sac. Cong. Ep. 5. Maij 1617.

Tertio intersunt Confraternitates quæ specialiter, & expresse vocâtur alias accedere non possunt, Sac. Cong. Rit. Bonon. 9. Decembris 1617. Et quando accedunt, nequeunt crucem erigere de iure Sac. Cong. Andrien. 22. Nouembris 1631. Secus de consuetudine vbiq; ferè recepta.

Quoad ordinem in funeralibus duo sunt attendenda .s. coadunatio, & processio. *Coadunatio*, si Capitulum Cathedralis interuenire debet, omnes alij Clerici seculares, & regulares, & omnes Confraternitates accedere ad funus volentes debent congregari in Cathedrali ad leuandum Capitulum, quod probatur de iure, & Consuetudine.

De Iure. Tum à sufficienti partium enumeratione. Non .n. Capitulum accedere debet ad alias Ecclesias ad leuandum inferiores; quia cum hæc sit materia præcedentiæ, ille præcedit cuius caput præcedit. *Felin*. cap. cum non liceat nu.2. de præscrip. *Cassan*. Cathal. glor. mand. p.4. consid. 31. *Rot*. coram Lancell. decis. 127. inter select. Capituli autem caput est Episcopus, & Canonici faciunt vnum corpus cum Episcopo cap. cum Clerici de verb. sig. cap. nouit, & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælatis. Ideo Canonici collegialiter precedunt in omnibus publicis actibus, etiam Abbatibus vsum Mitræ, & baculi

si habentibus, *Nau.* cap. 2. de maior. *Ric.* 1. præsel. 90. Non possunt se per viam iungere, nec ad domum defuncti expectare; quia id nullo modo fieri posse resoluit Sac Cong. *R*it. *L*iman. 15. Decembris 1632. Neq. expectare extra suam Ecclesiæ, & alijs postea se associari S. c. Cong. *E*p. *V*iglenan. m. 13. Nouembris 1600. ergo in Cathedrali debent coadunari ad inchoãdam inde funeris processiouem. Tum quia *C*rux vnica ferenda est in funeralibus, & si Capitulum interueniat, tūc sola Crux Capituli defertur, sub qua omnes incedunt per antianitatem. Sac *C*ong. Narnien. 30. Septemb is 1614. & Andrien. 22. Nouemb is 1631, *A*lias Crux Parochiæ Sac. Cong. Rit 22. Martij 1632. Regulares autem non posse ad funus inuito Parocho Crucem deferre statuit. *Leo X.* Cōst. sacro approbante, vt refert Praxis Neap. cap. 62. num. 14. Sed ibi adunari debent omnes etiam Parochi, & quicunq; exēpti vbi *C*rux desumitur. Tum à fortiori, quia Sacrista, vel *C*uratus *C*athedralis etiam amouibilis p̄cedit Parocho defuncti, quando Capitulum interuenit Sac. Cong. Rit. Pisauren. 22. Martij 1631. ergo à fortiore ipsum Capitulū. De Consuetudine potest; quia omnes de *C*lero etiam Regulares in p̄cessionibus generalibus, & funeribus habent adunari, vbi Clerus cōgregari consueuit Sac. *C*ōg. Bonon. 2. Iulij 1620. sed regulariter solet congregari vbi desumitur Crux, & ita in Cathedrali, quando *C*apitulum interuenit, & ita solitum est Rauennæ, Arimini, Cesenæ Britt. & alibi. *In* materia. n. præcedentiæ generaliter Consuetudo seruatur, vt p multas. Rotæ decis. comprobat. *Rub.* in obseru. ex Rot n. præcedētia. Imò præfertur cōsuetudo, etiam si sit contra ius *Seraph.* decis. 964. Greg. XV. decis 534 & Sac. Cōg. apud Barbos. iur. Eccl. lib. 2. ca. 10. num. 64. Statuit regulares ad funus vocatos debere accedere ad Parochialem, vel aliam iuxta loci consuetudinem, quam Episcopus auferre non potest; quia cum habeat vim legis, & iuris cōmunis, Episcopus non potest derogare, vt per plura pbat, *Bonac.* tom. 2. in fol. pag. 67. nu. 12. & 17. & pag. 64. nu. 39. & 40.

Addo neq; Consuetudinem Induci posse validam conueniendi in alio loco, quam in aliqua Ecclesia, vel pio loco; quia Sac. Cong. Liman. 15. Decembris 1632. Addit decretum irritãs, vt. s. nullo modo per viam, & ad domum defuncti, vnde patet irritari omnem actum extra terminos habiles. Pro prædictorum corroboratione subiungo tenorem litterarum Sac. Cong. pro nostra Cathedrali.

Molt' Il-

Molt'Illustre, e Molto Reu. come Fratello.

VIENE rappresentata à questa Sac. Cong. la differenza che è frà il Capitolo di costì, & i Monaci dell'Abbatia intorno alla pretensione, che essi Monaci hanno di non esser
E *obligati di andare alla Chiesa del Capitolo sudetto per cominciare da essa la processione ò accompagnamento de morti, mà d'aspettare dentro la loro Parochia oue stimano più commodo. E perche il solito, è che si radunino nella Catedrale, quando il Capitolo è inuitato al funerale, quindi è che questa Sacra Congregatione è venuta in senso di scriuere à V. S. la presente Lettera perche faccia omninamente osseruare il solito, ne permetta sopra ciò nouità imaginabile. E sentendosi da questa resolutione grauata alcuna delle Religioni potrà ricorrere à questa Sac. Cong. dalla quale si può ripromettere ogni compimento di giustitia, ch'è quanto m'occorre, e Dio la contenti.*

Roma li 25. Giugno 1638. *Come Fratello*

Il Card. S. Onofrio.

C. Fachinetti Seg.

Bertinoro, Vescouo, Capitolo della Catted.

Confr.

Confirmatur; quia Canonici Collegiatæ congregari debent pro processionibus, & funeralibus in Cathedrali, vt inde discedant, & Processionem incipiant cõtraria consuetudine non obstante Sac. Cong. Rit. fundan. 2. Septemb. 1597. Canonici enim Cathedralis in omnibus præcedunt Collegiatæ Sac. Cong. Prænestin. Caurum 18. Aug. 1618. ergò multo magis regulares, qui sunt inferiores. Neque obstat, quod Monaci Capitulariter rapræsentent Abbatẽ; quia Canonici Collegialiter incedentes præferuntur Abbatibus etiam Benedictis Sac. Cong. Rit. Valuen. 8. Iulij 1602.

F Sed si Capitulum nõ accedat, si cadauer sit in aliqua Ecclesia, ad eã omnes accedere debent, si est in domo, aut alibi ad Parochialem, & inde cum Parocho ad leuandum cadauer Sac. Cong. Rit. Senogaglien. 26. Aug. 1616. Tarpien. 16. Feb. 1631. & alibi.

Processio fit à loco vbi cadauer leuatur ad Ecclesiam, ad quam defertur, quod si fit in alia Ecclesia, quã Parochiali debet deferri in Parochiali ad recipiendũ vltimum vale, & benedictionẽ Sac. Cong. d. *Nepsina*. Deinde ad Parochum spectat declarare p quã viam sit incedendum, & omnia necessaria vsque ad ianuam Ecclesiæ regularium, vbi defunctus effertur. Sac. Cong. Ep. Castellã. 3. Ianuarij 1594. quia ad candẽ ianuam tenetur funerale prosequi Sac. Congr. Brixien. 18. Iunij 1591. Vide Barbos. iur. eccl. lib. 2. cap. 10. nu. 64. & 65.

G Sed an Parochus possit in Ecclesia Regularium ingredi cũ stola cũ mortuus ad eam defertur, & cum ea permanere donec officium celebratur.

Resp. in hoc seruandam esse consuetudinem, De iure tamen etiam quod non viderim decisionem Sac. Cong. sentio posse, vt Parochus semper dignoscatur à cæteris, donec defunctus sit terræ reconditus, durant. n. iura Parochialia in Ecclesia Regularium, vbi capit quartam funeralium. Confirmatur, quia Sac. Cong. Rit. vlt. Settembris 1628. & 29. Ianuarij 1629. censuit posse Parochum secularem deferre stolam in Parochia Regularium cum ibi mortuus defertur, & è contra, Barbos. ad Trid. sess. 25. cap. 13. de ref. nu. 26. & 27. ergo à fortiori poterit deferre in Ecclesia regulariũ, quæ non sit Parochialis.

H *Officium*, si in aliqua Parochiali sepelitur fit à Parocho ex Rituali Pont. nã est in sua Ecclesia Prælatus. Si vero in Ecclesia Regularium per ipsos Regulares Sac. Cong. Eugubina 9. Iulij 1614. nam nec Parochus, nec quilibet clericus secularis, etiam de Capitulo potest, non obstante cõsuetudine, etiã immemorabili. Sac. Cong. 5. Iulij 1631. *Barbos.* iur.

M eccl.

eccl. lib. 1. cap. 10. nu. 82.

In officio funeris tres potissimũ cerimoniȩ adhibentur. s. Aqua benedicta, Thus & Cerei, accensi, vltra præces pro anima defuncti persolutas de quorum significatione à multis fui pluries interogatus.

Aqua benedicta cadauer aspergitur.

1. Ne Demon fidelium orationes impediat.
2. Ne cadaueri Demon illudat.
3. Vt desiderium nostrum exprimamus, quo animas defunctorũ celesti rore aspergi optamus ad mitigationem, & totalem extinctionem ignis Purgatorij.

Thus incendimus.

1. Quia ex defuncti persona Deũ adoramus.
2. Petimus præces nostras pro illo sicut incensum in conspectu Dei deferri.
3. Odorem bonorum operum significamus pro quibus piè in misericordia Dei speramus, accepturum esse retributionem.

Accensæ faces circa ferettum ponũtur.

1. Quia significant, eum esse fidelẽ, idemq; Cruces.
2. Illa corpora resurgendo debere riuiuiscere.
3. Immortalitatem animæ.
4. Lucem æternam, quam illi præcamur.
5. Omnia Deo lucere, cum sit scrutator cordium.
6. Dicta fieri pro animabus Christianorum in Purgatorio existẽtium vbi flammis purgantur.
7. Ad religionem, & cultum Dei.
8. Ad vtilitatem animæ dum conuertuntur in ministrorum vtilitatem.
9. Ad honorem defuncti; quia illa caro est membrum Christi.
10. Ad excitandum fideles ad orãdum pro defunctis.
11. Vt fidem, quæ est lumen animarum ex persona defuncti ꝓfiteamur.
12. Vt defunctum cum triumpho tanquam victorem Athletam deducamus. Vltimo, quia splendorẽ gloriæ illi optamus *Rutil. Bencz* in 9. de sepult. *Damascen.* serm. de morientib. Vtilitates, & laudes sepulturæ *in nostro Horto Delitiarum Clericalium*, Deo dãte, explicabimus cum pluriq; alijs. u. sepultura.

De Quarta funeraliũ tria sunt notanda.

1. Quid sit.
2. De quibus debeatur, & de quibus non.
3. Cui.

Circa primum distinguo. *De Iur.* est quarta portio eorum, quȩ obueniunt ratione funeris. *Ric.* 1. p. resol. 970. funeralia dicuntur q̃cunq; funeris occasione ad Ecclesiam differuntur, & cum funere portantur, *Clem.* dudum de sepul. *Feder.* de sen. conf. 6. & ꝓceptum eam soluend. est in Trid. sess. 25. c. 13. de ref.

K

Decla-

Declaro aliquos sentire illa tantũ dici funeralia, quando cadauer super funibus.

1. Antequam sit terræ.
2. Conditum. *Io. de la Crux* de stat. relig. p.2. cap.9. dub.5. sed decipit qui sic sapit, nam in gramaticarum scientia non est insistendũ cap. si quis dist. 36. vt testatur *Barb.* iur. eccl. lib.3. cap.23. nu. 37. & seqq. funeralia .n. dicuntur quæcunq; ratione funeris obueniunt, siue ante sepulturam, siue post. Imò quam diù fit memoria de funere, *Calder.* cõs.4. de sepul.

Confirmatur ex Sac. Cong. Ep. 3. Aug. 1621. quæ statuit in casu, quo die funeris data fuisset 4. Parocho modicę impensæ factæ, si sequenti die solemniori pompa, & impensa missa pro illius anima celebretur de his quoq; deberi quartam *Barbos.* l.c. nu.38. *Ric.* 1. p. resol. 571. etiã si fiat in alia Ecclesia, quàm vbi mortuus fuit sepultus. *Barbos* ad Trid. ex ead. decl. S. Cong. sess.25. c.13. de ref.

De Consuetudine alicubi est vnũ intortitium tantum, alicubi est 4. pars alicubi tota cera Ecclesiæ relinquitur, ideò illa seruetur. Adde licèt in cap. 1. de sepult. dicatur de tertia parte, & cap.2. de medietate diuersitas determinatur iuxta consuetudinẽ, *Gloss.* d.c.1. u. tertiam.

Circa 2. debetur 1. de intortitijs, & candelis, quę circa crucem, & cadauera, tam in via, quam in Ecclesia deferuntur *Feder.* de sent. cons.4. nu.8. etiamsi non accendantur; quia sufficit, quod deferantur.

2. De illis, quę dãtur pro missis dicendis *Gloss.* d. Clem. dudum §. verum. u. funeralibus.
3. De armis, libris, banderis culcitra, & pallijs delatis cum feretro, etiam sericis, & aureis cap. cum inter nos de verb. sig. cap. in nostra de sepul.
4. De omnibus quæ relinquuntur monasterijs, ecclesijs, & pijs locis, excepto pro ornamẽtis, & fabrica, *Barbos.* De nu.46. & seqq. Cõsuetudo tamen inualuit, vt de sola cera soluatur.

Non debetur quarta.

1. De intortitijs, & candelis quas confratres seculares gestant. Sac. Cong Ep. 5. Maij 1616.
2. Nec de candelis, quas presbyteri, & religiosi gestant; quia sibi aquirunt. *Piasec* p.2. cap.3. §. funeralium.
3. Nec de intortitijs locorum piorũ adhibitis ad sepeliendos pauperes Sac. Cong. Ep. 29. Nouembris 1588.
4. Nec de relictis pro ornamentis, & fabrica Ecclesiæ. *Barb.* l.c. n.47.
5. Nec de relictis ratione personæ tantum *Sil.* Can. portio nu. 7.

Vltimo neq; vbi est consuetudo, & de nullo soluatur, vel priuilegiũ, prout cõceditur Monasterijs fũdatis à 40. annis citra Concilium Pius V. in Bulla *Et si Mendicantium*

M 2

tium, *Rot.* coram Coccin. *Liuin.* 15. *Ian.* 1618.

Circa 3. Quarta funeralium debetur Parocho, vbi audit diuina, & recipit sacramenta, cap. cum quis de sepul. in 6. *Rot.* 1. p. recent. decis. 376. Vbi non est Parochus Vicario perpetuo, & si in vna audit diuina, & in alia recipit sacraméta, debetur vbi recipit sacramenta cap. 1. de sepul. In hoc etiã statur consuetudini, si adsit.

Declaro 1. Parochum petere quartam funeralium, quasi actione locati tanquam laboris mercedẽ *Fedcr.* de sen. cons. 5. vel condictione ex Canone, vel actione ex testamento, *Pet. de Vbal.* de can. Parochiali cap. 3. nu. 4.

Declaro 2. Quod stante Consuetudine Peregrinos sepeliendi in Cathedrali illi debetur quarta, non Parocho, vbi moritur Sac. Cong. Pisauren. 22. Ianu. 1628. *Aldan.* resol. can. lib. 4. tit. 17. num. 11.

Declaro 3. Quartam funeraliũ deberi Parocho, etiam si moriatur extra Parochiam, reuersuris tamen, vt si propter pestem, bellũ, &c. *Villab.* p. 2. tract. 31. diff. 7. n. 3. Vel si ægrotus recreationis causa, vel mutandi aeris se transtulerit ad aliam Parochiam cap. is qui de sepul. in 6. *Sil.* l. c. nu. 15. vel si accidentaliter mortuus, vel occisus sit. *Nau.* cons. 2. de sepul. requiritur .n. vt transtulerit domicilium ad alium locum in perpetuum, vt primo Parocho quarta auferatur cap. is qui de sepul. in 6. Idem de decimis, *Nau.* cõs. 1. de decimis, Cęsenæ est contraria consuetudo, vt lucrum spectet ad quem onus ministrationis Sacramentorum, & funeris. Alibi diuidit, imò Ceram diuidendam esse inter Parochialem, & aliam Ecclesiam vbi mortuus sepelitur censuit Sac. Cong. Præf. Vrbis teste *Barb.* ad cap. 13. sess. 25. *Trid.*

Declaro 4. Hæredes posse numerũ ceræ sibi bene visum ponere ad cadauer Sac. Congr. Ep. 5. Maij 1617. Vbi addit non posse Parochum retardare sepulturã pp cõtrouersiam super quartam funeralium, vel alio iure sepulturæ. Quando tenerẽtur molestiæ, posset antea peti, & Neapoli datur pignus, vel cautio aliàs nõ sepelitur Genuen. cap. 62. nu. 9. & ibi in add.

Declaro 5. Parocho debet etiam elemosinam à lege Diœcesana, vel consuetudine taxatam, & alicubi duplum habet Parochus, quàm alij Sacerdotes, vt Brittonorij; nõ debet tamen Parochus plus recipere pro tumulandis exteris, quam ciuibus Sac. Cõg. 27. Maij 1617. Imò pauperes gratis sepeliri debet Sac. Congr. Ep. 5. Maij 1617. & cum deponitur mortuus in Parochiali, vt ad Ecclesiã Regularium transferatur nihil pro hoc debetur excepti iuribus Parochialibus. Sac. Rit. Cong. 23. Martij

Martij 1619.

DE 2. Locus sepulturæ tribus modis dari potest.

1. Vt is, cui datur sit Dominus, & sic nulli potest concedi; quia nemo potest rei sacræ esse Domin⁹.

2. Vt possit aliquem ibi sepellire, & ità dari potest à quolibet habenti liberam sepulturā, vel ius admittēdi ad sepulcrum, vt est Rector in sua Ecclesia, Laicus in suo sepulcro.

3. Vt habeat ibi ius sepeliendi priuatiuè, quo ad alios, & ità potest dari; quia vsus tantum conceditur; nam quoad vsum tantum potest haberi sepulcrum Rot. coram Coccin. decis. 291. Sed fieri debet cum causa, & authoritate Episcopi, seruata forma alienationis rerum Ecclesiæ. Ideò tria req̃rūtur.

1. Licentia Episcopi.

2. Ædificatio facta.

3. Causa, quæ semper præsuponitur, Rot. coram Ottembergo Burgē. sepulturæ 9. Decēb. 1605.

Declaro 1. Ius sepeliendi priuatiuè quoad alios quæsitum non p̃sumi ab aliquo ex cursu decēnali, & cadauerum illatione; quia concessio requiritur; nam cum tātū quoad vsū haberi possit mortuo vsuario, cui facta fuit concessio, redit ad Ecclesiam, sicut extincto vsufructuario, cui facta fuit concessio, vsus fructus extinguitur. l. fin. C. de vsufruct. Rot. coram Coccin. l. c. vbi Gloss. dec. 347. 1. p. diuers. indistinctè firmātem ex illatione cadaueris aquiri ius prohibendi, quia intelligitur; si adsit cōcessio; alias nō posset alios à sepeliendo ibi prohibere.

Declaro 2. Sepulcrum præsumi familiæ ex litterarum, & insignum inspectione. Zerol. u. Arma. Mascard. de prob. concl. 1297. nu. 4. spec. de prob. vers. 6. Ric. 1. p. resol. 565. in prin.

Restat difficultas. f. An vendens ius sepulturæ simoniam committat. Distinguo si aliquod exigat tanquam prætium comittit simoniā; quia vendit certum locum sacrū Ecclesiæ, vel cæmeterij, quod gratis concedi debet per Parochos cap. abolendæ de sepul. cap. postquam cum duobus seqq. 13. q. 2. sec⁹ si alia rōne aliquid accipiat.

Declaro quadruplici ratione aliq̃d pro sepulcro licitè exigi posse.

1. Ratione elemosinæ, sicut etiā fit in vendendo vsu capellarum ad sustentationem ministrorum, vel reparationem Ecclesiæ. Portell. u. sepultura nu. 8.

2. In recompēsationem illius obligationis quod. f. nullus alius ibi sepeliatur, Suarez de relig. tom. tract. 3. lib. 4. cap. 14. nu. 19.

3. Ratione situs honorabilioris, q̃a illa præeminentia est quid temporale prætio estimabile; est. n. quidam honor positus in hominum apræhensione, & æstimatione, Barb. iur. eccl. lib. 2. cap. 10. nu. 18. Ric. 1. p. resol. 562. Quamuis

uis hęc ratio non placeat Suarez.

4. Ratione expensarum. Ideo habens sepulcrum suis sumptibus fabricatum licitè illud vẽdit, dũmodo ratione benedictionis carius non vendat; quia non dicitur propriè ius vendere sepulturæ, sed illud materiale, ad quod alia sequuntur sicut hereditario iure transfertur, Suarez l.c.

DE Tertio duo videbimus.

1. Ius Ecclesię recipiendi mortuos.

2. Ius hominum eligendi sepulturam.

Circa primum distinguo.

1. Ex sui natura illa sola Ecclesia habet Cemeteriũ, & ius sepeliẽdi, quæ habet populum, & sic sola Parochialis. *Barb.* iur.eccl.lib. 3.cap.9. num.6.

2. Quoad capacitatem de priuilegio quælibet Ecclesia potest recipere mortuos. *Rot.* coram Vbald. Tolet. Capell. & sepul. 27. Iulij 1616. nam quælibet Ecclesia est capax iuris sepeliendi, in simplici tamen Ecclesia requiritur consuetudo, vel Episcopi concessio, *Rot.* 2.p.recẽt.decis.128. Ideo eligẽs sepulturam in simplici Ecclesia poterit in ea sepeliri, etiam sine Parocho, si requisitus venire noluerit Sac.Cong. Rit. 29. Martij 1629. *Barb.* lib 2.cap.10.n.23. id tamen sine præiudicio iurium Parochialis, *Barbos.* ad Trid.sess. 25, cap.13. de ref. nu.19.

Declaro 1. Prodesse defuncto sepulturam in Ecclesia, vel eius cœmeterio; Tum quia Patrocinio Sancti illius Ecclesiæ commẽdatur, cap. non æstimemus. 13.q.2. ad fin. Tum quia iuuatur orationibus, & suffragijs, quæ ibi fiũt cap. fraternitatem de sepul. Seruitium autem, & honor, qui corpori defuncto impenditur licet non prosit defuncto; est tamen consolatio viuorum d. cap. æstimemus, & etiam consolatio defuncti; nam credibile est animas à corpore saparatas; cupere, qđ eorum corpora bene tractentur, potissimum cum cæremonijs à S. Ecclesia statutis. *Belarm.* lib.2.de Purg. cap. 9.

Sed hic obiter curiosè quæritur. Quare in officijs defunctorum fit obseruatio dierum tertij, septimi, & trigesimi potissimum in missis defunctorum. Resp. id ex veteri testamento ductum esse, nam filij Iacob luxerunt Iacob septẽ diebus, & filij Israel. Moysem 30. diebus, cap. quia alij 13.q.2. vbi in add. dicitur apud Græcos esse frequentem obseruationem dici 40.

Circa secundum tres casus sunt distinguendi.

Primus est, si quis sepulturam eligat, ibi sepeliri debet omnes .n. possunt sepulturam eligere, qui non prohibentur, cum sit actus voluntatis. cap. cum liberam de sepul. & potest electio mutari vsque ad mortem toties, quoties placuerit, *Cæsar de Graß.* decis.1. de

de sepul. etiam in Ecclesijs Regularium. Imò hoc ius sepeliẽdi, quod olim solũ fratribus Prædicatorib', & minoribus competebat. *Clem.* dudum de sepul. Pius V. ad omnes regulares ampliauit. *Barb.* iur. eccl. lib. 2. cap. 10. nu. 28. etiam in loco minus religioso relicto magis religioso, vbi s. diuina frequentius celebrantur, c. 2. de sepul. in 6. quod corrigit cap. frater eo.

Declaro 1. Tria requiri ad hoc, vt sepulturę electio valeat .i. possit Triplices eligere nequeunt.

1. Impubes .s. masculus minor 14. annis, & femina 12. *Glos.* d. cap. fraternitatem de supul. Potest tamen pro impubere Pater eligere vbi talis viget consuetudo, cap. licet de sepul. in 6. alias sepellitur in sepulcro maiorum si habeat, si non in Parochiali d. c. licet. Sine vlla mentione cõsuetudinis Patrẽ posse pro filio impubere eligere censuit Sac. Cong. apud *Bar.* ad Trid. sess. 25. ca. 13. de ref. num. 21. Quem textum Vbald. de can. Paroch. cap. 11. num. 2. *Sil.* sepul. §. 1. & alij extẽdunt etiam ad Dominũ pro seruo. Et ego è contra, idem dico de filio pro parentibus decedẽtibus sine familiæ sepulcro, & sine electione, quia correlatiuorũ eadem est dispositio.

2. Eligere nequeunt Religiosi cũ declaratione data in principio huius cap.

3. Qui carent Ecclesiastica sepultura, qui sunt plures.

1. Excommunicati, interdicti notorij suspensi ab ingressu Ecclesię.
2. Publici vsurarij.
3. Religiosi proprietarij, tales autẽ non iudicantur præcipitanter, quia possunt excusari obliuione, paruitate, vt in 12. denariorum, nisi constet id fecisse in contemptum *Tostella* sepul. num. 11.
4. Infideles, & hæretici.
5. Raptores manifesti.
6. Decedentes in torneamentis, vel duello.
7. Qui non confessus est semel in anno, & tempore Paschatis non communicauit.
8. Occidentes se ipsos .n. nisi ad vitandum peccatum, vt stuprum & vel furorem &c.
9. Parricida.
10. Publici blasfemi.
11. Clericus notorius concubinarius.

Vlt. quilibet impenitens moriens in mortali apud *barb.* diffuse l. c. num. 40. & seqq. Cum hac limitatione nisi signa, dederint contritionis; quia tunc in sacro sepeliuntur: Exceptis in duello; hi .n. carẽt Ecclesiastica sepultura, ẽt si signa dent contritionis. *Giat.* cap. 410. Etiam si post aliquod tẽpus moriantur. *Dian.* p. 2. tract. 2. *Miscell.* resol. 54. dummodo id sit notorium, alias Episcopus consulatur. *Bonac.* de censur. exta Bull. d. 2. q. 3. p. 48. nu. 22.

2. Requi-

2. Requiritur quod eligat sepulturam per se, vel per alium, potest .n. id alterius arbitrio committere, vt si dicat volo sepeliri in loco per N. eligendo; qui .n. per alium facit, per se facere videtur l. qui per alium ff. de regul. iur. in 6. & quãdo effectus cõfertur post mortem, mandatum non expirat morte mandantis cap. fin. §. fin. testam. in 6. ideo electio ista valet etiam si declaretur tantũ post mortem *Guttirez* de iuram. confir. p. 2. cap. 4. *Ric.* 1. p. resol. 564. licèt contraria opinio videatur verior, nisi .s. Commissarius eligat viuente, & sciente commitente. *Gennens.* c. 62. nu. 2.

X

3. Requiritur, quod electio sit libera cap. cum sit liberum de sepul. cap. is qui §. fin. de sepul. in 6. Ideò clerici seculares, vel Regulares inducentes ad electionem sepulturæ in suis Ecclesijs sub voto, vel promissione incurrunt excommunicationem cap. 1. de sepul. in 6. etiam effectu sepulturæ non secuto; quia verba prohibitionis consumantur in inductione. *Barb.* l. c. num. 26. & dicuntur inducere, si in specie interogarẽt. Vis sepeliri in Parochia, vel nostra Ecclesia, Et solent addere, vbi tot diuina fiunt, & bene visus es. Tunc .n. electio dicitur per suggestionem, & non valet, ca. 1. de pattis, Licet tamen interrogare in qua Ecclesia velit sepeliri, nullam nominando *Ric.* 1. p. resol. 563.

Requiritur quod inductio fiat ad instantiam religiosorum; quia si qs alia de causa pactum faceret de habenda certa sepultura e. g. accipiendo hæreditatem cum hac obligatione, vt ibi sepeliatur posset ad illius obseruantiam cogi *Cæsar de Graff.* decis. 2. de sepul. nam sibi imputet, qui cum tali ubligatione acceptauit. *Ric.* l. c.

Sed si querat quis. An electio sepulturæ facta in Testamento nondũ stipulato valeat.

Distinguo 1. Si extat carta huius electionis manu eligentis sepulturam scripta, vel saltẽ subscripta, etiam nullis adhibitis testibus, valet electio, *Tiraq.* de pia causa priuil. 4. per *Aut.* Si modo, & l. fin. C. fam. erciscnn.

Y

2. Si non extat saltem subscriptio, tunc electio tenet si facta sit coram testibus, & in pijs causis duo testes sufficiunt, cap. relatum de testam. vnde apparet duo testes saltem esse de forma, *Ric.* 2. p. resol. 461. electionem autem sepulturæ probari etiam per testes singulares resoluit. *Guidop.* decis. 544. apud *Ric.* 1. p. resol. 565. alias non tenet.

Secũdus casus est si quis non eligat sepulturam sepelitur in sepulcro maiorũ c. 1. de sepul. cap. ebron. cap. placuit 13. q. 2. Idem de non habente facultate eligendi eam Sac. Cong. 21. Octobris 1616.

Declaro 1. Maiorum nomine parẽtes

tes intelligi potius quam alios Ascendentes, ideo si parentes in vno loco, & Ascendentes in alio sint sepulti, tunc sepeliuntur filij in sepulcro parentum; quia filius sequitur conditionem, & domicilium parentum l. assumptio ff. ad manucip. & sepultura inter mortuos comparatur domicilio inter viuos *Vellab.* p.2. tract. 21. diff.3.nu.4.

Declaro 2. Sepulcrum maiorum non capi strictè pro sepulcro à maioribus fabricato, sed pro loco, & Ecclesia vbi sunt maiores sepulti. Tum quia olim non omnes in Ecclesia sepeliebantur ca. nullus 13. q.2. Tum quia in cap. fraternitatem de sepul. dicitur,, qui relictis antiquis Ecclesijs, &c. ad noua loca, &c. ergo iura potius ecclesias, quam sepulcra respiciunt, tum quia sequeretur, quod in Ecclesijs, vbi nulla sunt sepulcra; sed omnes in Cęmeterio sepeliuntur, non posset dici sepulcrum maiorum ibi habere; qui habet ibi maiores sepultos, quod est falsum. Adhibitum est autem nomen sepulcri; quia frequentius est, & iura magis adaptantur ad ea, quę frequēter accidūt, quā ad ea, quæ rarò s. Insula, q̄ in mari inst. de rer. diu.

Declaro 3. Sepelientem in sua Ecclesia, quos non debet teneri re-A stituere corpus, & omnia occa-A sione funeris aquisita cap. in nostra de sep. *Portella.* u. Cā. Portu.

Tertius casus est si quis sepulturam non eligat, nec sepulcrum habeat B maiorū, sepelitur in Parochiali, B vbi Ecclesiastica recipit sacramēta cap. ex parte, cap. in nostra de sepul. cap. 1. de sepul. in 6.

Declaro 1. Mulierem etiam nuptā posse sepulturam eligere; sed ea non electa, sepelitur in sepulcro viri si etiam si reuersa sit ad domum, *Abb.* cap. de vxore de sepul. vir habeat, vel illud declaret aliàs in sepulcro maiorum vxoris, *Abb.* d. cap. de vxore, & si plures habuit viros in sepulcro vltimo cap. 1. §. mulier eo. in 6. si mulier præmoriatur statur cōsuetudini, qua deficiente in sepulcro viri.

Sed an præ mortua vxore sepultura electa, debeat vir ibi sepeliri, si non eligat, nec habeat; videtur quod sic propter vnionem; sed negatiua est verior; nam indecēs videtur virum sequi dispositionē vxoris. *Abb.* l.c.

Declaro 2. Canonicos non electa sepultura, non in Cathedrali; sed C in Parochiali, vel maiorum, se-C pulcro si habeant, sepeliri debere; quia ibi habent domicilium, & si non recipiunt à Parochiali sacramenta; per Parochum non stat; imò in infirmitate recip unt *Lap.* alleg. 3. fallere credo, vbi Canonici proprium habent sepulcrum in Cathedrali, quia saltē tacitè illud eligere videntur, vbi alij Canonici solēt sepeliri, vt hic

Brittonorij.

Declaro 3. Parochus apud suam Parochialem sepeliri debere, etiamsi non resideat; quia licet male faceat residentiam non tollit Parochiam, *Lap.* alleg. 63. *Grat.* cap. 94. nu. 74. Clerici non habentes Ecclesiam si non eligât, nec maiorum habeant sepulcrũ, in Parochiali sepeliuntur. *Barb.* iur. eccl. lib. 1. cap. 10. sub nu. 34. nisi aliud sit in Consuetudine, vt Brittonorij, vbi omnes clerici habent in Cathedrali sepulcrum.

De mortuis satis. ad viuos redeamus.

De Præcedentijs.

CAP. VI.

Ex beneficijs, & Ecclesiastatũ gradibus oritur sæpè præcedẽtia, quæ fructus de fumo dici solet. Ideò occasione fructuum rite explicanda venit, de qua duo breuiter explicabimus.

1. Quid sit præcedentia.
2. Aliquas regulas pro illius obseruatione; sed quia fumus cito trā-

A sit propterea non multum immorabimur.

DE 1. Præcedentia est Prælatis vnius super alterum ratione Ecclesiæ, vel gradus excellentioris, siuè antiquioris possessionis, aut alias ratione consuetudinis, vt ex sequentibus regulis clare discernitur.

DE 2. Plures regulæ statuuntur in materia præcedentiæ.

Prima Regula. Clerici seculares p̄cedunt semper regularibus in omni loco, etiā in ipsorum Regularium Ecclesijs Sac. Rit. Cõg. 28. Septembris 1602. & alibi

B pluries apud *Barb.* iur. eccl. lib. 1. cap. 49. num. 191. Ideò Clerus secularis est dignior, & honorabilior; nam sit publicis functionib' posteriori loco incedit. *Rot.* 4. p. nouiss. decis. 595. Imò clerus secularis præcedit Regularium Priori etiam sacram Reliquiam deferēti. Sac. Rit. Cong. Senegal. 24. Septemb. 1605. & 23. *Ian.* 1610.

Declaro 1. Quod illa Religio præcedit, quæ prior est in Institutione. Rot. coram Lancell. Romana præcedentiæ 24. *Maij* 1600. apud *Ric.* 2. p. resol. 102. Loquēdo in generali potissimum si cõuenirent, vbi non haberent monasteria; sed in Parochiali distinguo inter æquales illi præcedunt qui priores sunt in loco ex Bulla Greg. 13. de præced. *Inter mendicantes* ita Sac. Cong. Rit. 23. Maij 1603. 14. *Iun.* 1608. 14. *Febr.* 1615. & Oritana 20. Septẽb. 1619. ac alibi pluries apud *Barbos.* Collect. Bullar. u. Regulares. S. nam cum sint dignitate æquales, attenditur ordo temporis *Ric.* l. c. resol. 101. Inter inæquales di-

gnitate, ille præcedit, qui maiorē habet dignitatem, ordo .n. qualitatis est potior ordine temporis l. 1. C. de consul.

Declaro 2. Quod inter Regulares, qui sunt in loco priores præcedentia consideratur, ratione antiquitatis, & sufficere prioritatē vnius dici *Gloss.* cap. duobus de rescrip. in 6. & si non appareat. Addo prioritatem vnius puncti, vel momenti dare præcedentiam *Tiraq.* de primog. q. 2. *Cassad.* decis. 20. de præb. Ideo optima cautela est, vt de hora fiat nota, licet enim posset per testes probari facilius id fiet, si notarius de hora fecerit mentionem, *Rebuff.* de pacif. poss. nu. 199. *Vid. Ric.* 2. p. resol. 103. De præcedentia Confraternitatum vid. inf. ca. 12. D.

Secunda Regula. Ille præfertur, cuius caput præfertur *Felin.* ca. cum nō liceat de præscrip. & cap. Pastoralis de off. deleg. num. 9. *Cassan.* Cathal. gloss. mund. n. 4. consid. 32. *Rot.* corā *Lancell.* decis. 127. inter select. membra .n. debent sequi caput, vt ars imitetur naturam l. quibus idem ff. de verb. oblig.

Declaro 1. Canonicos collegialiter incedentes in processionibus, sessionibus, & quibuscunq; actibus publicis præcedere Abbatibus, etiam vsum mitræ, & baculi habētibus, *Dec.* cap. 2. de Iud. *Nau.* in cap. 2. de maior. dicuntur .n. clerici primi ordinis, & faciunt vnum corpus cum Episcopo cap. cum clerici de verb. sig cap. quāto de his quæ fiunt à Præl. *Ric.* 1. p. resol. 90. Similiter in Sinodo Clerici vnius plebanatus, sub vno Archipresbitero congregati præcedūt alijs posterioribus Archipresbiteris, ratio desumitur ex regula.

Declaro 2. Quod si in aliquo loco Ecclesia inferior matrice erigatur in collegiatam, tunc priuate, & singulariter Canonicus præcedit Rectori Ecclesiæ matricis, quia in illo actu habet personam digniorem; sed in actibus publicis, vt processionibus, &c. Rector matricis præfertur capitulo collegiatæ; quia habet caput dignius .s. Ecclesiam matricem; Iura .n. matricitatis sunt maiora iuribus collegiatæ *Seraph.* Burgen. Præmin. 1570. & *Rot.* diuers. p. 3. decis. 1243. vbi dicitur iura matricitatis non tolli per inferiorē Ecclesiā collegiatam erectam. *Ric.* 1. p. resol. 621.

Sed si querat quis de præcedentia Vicarij Episcopi. Distinguo de Vicario Generali, & Foranio.

Quoad Vicarium Generalem subdistinguo duos casus.

Primus Casus est de dignitatibus Ecclesiasticis, nam Vicarius Generalis absente Episcopo præcedit quibuscunq; dignitatibus Cap, & toti Clero, *per tex.* Cap. Percipimus dis. 93. vbi Locumtenens debet locum sui principalis tene-

re, non obstante quacunq; cõsuetudine, Sac. Congr. Andrien. 1. Aug. 1610. & Ferratien. 10. Decembris 1614. & pręcedit etiam Prothonotarijs non participantibus Sac. Congr. Rit. 10. Aprilis 1604. Illiq; reuerentia debetur à Canonicis etiam exemptis, ratione subcollectorię Sac. Congr. Rit 11. Nouembris 1614. sed presente Episcopo de iure Capitulum præcedit Vicario Generali; tum quia facit vnum corpus cum Episcopo, qui est caput, & Canonici membra cap. nouit de ijs, quæ fiunt à præl. membra autem non debent à capite separari, Rot. coram Lãcell. Decis. 127. Tum quia quælibet vniuersitas est dignior, quam singularis persona, cap. statutum de elect. in 6. & multis pbat, Cassan. Cathalog. glos. mund. p. 4. consid. 32. & licet Vicarius representet Episcopũ, & habeat ordinariam iurisdictionem supra Capitulum ipsum, & Canonicos, hoc facit, vt Vicarius pręcedat, vbi maiorem habet iurisdictionem non quando Capitulariter Capitulum est cum Episcopo. Tum ratione connexitatis Ric. 1. p resol. 557. Tum quia tunc rapræsentat Ecclesiam Cathedralem, quæ plus alijs debet honorari. Imò Vicarius, vti Vicarius etiam absente Episcopo non potest cauere missas conuentuales in solemnitatibus, & alias functiones agere, vt est benedictio candelarum, palmarum, delatio Sanctissimi Sacramenti, &c. nam hæc tunc ad primam spectant dignitatem Sac. Cong. Rit. 10. Nouembris 1614. Neque Vicario

F etiam Apostolico datur liber osculandus; quia id soli Episcopo competit Sac. Cong. Ep. 28. Aug. 1589. & 14. Aprilis 1592. Alicubi tamen de consuetudine Vicarius præcedit Capitulo, etiam Episcopo presente vide sup. p. 2. sect. 2. cond. 2. ad fin. T.

Secundus casus est de Iudicibus, & Magistratibus laicis vbi Ric. 1. p. resol. 555. Sustinet Vicariũ Generalẽ Episcopi semper Gubernatoribus, & Iudicibus laycis pcedere. Tum quia digniorẽ habet auctoritatem, & quanto quis

G maioribus præest tanto ipse est maior §. nos igitur Aut. de defen. Ciui. præest. n. rebus, & personis Ecclesiasticis. Tum quia rapresentat Episcopum ergo eadem honoris præeminentia illi debetur talis. n. debetur subrogato, quæ principali, Gloss. cap. qua de causa 2. q. 4. qdquid. At Barb. iur. eccl. lib. 1. cap. 25. ait Vicariũ præcedere omnibus Iudicib9 laicis Sac. Cong. Rit. 27. Feb. 1610. Exceptis Gubernatoribus Ciuitatum, quæ sunt capita Prouinciarum. Sac. Cong. Ep. Narn. Episcopo 30. Iunij 1592. Ego vero distinguo, si Episcopus est pñs, tunc secularem magistratum Vicario præcedere refert, Menoch, fuisse

fuisse decisum ab Episcopo Bellunensi cons.257.num.94.vol.3. Sed absente Episcopo subdistinguo.

1. Præsides Gubernatores Prouinciarum, & Ciuitatū Ecclesiæ subiectarū, qui immediatè creantur à Summo Pontifice, vt per litteras in forma Breuis præcedunt Vicario. Tum quia in illis locis sunt maiores omnibus post Papam cap.cum venerabilis de consuet.cap.mandata, *ubi DD.* de præsump. Tum quia gerunt vices Papæ; ideo sicut Papa sunt honorandi specul. de leg.§.1. Tū quia in specie Gubernatorē Perusię præcedere Vicario consuluit. *Abb.* lib.1.cons.35.ad fin.& de Gubernatore Beneuenti Vicario Archiepiscopi firmat, *Mandos.* de inlib. q.4. num.7.& 8.vbi addit Vicarium illum Gubernatori inhibere, & hoc non obstante Gubernatorem Vicario præcedere.

2. Alijs verò Iudicibus inferiorib. Vicarius Generalis præcedit, Ita ex *Sbroz* de off. Vic. lib.2.q.26.

Per eādem distinctionem mihi fuit rescriptum pro intelligentia extrauag. cum *Mattheus* de hæret. vbi statuitur Ordinarios non posse censuras fulminare in officiales Sedis Apostolicæ sine eius licentia, sed debere Romam Informationes mittere, vt .s. procedat de Iudicibus fluētibus immediatè per breuia à Sum. Pont. non de inferioribus per simplices litteras patentes deputatis: hos.n. Episcopus cēsuris, & alijs afficit pœnis pro qualitate delicti & ita in praxi seruari vidi.

Quoad Vicarium foraneum. Ille nullam habet præcedentiam in sessionibus, processionibus, & Ecclesiasticis functionibus excepto in Congregationibus, quæ fiunt singulis mensibus, de mandato Episcopi, in quibus tanquam delegatus Episcopi pręcedit in illa actione tantum, non in missis, & alijs ante, & post Congregationē. Ita Sac. Congr. Rit. Brundusien. 17. Nouembris 1600. Siragusana 22. Aug. 1610. Salernitana 27. Martij 1628. Neritonen. 22. Decembris 1629.& alibi sæpius, vt apud *Barbos.* lib.1. cap.25. nu. 57.

Declaro 1. Eadem ratione si aliqua alia illi committerentur ab Episcopo, in illis tantum pręcederet, idquæ procedit ratione officij, secus si alia ratione præcederet e.g vel qualitatis Archipsbiteratus, vel antiquioris possessionis, vt infra dicetur.

Declaro 2. Quando dicitur Vicarium debere honorari, sicut eum, qui mittit per tex. cap. fin. d.93. vbi Gloss. non procedere in foraneo, qui non censetur eadē persona cū Episcopo, nec idem Auditorium, nam ab illo ad Episcopum appellatur, non à Vicario generali, & Vicarius foraneus nō dici-

dicitur officialis propriè, sed abusiuè *Sbroz* l.c. q.20. *Ric.* 1.p.resol. 552.

Declaro 3. Quod Vicarius Generalis, vel foraneus alteri simili nō præfertur data paritate officij dignitatis, & scientiæ.

Fallit 1. Si vnus magis principalis esset declaratus.

2. Si inter eos locus esset præuentioni.

3. In diuersis locis, & causis; quia tunc in suo loco, & causa vnus alteri præfertur latè. *Sbroz* lib. 2. qu. 61.

Tertia Regula. Præcedentia attenditur ratione suæ Ecclesiæ, & iurisdictionis. Ideo Sac. Cong. Barchinon. de Mense Ian. 1609. Statuit Episcopum in sua Ecclesia, & Diœcesi in consecrationibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferri non solum Episcopis Antianis; sed etiam Archiepiscopis, excepto proprio Metropolitano. In alijs tamen debere eos honorare, & illis dexteram concedere. Limitarem in illis, in quibus proprij Episcopi requiritur auctoritas, vt in ordinum collatione; in hac .n. Episcopus etiā proprio Metropolitano præcedit, nam contra Episcopos ordinantes, subditos alienos, sine sui ordinarij licentia; *Trid.* sess. 14. cap. 2. ad fin. pœnam imponit suspensionis per annum à collatione ordinum.

Declaro 1. Quemlibet Ecclesiæ Rectorem in functionibus in sua Ecclesia exercendis præcedere quibuscunq; alijs Rectoribus, & etiā Archipresbiteris, excepto proprio Archipresbitero in cui⁹ plebanatū est sua Ecclesia. Tum quia valet arguere à simili. l. non possunt ff. de legibus; & inferiores decet imitari maiores. Tum quia Archipresbiter de iure præcedit omnibus presbiteris sui plebanatus cap. fin. de off. Archiep. & præcedentiam habet etiam si sit ruralis ratione stolæ Sac. Cong. Rit. Nullius 12. Maij 1612. Limitarem in actibus, in quibus de præcepto Parochus est necessarius, vt in assistendo matrimonio cap. 1. de ref. matr. *Trid.* sess. 24. & in alijs vbi Rubrica Parochum vocat, vt in funeribus in quibus Parochus Archip. præcedit.

At hic quæritur in funeribus an Parochus defuncti præcedat Capitulo, vel è contra. *Distinguit* Rubeus si Parochus consideretur vti Clericus in actibus spectantibus ad Clericos, qualis est cultus diuinus, vt in litanijs, & huiusmodi Capitulum præcedit; quia tūc sunt membra corporis Ecclesiæ vna cum Episcopo; sed in actibus concernentibus curam animarum, vt in funeralibus, &c. tūc Parochus præcedit Capitulo etiā Capitulariter incedenti; quia in his, quæ ad proprium spectāt officium quilibet alter præfertur, Ideo Inquisitor Episcopo præfertur

tur in rebus fidei Direct. Inq. p. 3. q. 50. num. 3. Parochus autem in actu Curæ animarum gerit vicem Episcopi cap. bonæ 12. q. 2. cap. ad Apost. de donat. Ideò sicut si tunc Episcopus adesset, & Parochi officium exerceret, Capitulo præcederet, ita Parochus. Confirmatur ex Rituali Romano, vbi statuitur, quod Parochus incedat cum stola, aspergat aqua benedicta, & prim' imponet Antiphonam *Exultabunt*.

Non obstat alicubi adesse Consuetudinem in contrarium; quia potius dicitur Corruptela; nec amittitur ius præcedentiæ non vtēdo; quia cum non possit renuntiari in præiudicium Ecclesiæ non nocet successori, *Decin.* lib. 1. cons. 21. nu. 74. Et ad hanc consuetudinem inducendam requirūtur 40. Anni, & probari debet, quod actus fuerint facti, vt illa cōsuetudo inducatur, & tunc præcedit Capitulum non de iure; sed de consuetudine. *Rub.* in suis sing. tom. 2. p. 4. vbi refert *Gratiani* approbationem, & addit suam defensionem contra *Morbiolum* Canonicum Mantuanum.

Verum quia contrarium declaratū fuit à Sac. Congr. Rit. ideo Capitulum præcedere dicendum est; nam in Viterbien. 25. Iun. 1611. deciditur, quod Canonici Cathedralis præcedāt Parochis etiam Cotta, & stola indutis. Item Sac. Congr. Rit. Ostien. 28. Aprilis 1617. statuit, quod Canonici Collegiatæ præcedant Parochis p̄pris defunctorum, multò magis Capitulum Cathedralis, quod in omnibus p̄cedit Collegiatæ Sac. Cong. Prænesten. 18. Aug. 1618. Præterea Canonici Cathedralis, & illius presbiteri præcedere omnibus Curatis in processionibus, & funeralibus etiam in Ecclesijs Curatorum resoluit Sac. Congr. Rit. Sutrina 2. Aug. 1603. & Pisauten. 23. Maij 1603. Procedit si incedant Capitulariter; nam si singuli sine Cruce illis præcedūt Parochi Sac. Cong. Rit. Sutrina 20. Decemb. 1603.

Declaro 2. Extra Diœcesim Episcopos præcedere secundum antianitatem, & antiquitatē suæ possessionis, & p̄motionis. Sac. Cōg. 21. Martij 1609. Idem dicerem in inferioribus; quia eadem viget ratio. Quod intelligitur data paritate prærogatiuæ Ecclesiæ. Ideo Curatis præcedentia datur primò ratione prærogatiuæ Ecclesiæ, deinde in pari prærogatiua ratione Antianitatis. Sac. Cōg. Astien. 21. Martij 1609. Ideò Parochis omnibus etiam ipsius Ciuitatis semper præcedunt Canonici Collegiatarum Sac. Cong. Rit. Fauēt. Brisighellæ 12. Martij 1616. Imò Canonici Colleggiatarum in funeribus præcedūt Parochis proprijs defunctorum Sac. Cong. Rit. Ostien. 28. Aprilis 1617. Sed Canonicis Colleggiata-

giatarum semper præcedunt Canonici Cathedralis in omnibus Sac. Cong. Rit. Prænesten. Cauarum 18. Aug. 1618. Non obstante quacumq; contraria consuetudine Sac. Cong. Tuscan. 19. Aug. 1619. Sed an Parochi Ciuitatis præcedunt Archipræsbiteris ruralibus. Resp. ità de consuetudine seruari Arimini, q̃ videtur mixta rationi, quia est Clerus Cathedralis, & ita colligi videtur ex dicta declaratione Sac. Congr. Brisighellę ibi etiam Parochis ipsius Ciuitatis, quæ verbà ex speciali mẽtione indicant aliq̃d speciale in Parochis Ciuitatis.

Quarta regula. Ille præcedit, qui maior est ordine, & dignitate. Hæc regula statuitur à Card. Tutrecrem. cap. Episcopus d. 17. & sequitur Bursat. *lib. 4. cons. 343. nu.*
L 8. Nam duplex ordo præcedentiæ reperitur .s. prioritatis temporis, & maioritatis honoris, & dignitatis .· Prioritas temporis attenditur cæteris paribus .i. inter existentes in dignitate æquali, sed vbi adest maioritas qualitatis, & dignitatis, non attenditur ordo temporis, sed ille præcedit, qui maiorem dignitatem habet tex. est insignis l. vnicuiq; C. de proxim. sacro. scrin. vbi dicitur, quod qui posteriori tempore in militiam admissus est, posteriori loco sedere debet nisi in alijs meritis; & laboribus dignior iudicetur, idem ex l. 1. C. de consul. *Ric.* 2. p. resol. 101. & 3. resol. 273.

Declaro 1. Præcedentiam ratione dignitatis attendi, tàm ex parte Ecclesiæ, quàm personæ. Ex parte Ecclesiæ. Ita Archiepiscopus pręcedit Episcopis etiã antiquioribus, dicitur. n. ab Anchos. i. super, & Episcopus: Dignitates in Capitulo pręcedunt Canonicis, Archipresbiteri alijs pręsbiteris etiam Parochialium Rectoribus, *Rot.* 1. p. diuers. decis. 326. Rectores Vicarijs; quia est ius potentius, quod quis habet iure proprio, vt habet Rector, quàm alieno *Iason* l. more ff. de iurisd. omn. *Iud. Rub.* in suis sing. ad decis; 127, *Lancell.* pag. 348. vbi ita ex Rota refert decisum. Vicarius autem non dicitur nomine proprio, sed alieno possidere. *Vital.* Clem. vnica de off. Vic. num. 22. & 23. *Barbos.* iur. eccl lib. 1. cap. 16. nu. 30. Curati tandem simplicibus præcedunt, quia maiorẽ habent iurisdictionem arg. cap. in nouo 16. q. 7. Ex parte personę habetur ratio doctoratus, qui est dignitas multum considerabilis. *Abb.* can. quanto de magist. *Fellin.* cap. 2. de mag. Doctores. n. sicut quasi radij solis, cap. multi de pen. d. 2.

Ideo Doctores præcedunt militibus in sessionibus, processionibus, & alijs similibus, *Ric.* 3. p. resol. 271.
M Canonicus Doctor præcedit alijs Canonicis etiãm antiquioribus, *Franc. de Aret.* cons. 23. sic Episco-

ſcopus Doctor præfertur Epiſcopo, nō Doctori, *Ric.* l. c. *Boer.* tract. de auct. magni conſilij ſub num. 62. & 80. quę Doctrina eſt potiſſimum vera in pluribus eodem die promoti, ideo inter duos officiales eodem die creatos præcedit qui prius officium aliquod exercebat l. 1. & 2. ff. de Alb. ſcrib. l. 1. C. de conſul. & de duobus Ducibus eodem die creatis pręcedit, qui prius erat Comes D. de Frāch. p. 2. deciſ. 365. & 1. p. d. 144. Fallit tamē vbi ſtatutum, vel cōconſuetudo diſponeret aliter, *Ric* l. c. nu. 4. & ità fortè intelligitur, *Nau.* cōſ. 5. de maior. & obed. vbi ait Prioritatem præponderare Doctoratui, Nobilitati, & Proth.

Declaro 2. Sac. Cong. declaraſſe Canonicos maiores in ordine e. g. presbiteros præcedere debere Canonicis minoribus in ordine e. g. Diaconis, vel ſubdiaconis N etiam tempore, & poſſeſſione antiquioribus non obſtāte quacūq; contraria conſuetudine, quæ potius dicitur abuſus, vide verba declar. apud *Ric.* 1. p. reſol. 554. & licet loquatur vbi ſunt diſtinctæ præbēdæ presbiterales à Diaconalibus, tamen ratio ibi allegata viget in omnibus; quia. ſ. qui prior eſt in ordine in loco etiam præmitti debeat ad trad. in priu. reg. quando tamen minor ordine fuerit æqualem ordinem ſuſceptus, reuertitur ad ſuam præcedentiam; quia ſtante ordinis ęqualitate antiquitas poſſeſſionis dat præcedentiam, & ità ſeruatur Cæſenæ, & alibi.

Declaro 3. Archidiaconum præcedere Archipresbitero probari in cap. 1. de offic. *Archip.* vbi dicitur ſciat Archipresbiterum ſe eſſe Archidiacono ſubiectū quod autem Archipresbiter Archidiacono præcedat deducitur ex cap. O officium de off. Archip. vbi abſēte Epiſcopo Archipresbiter pferfertur Archidiacono in functionibus Sacerdotalibus, & licèt regulariter debeat Epiſcopo referre, minima tamen poteſt per ſe terminare, vt not. Gloſſ. cap. fin. de off. Archip. Conciliantur Archidiaconus præcedit in adminiſtratione Archipresbiter in diuinis *Gloſſ.* cap. 1. de off. Archip. Dicitur autem poſſe minima expedire .i. ſine figura Iudicij; quia non habet ex ſe Iuriſdictionem, *Rot. per Farin.* poſt. lib 2. deciſ. 129. *Barboſ.* Iur. eccl. lib. 1. cap. 26. num. 32.

Declaro 4. Quod Abbas ſi eſt prima dignitas in Cathedrali, ſemper præcedit toti clero, quia talis dignitas eſt Epiſcopo proxima *Azor.* 2. p. lib. 2. q. 2. Si eſt extra Cathedralem non præcedit Capitulo, & Canonicis collegialiter incedentibus, ſed bene ſingulariter. *Nau.* conſ. 3. 4. & 5. de maior. Canonicis autem Collegiatæ etiam collegialiter incedentibus

Rot. 4. p. nouiss. decis. 595.

Declaro 5. De iure communi Archidiaconum præcedere Præposito, & illi debere præcedentiam in incensationibus, osculo pacis, & alijs; quia Archidiaconus primam tenet dignitatem in Ecclesia post Pontificalem, Rot. decis. 4. in nouiss. de elect. & 4. p. diuers. decis. 865. sed quia alicubi Præpositura reputatur prima dignitas, ibi Præpositus præcedit Rot. 4. p. diuers. decis 866 & 519

Declaro 6. Canonicos Cathedralis præcedere Canonicis colleggiatæ etiam insignis per trad. p 2. sect. 2. cond. 2. T. Canonicos vero Collegiatæ insignis ab illius erectione præcedere Canonicis collegiatæ non insignis etiam antiquioribus Sac. Congr. 24. Maij 1612. *Barb.* ad Trid. sess. 24. cap. 13. de resol. nu. 5.

Declaro 7. Prothonotarios Apostolicos olim præcessisse Episcopis. sed Pius *II. Const.* 4. præcedentiam Episcopis cōcessit; quia Episcopi tenent locum Apostolorum, Prothonotarij Euangelistarum describendo acta Pontificis vt notat Cherub. scol. 2. d. Bullæ Cæteris autem præcedunt inferioribus exceptis Canonicis collegialiter; quia vniuersitas est maior qualibet singulari persona *cap. statutum* de elect. in 6 præcedunt bene Canonicis singulariter, quia præcedunt etiam secretarijs Apostolicis, vt not. Cherub. scol. 2. *Innoc.* 8. ad const. 12. Non præcedunt Abbatibus; sed alijs inferioribus; quia Sac. Cōg. Rit. *Ausulana* in Apulia 6. *Martij* 1610. censuit Archidiaconū, qui est Prothonotarius ex priuilegio vtentem habitu Prothonotarij, reputari vt extraneum, & ei locum assignari post Abbates. Procedunt dicta de Prothonotarijs non participantibus; nam qui sunt de numero participantium non solum præcedunt Abbatibus etiam vsum Mitræ habētibus Sac. Cong. Rit. Romana 13. Iulij 1601. sed etiam Canonicis cuiuscumq; Cathedralis, etiam quattuor Patriarchalium etiam Collegialiter incedentibus; Sac. Cong. Rit. in Vrbis 4. *Maij* 1613. & etiā Canonicis S. Io. Lateran. super quæ vide Doctissimum responsum *Rubei* 2. tom. singular. p. 4. & Referendarios præcedere Canonicis, & dignitatibus extra ecclesiam resoluit Sac. Congr. 6. *Iunij*, & 4. *Iulij* 1626.

Declaro 8. Quod in præcedentijs non habetur ratio personæ quæ sustinet vicem duorum; *Ideo* dicunt Gloss. & Gemin. cap. à collatione de appell. in 6. quod Episcopus sedens in Capitulo vti Canonicus stat in loco, qui ad eum spectat vti Canonicus, nō vt Episcopus. & tunc Vicarius Episcopo sedenti vti Canonico præcederet *Sbroz* lib. 2. cap. 25. nu. 11. Similiter quando Canonicus est

Vicarius

Vicarius, sedet in Choro, & Capitulo in loco Canonicatus, non Vicariatus *Sbroz* l. c. nu. 29. quia nemo potest gerere vices duarũ personarum, in oneribus, & honoribus vt latè probat *Ric.* & regulam hanc duarum personarũ declarat 2. p. resol. 473. & in pũcto resolutionis præcedentiæ idẽ *Ric.* 3. p. resol. 274.

Declaro 9. Coadiutorem non p̃cedere Canonicis etiã posterioribus; quia est Canonicus fictus, ideo potius verus præfertur ficto cap. fraternitatis de frig. & malef. & cap. cnm venerabilis de relig. dom. Quare coadiutor sedet in vltimo loco Canonicorum, qa nõ propria, sed aliena præfulg t dignitate. Nec potest esse Delegatus Apost. neq; Iudex Synodalis, *Barbos. ad Trid.* sess. 25. ca. 7. de ref. nu. 24.

Procedit 1. Data paritate ordinis, quia si fit coadiutor Canonici Sacerdotalis, sedet post omnes Canonicos Sacerdotales, sed ante omnes Diaconales, & Subdiaconales cap. statuimus de maior. locum autem in Choro aquirit post mortem coadiuti *Thes.* for. eccl. cap. 19. nu. 60. & seqq.

Procedit 2. Nisi aliud in forma coadiutoriæ sit expressum, Sac. Cong. relata per Barbos. l. c. nu. 19.

Procedit 3. Nisi esset Coadiutor dignitatis; quia tunc Coadiutor absente sedet in eius loco supra omnes Canonicos Sac. Cõg. apud *Barbos* l. c. nu. 20.

Declaro 10. In gratiam cuiusdam amici mei, quod Plebanus, & Archipresbiter sunt idem generaliter, licet strictè diff rant; nam Plebani sunt, qui in celebriorib' oppidis constituuntur, & dicuntur propriè habere personatum, quia præcedunt alijs in sessionibus processionibus, & alijs functionibus, large etiam dicuntur habere dignitatem. *Azor.* 2. p. lib. 3 cap. 21. Archipresbitero verò dicuntur qui etiam in Villis constituuntur, ideo vbi talis distinctio obseruatur, vt in Diæcesi Brittonorij Plebani præcedunt Archipresbiteris ruralibus tanquam maiori dignitate fulgẽtes. Nam ad sciendum quænam maior sit dignitas, statur consuetudini. Illa. n. est maior, quę proprio maiori habetur, *Germon.* de indul. S. etiam nu. 17.

Quinta Regula. Ille pręcedit, qu prius dignitatem, vel beneficium consecutus est patet cap. duob' cap. tibi de rescrip. in 6. quia qui prior est tempore, potior est iure l. 1. potior ff. qui potior in pign. Ideo præcedet, qui primo dignitatem officium, Doctoratum cõsecutus est, licet sit ætatæ iunior, vt pluribus probat, *Ric.* 3. p resol. 270. & 276 etiam cum dicitur seniores pręferri in electionibus testimonijs, & alij per *Gloss.* & *DD.* in l. cum quid ff. si cert.

pet. cap de quibus d. 20. *Intelliguntur* seniores, non tam ætate, quàm sapientia. Regulaq; procedit inter æquales, & cęteris paribus *Alex. & Dec.* d. l. cũ quid *Card.* d cap. de quibus. *Ideo* iuniorem præferri qui sit melior dicitur §. fin. Aut. de Monachis, & similiter iunior præfertur, qui maiorem haberet dignitatem vide supra regulam quartam.

Declaro 1. Præcedentiam antiquitatis locum haberi inter milites magnæ militiæ eiusdem ordinis, secus diuersi ordinis, quia tunc ordo maioritatis inspicitur Sac. Cong. Rit 9. Maij 1609.

Declaro 2. Ad consequendam pcedentiam ratione bneficij non sufficere prioritatem temporis in data; sed possessionem requiri; ideo Canonic⁹ posterior in data prius capiens possessionem præcedit priorem in data, qui fit in possessione posterior. Tum quia inter consules præfertur, qui pri⁹ cepit possessionem *l. 1. C. de Consulibus*. Tum quia antiquiori Canonico datur honor præcedentię propter maiora onera, ideo datur ei, qui prius cepit possessionẽ, & ex hac ratione. *Ità* resoluit, *Rot. coram Litta* Vicentina præced. 17. *A*prilis 1599. & plurib. probat *Ric.* 1. p. resol. 555. *In* alijs autem antiquitas sufficit promotionis de præcedentia vid. plura sup. n. 2. sect. 2. cond. 2. ad fin. *S. T. F.*

Sexta Regula. In materia præcedentiæ in primis attendi debet consuetudo. *Rot.* coram Blanchet. Oriolen. 24. Octobris 1586. & 4. p. nouiss. decis. 595. *Bald.* cap. cum olim de consuetud. & alij apud *Ric.* 3. p. resol. 272. *Ideo*

T Barones apud Regem sedere debere in loco cõsueto tradit *Bald.* cap. 1. §. Marchio num. 5. de his, qui feudat. & sequitur *Felin.* ca. statuimus de maior. *Rub.* in suis obseruationibus u. præcedentia vbi plures affert Rotę decisiones dat. n. consuetudo locum standi, eundi, sedendi, &c. *Bald. l. c.*

Immò consuetudo iuri præfertur, *Bald.* d. cap. cum olim *Felin.* l. c. *Caualer* decis. 649. *Mantic.* decis. 175. *Rot.* 4 p. diuers. decis. 585 etiam si consuetudo esset contra ius *Seraph.* decis 954. *Greg. XV.* decis. 360 *Barbos.* iur. eccl. lib. 1. cap. 43. nu. 179.

Declaro 1. Quod si de præcedentia agitur iudicio petitorio, requiritur consuetudo decennalis, & sufficit etiam de iure Canonico *Aret.* lib 3. conf. 23. *Gramat.* decis. 64. nu. 34. *Ric.* l. c. sed in possessorio potissimum summarijssimo, vnicus actus attenditur, & vltimus cap. cum ecclesia Sutrina de causa poss. vbi *DD. Menoch.* cons. 126. vol. 2. *Bursat* cõs. 343. lib. 4. nu. 74.

Declaro 2. Quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis, & primus occu-

patot tuendus est. Accedamus tract. de exeq. mand. p. 1 cap. 19. num. 16.

V *ltima Regula*. *L*icitum est cuiquè suam præcedentiam defendere; quia cuilibet concessum est iure
V naturali sua iura tueri *l.* obseruare § antequam de off. proconf. l. decernimus C. de sacrosan. Ecl. & licitè Capuccinos deduxisse prætensionem præcedentiæ contra Conuentuales; quia prius erant in loco iuxta Bullā Greg. 13. dicit *Ric.* 2. p. resol. 101. licèt decisum sit Conuentuales præcedere, quia Bulla Greg. habet locum in diuersis religionibus.

Declaro 1. Id fieri debere absq; ambitionis, & superbiæ vitio, sed obseruandi ordinis causa, ca. vlt. d. 89. cum similibus, de quibus per *Menoch.* d. conf. 126. *Tiraq.* de primog. in pręf. num. 13. Nūquam. n. quis obliuisci debet de humilitate in quacuuq; præminentia constituatur; *I*deo Papa
X sedet jn sede forata, vt humilitatis recordetur etiam quod sedet in sede gloriosa, & in die illius Coronationis in summitate arūdinis stuppa comburitur, & sic dicitur *Pater sancte sic transit mundi, Ba. bos.* lib. 1. cap. 2. num. 22. & 23.

Declaro 2. Ius præcidentiæ defēdi posse armata manu. *I*deo existens in possessione præcedentiæ,
Y etiam vnico actu potest resistere, ei, qui vellet eum amouere. *Bald.* in l. obseruare §. antequam in fin. ff. de off proconf. *Menoch.* lib. 3. conf. 257. nam causa honoris, & vitæ æquiparantur, *Gloss.* §. suspectus inst. de suspect. tut. *Ideo*, qui se defendendo in hoc aduersarium occideret pœna tantum extraordinaria plecti debet. *Grat* cap. 110. num. 20. *Ric.* 1. p. resol. 559.

Declaro 3. Illas Confraternitates pręcedere debere, quæ prius vsæ sunt sacris tam in processionib. publicis, quam priuatis Greg. 13. apud quarantam u. *Præceden-*
Z *tia*, & controuersias ortas inter confratres de præcedentia terminat Episcopus, *Nau.* cōs. 3. de for. comp. Procedit si respiciat actus spirituales, vt circa ordinē incedendi habitum, &c sed circa actus merè temporales cognitio spectat ad Iudicem laicum. *Gras.* decis. 232. *Mar. Ric.* 3 p. resol. 144. Imò etiam inter regulares omni appellatione remota, & quibuscunq, non obstantibus, *Trid.* sess. 25. de reg. cap. 13. *Thes.* for. eccl. cap. 8. nu. 18. vbi refert decisionem etiam summariè, & de plano, & sine figura, & strepitu Iudicij dictas controuersias per Episcopum esse componendas.

*A*mpliatur in quibuscumq; Confraternitatibus, & Regularibus, & quibuscumq; tumultibus, & cōtrouersijs, ità vt quod *E*piscopus diffinierit sit executioni demandandum omni appellatione remota.

remota, *Guttier.* Canon lib. 1. cap. 35. *Grat.* in decis. 232. *March. Barbos. ad Trid.* sess. 25. cap. 13. de regul. num. 16. Vbi nu. 17. refert DD. declarare prædictã facultatem Episcopis competere, quando ex dictis controuersijs sequeretur scandalum, alias nõ; quia dictum decretum dat remedium subsidiarium, & paratum ad remotionem scandali, alias Iudex competens aducẽdus est *Decian.* lib. 2. cons. 63. *Cened.* can. quæst. q. 16. num. 17. lib. 1. *At* à redditibus, & prouentibus ad expensas nos conferamus.

De expensis Beneficiorum. CAP. VII.

QVI sentit commodum, onus pariter, vt ferat iustum est l. Vnica C. de cad. toll. reg. qui sentit de reg. iur. in 6. & ad quem spectat emolumentum, vt expensas quoq; patiatur rationi consentaneum est cap. Ecclesiasticis 12. q. 2. l. secundum naturam ff. de reg. iur. Vnde post multa capita de fructibus, in presenti dicemus de expensis beneficiorũ,
A quæ potissimum sunt 12.

1. Bullæ.
2. Ministri.
3. Procuratio.
4. Cathedraticum.
5. Subsidium charitatiuum.
6. Quarta decimationum.
7. Seminarium.
8. Reparatio.
9. Semen.
10. Æconomus.
11. Subsidium triennale.
12. Taxa triremium.

1. *Bullæ* expediuntur expensis noui Rectoris Ecclesiam aquirentis, tum quia ille de iure ad expensas tenetur, cuius gratia actus celebratur *l.* sed si hæreditas ff. ad exhib. Tum quia emptor, non venditor astringi debet ad soluendum gabellas; quia aquirit Cap. Tholos. decis. 451. ita à simili ex eisdem rationibus. *Ric.* 1. p. resol. 25. condemnauit emptorem rei Ecclesiæ ad expẽsas breuis. *Si in euidentem*. Quod verum firmat, vbi aliter non sit conuentum, vel aliter consuetudo disponat; quia illa esset seruãda. Potest tamen beneficiarius de fructibus superfluis tantundẽ suis erogare, quantum sui impẽderunt in bullarum expeditione absq. vllo scrupulo, nam rectè impendit dumdamnum suæ familiæ illatum resarcit, ita DD. communiter.

2. *Ministri.* In hoc tamen attendenda est Ecclesiarum conditio;
B nam aliquę habent onus Vicariorum, tum amouibilium, tùm perpetuorũ, & de iure communi quilibet Curatus habere clericum, qui illum iuuet, & seruiat in Ecclesia cap. vt quisq; de vit. & honest.

& honest. *Gloss*.cap. sicut de cons. eccl.u. nec etiam circa med. *Verall*. 3.p.decis. 328. & in dubio ecclesiæ fructus præsumuntur sufficere duobus in Parochiali, *Felin*. cap. ad aures de rescrip. facit ca. 1. de inst. *Ric*. 1.p.resol. 511. excusatur Rector si sit pauper, vel habeat alios de populo addiuuãtes, *Rot*. 4.p.nouiss.decis. 605.

3. *Procuratio*. Est refectio, quæ debetur tum legatis ratione legationis, cap. cum instantia, cap. accedentes de censibus. Tum ordinarijs ratione visitationis cap. conquerente de off. ord. cap. procurationem de cens. & de hac loquimur, ratio est, quia si spiritualia seminant, non est magnum, si temporalia metant in sustentationem, *Marian*. de visit. nu. 37.

C

Declaro 1. Nulla prescriptione tolli posse ratione Visitationis, quia omnis prohibetur prescriptio tollens Visitationem, cap. cũ ex officij de prescrip.

Procedit 1. De futuris procurationibus, *Barbos*. iur. eccl. cap. 22. lib. 3. num. 25.

2. *In preiudicium aliorum, vt. s. alij ad aliarum ecclesiarum procurationem teneantur* d. cap. cum instantia *ibi* nullum excusatum, *& ibi* longissimo tempore. *Ideò* si Episcopus habuit Procurationem ab Archipræsbitero etiam tempore Visitationis aliarũ Ecclesiarum dabit illi litteras, vt recipiat ab alijs, quod pro eis expendit d. cap. cum instantia §. Sana *vbi Gloss*. u. alijs ait ita de facto seruari.

3. Quoad substantiam, quia bene præscribitur, quoad modum .i. in illis non in his fructibus, in pecunia &c. DD. d. cap. cum ex officij, *Barbos*. l.c. num. 24. Vbi scitdum est non posse solui procurationem de iure in pecunia inuitis Rectoribus cap. 1. de censibus, immò nec eis volentibus cap. 2. de cens. & licet postea cap. 3. de cens. permiss. fit de consensu Rectorum, tamen fuit prohibitum per Trid. sess. 24. cap. 3. de ref. vers. exceptis. debetur .n. in Victualibus, si tamen adesset præscriptio poterit etiam in pecunia recipi vt dictum est. *Trid*. l.c.

Declaro 2. Procurationem debere esse moderatam attentis facultatibus Ecclesiarum, & alijs circumstantijs d. cap. cum instãtia § sanè.

Sed à quibus soluenda est Procuratio?

Resp. ab omnibus beneficijs, & etiam hospitalibus datis in titulum, vel administrationem Sac. Cong. apud *Zerol*. p. 1. u. hospitale etiam si sint possessa per Cardinales, Sac. Congr. Neritonen. 13. Septembris 1631.

D

Declaro non teneri ad procurationem.

1. Hospitalia, & alia loca pia, quæ non dantur in titulum, nec habent beneficia annexa, cap. vlt. de cẽs. *Azor*. 2. p. l. 3. ca. 42. q. 1.

2. Eccle-

2. Ecclesiæ exemptæ d. cap. cum. instantia, *ibi* spirituali priuilegio. *Ideo* Vicarij Parochialium depẽdentium à Religione Hierosolimitana non tenentur ad procurationem Sac. Cong. Augustana 14. Decembris 1630.

3. *Ecclesiæ* in Ciuitate, quando Episcopus possit ad domum redire Sac. Cong. apud Piasc. p. 2. cap. 3. num. 65. *Ante* Trid. tamen de iure etiã cittationes Ecclesiasticæ ad procurationem tenebantur, cap. Venerabili de cens.

4. *Cathedraticum* est quod soluitur singulis annis *Episcopo* in honorem Cathedræ Episcopalis, & cõ- E sueuit solui singulis annis in Sinodo, vt facilius incitaretur Episcopus ad Sinodum celebrandũ, cap. conquerente vbi Gloss. de off. ord. *Ideò* dicitur etiam Sinodatiuum cap. olim de cens.

Declaro, quod quantitas est duorũ solidorum, qui solui debent iuxta estimationem monetæ, quæ antiquitus solui consueuit, nisi præscriptum sit, vt in minori valore soluatur, *Gloss.* d. cap. conquerente u. duos solidos. præscribi .n. potest in parte non in toto. *Ric.* 2. p. resol. 182.

Declaro Cathedraticum solui Episcopo à qualibet Ecclesia suæ Diœcesis exceptis Monasterijs ca. inter cętera 10. q. 2. *Gloss.* l. c.

5. *Subsidium charitatiuum est*, quod petitur ab Episcopo ab Ecclesijs sibi subiectis, quando propriæ Ecclesię reditus non sufficiunt pro omnibus incumbentibus. Dicitur *charitatiuum*, quia ex chari- F tate procedit, sed data rationabili causa Episcopus potest ad illud cogere, cum charitate tamen, & debito moderamine, cap conquerente de off. ord cap. cum Apostolus de cens. : nam sicut in regimine maxima accipimus ab Episcopo beneficia, ita illi subuenire tenemur vid. *Barb.* lib. 3. c. 2 &

Declaro 1. Quattuor requiri, vt charitatiuũ subsidium exigi possit.

1. Vt petenti competat vt *Papæ* ab omnibus *Ecclesijs*, *Cardinalibus* à suis titulis, *Legatis Papæ* cum pleno *Legationis* officio ab Ecclesijs suæ *Prouinciæ*; *Ordinarijs* ab ecclesijs sibi subiectis. *Bllen.* tract. de char. subsid. q. 1. nu 12.

2. Iusta causa, vt *Consecratio*, bullarum expeditio, Visitatio liminũ *Apostolorum*, expensæ in negotijs *Diœcesis*, fabrica suæ *Ecclesiæ*. Iter ad Papam, *Imperatorem*, vel Regem ob Ecclesiæ, vel Diœcesis vtilitatem, iter ad *Concilium Prouinciale*, de quibus *Barb.* lib. 3. iur. eccl. cap. 21. num. 24. & seqq. Nec pręsumitur causa, sed nota esse debet cap cum *Apostolus* §. prohibemus de cẽs.

3. Quantitas debita, quæ non est in iure determinata; sed decimã annui redditus esse iustam ait, *Card.* d. cap. cum *Apostolus*, nu.

4. De fructibus tamen non de distribu-

tributionibus *Bellencin.* l.c q. 76.
4. Vt à quibus exigitur soluere teneantur, vt sunt.
1. Capitulum, & Canonici, qui suo tenentur capiti subuenire.
2. Omnes beneficiatij cum cura, & sine cura.
3. Hospitalia, & loca pia non solum erecta in titulum; sed etiam alia Episcopi auctoritate fundata, secus si sint prophana. *Barb.* l.c. num. 47.
4. Pensionatij pro rata, fallit tamẽ, si à Papa pensio sit concessa libera ab omni onere ordinario, & extraordinario, sicut nec tenentur contribuere in expensis litis motæ in beneficio, nam licet Vsufructuarius, & fideicommissarius ad contributionem teneantur. *Rot.* diuers. 1. p. decis. 401. hoc est quia nulla competit exẽptio', vt in Pensione, *Ric.* 2. p. resol. 438.
5. Successor tenetur ad onera prædecessoris ecclesiæ anexa *arg. l. Imperatores* ff. de expens. l. hactenus ff. de vsufruct. Poterit tamẽ à quo maluerit exigere. s. vel à successore, vel prædecessore, vel hæredibus. *Azor.* lib. 9. cap. 14. p. 2. q. 6. ad fin.

Declaro 2. Non posse exigi charitatiuum subsidium.
1. Ab illis beneficiarijs, qui nihil habent vltra congruam sustentationem, *Bellencin.* q. 30.
2. A Clericis, qui non habent beneficium etiam si amplum habeant patrimonium, quia exigẽdum est de fructibus beneficiorum. *Azor.* l.c.
3. A laicis, quia licet debeatur à subditis itelligitur de clericis beneficiatis, cap. conquerente de off. ord.
4. A Monasterijs, quia non subduntur Episcopo, nisi habeãt ecclesias seculares subiectas, *Clem.* 1. & 2. de cens.
5. Ab Ecclesijs exemptis, vt à Vicarijs ecclesiarum S. Io. Hieros. Sac. Cong. 4. Decembris 1630.
VI. à subditis suffraganeorum, quia hoc non reperitur iure cautum *Barbos.* l.c. nu. 12.

Declaro 3. Posse Episcopum exigere illud toties, quoties rationabilis causa subsit, nec posse illud remittere semper in futurum, nec præscribi, sed bene alia re cõpensari, *Azor.* l.c. q. 7 vsq. ad fin.

6. *Quarta decimationum* est quarta pars decimæ omnium Parochialium, quę debetur Episcopo absq. illo onere d. cap. conquerente ca. quoniam, cap. dudum de decim. prius tamen erat tertia pars cũ onere fabricæ. cap 1. cap. vnio 10 q. 1. ratio est qa tota diœcesis est
H Parochia Episcopi. Ideò cõcurrit cum omnibus curatis vid. *Ric.* 2. p. resol. 227.

Declaro 1. Debere exigi à Rectore & non immediate a laicis, qa Parochus habet intentionem fũdatam pro exigendis decimis à laicjs, Episcopo tamen subuenitur officio Iudicis ad agendum

contra laicos pro sua quarta, quando Rector est negligens de hoc plenè, *Barbos.* Iur.eccl.lib.3. cap.20.à nu.16.per tot.

Declaro 2. Alicubi consuetudinē introduxisse, vt loco quartæ soluatur quantitas determinata, & in aliquibus fuit præscripta. Ideò consuetudo est seruanda, si tamē taxa fieret enormiter læsiua aliquibus ecclesijs cōpeteret restitutio in integrum.

Declaro 3. Episcopo etiam deberi Censum.

6. *Aliquod tributum* insignum subiectionis cap.1. & 3.de cens. Nō solum à Parochialibus, sed à simplicibus etiam decimam nō exigentibus; quia omnes Ecclesiæ sunt subditæ. Non potest tamen augeri, vel alius census imponi, cap.3.& 7. de cens. etiam si fructus, & prędia augeantur, vt not. *Gloß.* cap. prohibemus de cens.u. census. Vbi etiam exemplificat in quantitate huius census. s. libra Ceræ, piperis, vel decem solidis plus, vel minus.

7. *Seminarium*, nam Episcopus debet erigere Seminarium, vbi litteris, & cātu pauperes clerici instruantur, & pro expensis fit taxa à duobus de capitulo, & duobus de Clero, ad quam contribuere debent Mensa Episcopalis, Capitularis, & omnia beneficia, Abbatiæ, Personatus, Prioratus, & etiam quęcunq; iuris patr. singulis annis ad formam cap. 18. sess. 23. Trid. de refer. etiam si beneficia sint vnita Monasterijs, *Barbos.* ad Trid. l.c.nu.30. Imò cogi possunt contribuere etiam Confraternitates laicorum, si habeāt beneficia ecclesiastica annexa, aliàs secus, licet alia habeant bona, Sac.Congr.referente, *Barbos.* l.c. nu.26.

Declaro 1. Posse etiam Episcopū vnire dicto Seminario beneficia aliqua simplicia, etiam reseruata, vel affecta sine preiudicio viuentium *Trid.* l.c. quæ autem ad requirantur, vide p.1.cap.8.§.de Vnione. Quibus addo cum *Ric.* 3. p. resol. 417. Vnionem fieri posse etiam Seminario inchoato tantum, dummodo semper continuetur in perficienda fabrica, & in erigendo Collegio; quia fructus necessarij sunt ad instituendam fabricam, & ad alia, quæ denotant principium, vt Trid. l.c. nam omisso principio non potest fieri transitus ad finem l. fin. C. vnde vi. & cum dicitur requiri Seminariū factum, id fit ad tollendas fraudes, vt. s. fieri nequeat vnio, quando non apparet factū .i. in via, vel in termino.

Declaro 2. Prius fieri debere contributionem per taxam prędictā; quia Trid. ità disponit sumpto argumento ab ordine litteræ. l. quoties ff. de vsufr. cap. si quis §. verum de elect. in 6. Seminariū gaudere immunitate certum est, quia est locus pius, & ità seruatū Neapo-

Neapoli refert. *Ric.* 3. p. resol. 411. *An autem pro Seminarij erectione cogatur quis vendere. Ric.* 414.

8. Reparatio vbi distinctè procedendo.
1. De Cathedralibus.
2. De Parochialibus.
3. De simplicibus ecclesijs, & beneficijs dicemus.

1. Cathedrales ab Episcopo reparari debent. cap. 1. vbi Abb. de eccl. edif. Quia Episcopus est Rector; sed si non possit .1. quia detractis mille sibi necessarijs,
2 prout dicetur de censum respectu Parochi, tunc supplere debet Capitulum, & Canonici cum ea conditione detractis prius sibi necessarijs *Abb.* l. c. *Vgol.* 1. p. de pot. Ep. cap. 14. num. 5. Et si Capitulum nō poterit, tunc Episcopus cum cōsensu Capituli applicabit fructus beneficiorum vacantium *Io. And.* cap. si propter de rescrip. in 6. vide *Homob.* de exam. p. 3. trat. 15. q. 25. resol 4. Procedit de iure; nam si alia sit consuetudo, ea seruanda est, put si consuetudo esset, vt Parochianis incumberet Parochialis reparatio, ad eam officio ordinarij, eos cogendos esse testatur, *Homob.* l. c. p. 2. tract. 8. q. 26.

2. Parochiales Ecclesiæ hoc ordine sunt reparandæ.
1. A loco, vel portione particulari Ecclesiæ fabricæ deputata, prout in aliquibus locis reperitur cap. vobis, cap. quattuor, cap. concesso 12. q. 2. *Fusch.* de visit lib. 2. cap. 10. num. 16. si hæc deficiat.
2. Seruetur consuetudo, si aliqua sit in loco Ecclesiæ, vt .s. reparatio spectet ad populum, vel Communitatem in totum, vel in partem, *Abb.* d. cap. 1. *Vgol.* l. c. nu. 3. *Fusch.* l. c. nu. 5. *Homob.* d. q. 26. si consuetudo non adsit.
3. Parochus tenetur ad reparationem cū duobus conditionibus.
1. Deductis prius sibi necessarijs, ad congruam sustentationem probatur per tex. expressum Ex de his de eccl. ædif. vbi deciditur Parochum De his quæ super sunt reparare debere. *Rip.* resp. 22. col. 2. & intelligendum sic esse cap. 7. *Trid.* sess. 21. egregie probat, *Ric.* 2. p. resol. 476. Non habere autem necessaria Parochus dicitur cuius ecclesiæ redditus non ascendunt ad ducatos centum; quia centum ducati liberi absq; onere iuxta decretū Trid. remanere debere pro Rectore sicut mille pro Episcopo iudicanit, *Rota* diuers. 1. p. decis. 484. ità in hoc casu se iudicasse testatur, *Ric.* 1. p. resol. 518. ducatum est scutum illius regionis. Dic hoc sup. p. 2. sect. 1. cap. 1. cond. 1. §. de pensione.
2. Conditio est, vt ad dictam reparationem concurrant etiam alij clerici, quibus ecclesia est communis, pro rata, cap. 1. de eccl. ædif. & ca. fin. de his quæ fi. à m. p.

P 2 de-

deductis sibi necessarijs, vt firmat. *Ric.* l.c. ad fin. Sed si ecclesia non sit communis pluribus clericis; sed aliqui haberent ibi Capellas, & Altaria, hi ad ecclesię reparationem pro rata non tenentur, sed solum suorum Altarium, & Capellarum, vt vnusquisq; suum portet onus, *Vgol.* 1.p.cap.14.§ 1.nu.6.ad fin. Pensionarius An pro rata. Idem qd de char. subs. F. num. 4. Si Parochus, & clerici nequeant.

4. Patroni de quorum iurepatr. est Ecclesia cogi poterunt. *Trid.* sess. 21.cap.7.de ref. *Vgol.* l.c. nu.3. vers. 4.

Additur 5. Si prædicti omnes deficiant ad dictam reparationem Populum teneri, & cogi posse, ex quo ibi audit diuina, & Ecclesiastica recipit sacramenta, arg. cap. si Episcopus de off. ord. in 6. *Abb.* dist. cap. 1. *Ric.* resp. 21. Nec populus, & Parochiam hoc onus vitare poterunt renunciando vsui suæ Ecclesiæ; quia hoc nō pendet à facultate sua. cap. omnis de pen. & remis. *Ric.* 2.p. resol. 201. & 476. ad fin. *Vgol* l.c. vers. 5. Duo tamen requiruntur.

1. Vt omnia alia remedia deficiāt, itaut populus teneatur deficientibus alijs.

2. Quod reparatio sit necessaria, & non tantum voluntaria e.g. ad ornatum, vel translationem in loco oportuniori cum prima sufficiebat. *Grat.* cap. 84 nu. 21.

Declaro 1. Quæ dicta sunt de reparatione Ecclesiæ Parochialis eadem seruanda esse in reparatione domus Parochi, vel noua ædificatione; quia Ecclesia sine ministris nō sufficit ad sacramēta ministranda. *Vgol.* l. c. nu. 5.

Declaro 2. Ad hoc teneri omnes, non solum rustici, sed etiam nobiles; quia est opus publicum *Accendan.* de exeq. mand. lib. 2. cap. 14. nu. 19. Immò collectari possunt etiam forenses ratione bonorum, quæ ibi habent, *Barb.* de pot. Epis. alleg 64 num. 10.

Declaro 3. Sub nomine reparationis comprehendi omnia Ecclesiæ necessaria. s. luminaria, paramenta, & alia necessaria ad sacrum ministeria, cap. nemo ecclesiam de cons. d. 1. Ideo tamē dos ecclesię est assignanda, vt ad hæc sufficiat, *Azor.* 2.p. lib. 9. ca. 3. q. 7. & si cœpta sit Ecclesia coget Episcopus fundatorem, vel hæredem ad perfectionē, & dotem sufficientem, cap. cum sicut vbi gloss. de cons. eccl. vel Altaris Alias Episcopus de proprio tenebitur d. cap. cum sicut, & ibi Gloss. Quomodo Parochus teneatur in die Purificationis B. V. candelas distribuere, vid. sup. ca. 3. ad fin.

3. Simplices Ecclesiæ riedificandæ vel reparandæ sunt ab illis, qui fructus habent dummodo.

1. Reparatio sit necessaria. Ideò cogi nequit Capellanos contribuere

buere pro translatione *Altaris*, *Monald.* consf.88. in terminis.

2. Deductis prius sibi necessarijs, *Ric.* 1, p. resol. 302. quod si propter inopiam nequeant reparari vocatis quorum interest, quoad titulus transferantur in ecclesiā matricem illius loci, vel in viciniorem, siue noua altaria erigēdo, siue ad erecta aggregando cū omnibus emolumentis, & oneribus. Quo vero ad cæmenta, & materiam vendantur, & in dictæ ecclesię vtilitatem conuertantur, vbi tituli translati sunt arbitrio Episcopi Sac. Cong. apud *Ric.* 1. p. resol. 101. Quoad situm Priorum Ecclesiarum, poterit ab Episcopo conuerti in vsus prophanos; sed non sordidos relicta ibi *Trid.* sess. 21. cap 7. vsus sordidi dicantur Episcopus arbitrabitur, *Vgol.* 1. p. de pot. Ep. cap. 14 §. 1. nu. 6.

Declaro 1. Vicarium Episcopalem non habere facultatem prophanandi ecclesiam sine spirituali facultate Episcopi. *Vgol.* l. c. Episcopus autem non debet prophanare siue causa Sac. Cong. apud *Ric.* l. c.

Declaro 2. Quod si Parochiani nolint, vel non possint Ecclesias Parochiales reparare, debent penitus dirui, & materia vendi ab Episcopo *Nau.* de spol. §. 18. num. 11. *Barb.* de pot. Epis. alleg. 64. num. 13. & ità fuisse Romæ decisum ait, *Ric.* l. c. ad fin. Cura autē alijs vicinis Parochijs, & commodioribus, & similiter bona, & emolumenta applicabuntur & ità seruari vidi.

At curiose quidem, & vtiliter de campanis in specie tres dubitationes practicabiles soluere proposui.

1. An in omnibus Ecclesijs liceat habere, & pulsare campanas.
2. Cuius expensis sint fundēdæ, vel reficiendæ.
3. An campana Ecclesiæ sit pulsāda ad persequendos hostes, & vt vulgo dicitur al arma, ita vt Parochi debeant saltem pupulo hāc comoditatem dare.

Prænoto 1. Pro intelligentia vtilitates, & fines, ad quos campanæ fuerunt institutæ, quos campana ipsa per præsopopeiam loquens his versibus declarat.

1 *Laudo Deum verum.*
2 *Plebem voco.*
3 *Congrego Clerum.*
4 *Defunctos ploro,*
5 *Nembum fugo.*
6 *Festaq; honoro.*

Vt facilius intelligantur breuiter elucidantur.

Primus finis apparet in elleuatione Sanctissimi Sacramenti ex inst. Greg. 9. vt refert Platina in eius vita, & in pulsatione signi *Aue Maria* Christum humanā carnem sumpsisse, & D. Atanasium sentire in initio diei, alios in meridie,

ridie,& alios media nocte.

2. Vt ad Missam,& alia diuina officia audienda.

3. Ad eadem celebranda.

4. Ad excitandum populum ad associãdum cadauera ad Ecclesiasticam sepulturam, ad fundẽdas orationes pro defunctis,& ad cõcipiendam mortis memoriam. Et hic mos pulsandi pro defunctis est ita gratus Deo, vt *Coron* l.c. referat olim per se cãpanas sonasse pro paupere mortuo, pro quo Parochus pulsare nolebat.

5. Tum quia sonitu rumpitur densitas nubium,& vaporem aeris. Tum propter sacrã benedictionem, qua campanæ sacrantur, & *Caron* cap.74.refert maiorem habere vim, si in eis imprimantur hæc verba, *Et verbum caro factum est*. Pulsantur etiam in fulminatione excommunicationis; quia sicut Demonia eijciuntur excõmunicati sunt membra Diaboli, & Petrus Cluuiacen.lib.1.de miracul. 13. refert Demonem ad sonum campanulę benedictæ fugisse a Monaco, cui suadebat fugam à Monasterio.

6. Tum in signum letitię, & honoris illius Sancti. Tum ad nos incitãdum ad illius cultum, & imitationem. Ideo in diebus passionis silent campanę,non solum ob mysticum sensum; quia Apostoli tunc siluerunt in cõfessione Christi: sed etiam quia cum hac tunc memoria inenarabilium Christi dolorum omittuntur signa letitiæ *Coron*. d.cap.75.

Prænoto 2. Duo copulatiue requiri, vt Campana denotet locum esse publicum, & sacratum, atq; Episcopi iurisdictioni plene subiectum.

1. Vt publice pulsetur, *Abb*.cap. patentibus de priuil.

2. Vt ibi diuina celebrentur; nam in multis locis campana publice pulsatur, vt in turribus communitatum,& illi loci non sunt sacri *Megal* prompt.u. campana nu.6.

Prænoto 3. Campanam dictã esse à regione Campaniæ,quia in Nola Ciuitate Cãpanie primo fuit reper. Ration.diuin. off. lib. 1. cap.4. His prænotatis.

Ad 1. Dico neminem posse in oratorijs priuatis publice tenere, aut pulsare campanam: sed solũ in Ecclesijs publicis, & contra facientes compellendi sunt per censuras ab Episcopo,vt desistãt cap. patentibus de priuil.

Dicitur publice 1. In Campanili eleuato ad conuocandum populum; nam in Oratorijs priuatis licitum est pulsare campanulam non eleuatam ad conuocandam familiam, vt not. *Abb*. d. cap. patentibus,& *Megal*. l.c. num. 5. Ideo Arimini non conceditur licentia erigendi campanile in nouis Oratorijs, nisi census Episcopo soluatur in signum subiectionis iuxta cap.2. & 3. de censi. de quo supra diximus in hoc ca. nu. 6.

num. 6. decl. 3.

Ad 2. Distinguo. Si adest consuetudo ea seruetur, vt docet *Megal.* l.c. nu. 3. Si non adest consuetudo. Aliqui dicunt Rectores teneri deductis sibi necessarijs modo quo exposuimus de reparatione ex cap. 1. de Ecclesijs edif. Quia pertinent ad ornamenta Ecclesiarum, & ad cultum diuinum, pro conuocatione populi ad diuina, quod si Clerici non habeat superflua tenetur populus *Barbat.* cons. 25. p. 3. *Bertran.* cons. 53. vol. 1. vbi tamen excusat. forenses ibi bona possidentes; quia non conuocantur. Alij dicunt solum populum teneri, quia campana nõ est ornamentum necessarium, & Rector non eget conuocatione, eiq; sufficit campanula, vel saltẽ pro maiori parte tenetur populus; quia maiora sentit comoda *Genuen* pract. Eccle. q. 148. nu. 6. Ego vero non recederem à communi modo de reparatione exposita; quia bona Ecclesiæ assignata sunt pro omni ornatu; & quia officium Parochi est relatiuum ad subditos, sequitur, vt si fructus superfint debeant, expẽdi ad omne necessarium pro populi vtilitate circa diuina, & si non superfint onus tunc in laicos trãsfertur. Forenses autem maiori taxa grauentur; quia non tamũ comodum, quãtum subditi recipiunt, non tamen omnino excusantur; quia campanæ repellendo tempestates eos iuuant, & colonos bonorum suorum ad diuina conuocant.

Ad 3. Resp *Genuen.* l.c. videri tacite affirmare, dum dicit quod laici solent vti campanis Ecclesiarum pro alijs vsibus extra cultum diuinum, vt ad persequendos hostes, & alia. Ego vero cõtrarium sentio. Tum quia cum campanæ sint per consecrationẽ ad officium pietatis deputatæ nõ debent adhiberi ad opus crudelitatis; Tum quia Ecclesia dat immunitatem cõfugientibus ad eam ex Bulla Greg. 13. sed hoc esset opus directe contrariũ effectum intendens. Tum quia nullibi in iure hoc onus reperitur Clericis impositum pulsandi ad arma minusq. dandi populo hanc comoditatem; quia nocturno potissimum tempore cogeretur casu occurrente Ecclesiam aperire cum maximis periculis. Tum quia si ob illum sonum ad quem Curatus efficaciter cooperaretur reus fuerit captus, & deinde morte, vel mutilatione dãnatus efficeretur irregularis, vt firmat *Maiol* de irreg. lib. 2. cap. 10. extendens etiam hoc in pulsante, dum reus ducitur ad supplicium, si pulset ad finem, vt securius ducatur ad mortem, licet secus si ad publicum exemplum *Quarant.* u. cãpana in add. Tum quia omnia iura ab Ecclesia omnes prohibent strepitus et

solum

fo[illegible]is processus.

9\. *Œconomus*; Beneficiario enim mortuo ex fructibus perceptis debent necessaria subministrari. Tum Œconomo, qui cōstituitur ab Episcopo ex *Trid.* sess. 24. ca. 18. de ref. & alijs ministris tempore vacationis, si sunt necessarij tum etiam nouo Rectori vsq; ad nouos fructus, siuè.n. fruct⁹ sint à Rectori, vel à Cameru percepti, portio illa pro ministris sustētandis semper est excepta, textus est rotondus cap. præsenti §. porro de off. ord. in 6. *Ric.* collect. 1327. ad fin. *Surd.* de alim. tit. 7. q. 35. & tit. 9. q. 12. nu. 12. q. 27. num. 14. In alijs casibus cum datur Œconomus, seu coadiutor, cuius detur expensis vide p. 2. sect. 1. cap. 3. cond. 2. *L.* & *M.*

Declaro 1. Eadem ratione perceptis fructibus Ecclesiæ virib⁹ suppositis, iuxta dicta de reparatione, adimplenda esse decreta facta in precedenti visitatione; nā dicto §. porrò dicitur, quod habens priuilegiū si reciperet fructus Ecclesiæ, intelligitur solutis debitis, & oneribus supportatis, vbi Gloss. u. oneribus etiam de fabrica explicat, & de alijs similibus. Decreta autem Visitationis sunt onera Ecclesię realia.

Declaro 2. Olim ad dirimendum lites inter Œconomos, & heredes Rectoris defuncti, Sac. Cong. statuisse; congruam portionem pro Œconomo duorum annco[illegible]ū singulis mensibus, & postea alias Episcopi comisisse arbitrio qualitate beneficij & Œconomo pēsatis, & etiam vnde sit sumenda, quando fructus essent consumpti, vel tenues, vt refert, *Garz.* p. 9 cap. 12. *Maßob.* req. 1. dub. 25.

MODO ex Bulla Pij V. habetur portionem Vicarij perpetui non debere esse maiorem centū aureis, nec minorem 50. Ideo hinc poterit exēplum sumi huius taxæ faciendæ, sed quia quælibet Diæcesis habet in hoc suam cōsuetudinem, ideo ea seruetur.

10\. *Semen* Mortuo Rectore de preteritis fructibus à quocumq; sint percepti dari debet pro agris ecclesiæ serendis, tum quia semen est pars fundi, nec vllo modo inter fructus cōputatur cuius rei clarum habemus testimonium, quod in solutione duorum pro centenario semen non computatur prædicta ratione prout mihi petenti rescripsit Eminentiss. Aldobrandinus tunc S. R. E. Camerarius præcipiendo, vt ità subcollectori Brittonorij significarem, quæ quidem litteræ in Cancellaria Episcopali huius Ciuitatis asseruantur. Tum quia ex fructibus deduci debent omnia onera d. §. porrò. Tum quia in d. §. porrò statuitur ministros alēdos esse vsq; ad nouos fructus, ergo clare supponit agros fuisse, vel per Rectorem, vel hæredes, vel successores satos, non nouus Rector

aequit

nequit se ingerere sub pœna intrusionis, vt patebit infra cap. 9.

Additur Cameram relinquere semen, ita de iure declarauit Emi. Duraz.

11. *Subsidium triennale*: est impositio ad sustinendam magnam expensarum molem pro Ecclesia imposita scutorum 300. millium ad triennium subditis status Ecclesiastici à Paulo *III*. Const. 38. quæ postea fuit confirmata à Paulo 4. Const. 20.

Declaro 1. Paulum 3. post dictam impositionẽ fecisse vnam declarationem .s. seculares ad dictam contributionem sempliciter, & omnino teneri. *Clericos verò* pro bonis Patrimonialibus, & ipsos clericos, & Religiosos pro bonis Ecclesiarũ *pro aliqua honesta portione*. Quam Bullam Sac. Cong. super bono regimine pro communitate Perusij contra illum Clerum 28. Septembris 1613. declarauit intelligendam esse, quod Clerici de bonis Patrimonialibus, teneantur contribuere, vt laici; quia causa impositionis æqualiter tangit, eo magis; quia dictio verè est repetitiua omniũ qualitatum præcedentis casus, & verba illa *pro aliqua honesta portione*. Restringi de bonis Ecclesiarum, prout refert *Cherub.* ad d. Bullam Pauli 3. Hic tamen animaduertendum est, Clericos de bonis patrimonialibus debere soluere vti laicos subsidium ipsũ quod Cameræ debetur; quia Sac. Cong. l. c. de illo loquitur, non autem de alijs oneribus, vt Magistri Scolę, salario officialium, Cõmunitatum, & alijs similibus, q̃ confusę cum subsidio exiguntur pro rata bonorum. Nam de ipso subsidio loquitur Sac. Congr. comparatiue ad Ecclesias, quæ non soluunt æqualiter subsidiũ, vt dictum est.

Declaro 2. Subsidium fuisse impositum subditis vti singulis non Communitatibus; quia fit mentio in Bulla de subditis, quorum appellatione communitates non veniunt. *Put.* decis. 164. lib. 1. præsertim attenta illa dictione *ipsis*. quæ personalitatem denotat, *Roland.* lib. 3. cons. 59. nu. 18. Soluitur autem à Communitatibus; quia fecerunt concordiam cum Cameram, & susceperunt onus soluendi, & exigendi à subditis, *Cherub.* Bull. 20. Pauli 4. in schol. & sic Communitates diuidendo subsidium cum Ecclesiasticis conuenerunt, vt aliquam paruam quantitatem soluerent, vt Brittonotij quattrenos nouem pro qualibet tornaturia.

Declaro 3. Bona patrimonialia Clerici esse duplicia.

1. Quę à Patre, & familia habent, vel ipsi aquirunt.
2. Illa ad quorum titulum sunt ordinati. de primis contribuere debẽt, vt laici in subsidio Cameræ debito. De secundis ad nihil

tenentur; donec beneficium Ecclesiasticum fuerint adepti. *Ità Sac*, Cong. declarauit, prout per per litteras Eminentiss. Burghesij patet quæ in Cancellaria Arimini Episcopali asseruantur. *Idē* de alijs oneribus declaratur per litteras Eminentiss. Barberini.

Declaro SS. DD. Vrbanum VIII. ob plurimas Ecclesię auctas impensas triennale subsidium ad 4. illius partem auxisse. Vbi sciendum est, ecclesias de eorum bonis debere soluere dictum augmentum. s. quartam partem pluris eius, quod soluere consueuerant, nam in hoc quoq; Ecclesiæ gaudent exemptione, vt pro honesta portione tantum soluant, & dictum augmentum, ità intelligendum esse declarauit Sacra Cong. Imm. 6. Maij 1631. per litteras ab Eminētissimo Gypsio subscriptas Episcopo Brittonorij directas cui absolutio Consiliariorum illius Ciuitatis committitur, cum diuiserint, & aliquibus annis exegerint dicti subsidij augmentum æqualiter à laicis, & Ecclesiasticis, causa .n, fuit coram me agitata, & postea ad Sac. Cōg. transmissa.

Declaro 5. Ecclesiastica bona in omnibus gaudere exemptione æqualiter cū laicis soluēdi; Nam contribuere debent solum pro aliqua honesta portione, vt in expensis pro conseruatione à Contagio factis, quod æqualiter omnes tangebat Illustriss. D. Matthæus Commissarius Apostolic. declarauit .s. Ecclesiasticos teneri ad contributionem pro tertia parte minoris portione laicorum 14. Septembris 1631. cuius litteræ in Cancellaria Episcopali Brittonorij asseruantur; & licet *Ozach* decis. 68. firmet clericos æqualiter debere contribuere, quando collecta respicit æquale commodum laicorum, & clericorum; hoc procedit ex æquitate, & vi directiua, non coactiua, vt not. *Bonac.* tom. 3. d. 1. q. 18. p. 3. sect. 3. num. 17.

Sed hic duæ remanent difficultates.

1. An Ecclesiæ de bonis de nouo aquisitis postquam territorium effectum est tributarium debeāt soluere subsidium, & alia onera ipsis bonis imposita, sicut ꝑ laicos soluebantur.

2. An Ecclesiæ, & Clerici teneantur contribuere ad refectionem pontium, & Viarum.

Ad primam Resp. bona per ecclesias aquisita de iure cōmuni effici libera. Tum quia mutatione personarum onera mutātur pedem. decis. 136. Natt. cons. 238. lib 1. vbi de communi testatur; tū quia è contra bona clericorū, quę sunt exempta deueniēdo ad laicos amittunt exemptionem *Guido* decis. 261. Verum quia Communitates habuerūt recursum ad S. Sedem Apostolicam prætendentes bona semel tribu-

taria effecta, transire cum suo onere ad quoscunq; priuilegiatos, cap. tributum 23. q. 8. Ideo emanarunt multæ sacræ Rotæ decisiones, & Sac. Cong. declarationes. Quare supposito prius falsam esse opinionem, Bart. l. rescripto §. fin. nu. 3. ff. de minor. scientis laicos efficere ab initio bona tributaria, ità vt postea transeant obnoxia etiam oneribus imponendis hoc .n. est contra ecclesiasticam libertatem, & prohibetur; cap. quæ in ecclesiarum de const. Aut. Cassa. C. de sacrosf. eccl.

Ego distinguo 1. in Terris Status S. R. Ecclesiæ bona per Ecclesias aquisita transeunt cum suis oneribus, quæ habeant ista requisita copulatiuè .s. imposita sint bonis propter bona.

1. Vera, & realia, atq; perpetua, & inuariabilia; vt Rot. coram Merlin. Alben. Gabellæ seu onerum 28. Iunij 1630. cum pluribus iuribus ibi congestis, & quia etiam super hoc Communitates mille difficultates mouebant .s. quænã essent prædicta onera, ideo per litteras Eminentiss. Barberini Episcopo Cesenæ directas 31. Ian. 1635. Quæ in illa Cancellaria asseruantur declaratum fuit ecclesias de bonis de nouo aquisitis teneri ad onera Cameralia tãtum, & quę cum effectu Cameræ Apostolicæ debentur, & non ad alia onera Communitatum quæ prius laici pręstabant ratione bonorũ illorũ; imò p alias litteras Illustriss. Præsidi Romandiolæ 14. Septembris 1639. declaratum est ad fauorem Cleri Sabiniani Dioc. Arim. Colonos bonorum Ecclesiæ teneri ad onera Cameralia, & non Communitatiua.

2. In statu Principum temporaliũ bona in Ecclesias translata non subiacent oneribus, quæ prius Domino temporali soluebantur ratione illorum bonorum ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis, quia hæc tunc expirat; sed tantum vno casu .s. quando fuit Tributum illum impositũ ex pacto, vel contractu celebrato inter laicos, & Principem, qui tali tributo, vel collecta reseruata prædia illa laicis concesserat; ecclesia .n. tenetur ad onera, quæ debentur ratione illorum bonorũ ex pacto, contractu, hyppoteca, ab illius authoribus imposita, vel conditione adiecta in legato, & huiusmodi, quia talis est conditio rei inhærens inseparabiliter, & vis illius transit, & continuat in quibuscunq; personis quomodocumq exemptis, & priuilegiatis. Felin. cap. Ecclesiæ de const. num. 77. Azor. 1. p. lib. 5. ca. 13. q. 1. Suarez ad Reg. Angl. lib. 4. cap. 20. nu. 6. & 15. Rot. Ped. decis. Thes. 234. num. 9.

Ad 2. Resp. de iure communi Ecclesias, & clericos exemptos esse

ab onere Pontium, & viarum Host. in sum. de imm. §. à quibus Ruin. cons. 111, lib. 5. nu. 16. Bero. cons. 31. lib. 1. num. 21.; qui de communi testatur, & lex instructiones C. de sacros. eccl. vbi contrarium disponitur, non ligat ecclesias. Tum quia lex Imperatoris est. Gloss. cap. generalia §. nouarũ u. collationibus 16. q. 2. Imperator autem non solũ iurisdictione caret super ecclesijs; sed etiam ipsemet est subditus ecclesiæ, & iuri Canonico, sicut quilibet laicus cap. nullorum cũ seqq. 96. d. Bald. cons. 372. lib. 1. num. 5. Tum quia lex illa correcta est per Aut. Item nulla de Ep. & Cler. Idem ab omni onere Datiorum, & Gabellarum, tam de bonis Ecclesiæ; quàm illorũ ad quorum titulum sunt ordinati licet exigentes de his non incidant excommunicationem, sicut de illis, Bonac. tom. 2. disp. 2. q. 9. pun. 2. nu. 11. & 12.

Addo neque Ecclesiasticorum colonos ad id teneri, quia priuilegiũ illud ecclesiæ concessum non est merè psonali, sed reale; Ideò prodest etiam colonis, Rot. corã Iusto Corrigien. Gabellæ 27. Nouembris 1602. & coram eod. Alban. Quart. 5. Iulij 1604. alia etiam est ratio; quia coloni cum tali exeptione sunt Ecclesiæ vtiliores, tum in contribuendo, tum in collendo Sac. tamen Consulta per litteras Eminentiss. Barberini Episcopo Brittonorij ad instãtiam huius Cõmunitatis 9. Feb. 1633. statuit, vt Ecclesiastici ad dictam contributionem concurrant pro aliqua honesta portione; sed solum ab Ordinario cogantur.

12. Taxa Triremium est quædam impositio pro expensis triremium S. R. E. Adest etiam taxa ꝑ spolijs, sed hæc potius facit priuilegium, quam onus. Hoc notandũ duxi quod vbi adest compositio super spolijs cuius vigore quotãnis R. C. Apost. certa quantitas soluitur, omnes illius beneficiarios diœcesis cogi possent ad solutionem annuam taxæ per subcollectorem manu Regia, & more Camerali, prout ego vidi ex priuilegio Capitulo, & Clero Brittori. concesso.

Appendix de valore Beneficiorum.

QVIS dicatur valor beneficij, & quomodo probetur videam°.

1. Valor beneficij dicitur solũ detractis oneribus Crescen. decis. 2. de prob. Rot. coram Oran. lib. 2. decis. 153. manuscrip. Rub. in obseruat. ex Rot. u. Regul. Cancel. ad reg. 54. de valore. Quæ autẽ sint onera patet ex hoc capite, alia possunt esse ex consuetudine loci.

2. Va-

a. Distinguendum est.

1. Si in valore principaliter fundatur intentio; tunc est plene probandus, vt quando valor per modum affirmatiuum fuit narratus e. g. dummodo remaneant centum pro Rectore, tūc .n. requiritur, quod verè remaneant.

2. Si vero non fundatur ibi intentio principaliter, vt si per modū negatiuum sit expressus e. g. cuius fructus valorem annum 24. ducatorum non excedunt, tunc non requiritur plena probatio; sed semiplena sufficit; quia excessus non præsumitur, *Rot.* decis. 174. coram Bellam. & coram Lancell. sen. decis. vnica de valore inter select. & in Clusina Pensionis 9. Decembris 1573. vide *Rub.* l.c.

Declaro beneficij valorem non augeri ex distributionibus quotidianis, neq; ex redditibus incertis, & casualibus; quia non computantur inter fructus, *Cassad.* decis. 6. de præb. modo declarato sup. p. 1. cap. 3. H.

Declaro 2. Valorem beneficij attendendum esse de tempore datæ, & impetrationis; non autem ante, vel postea *Cassad.* decis 19. super Reg. Ideò testes tempus impetrationis percurere debent, alios non probant *Seraph.* decis. 102. *Verall.* decis. 330. lib 3.

Declaro probari per publicam vocem, & famam, & testes de auditu *Put.* decis. 29. lib. 1. *Seraph.* decis. 962. non tamen per taxam *Lancell.* decis. nouiss. 189. vol. 1. Per arrendamenta autem ex pdecessorum expressione probatur, sicut per publicam vocem, & famam. Non per sola arrendamenta omninò; sed benè hæc excusant malam expressionem, *Verall* decis. 49. lib. 3. Vid. *Ric.* 2. p. resol. 454. & sup. p. 2. sect. 3. cond. 5. nu. vlt. I. De expensis satis, Beneficiarij officia explicemus.

De Doctrina Christiana, & alijs Parochi officijs.

CAP. VIII.

Beneficium datur propter officium, cap. quia per ambitiosā de rescrip. in 6. Ideo annexum caput de officijs Parochi capiti de oneribus subnectimus. Quadruplex autem est potissimū Parochi officium.

1. Doctrina Christiana.
2. Predicatio.
3. Sacrificium.
4. Sacramentorum administratio de quibus breuiter dicemus.

DE primo videre oportet quid sit Doctrina Christiana, qui docere, & qui doceri debeant.

Primò Doctrina Christiana Nomine fidei rudimenta continentur. i. Simbu-

Simbulum Apostolorum Dei, & Ecclesiæ præcepta; Oratio *Dominica*,& Sacramenta. *Prædi-*
A *cta* quilibet fidelis scire tenetur explicitè non quo ad verba illa præcisè, sed quoad substantiam; quia quilibet scire tenetur quattuor. i. Quid credendum sit, ideo debet explicitè.

1. Distinctè, & in particulari credere, & scire articulos fidei sub mortali cum hoc sit nostræ salutis fundamentum. Procedit de illis, quos solemniori ritu celebrat *Ecclesia*, vt Natiuitate Christi, Morte, Resurrectione, & Ascēsione, & in primis vnum Deum esse in essentia, & trinum in personis etiam quod sint personæ rudes ratione prædicta secundū Greg. de val. tom. 3. d. 1. q. 2. nam cęterorum articulorum ignorātiam, quos non adeo solemnizat Ecclesia non iudicat peccatū lethale, *Nau*. cap. 11. nu. 22. *Sd* u. fides, & u. Parochus. Sufficit. n. ista scire, & credere, ad vitandum peccatum mortale implicitè .s. quicquid S. Ecclesia proponit.

2. Tenetur scire, & credere explicitè quoad substantiā modo pdicto quid agendum sit, & ità Dei, & Ecclesiæ pręcepta. Ideò *Trid*. sess. 24. cap. 4. de ref. Præcipit, vt doceatur obedientia erga Deum, & parentes, hæc autem in pręceptis continentur. *Possen*. cap. 4. q. 2. & sub mortali iudicat, *Azor*. 1. p. lib. 5. cap. 6. q. 5. Quia lex habet cominationem censuræ, licet *Caet*. iudicet tantum veniale u. clericorum peccata.

3. Tenetur scire, & credere, quid sit petendum explicitè, & ità orationem Dominicam saltem quo ad substantiam, cap. vos autem omnia. vti Turrecrem de cons. d. 4. *Beia* p. 3. cap. 17.

4. Scire tenetur explicitè præcipua peccatorum remedia, & modos gratiæ consequendæ, & ità Penitentiæ, & quidem Baptismi Dominicæ, & Eucharistiæ; quia de his recipiendis præceptum omnes ligat, cætera sacramenta, quā non vult suscipere; tamen tenetur scire à Christo fuisse instituta vt spiritualia remedia, neque cū mortalis peccati labe ad ea accedendum esse. *Homob*. de exam. p. 1. ca. 1. pract. 3. q. 12. *Bannes* 2. 2. q. 2. art. 8. Reliqua in libellis Doctrinæ Christianæ contenta sunt ad bene esse *Possen*. l. c. q. 1.

Secundo docendam esse necessario Doctrinam Christianā nemo dubitat patet ex *Trid*. l. c. vbi statuit quod *Episcopi* curent diebus sal-
B tem dominicis in singulis Parochijs, vt pueri fidei rudimētis instruantur, & obedientia erga Deum, & parentes, *A quo docenda sit?* Concilium non exprimit. Ego distinguo 1. *Si* adest consuetudo, vt ab alijs quam a Parocho, doceatur, Curatus excusabitur, sed optimum faceret, etiam si ipse in hoc sancto opere se exerce-

ret

.act, vt not. *Poss.* d. cap. 4. q. 5.

2. Si alius non adest, qui doceat, tenebitur Parochus, Tum quia tenetur ignaros necessarijs ad fidem instruere; tum quia hæc est vniuersalis consuetudo, *Posseu.* l.c. *Sot.* de iust. lib. 10. q. 1. art. 3.

Declaro 1. *Episcopum* posse tunc Parochum cogere ad docendum suos subditos sub censuris. *Barb.* iur. eccl. lib. 1. cap. 11. nu. 7.

Declaro 2. *Notabilem* docendi fidei rudimenta negligentiam esse peccatum mortale, quia error est in re graui. *Sà* u. fides. nu. 2.

Declaro 3. Vbi difficile est ad doctrinam congregare subditos, vt in villis ob distantiam, & alia incomoda, Sacerdos in Missa illa explicabit pro capacitate audientium singula vice, & faciet, vt populus submissa voce repetat, quę ipse legit, vel docet, & ita ex frequenti repetitione oẽs instruentur, *Posseu.* l.c. nu. 7.

Tertio non solum pueri, sed multo magis adulti docendi sunt fidei rudimenta, quę ignorant, *Trid.* autem l.c. de pueris meminit; quia pueri debent instrui, cum adulti præsumantur instructi; sed quia ratio salutis in omnibus militat, ideo oẽs ignorantes cõplectitur.

C

Declaro 1. Non posse *Episcopum* multis pueros cogere ad dicendũ doctrinam Christianam Sac. Cog. apud *Zerol.* 1. p. u. doctrina §. 3. vbi dicit etiam censuris compelli non posse, quia *Trid.* l.c. loquitur de compulsione illorum qui docere debent: sed contrarium verum est. s. *Episcopum* censuris compellere posse pueros ad discendum; quia correlatiuorũ eadem est dispositio, l. fin. C. de indic. vid. toll. l. 2. C. ne liceat potẽt. potissimum cum sit eadem ratio d. l. fin. Frustra. n. compellerentur Parochi ad docendum, si auditores non essent. Ita vniuersalem esse vsum testatur, *Barbos.* iur. eccl. lib. 1. cap. 11. nu. 7. & de off. Parochi, ca. de Doctrina, & Trid. sess. 24. cap. 4. ad fin.

Declaro 3. *Notabilem* discendi negligentiam esse lethalem *Sà.* u. fides num. 2. & notabiliter negligentes arcedos esse a Sacramẽtis; secus qui legittimam habent ignorantiæ causam, & parum negligentes; sed discere sunt parati, *Azor.* 1. p. lib. 8. cap. 8. q. 5. Ideò rectè Episcopi in Sinodis rectè ignorantes fidei rudimenta arcẽt à matrimonijs, & à leuandis de baptismo pueris *Nal.* l.c. nu. 1.

Sed dicet quis, Episcopus fecit ædictum sub pæna excõmunicationis, vt pueri omnes accedant, & Parentes mittant filios ad Doctrinam Christianam, an sint tuti qui sciunt omnia fidei rudimenta, vel docentur domi à Patrib⁹, vel Magistris.

D

Resp. affirmatiuè, quia cessante ratione Legis cessat ipsa Lex. l. fin. ff. ad fil. cum simil. Duo tamen requiruntur.

1. Vt

1. Vt id in contemptum clauium, & Superioris non fiat.

2. Vt non tantum sciant memoriter recitare, sed etiam explicitè intelligant, quę scire tenetur. f distiñctè, & in particulari e.g. Christum esse secundam Sanctissimæ Trinitatis personam, conceptum sine virili copula Spiritus Sancti virtute, & virum B. V. fuisse Patrem tantum Christi putatiuum, & sic de alijs, & quod parentes, vel magistri æquibene doceant, quod vire euenire potest. In hac .n. distincta, & particulari cognitione apprimè necessaria totis viribus est insudandum, sine qua explicitè nemo scire dicitur, vt not. *Nau.* cap.11. num.22. & *Possev.* cap.4.q..3. Hisce deficiẽtibus, quæ, vt plurimum deficiũt responsio erit negatiua. Vbi notandum est graui scelere Patres obstringi, qui in hoc fuerint negligentes, præcipuum.n. Parẽtum officium est filios fidei rudimentis, & bonis artibus instruere Cath. Rom. precep.4.nu.12. & illius necessitatem considerãs Sancta Ecclesia in hoc non in alijs Patrinos, tanquam magistros, & adiutores adiecit Cath. Rom. de bapt. 26.& 28.sect.

Potest ne iudicari peccatum mortale, si quis sciat rudimenta fidei quoad substantiam, sed non eo ordine, & verbis sicut Ecclesia discenda proponit? Aliqui aiũt, Aliqui negant apud *Dian.* 2. p. tract.16.resol.14. Conciliantur. *Mortale* erit si id contingat ex pura negligentia. Tum quia canones id innuunt, Tum quia hic est vsus Communis Ecclesiæ, Tũ quia aliquãdo id scandalũ generat. *Ita Farin.* de heres q 179. §. 5.nu.8. *Naldus* u. Christianus 2. num. 1. Non *erit Mortale* si id cõtingat ob naturalem defectum, & incapacitatem etiam facta diligentia, vel quia non habuit Doctorem. Ità concludit *Suarez* de fide disp.13.sect.5. nu.12. & absoluendum esse etiam si nequè verbum retinuit, dummodo interrogatus sciat virtualiter contenta in præceptis, articulis, & oratione Domenica, ait *Barbos.* ad Trid.l.c.nu.24.

D E 2. An Curatus prædicare debeat, quando, & quod breuiter aperiemus.

Primo Curatum teneri non solum fidei rudimenta docere; sed etiã populo prædicare potissimũ inter missarum solemnia ex ijs, quæ in missa leguntur pluribus in locis statuisse *Trid.* sess.5. cap.2. de ref. sess.23. cap.1. de ref. sess. 24. cap.4. de ref. *Ità* Tol. cum communi lib.5. cõtra *Sot.* de iust. lib. 10. q.1. art.3. putantem sufficere fidei rudimenta docere.

Declaro 1. Pœnas esse plures Curati non prædicantis. *Prima* est peccatum mortale si excessus sit notabilis, quia est error in re graui, secus si vna, vel altera vice defice-

deficeret re Assignatio mercedis alteri, qui hoc faciat etiam si Curatus sit exemptus. Quod si sit sub inferiori habenti iurisdictionem Metropolitanus potest prouidere remota omni appellatione, recursu, & exemptione, *Trid.* sess. 5. cap. 2. de ref.

3. Censuræ, & aliæ arbitrariæ si spatio trium mēsium deficiat, *Trid.* l. c. Excusari tamen poterit tripliciter.

1. Si adsit alius, qui prædicet, vt in Ciuitate, vbi Episcopus prædicat, vel prædicatores deputat.

2. Si confessionibus, & aliorum Sacramentorum ministratione impediatur.

3. Malitia Populi si nolit audire, sed tunc Parochus rarò prædicabit, & prudenter aget, vt populus accendatur desideria verbi Dei, *Possev.* ca. 3. q. 6. quod si ex parte ipsius impedimenta reperiat, quæ fidem populi à se auferre possint, in primis amoueat; nam non solum verbo, sed etiam bono exemplo pascere debet, *Trid.* sess. 23. cap. 1. de ref.

Declaro 2. Posse Curatum per se, vel alium prędicare, *Tol.* l. c. ex *Trid.* sess. 5. d. cap. 2. tamen hoc tantum non putat, *Possev.* l. c. q. 2. implere per alium. Ego extra casum vbi aliquoties personę industria esset necessaria, Toleti opinio mihi tuta videtur; imò aliquando melior, ne populus suspicare possit, Parochum vti scientia Confessionis ad arguendum de vitijs, prout in praxi contigisse vidi, quod non militat in sacramentorum ministratione, vbi potissimum illius Curati industria electa est Clericum autem primæ tonsuræ si sit idoneus posse ab Episcopo deputari decisū refert *Barb.* ad Trid. sess. 5. cap. 2.

Declaro 3. Regulares non posse admitti à Parochis, neq; alios nisi ab ordinario approbatos. Ita declarauit Clem. 8. teste *Barbos.* ad Trid. sess. 24. cap. 4. de ref. nu. 7. & decisum ait *Galet.* u. Parochus 3. Posse tamē bis, vel ter resoluūt *Nav.* ca. 25, nu. 141. *Vgol.* de pot. Ep. cap. 42. §. 1. nu. 3.

Addo Regulares non posse prædicare, imò neq; adhortationes ad populum habere non petita priᵘ benedictione ab ordinario etiam in Ecclesijs suorū ordinum. Sufficit tamen, vt pro Ecclesijs suorum ordinum sit petita benedictio; sed pro alijs Ecclesijs debet esset obtēta. Ita declar. SS. DD. Vrbanus 8. 30. Ian. 1629. per litteras in forma Breuis Eminentiss. Cardinali de Sādoual apud *Barb.* l. c. num. 24. Contrafacientes etiam si sint exempti, & delinquentes in Confessionibus audiendis, siue in prædicando aduersus ea, quę declarata, vt supra fuerunt, possunt ab Episcopo puniri ex Const. Greg. XV. *Inscrutibili* de anno 1622. & pred. Vrbani 8. Nam alias à suis Superiori-

bus puniebantur, vt not. *Barbos.* l.c. nu.21. & seqq.

Addo non prohiberi Regularibus annuntiare populo in suis Ecclesijs festa, & ieiunia. Sac Cong. 1. Iulij 1620. Imò ad hęc posse cogi, vt ecclesię pręcepta seruentur per Episcopum ait *Portel* Episc. nu. 7. Neq; facere Confessionē, & ad Altare recipere elemosinas in missa. Nequeunt tamen ab Altari discedere Sac. Congr. 15. Septemb. 1629. *Barbos.* ad Trid. sess. 22. cap. 1. nu. 37.

Secundo Curatus prædicare debet Dominicis diebus, & festis maioribus, & tempore Aduentus, ac Quadragesimę saltē tribus diebus in hebdomada. *Trid.* d. cap. 4. & sess. 5. cap. 2. de ref. Consuetudo tamen seruari poterit; quia *Trid.* d. cap. 4. ait, *Si ità oportere iudicauerit.* Populus autem alliciendus, & monēdus est, vt dictis diebus Parochiam frequentet, Non posse tamen Ordinarium cogere populum ad audiendam concionem, & Missam in Parochiali mulctis, & pœnis refert decis. ex *Zerol. Barbos* l. c. nu. 17. Modus prædicandi erit cū breuitate, & facilitate iuxta audiētium captum ex *Trid.* sess. 5. cap. 2. de ref. Vt fiat omnia omnib. 1. Cor. 9. idest omnibus me attēperaui exponit ibi Theof.

Declaro 1. Prędicatoris deputationem de iure spectare ad Episcopum: sed consuetudo seruetur, cum distinctione. In Cathedrali sublata est consuetudo etiam immemorabilis per electio alteri competeret, ita vt in Episcopi sit arbitrio.

1. Vel permittere, vt populus faciat electionem, & tunc Episcopo competit approbatio, & cogere potest populum ad solitam elemosinam.

2. Vel Episcopus eligat, & tunc non potest cogere populum ad elemosinam, & sic in alijs Ecclesijs quando populo auferret electionem. In alijs Ecclesijs consuetudo non est sublata, in Cathedrali sumptibus Episcopi, quādo ad populum consuetudine non spectat, vel quando ab eo auferetur solita electio, Prædicator conducitur non obstātibus quibuscūq; consuetudinibus, & immunitatibus, vt ex Sac. Congr. *Barbos.* ad Trid. d. cap. 5. nu 9. & seqq. & Episcopus, vel Parochus per se prædicarent nō poterit cogi populus ad solitam elemosinā Sac. Cong. Vestana 20. Maij 1621.

Declaro 2. Episcopum non posse prohibere quin Prædicetur in Parochia, dum prædicatur in Cathedrali Sac. Cong. teste Sd u. Episcopus num. 43. excepto quando Episcopus ipse prędicaret, qui potest in omni Ecclesia regularum prædicare, debent in eo tempore omnes silere propter reuerentiā Sac. Congr. 2. Maij 1629. In ò Parochus ipse inter Missam potest

H

tem sermonem habere quãdo ipse Episcopus prædicat Sac. Cõg. Terulen. 11. Iunij 1631. Vnde patet à fortiori non posse Archipresbiterum prohibere, quin ꝑdicetur in Parochia Plebanatus, dum prædicatur in Plebe, & indebitè quendam Vicarium Foraneum fecisse præceptum super hoc sub suspensionis pœna ipso iure cuidã Parocho; Tum quia est contra Decreta, *Trid.* & Sac. Cong. Tum quia talis non competit iurisdictio Vicario Foraneo, cuius potestas in verbo *Referre* consistat regulariter.

Tertio prædicabit Curatus vitia vitanda, & virtutes sequendas, *Trid.* sess.5.cap.26. de ref. omittendo quæstiones inutiles, *Trid.* sess. 24. cap.7. de ref. & sicut in populo rudi non debet subtiliores tractare quæstiones, *Trid.* sess. 25.de Purg. ità in populo capaci poterit quædam altiora tangere, illud D. Francisci Xauerij monitum semper præ oculis habens, vt .s. non se ipsum ostentet; sed Christum prędicet,& Auditorum animis delictorum suorum dolorem incutiat.

Declaro 1. Quod si Curatus ad officium prædicationis se minus idoneum cognouerit, poterit illi° loco leggere aliquam partem libri spiritualis, si ità viderit Ministerium non irrideri; sed fructuosè agere pro audientiũ qualitate, *Possev.* cap.3.q. 12.ad fin.

Declaro 2. Quod si populus sit aliquibus peccatis implicatus nescitq; ea esse peccata. An Curatus teneatur ad monere.

X

Distinguo 1. Si sunt contra legem naturalem,& Diuinam,tenetur; quia populus tenetur scire.

2. Si sint contra legem positiuam subdistinguo in duobus casibus ad monere tenetur.

1. Si sint in damnum tertij.

2. Si sit spes emendationis. *Azor.* 2.p.q.4. cap.15. lib.12. In alijs casibus non peccaret si admoneret; quia *Trid.* sess.5. cap.2. de ref. ait Curatum debere vitia admonere; sed melius est tacere potissimum in duobus casibus.

1. Quando scandalum teneretur pusillorum. *Vid.* scandalum q. 3. not.2.

2. Quando emendatio non speratur; quia cum populus sit in bona fide, non est quod Curet Parochus de illorum instructione. *Rot.*4.d.18.q.2.art.2. ad 2. *Possev* cap. 3. ad fin.

D E 3. Tria discutiemus, quando Curatus, quãdo Canonicus, quãdio Beneficiarius simplex sacrificij valorem pro subditis, vel fundatoribus applicare teneantur.

Primo Parochus, & quilibet Curatus tenetur per se, vel ꝑ alios. celebrare in Parochia, quia tunc popul° tenetur audire. Curatus autem toties debet celebrare, vt muneri suo satisfaciat, *Villalob.* p.1.tract.8.dub.14.num.5. *Silu.*

L

in 3.p.q 83.art.1.q.17. *Trid.* sess. 23. cap. 14 Quoad autem sacrificij applicationem, Aliqui sētiunt teneri Curatum tot populo applicare sacrificia iuxta redditruum quantitatem, ità vt si magni sint etiam singulis diebus, & sic à nullo alio elemosinam accipere posse, *Sot.* de iust lib 9 q.3. art. 1. sed hæc opinio est nimis dura; nam prouentus pastorales non tantum pro celebratione sunt assignati, sed pro ministratione sacramentorum, & alijs oneribus. *Sil.* vbi supra, alij tacito nomine relati à *Suarez* tom 3, resp.86.sect.1.tenent Dominicis, & Festis diebus Curatum teneri populo sacrificium applicare, quia *Trid.*sess.23.cap.1.de ref.ait tunc pro populo debere offerre, sed offerre pro aliquo est valorē applicare. Hæc quoq; opinio est rigida; nam non est ità punctualiter determinatum per *Trid.* vt licet fateamur aliquando debere Curatum pro populo offerre, hanc obligationem impleri debeat festis diebus. Alij dicunt nunquam teneri pro populo applicare nisi in tribus casibus.

1. Quando constat per tabulas, & scripturas.
2. Quando adest Episcopi præceptum.
3. Quando adesset consuetudo, qa obligationes sunt restringendæ, nec inducendæ, nisi medio iure l. quicquid astringendæ de verb. oblig. & quando *Trid.* dicit debere offerre pro populo intelligitur celebrare, vt possit audire adimplēdum preceptum, & cōsequendum fructum assistentiæ respondentem, & ità declaratur per alia iura; nam cap. ipsi Sacerdotes 2. qu. 1. dicitu r ad hoc dari beneficium, vt curat us intercessor existat inter Deū, & peccatorem, *Nald.*u. Parochus nu. 19. *Vasquez* in 3.p. qu. 83. disp. 234. art.6. *Diana* tract.de celeb. resol.25.addit *Posseu.* ca.2.nu.4. etiam si adesset consuetudo eam non obligare sub sub mortale, nisi adsit Episcopi præceptum; quia non est inducenda consuetudo in præiudicium alicuius, sed hæc sententia nimis lata videtur; quia benefactores mortuos etiam iuuare tenetur; quod potissimum fit mediantibus sacrificijs.

Cōcludo ergo cum *Bonac.* de sacrif. p.7.ad fin. non obligari Curatū, ità præcisè ad applicandum sacrificium pro populo diebus festis, quin ab alio possit elemosinā accipere; sed teneri pro populo offerre arbitrio prudentis e.g. semel in hebdomoda si centū ducatorum ab omni onere liberos Curatus habeat, aut alias iuxta timoratæ conscientiæ iudicium. Cōfirmatur ex declaratione Sac. Cong. de celeb. miss. vbi habet non posse Curatum qui tenetur ratione beneficij celebrare si alia

capiat

capiat elemosinam vnica Missa satisfacere ergo tenetur aliquãdo ratione beneficij celebrare. Barbos. ad Trid. sess. 23. cap. 1. de ref num. 41.

Secundo Canonicus toties debet pro fundatoribus missam applicare quoties per tabulas constat, quibus deficientibus tenetur in sua hebdomada iuxta Ecclesiæ consuetudinem per se, vel per alios missas canere, & sacrificium pro Capitu i obligatione applicare, & si nihil constaret; quia missa Cōuentualis est, intrinseca Capitulo pro benefactoribus mensæ Capitularis, & desumitur ex cap. cum creatura de celeb. miss. vbi Papa statuit duas missas celebrari debere in collegiatis occasione funerum. s. curentem, & pro defunctis Reginald. lib. 29. nu. 168. Suarez 3. p. disp. 80. sect. 2. Fallit si adesset consuetudo, vel declaratio, eum ad applicationem non teneri, quia tūc posset aliam elemosinam accipere.

Sed an Canonico, vel alius Sacerdos possit ab vno elemosinam accipere applicando solitam partem sacrificij, & aliam ab alio, applicando suam partem sacrificij. s. valorē specialem, qui semper est proprius Sacerdotis? Aliqui affirmāt, quia cum dictus valor sit ipsius Sacerdotis poterit illud alteri concedere Henriq. lib 9. cap. 21. nu. 7. & alij apud Dianam de celeb. resol. 14. Alij fortè verius negant. Tum quia non potest Sacerdos dictum valorem alteri cædere cum Ecclesia illi tantum concedat, Suarez tom. 2. d. 79. sect. 9. in fin. Bonac. de sacrif. p. 8, num 16. Tum quia Sac. Cong. referente, Gauant. ad rub. missæ tom. 1. p. 3. tit. 12. nu. 29. Statuit non posse Sacerdotem vnica missa duplici satisfacere obligationi, sed de hoc dicem' in Horto nostro u. missę valor.

Tertio de beneficiario simplici,

Distinguo 1. si constat, quòd teneatur celebrare, & subdistinguo, si fundator applicationem præcepit toties applicare tenetur, si nō præcepit, si colligi potest fundatorem potius altaris, vel Ecclesię venerationem, vel populi commoditatem inspexisse, tunc satisfacit ibi celebrando, & applicare non tenetur. In dubio censetur fundatorem voluisse, quod saluti est magis vtile, & ita applicationem, pro illo. n. stat possessio, pro quo est præsumptio. Meno. l. b. 1. de præsump. q. 16. nu. 1. Sanchez lib 4. in sum. cap. 1. nu. 13. Nald. u. missa nu. 13.

2. Si non constat, quod teneatur celebrare subdistinguo si aliqua consuetudo, decennalis adesset deberet, illam seruare; quia fauore piæ causę tempus est modus inducendi obligationem, cap. ad Apostolicam de Simon. Fraxinel sect. 4. cond. 4. §. 17. Ideo ca. seruitium 18. q. 2. Mandatur vt monaste-

rasteria præstent Episcopis consueta seruitia. *Ric.* 3. par. resol. 360. si non constat per scripturas, nec adest talis consuetudo, ad nihil tenetur, sed sufficit, vt horas recitet.

Sed an Episcopus possit, tunc aliquando onus missarum rationabile imponere. Resp. *Barb.* de pot. Epi. 3. p. alleg. 63. num. 179. negatiue, & citat *Garz* qui testatur, ita fuisse decisum, & de oneribus in genere, ita tenet, *Ric.* 1. p. resol. 493. ex declar. Sacræ Cōg. & de missis resol. 345. quia in dubio res libera præsumitur *L.* si altius C. de seruit. & aqua. Ego vero putarem posse Episcopum aliquando celebrationem præcipere duobus concurrentibus.

1. Vt non appareat de contraria mente fundatoris.
2. Vt personale onus nō imponat. Tum quia non est verisimile fūdatorem erexisse beneficium, & nullum velle sacrificij suffragiū. Tum quia Episcopus potest se in vltimis voluntatibus intromittere, potissimum ad obseruantiā, & maiorem coltum diuinum, & salutem animarum, cap. nosq; de testam, vbi DD. Tum quia saltem in festo tituli videtur mēs fundatoris clara honorandi aliquibus missis Sāctum titularem. Tum quia multi timoratæ conscientiæ Episcopi, ita fecerunt, vt Emīnētiss. *Aldob.* in Archiepiscopatu Rauennæ, in Ecclesia simplici Sancti Sergij, quæ nullo missarum onere grauata ab eodem Eminentissimo recipit obligationem duarum missarum pro qualibet hebdomada, vt illius rector mihi significauit. Tū quia DD. tenentes Curatum ad nullā sacrificij obligationem astrictos esse, id tamen concedunt, quādo adest Episcopi præceptum, vt supra de Parocho vidimus, ergo idem est de semplicibus cum in his eadem, immò fortior vigeat ratio; nam Curata alia habent onera. Tum quia in cap. significatum de præb. Episcopo conceditur beneficio vacanti honestū onus imponere. Quare fortior est hæc præsumptio parochialis pro salute animarum, & maiori cultu Diuino, quā illa generalis, quod qualibet res libera præsumitur; Maior autem præsumptio excludit minorem ad *Menoch.* de præsump. Contraria vero procedūt de oneribus personalibus, vt quod debeat per se celebrare, vel residere, &c. hęc. n. Episcopus nequit imponere Sac. Cong. apud Piasece, cap. 3. p. 2. nu. 32.

Sed pulcra difficultas est. An qui tenetur in aliquo loco celebrare, non tamen sacrificium applicare vnde habet sufficientem elemosinam, possit aliam recipere pro sacrificij applicatione?

Negatiuam sententiam sustinet *Diana* tract. de celeb. resol. fin. & probat auctoritate, & ratione au-

auctoritas est, Sac. Congr. super Bull. *Vrb.* 8. de celeb. vbi dicitur Sacerdotes quibus diebus teneatur celebrare ratione beneficij, Capellæ, vel Legati, vel salarij, si alias elemosinas accipiant, non posse vtrique obligationi simul satisfacere; Ratio est quia stipendium non datur pro ipso sacrificio, & fructu spirituali; nā hoc esset simonia; sed pro labore extrinseco, qui est pretio æstimabilis, & pro hoc habet primā elemosinam, ergo nequit aliā capere, & p. 4. tract. 4. resol 6. adducit aliam Sac. Cong. decis. sub die 5. Septembris 1619. *Alij* verò affirmant, quia Sacerdotem celebrantem posse elemosinā accipere ab illo *p* quo celebrat sine peccato est vius Ecclesiæ vniuersalis, & communis sententia *Patrum Bartol. à S. Fausto* de iubil. lib. 1 q. 81. *Homob.* vol. 1. consul. p. 5. resp. 63. & alij. Ego quidem nullo modo ab hac affirmatiua recedere possum, siuè expressè illi remittatur fructus sacrificij, siue tacitè; vt si solum pro cultu Ecclesię, & cōmoditate alicuius tantum vocaretur ad celebrandum, *Ad* decis. Sac. Congr dico intelligendas esse quando Sacerdos tenetur celebrare pro peculiari intentione alicuius *Lod. à Cruce de Bull. Cruc.* d. 8. p. 3. dub. 19. nu. 21.

Ad rationem dico primum stipendium dari ratione laboris celebrandi tali loco, vel hora, & huiusmodi; secundum verò in sustentationem; quia licet habeat vnde aliunde viuat, congruit, vt qui altari seruit, inde viuat cap. cum secundum de præb. *Ità Io. de Lugo Hispal.* tom. 2. in 3. p. *D. Thom.* d. 1. sect. 1. nu. 21. & seqq. vbi refert se hunc casum cū Diana disseruisse, & d. Dianam fassum fuisse hanc affirmatiuam sententiam esse veram, & se in 5. p. correcturum. Confirmatur, quia per eundem Dianā l. c. resol. 4. cum *Homob.* & alijs potest Sacerdos diebus festiuis duplicatum stipendium capere.

D E 4. Signanter tria videbimus.

1. Quoties Curatus teneatur sacramenta ministrare.
2. *An* cum periculo vitæ.
3. Quæ sacramenta, & modum.

Ad primum aliqui tenent *Curatum* tunc solum sub mortali obligari quando subditus tenetur recipere, vel iure diuino, vt conferri in R articulo mortis, vel iure positiuo, vt Pascate, vel quoties ità necessarium videbitur ad aliquod mortale vitandum; ratio est; quia vel *Curatus* tenetur ex caritate, vel ex officio. Non ex charitate, quia sic etiā alijs subditis ministrare deberet. Non ex officio Pastorali; quia satisfacit si onera sibi à iure, vel superiore imposita sustineat, *Ric.* 4. p. d. 18. qu. 2. art. 2. *Sil.* Confessor. 1. num. 14. *Reginal.* tom. 1. lib. 1. cap. 8. nu- 81.

81. Alij dicunt toties teneri ſub mortali quoties rationabiliter fuerit requiſitus, vltra caſus de præcepto, vt ratione feſti occurrentis, Indulgentiæ, vel quia aliqua peccata ſubditus habet, quæ illius conſcientiam grauant, vel quia ſoleat communicare octauo quoq; dic *Bonac.* de ſacram. d.5. q.7.p.4.§.2.num.23. *Azor.* 1.lib 2.cap.17.q.10. Nam Curatus debet oues ſuas paſcere verbo, & Sacramentis rationabiliter petentes. Hæc ſententia mihi magis placet, cum duabus limitationibus.

1. Si nimia non ſit frequentia, ex qua ſolet virtus Sacramentorum aliquando contemni, & propter ſcrupulos expedit aliquando ceſſare potiſſimum à Confeſſione. *V. Sp.* in 3.p. tom.4.q.93.art.3. dub.6. nu.3.

2. Quando ſubditus petit tantum ex deuotione, & habet alium, qui æquè bene miniſtrat, tunc Curat⁹ negans excuſaretur à mortale; quia nullum infert damnum. *Poſſeu.* cap.5 q 7.

Addit *Poſſeu.* q.9. Curatum poſſe peccare mortaliter reddendo ſe difficilem in duobus caſibus.

1. Si ſit magna aſperitas; Tum q2 tunc difficultas tranſit in naturā negationis; Tum quia retrahit fideles à frequenti ſumptione, ad quam inducere debet:

2. Ratione ſcandali; ſi vero tantū videatur declinare laborem iudicat veniale, quia eſt effectus paruæ charitatis.

Sed an Curatus teneatur quærere indigentes ſacramentis? Aliqui negant; quia ſufficit petentibus S miniſtrare, *Aug.* confeſſio 3. q. 34. *Nau.* cap.25. nu.24. *Affirmat Tol.* lib.5.cap.5.nu.6.not.8. qui tenetur Curatus ſubditos ad ſalutem perducere.

Conciliantur prima tenet ſi adſit neceſſitas ſacramentorum; ſed non operæ Curati ſecunda ſi vtriuſq; vt quia probabile eſt, ſine Curati exhortatione creditur eū non ſuſcepturum eſſe ſacramenta; quia in caſu neceſſitatis obligat correctio ſub mortali, etiam cum periculo vitæ, quando aliud tempus non expectatur, *D.Thom.* 2.2.q.33.art.2. ad 3. *Caet.* 2.2.q. 73.art.4. ergo multo magis præceptum miniſtrandi ſacramenta quæ ſunt ad ſalutem magis neceſſaria.

Imò pro adminiſtrádo baptiſmo, et Pña Sacerdos debet currere, quia cum ſint Sacramēta maxime neceſſaria, debemus prodigere bona, & famam. *D.Thom.* 2. 2. q. 185. art.5. ſecus de Euchariſtia, etiam ſi crederet infirmū ſine ea moriturum; ſed ſufficit decenter feſtinare, alias eſt contra ſacramenti reuerentiam.

Ad 2. Diſtinguo tres caſus.

1. Quando poteſt ſine graui periculo iuuare.

2. Quando adeſt periculum vitæ in extre-

extrema necessitate.

3. In graui tantum.

Primo Casu quilibet tenetur etiam in graui tantum necessitate. Tũ quia eccl. dr̃ Deus vnicuiq; mãdauit de proximo. Tum quia graui fame laborantibus facere debemus quando sine graui dãno possumus, elemosinam temporalem, ergo multo magis spiritualem. Tum quia hic est ordo charitatis secundum D. Aug. vt diligatur.

1. Deus super omnia.
2. Anima propria.
3. Anima fratris.
4. Corpus tam nostrum quam ꝓximi ex quibus infertur, multo magis teneri Pastores.

Secundo Casu, in necessitate spirituali proximi extrema quilibet cum vitæ periculo tenetur subuenire, & ità omnes Clerici seculores. & Regulares sacramenta ministrare, etiam si essent vitæ contemplatiuę astricti. Probatur auctoritate, & ratione. Auctoritas est. 1. *Io.* 3. Nos debemus pro fratribus animas ponere. Ratio est, quia quilibet debet salutem corporalem exponere pro temporali salute Reip. ergo à fortiori pro salute spirituali ꝓximi, quæ est maius bonum, quã temporalis salus Reip. *D. Thom.* 3.d.29.q.1.art.8.q.2.ad 1. & in 2.2.q.72 art.5. & 2.2. q.26. art.5. ad 3. *Alex. de Ales.* 3.p.q.189. memb.3.ad 1.& cõmunis. Ideò in pestilentia tenetur quilibet cũ vitæ periculo ministrare sacramentum Penitentiæ, & Baptismi etiam pueris est .n. intollerabilis error *Caet.* 3.p.q 68. art.1. & 11. dicentis tunc paruulos posse saluari per baptismum in voto Parentum; nam *Io.* 3. dicitur, nisi qs renatus &c.

Ex quibus colligitur, quod Curati multo magis tenentur in extrema necessitate spirituali subditis sacramenta ministrare cum euidenti vitæ periculo. Cum per ꝓdicta. Tum quia *Io.* 10. *dicitur* Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Ideo tempore pestis, & belli non possunt Curati fugere, nisi Vicarios substituant, quia tunc sepissime necessitas vrget ministrandi sacramenta subditis; eos .n. à triplici Lupo debẽt defendere.

1. A Diabulo tentante.
2. A Tiranno seuiente.
3. Ab hęreticis mactantibus *Rutil. Benz* de fug. lib.1. q.4.

Declaro 1. Dicta procedere de necessitate spirituali extrema, quæ est, quando vita animę proximi perit, si meum defficiat auxiliũ e.g. mea correctio, mea sacramẽtorum administratio, non nullũ aliud extat remedium; sed in necessitate corporali proximi etiã extrema nemo tenetur cum periculo vitę suæ succurrere, quia inter diligilia ordo est, vt prius corpus meum, quam proximi diligam

S ligam

ligam, ideò Curatus, non tenetur cum vitæ periculo inf. ctis subuenire in sola necessitate famis; q̄a vita Prælati est prçciosior *D Th.* in opusc. de perf. vit. cap. 14. *Tab.* Episcopus nu. 5. sed alij in vno casu tenerentur in necessitate extrema corporalis subuenire cum vitæ periculo, quando. s. qui est in tali necessitate eset bono communi, vel Reip. magis necessarius, vt perito Duci tempore belli; nam ratione boni communis maius damnum est amissio proximi, quam vita propria.

Declaro 2. Quod regula illa *Bonus Pastor animam dat pro ouibus suis*, tres potissimum recipit declarationes.

1. Vt teneatur se exponere periculo mortis propter proximij salutem, non autem se occidere ꝓpter proximum.

2. Si subditi non petant, nisi irrationabiliter e. g. nolo confiteri, vel me in puteum volo proijcere, nisi mihi des centum, tunc. n. Parochus non tenetur dare etiã si scandalũ inde sequatur. *Alex. de Ales.* 2. p q. 139. memb 7. in corp.

3. Quando potest iuuare, alias nõ tenetur, ideò si subditus capiatur Turcis, vel periclitetur in mari, vel se præcipitet in Puteum, non tenetur Parochus illuc se traijcere, item si debet flumen transire cum tante aquę quantitate, vt probabiliter sit certus, se moriturum, antequam ad infirmum perueniat vel occisum iri ab inimicis, vel ab igne dum domus comburitur non tenetur vitam ponere, cum nequeat prodesse; Adhibenda tamen omnia sunt remedia, vt vocando socios, gestando arma, & huiusmodi; omnibus defficientibus excusatur, & sufficit probabilitas, quæ est maxima certitudo, cũ simus in moralibus, & quod fit probabiliter fit inculpatè, *Posseu.* cap. 5. num. 59.

Sed quomodo ĩtelligitur illud *Matt.* 10. Cum persecuti vos fuerint in vna Ciuitate fugite in aliam.

Distinguo 1. Si persecutio sit causa fidei, vt ab hæreticis, tunc potius debet mori, quam gregem deserere, quod si grex fugeat, poterit cum eo ire, & si in duas partes diuidatur. Vni assignet Vicarium.

2. Si ex alia causa, tunc si speratur correctio debet remanere, & Christi exemplo ouem pereuntem querere relictis 99. in virtutum securo deserto. s. bonis, quãdo adsunt, alias si omnes sunt mali, nec cõuersio speratur; potest tuto fugere, vt ait *D. Greg.* lib. 2. Dialog. *D. Thom.* lect. 3. *Ioi* 10. *D. Aug.* Ep. 180. ad Honor.

Tertio Casu. 1. in necessitate graui spirituali cum. s. aliud adest remedium, vt tempore belli, pestis &c. vbi plures adsunt confessarij, X tenetur subuenire cum vitæ periculo

culo solum ille qui debet ex officio ministrare probatur auctoritas est *Io.* 10. Bonus Pastor dat animã pro ouibus,& ibi *D.Thom.* lect.3.& 2.2.q.44. art.8. ad 2. & q.85. in corp. art.5. & ad 3. *D. Aug.* l.c. Ratio est, quia dictum *D. Aug.* lib. 1. doctrin.Christ. cap. 27. Quod plus debemus diligere proximum .i.salutem proximi, vt exponunt D.Thom. & Caet. quam corpus proprium id intelligitur de illo qui tenetur ex officio ministrare, & saluti prouidere. *Similitudo est*, quia sicut qui exercitui præest vigilare debet pro sui exercitus salute, *l.* officium §. officium ff. de re milit. ità miles celestis si Curã sibi creditam deserat, beneficio deponitur, cap. ex parte, cap. fin. de cler. non resid. vid. seq. decl. non tamẽ quilibet alius in graui necessitate tenetur cum periculo vitæ, quia non tenetur subire maius periculum, sed maius periculum est vitæ propriæ, cum adsit aliud remedium *D. Thom.* 2.2.q.26.ar. 5. ad 3. Si tamen grauis necessitas ob aliquam circonstantiam efficeretur extrema e. g. quia Curatus nõ posset, vel nollet etiã iniustè ire, aut mihi probabile est illum non auxiliaturum, tunc teneor cum periculo vitæ, *Nau.* cap. 24. nu. 22.

Declaro 1. Tria personarum genera debere tempore pestis persecutionis hæreticorum, belli, & huiusmodi permanere, nec posse fugere, sed teneri sub mortali sacramenta ministrare, & sunt hi.

1. Episcopi qui maiori vinculo tenentur, quam Curati; nam Episcopi sunt propriè Pastores Curati vero operarij principalis Pastoris in cuius signum Episcopi ãnulum acceperunt. Curati verò simplicem comissionem *D.Thom.* p.3.q.2.art.12.in corp.& ad 4.& in opusc. de perfect. vit. spir. cap. 16.17.& 18. Et quia Episcopus principaliter obligatur multitudini secundario vero parochialibus; Ideò debet etiã sacramenta ordinis, & confirmationis ministrare pro sacramentis ministros deputare, distinguere Curatos infirmorum, & sanorum, & his deficientibus, vel renuentibus tenetur ipse sigillatim Curæ animarum insistere, etiam cũ periculo vitæ *D. Thom.* q. 1. art. 14.& quolibet 3.art.17. *Turrec.* cap. aduersitas §. hoc etiam 7.q. 1. nu. 2.

2. Curati, quia in extrema necessitate tenetur quilibet ergo qui tenentur ex officio ad aliquid pl[us] tenentur, & ità etiam in graui, alias non fuisset ab Ecclesia sufficienter prouisum in necessitatibus spiritualibus *D.Thom.* 2.2.q. 26.art.5.ad 3.

3. Regulares duplices.

1. Qui voto astricti sunt infirmis ministrare, ità.n. vouentes debẽt illud exequi ex debito regulæ p-

fessæ D.Thom. opusc. 18. cap. 15.

2. Qui incumbunt vitæ actiuæ, vt Mendicantes; quia hi sunt coadiutores animarum, & finis ad quē sunt instrumenti est per p̄dicationem, confessiones, & pia opera saluti animarum incumbere D.Thom. 2.2.q.186. art. 2. & q.188 art.4.ad 2. duo tamen requiruntur.

1. Vt Curati non sufficiant; quia ad id tenentur Regulares in supplementum, Caet. 2.2.q.188.art.4. ad 3.

2. Episcopi approbatio, nam tempus pestis non constituit periculum mortis quoad omnes, sed tantum quò ad illos, qui grauiter illa corripiuntur, & ex casu quilibet absente approbato potest absoluere, sed extra illud periculum, approbatio requiritur, quia nō habet hodie locum Clem. dudum de sepul. vbi regulares debebant se ordinarijs præsentare, qui postea Episcopo facultatem negante omnia poterāt, sicut admissi; sed hodie, Trid. præcipit in eis approbationem, quam tunc non debet denegare, sed si denegaret etiam sine causa Regulares confessiones audire non possent, necessitate extrema excepta, Rutil Benz. lib. 1. de fug. d. 1. q. 6. contra Nau. dicentem locū habere d. Clem. quando Episcopus negaret sine causa

Declaro 2. Ad omnes teneri Curatum accedere tempoꝛe pestis administrando sacramenta, nam licèt non sit incredibile multos in Ecclesia per annum, & plus sine mortali permanere (quo fundamento plures moti dicunt Curatum non teneri ad pios, qui sæpè confitentur, & de facili contritionem habent, accedere, quia tunc sufficit votum, vt de illo qui vult baptizari, & non adest, nisi aqua venenata, tunc .n. excusatur ille à suscipiendo, & Curatus à ministrando) tamen in bona praxi tutius est ministrare, nemo .n. scit an odio, vel amore dignus sit Ad illos quos scit Curatus esse in mortali, vel suspicatur omnino tenetur, & si infirmus non valet delecto surgere, vt possit de fenestra audire, tenetur Curatus intrare, & si aliter nequeat audire, faciem ad os admoueat, etiā si esset illi certo moriendum; quia pro suarum ouium salute debet omnia media adhiberi, Possev. cap. 7. q.79. Ad reprobos, & finaliter impenitentes aliqui dixerunt non teneri Curatum accedere, quando diuina reuelatione sciret certo damnandos q̄a in vanum laboraret, sed veritas est, Curatum teneri omninò accedere. Tum quia posset esse illusio Demonis; Tum quia reuelationem Dei iudicare debet cōminatoriam non peremptoriam, vt accidit Niniuitis, & Ezechiæ. Hoc est aureum dictum Scoti 4. d.17.q.1. ad penul. & vlt.

Decla-

Declaro 3. Curatum posse fugere relicto idoneo Vicario, quia nō dimitteret oues, sed sufficienter prouideret, vt se quantum posset pro suo populo reddat incolumem *D. Tho. Io.* 10. lect. 3. duo tamen sunt necessaria.

1. Vt Vicarius ille sub mortali ad omnia teneatur, ad quæ Paroch' & eo mortuo alium mittat, vel ipse ministrat.

2. Vt Vicarius ille sit idoneus, & Curatus diligentiam adhibeat, vt certior fiat de bono regimine; quia tenetur ad finem, & sic ad omnia media necessaria ad finē, alias peccaret mort. & ignorantia de indigentia sui populi non excusaret; quia culpa suo discessui imputatur.

Declaro 4. Curatos teneri omnia remedia præseruatiua eruere, & adhibere, quod si non habeat vires eruendi tenentur Episcopus, & Parochiani *Baunes* 2. 2. q. 26. art. 5. & q. 33. art. 7. dub. vlt.

Declaro 5. Plures caufas à sacramentorum ministratione excusare, & sunt hæ.

1. Pestis, vel aliud periculū mortis cum distinctione data.

2. Tempus non aptum, vt si feminæ de nocte extra necessitatem peterent confessionem.

3. Prohibitio Episcopi e. g. ne cōiungat in matrimonium ignorātes fidei rudimenta.

4. Infirmitas, & lassitudo grauis.

5. Quelibet causa rationabilis arbitrio prudentis, *Possev.* cap. 5. qu. 8.

Ad 3. Dico Curatum teneri ea ministrare sacramenta, quæ sua dat Ecclesia, sed non omnia cum periculo vitæ Baptismum, quia est maximæ necessitatis, sed non cū periculo vitæ in duobus casibus,

1. Quando baptizandus non est in periculo.

2. Si potest docere modum, vt laici etiam baptizarent, vt Paroch' pro aliorum salute se conseruaret, *Possev* cap. 5. num. 54. post. med.

2. Penitentiam modo quo dixim'.

3. Eucharestiam, & aliqui affirmāt etiam cum vitæ periculo, cū tūc infirmus teneatur sumere. Alij negant cum vitæ periculo, cū nō sit sacramentum tantæ necessitatis sicut Penitentia. Ego Curatum excusarē, quando ex morte Curati immineret periculum, ne populus remaneret sine Sacerdote, & consequenter multos morituros absq; sacramento Penitentiæ. Ad extremā Vnctionem ministrandam non adest obligatio cum periculo vitæ, cum sine ea possit saluari, fallit si alijs sacramentis non posset iuuari, tunc. n. de attrito fieret contritus *Nald.* Sacramentum nu. 7. Minusq; cum vitæ periculo tenetur ad commēdationem animę *Possev* l. c. ad fin.

Modus ministrandi duo complectitur potissimum.

1. An

1. An teneatur per se ministrare Parochus.

2. An per instromentum possit tẽpore pestis.

Ad 1. Affirmativè. Tum quia ad hoc debet residere, vt curam gerat animarum, cap. quia nõ nulli de cler. non resid. cap. extirpandę de præb. Tum quia quando eligitur miles, personæ industria electa est, *Azor.* 2. p. lib. 7. & 4. *Tum* quia Parochus debet agnoscere cultum sui pectoris verba autem intelligenda sunt cũ effectu, ca. relatum de cler. non resid. Ideo peccat grauiter ferè semper ministrans per Capellanũ sine causa, secus si aliquando ex causa, vt ex frequentia confessionum, infermitate, & alia arbitrio prudẽtis, *Azor.* 2. p. lib. 7. cap. 4. *Nald.* u. residere *Nau.* cap. 25. num. 121. *Bonac.* de resid. p. 2. nu. 4. *Immò* aliquando expedit in confessionibus, vt populi maiori satisfactione frequentent. *Idem* in prædicatione, vt spiritualem cibum auidius appetant hæc .n. non sũt onera strictissimè personalia.

B B

Sed an semper ministrans per Capellanum sine causa vltra peccatum mortale ad fructuum restitutionem teneatur. *Aliqui* affirmant; Tum quia non residet formaliter, qui non ministrat ergo non facit fructus suos. Tum quia datum ob causam causa non secuta est restituendum, *Beia* 4. p. casu 21. ad fin. *Vasq.* de benef ca. 4. §. 2. dub. 1. nu. 181. Alij negant, Tum quia finis præcepti nõ cadit sub præcepto, Tum quia ad euitandas pænas sufficit materialiter residere per solam præsentiam *Bonac.* l. c. nu 6. *Ugol.* p. 1. cap. 15. §. 3. num. 3. *Et* hæc magis placet; nam pænæ sunt restringẽdæ; si vero nec materialiter resideat prima opinio est vera.

Ad 2. Omnes per Instrumentum extremam Vnctionem licite ministrari posse tempore pestis cõcedunt. De Eucharestia inclinare videtur in negatiuam, *Toscu.* cap. 8. qu. 31. & dubitat de mort. quia manus Sacerdotis ad id sũt consecratæ; ego vero affirmatiuam sequor. Tum quia Curatus debet omnia præseruatiua adhibere, vt possit conseruari administranda omnibus sacramenta ex dictis sup. Z. Tum quia nõ adducitur in contrarium sufficiens ratio.

Dicitur autẽ manus Sacerdotis cõsecrari ad designandam vnctionẽ Spiritus Sancti, & principaliter propter consecrationem, secundario autẽ propter ministrationẽ Tum quia sicut in vase asseruatur; ita per Instrumentum eiusdẽ materiæ poterit ministrari ad tuendum Parochum pro salute Populi.

C C

Tandem noto, Principem secularẽ posse iustè impedire Curatum, & alios, infectis ministrantes à consortio sanorum, quia iure naturali

turali membrum putridum, remouetur,& Curato infestis exposito in Cura datur coadiutor ꝑ sanis ob bonum publicum, sicut Curatus effectus leprosus propter scandalum, & abominationē remouetur ab officio, cap. tua nos, & ca. de Rectoribus de cler. egrot. *D.Thom.* 2.2.q,108. art.4. ad 2. At iam ad alia transeamus.

De Intrusione.

CAP. IX.

EX præsentis cap. materiæ cognitione, huius nostri operis necessitas magis eluceſſit; Insudauimus.n.vt legittimæ aquisitionis & rectę conseruationis beneficiorum modum explicaremus, nam si quis minus canonicè obtinuerit, in intrusionis vitium incidet, de qua tria breuiter videbimus.

1. Quid sit intrusio.
2. Quibus modis quis dicatur intrusus.
3. Quæ potissimum sint Intrusorū pænæ.

DE primo intrusio est violenta, vel alias minus Canonica officiorum & beneficiorum Ecclesiasticorū occupatio, dicitur .n. *intrusus*, quasi vi intrans, vel se intrudens .i. qui non per canonicam electionem, & legittimam superioris auctoritatem; sed violenter, aut alias illicite officia, vel beneficia ecclesiastica occupat, & duplex est, perfecta, quando percepit fructus, & imperfecta quando non percepit *Coccin.* decis. 413. ad fin.

DE 2. Dupliciter quis dicitur intrusus.

1. *Large* quando quis superioris quidem auctoritate positus fuit in beneficio; sed habet vitium ꝓpter quod deberet priuari per ca. veniens de accus. Ideo Gloss. Magistral. talem vocat quasi intrusum. s. *Gloss.* 1. in cap. cum super de causa poss. & prop.
2. *Stricte*, & sic multis modis. 1. qui beneficiū consequitur sine auctoritate superioris, vel ꝓpria auctoritate illud capit, cap. quia diuersitatem vbi *Pan.* de concess. præb. not. 2. cap. dudum de elect. cap. cum iam dudum de pręb. cap. quoniam de off. ord.

Procedit non solum si ante collationem beneficiū ingrederetur; sed etiam si post collationē propria auctoritate caperet possessionem, quia prouisus de beneficio etiam Apostolica auctoritate validè, & legittimè, si ingrediatur possessionem sine Iudicis ministerio, vel non expulso prius intruso possessore cum causę cognitione, amittit omne ius, quod per Apostolicam prouisionē aquisiuit cap. eum qui de præb. in 6. *Lap.* alleg. 127. & collatio habita annullatur, *Oldrad.* cōs. 227. nu. 3. & ordinarius poterit conferre,

ferre, si in suo mense talem capiat possessionem, & alia non obstet reseruatio; quia non sit affectum beneficium propter hoc, & facit concursum si est Parochiale, & si alsit aliqua reseruatio facit nominationem, & electionem, vt p. 1. docuimus, *Lap.* l. c. *Paris* lib. 1. q. 14. nu. 16. & lib. 10. q. 6. nu. 14. *Garz.* p. 4. cap. 11. nu. 2. *Gonz. Gloss.* 18. à num. 8 vsq; ad 18. vide sup. p. 2. cap. 6. requ. vlt decl. 9. Quod sit intrusus tenet, *Rebuff.* in praxi p. 1. form. 9. *Felin.* cap. veniens de accus. Sed *Ric.* 3. p. resol. 83. vbi de cōmuni testatur dicit possessionem esse nullam, & dici violentum possessorem, non intrusum, quia intrusus est qui capit possessionē sine titulo. Hęc *Ric.* opinio de iuris rigore vera est, sed prima etiā saluatur, quia talis subijcitur pœnis aliquibus intrusorum .s. nullitate actus, & restitutione fructuum &c. An in foro Conscientię possit excusari, vide p. 1. cap. 6. S.

2. Qui beneficium consequitur à Superiore non habente aūtē conferendi d. cap. quia diuersitatem, & cap. fin. de excess. præb. & hoc dupliciter.

Primo quia ad alium spectat collatio, vt si coram ordinario fieret permutatio beneficiorum reseruatorum in quib' ordinarius nō potest se intromittere, cap. 2. de præb. in 6. *Felin.* cap. in nostra de rescrip. nu. 10. Vel in ordinarius tertium conferret habenti duo, vt notauimus supra p. 1. cap. 2. in fin. Secundo quando quis habet beneficium à Superiore publice excommunicato, suspenso, vel interdicto d. cap. fin. & cap. tanta de excess. præb. *Felin.* l. c.

3. Qui retinet beneficium quo fuit canonice priuatus, cap. cum dilectus de purg. cau. Secus si iniuste procedit, si retineat post rem iudicatam. *Rot.* coram Coccin. decis. 447.

4. Qui acceptat beneficium alteri iniuste ablatum d. cap. tanta. Procedit si scienter, & notorium esset de iniustitia, secus si ignorāter cap. ad petitionem de accus. *Felin.* l. c.

5. Qui intraret in beneficium viuēte Rectore, & illud tanquam vacans acceptaret, & ꝓcedit si sciēter, nam propter famā de morte Rectoris excusaretur *Felin.* l. c.

6. Qui intrat possessionem beneficij sine bullis cum sola signatur extrauag. iniustè de elect.

7. Qui accipit possessionem beneficij ante collationem, *Abb.* cap. iam dudum de præb.

Declaro, quod habens facultatem conferendi, & immittens in possessionem sine collatione, tunc possessio habet vim Collationis veræ, & realis *Rom.* cons. 337. nu. 12. *Rot.* decis. 16. de concess. p̄b. in nouis. *Rot.* coram Merlin. Calaguritana beneficij de *Arnedo* 22. Iunij 1622. & Pistorien. Parochia-

rochialis 6. Feb. 1623. Procedit dummodo verè habeat facultatem, alias secus; quia id in facultate conferendi fundatur, & per factum ipsum immissionis, & vi facultatis collatio præsumitur. Ideò si Bullæ essent conditionales e.g. cum clausula. dummodo renuntians habeat vnde viuat, si ista conditio non verificetur, etiã falsis testibus inductis probãdo, Iudex non habet facultatem, & si det possessionem illam capiens fit intrusus; quia conditio debet impleri in forma specificata; & reali *l.* Mæuius ff. de cond. & demonstr. & conditione non impleta, nil ponitur in esse, & sic iurisdictio data sub conditione deficit deficiente conditione.

8. Qui post renuntiationem, & captam ab alio possessionem manet in beneficio, *Caputaq*; p. 3. decis. 36.

9. Qui electus est, & ministrat ante confirmationem, cap. Auaritiæ de cler. in 6. cap. 2. de rest. in integ. Quod adeo verum est, vt Vicarius, seu Æconomus ad Parochialem vacantem, si subeat concursum, & magis idoneus eligatur debet statim recedere ab administratione, & Æconomia, alias statim omne ius perdit; ità n. expresse statuitur d. cap. Auaritię, quocunq; colore, etiam in parte tantum, vel in temporalib⁹, vel spiritualibus se immisceat.

D

Distinctione tamen est opus.

1. Si quis erat Æconomus rõne officij, vel consuetudinis ad custodiam fructuum beneficiorum vacantium pro tempore poterit tuto prosequi sine metu pœnæ cõstitutionis d. c. Auaritię.

2. Secus si deputetur vigore Concilij ab ordinario, itaut, nec valeat contraria consuetudo. *Abb.* cap. transmissam de elect. num. 3. *Garz.* p. 9. cap. 2. num. 26.

Nam Consuetudo non potest id licitum facere; sed bene excusare à pœna, qui esset in bona fide. *Paris* de confid. q. 3. nu. 14. nam cõsuetudo mala, & irrationabilis excusat a pœna, *Felin.* cap. ex timore de rescrip. nu. 12. Non qui esset in mala fide, quia scit consuetudinem non esse bonam. *Garz.* l. c.

Sed dicet quis *Gloss.* cap. 1. u. prouisio, & cap. vt circa de elect. in 6. ait electum posse administrare, ità sequitur *Anchar.* d. cap. Auaritiæ, ita quod liceat clerico propria auctoritate capere possessionem per collationem, sicut hęredi post aditionem *l.* cum hæredes ff. de aquir. poss. nam de iure installatio non requiritur per ca. transmissa de elect. & per alleg. per *Anchar.* l. c. ego magis; q. a constitutio d. cap. Auaritiæ est pœnalis, ideo nõ est extendenda. Resp. diuersam esse rationem nã electio secuta confirmatione tribuit ius in re; sed electio dignoris in concursu, tantum ad rem, &

E

T   à Sac.

à Sac. Cong. apud *Garz.* l. c. vetatur ne ordinarius cõstituat Æconomum, quem magis idoneum elegerit; An possit qui habet collationem ante possessionem ministrare, vide p. 1. sect. 3. cond. 8.

10. Si possessio capta sit lite pendẽte, *Rot.* coram Coccin. decis. 413. nu. 6. an autem de intrusione facienda sit mentio, vid. p. 2. sect. 3. cond. expressio.

Vlt. quando prouisus de Parochiali est minor 25. annis si capiat prouisionem, & fructus, *Felin.* in nostra de rescrip. de omnibus, vide *Ric.* 2. p. resol. 224.

DE 3. Multæ sunt intrusorum pænæ sed hæ potissimum.

1. Peccatum mortale, quia sic grauiter canonicæ sanctiones violãtur nisi in aliquo casu bona fides excusatet.

F

2. Restitutio fructuum, vt not. cap. cum dilectus de purg. san.

3. Non iuuatur regula de triennali, vt dictũ est sup. p. 3. cap. 1. nu. 12. decl. 1. quia inhabilitas temporis diuturnitate præscribi non potest cap. cum causam, vbi *Anchar.* nu. 4 de elect.

4. Priuatio alterius similis beneficij, nam si quis beneficium curã habens animarũ vi occupet, vel sciẽter se in illo intrudat ipso iure est priuatus simili beneficio .i. alio Curam animarum habente, quod ante iam obtinebat, cap. cum qui de præb. in 6. *Azor.* 2. p. lib. 7. cap. 17. vers. 10.

5. Priuatio Iuris in beneficijs sic aquisitis, nam si quis violenter, aut propria auctoritate dignitates pſonatus, aut quæcunq; ecclesiastica beneficia occupet eo ipso omne ius, si quid in illis, vel ad illa habebat omittit d. cap. cũ *Azor.* l. c. vid. *Homob.* 2. p. cõsult. resp. 205. fol. mihi 182.

Tandem noto intrusum in regula de subrogatione capi largè quocunq; modo dicatur intrusus, *Azor.* l. c. cap. 32. q. 1. *Ità* quod licet simoniacus sit intrusus; vt not. *Felin.* cap. in nostra de rescrip. nu. 13. tamen vtrunq; in dicta regula ponitur, quia latè intrusus sumitur, Hoc tamen verum est dummodo fructus percepit. *Rot.* coram Coccin. decis. 413.

Quomodo autem sit formandus libellus cum conuertitur intrusus vid. Specul. de elect. §. 1. vers. cõtra intrusum sit de etat. & qual. Modum autem expellendi intrusum suprapoſuimus p. 1. cap. 6. *H. H.*

At pro huius capitis complemento necessaria dubitatio est discutiẽda. An s. gesta per intrusum sint valida?

Distinguo 1. Vel ab initio beneficium non obtinuit legitimè.

2. Vel legittimè obtinuit, sed impedimentum superuenit.

G

Primus casus trimembrum habet subdistinctionem.

1. Si beneficium habuit ab eo qui con-

conferre non potuit, tunc gesta per eum non valent; quia nulla iurisdictio ei tributa fuit.

2. Si beneficium habuit à potente conferre; sed censura impedito, tunc si erat denuntiatus gesta nō valent collatio, & gesta tenent.

3. Si habuit beneficinm à potente conferre; sed ipse recipiens erat inhabilis, vt ob irregularitatem, vel censuram, tunc gesta ab eo valent tribus concurrentibus.

1. Vt sit in possessione.

2. Auctoritate eius qui poterat cōferre.

3. Vt communiter pro habili reputetur, & ità inhabilitas publicè ignorantur, quia error communis facit ius *l.* Barbarius ff. de off. Pretor.

Secūdus casus similiter trimembrē continet subdistinctionem.

1. Si impedimentum superueniens est tale, vt beneficiarius sit ipso iure beneficio priuatus tunc, si hoc est ob delictum, ab eo facta valent, quandiù tolleratur, & donec publicè priuatus declaretur, vt de bonis hæretici, quibus ante sententiam non spoliatur, statuitur, cap. secundum leges de here. in 6. & in extrauag. ad euitanda, dicitur nos posse sacramēta recipere ab irretito quacunq; pena, si non sit declaratus, vel notorius, sed si priuatio est non ob delictum, vt per renuntiationem, vel permutationem ab eo gesta valent, quamdiù est in pacifica possessione, & illa non est priuatur.

2. Si impedimentum superueniens est tale, vt beneficiarius non sit ipso iure beneficio priuatus; sed per sententiam priuandus ab eo gesta valent, donec fuerit publice priuatus, & hoc ob possessionem, quam non perdit, antequā priuetur, immò titulum etiā habet, antequam priuetur.

3. Si impedimentum tale est, quo tamen non obstante, beneficium retinet, vt censura, vel irregularitas, tunc ante denuntiationem omnia gesta valent, quia retinet titulum, & possessionem, sed post denūtiationem valida sunt acta, quæ respiciunt potestatem ordinis, vt consecratio Ministratio baptismi, ordinis, confirmationis, Euchareftiæ, extremæ Vnctionis, & huiusmodi, nō in quibus iurisdictio desideratur, ideò nulliter pœnitentiam ministrat, vide *Vgol.* de pot. Episcopi 1. p. cap. 15. §. 1. quem cęteris clarius dictam quæstionem enucleasse testatur, *Nald.* u. Intrusus. Satis.

De Rerum Ecclesiæ Alienatione. CAP. X.

CONseruatio, & defensio bonorum, & iurium Ecclesiæ adeò Rectori adhæret, vt sacramento vinculo spirituali ligetur ante-

T 2 quam

quam possessionem adipiscatur de non distrahendis Ecclesiæ bonis,& de recuperādis distractis; propterea, vt beneficiarius suas partes omnes noscat, hic tria breuiter de dicta alienatione videbimus.

1. Quæ sit prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ, & sub quibus pœnis.
2. Quæ requirantur ad dictas pœnas incurrendas.
3. Quibus casibus licita sit alienatio.

DE primo Alienatio rerum Ecclesię prohibetur,quia est contra Ecclesiarum vtilitatem, & clericorum, ac pauperum sustētationem per Sac. Canones pluribus in locis,vt 10. q.2. p tot. cap. ref. cap. Diaconi cum multis seqq. 12. q. 2. *extra* de reb. eccl. non alien. Atq; tandem sub grauioribus pęnis in extrauag. Ambitiosæ Pauli 2. de rer. eccl. non alien. & *Trid.* sess. 25. cap. 11. Immò iure Cęsareo etiam vetatur, *l.* Iubemus de sacros. eccl. vbi alienatio prohibetur sine iusta causa,& iuris solemnitate. Multis pœnis ergo plectuntur ecclesiæ bona alienantes sine iusta causa, & solemnitate.

1. Est peccatum mortale. Tum qa est error grauis; Tum quia sub cēsuris prohibetur, & excommunicatio non fertur,nisi pro mortali, cap. nemo, cap. nullus 11. qu. 3.
2. Est Periurium; sic .n. alienans facit contra iuramentum, quod præstitit de non alienando, imò alienata recuperando Thes. for. eccl. cap. 15.nu.62.
3. Est restitutionis obligatio, ad quam tenetur de proprio alienan. vel eius hæredes, & non solum ad prætium, sed ad damna, & interesse *l.* Venditor,*l.* Euictæ la 2.ff.de euict. *Ric.*1.p.resol.17.

Sed an alienatione reuocata prætium sit restituēdum, negat *Thes.* for.eccl cap.15. nu.64. quia in Bulla dicitur quod res libere reuertatur ad ecclesiam, & cap.1. de schism. dicitur etiam non restituto prætio. Affirmat *Ric.* 1. p.resol.88.quia cap.1. de rest. in integrum, dicitur Ecclesiam habere restitutionem in integrum; sed emptorem non debere fraudari in suo prætio, & sumptibus per eum factis.

Conciliantur Opinio *Ric.* procedit, quando Ecclesia habuit prætiū, ne locupletetur cum iactura alterius,opinio vero Thes.quando Rector alienans prætium in suos vsus conuertit, tunc emptor habet regressum contra alienatorem,& hæredes *Abb.* d. cap.1. in fin. & in omni casu etiam ante prætij restitutionem, res ad Ecclesiam reuertitur, cum alienatio sit nulla.

4. Est nullitas actus in vtroq; foro *Bonac.* de alien. p.4.nu.14.
5. Est interdictum, suspensio, & excom-

excômunicatio, ſed cum diſtinctione Epiſcopi, & Abbates interdicto ſubijciuntur, in quo per ſex menſes perſeuerantes ſuſpenduntur à regimine ſuarum Eccleſiarum in temporalibus, & ſpiritualibus. Inferiores excommunicatione ligantur nemini reſeruata extrauag. d. Ambitioſæ. Trinam tamen citationem eſſe neceſſariam probat *Ric.* 2. p. reſol. 383. nu. 6. Per inferiores intelliguntur nõ ſolum Clerici Rectores beneficiorũ Epiſcopis Inferiores, ſed etiam locorum piorum laici adminiſtratores. & per Prælatos côpræhendi in hac Bulla etiam Cardinales; teſtatur *Bonac.* & eſſe de Curiæ ſtilo de alien. p. 5. nu. 6. Papa autem nõ ſubijcitur his pænis, quia non ligatur legis lator ſuis legibus, tamẽ ſine cauſa alienando peccat contra Iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem, ſed alienatio tenet, & ſine cauſa infeudando Caſtra Ciuitates, & dominia Sedis Apoſtolicæ peccaret contra Iuramẽtum, niſi ſecus diſpenſaret *Bonac.* de alien. p. 5. §. 2. nu. 4. & 5.

6. Priuatio ipſo iure abſq; alia declaratione beneficiorum illorum quorum bona fuerunt alienata, itaut poſſint à Sede Apoſtolica impetrari ſtatim ex d. extrauag. *Ambitioſa* Requiri tamẽ declarationem criminis à Iudice faciendam, & ante declarationem non teneri beneficiarium ex ſe dimittere beneficium, teſtatur *Bonac.* tom. 2. d. 1. q. 1. p. 7. §. 2. nu. 16. quia licet lex ipſa dicat abſq; alia declaratione, aliquando verba illa ponuntur ad maiorem declarationem, vel ipſa lex non eſt vſu recepta hoc modo, vt de d. extrauag. ait, idem *Bonac.* de alien. p. 5. num. 4.

7. Irregularitas ſi poſt factam alienationem celebrauit, vel actum ordinis exercuit, nam in foro côſcientiæ pænæ effectum ſortiuntur ante declarationem.

Procedit ſi dicta extrauag. ſit vſu recepta, quoad pęnas intrinſecas cenſurarum, nam vbi eſt tantum vſu recepta quod pœnas extrinſecas nullitatis, &c. ſententia requiritur, *Nau.* apud *Ric.* 2. p. reſol. 272.

8. Inhabilitas ad illa beneficia, quia amplius eidem côferri nequeunt, vt ibi dicitur.

9. Per ſententiam deponi poſſunt *Gloſſ.* cap. monemus 2. q. 2.

10. Reuocatio alienationis, quæ non ſolum valide fit per Prælatũ vel eius ſucceſſorem, ſed etiã tenetur reuocare, ſi alia ratione nequeat prouidere. *Bonac.* de alien. p. 5. nu. 15.

11. Commiſſarij, vel delegati Sedis Apoſtolicę concedentes facultatem alienandi in damnum Eccleſiæ per metum, vel pæcunias, vel præces, ſi Epiſcopi ſint, vel Superiores ſuſpenſi ſunt per annum ab officij executione, Inferiores

riores excommunicatione Papali ligantur *Paul.* 2. extrauag. cũ in omnibus *Nau.* cap. 27. n. 108. licet *Bonac.* p. 6. dicat non esse reseruatam, quia in sequenti casu tantum opponitur reseruatio.

12. Procurantes scienter, vel per fraudẽ fidei alienationem in dãnum Ecclesiæ. Item extorquẽtes alienationis decretum per preces, vel munera incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam etiam si nondum facta fuerit alienatio d. extrauag. cum in omnibus.

Vlt. Papalis excommunicatio infligitur contra tractantes, vel suadẽtes Papæ, vt alienet, vel infeudet loca S. R. E. Bulla Pij V. *Admonet nos*, & Vrban. 8. *Sacrosancti*. Procedit etiã ex necessitate, vel ex permutatione, & tam ad vitã quam ad tempus. Fallit in confiscatis ob delicta, & emptis per triennium, *Bonac.* de alien. ad fi.

Pro completa huius .i. partis explicatione tria restant dubia.

1. Quot genera rerum Ecclesiæ alienari prohibeantur.
2. Quomodo differant alienatio, & vsurpatio.
3. An extrauag. *Ambitiosæ prad.* sit vsu recepta.

Ad 1. Resp. Duo genera bonorum.

1. Immobilium corporalium, & in corporalium .s. iurium actionum, & seruitutum.

2. Mobilium prætiosorum, & quæ seruando seruari possunt, in horũ n. alienatione requiritur causa, & solemnitas ex d. extrauag. *Ambitiosæ*.

An autem in alienatione pecuniæ Ecclesiæ requiratur solemnitas d. *extrauag.* & consensus Apostolicus. Distinguo se pecunia est in proprietate, vt in montibus censibus, &c. requiritur d. solẽnitas. Idem de redditibus annuis, vt decimis, legatis, &c. *Ric.* 1. p. resol. 41. Idem de pecunia redacta ex pretio rei immobilis, dote monialium, &c. qa inter immobilia reputatur, *Bonac.* de alien. p. 2. nu. 5.

Procedit in alienando; nam in inuestiendo non requiritur solemnitas, vt probat, *Ric.* 1. p. resol. 47.

2. Si verò pecunia non est in proprietate, sed otiosa aliqui negant posse mutuo dari, vel alias alienari sine solẽnitate, quia est mobile prætiosum, *Rodoan.* qu. 16. Alij affirmant. Tum quia pecunia est de illis, quæ regulariter seruari nequeunt, *Alex.* lib. 3. cõs. 25. nu. 6. vbi dicit hanc esse communem. Tum quia oblationes factę sacræ imagini possunt alienari de licẽtia Episcopi, nisi essent vota argentea magni valoris, &c. *Bonac.* l. c. nu. 6. De reliquis aliqui affirmãt, quia est mobile prætiosum. *Sil.* Reliquiæ; Alij negant, quia loquitur de bonis non spiritualibus, sed Episcopalibus stil' Curiæ primã appbat.

Quid

Quid de alienatione Capellæ cum sepultura.

Distinguo 1. Si tradendum est dominium, vel saltem ius vtendi, & impediendi alios ne ea vtantur, requiruntur solemnitates, alias pœnæ locum habent.

2. Si vero nudus facti vsus, vel commoditas non cõcessa tamen Capella, non censetur concessus vsus sepeliendi, nisi exprimatur; sufficit tamen licentia tacita, *Ric.* 1. p. resol. 39.

Ad 2. *Alienatio*, & Vsurpatio differunt, quia alienatio significat omnem actum, per quem transfertur dominium, vel vsufructus. *l. Alienationis verbo* ff. de verb. signif. *l. fin.* C. de rer. eccl. nõ alien. *Et* alienatio hic large capitur, vt cõplectatur etiam qui possessionẽ transfert contra *l.* nõ alienat. vbi *Dec.* ff. de reg. iur.

Vsurpatio est capere, inuadere, & sibi applicare, vt not. *Albert.* in suo Diction. u. Vsurpare. vbi sciẽdum est, tres latas esse potissimũ excommunicationes occasione alienationis, & vsurpationis. Prima vt in extrauag. *Ambitiosæ* de reb. eccl. contra alienãtes bona ecclesiarum, & quorumq; locorum piorum inconsulto Papa, quam modo explicare intendimus.

2. Est contra vsurpantes bona Ecclesiarum potestate vsurpata, & tanquam propria in excom. 17. Bullæ Cœnæ, ideo fures hanc nõ incurrunt *Bonac.* tom. 3. d. 1. q. 18. p. 1. & hanc explicabimus in nostro *Horto delitiarum Clericalium* u Bulla Cœnę.

3. Est contra Vsurpantes bona, iura, fructus, oblationes, & quascunq; obuentiones, ad quascunq; ecclesias, vel pia loca spectantes quocunq; modo, arte, via, & prætextu Vsurpatio fiat; Item contra consentientes Vsurpationi, si sint clerici. Item contra quoscũq; impedientes, ne fructus ab ecclesijs percipiantur, *Trid.* sess. 22. cap. 11. de ref.

Declaro 1. Ad hanc excommunicationem incurrendam plura requiri.

1. Vt fiat Vsurpatio; quia non sufficit animi deliberatio, immò nec si pro suo credito accipiat, *Barb.* in collect. ad Trid. l. c. n. 9.

2. Vt fiat cum effectu; ideo tentasse non sufficit.

3. Scienter, & dolosè, quia adest verbum *præsumpserit*.

4. Sine licentia Papę, vel Rectoris intra suam facultatem .s. de rebus ecclesiæ, vel cuiuscumq; loci pij, etiam vacantis, & quomodolibet spectantibus ratione ecclesiæ, ideo non sufficit, quod spectet ad clericum ratione Patrimonij, vel ad affictuarium, quia nõ gaudet, vt not. *Barbos.* l. c. sicut si spectet ad clericum ratione laboris & industriæ, vt distributiones, eleemosinæ pro missis, concionibus, &c. quia non spectant ratione be-

neficij *Bonac.* tom.3. d.1.q.18 p. 2.nu.19.

6. Vt sit extraneus, quia Rector nõ incurrit, bene tamen purus administrator, vt priores piorum locorum, *Barbos.* l.c.nu.16. Additur in consentientibus, vt sint clerici etiã in bonis propriæ Ecclesiæ, quia *Trid.* l.c. ità statuit.

Declaro 2. Quod recipiens male alienata hanc incurrit excõmunicationis Sac. Cõg super d. cap. 11. apud *Thes.* for. eccl. 1.p. cap. 15. nu.53.

Ad 3. Non esse vsu receptam tenuit *Rot.* coram Mohed decis. 1. de const. ità quod onus probandi incumbat ad eum, qui in ea se fundat, & p.3. diuers. decis. 896. *Caet.* excõ § 73. *Sarmient.* de red. cap. 2. num. 20. sed ab illis decisionibus Rota recessit, & illas nõ seruat, vt Rot. coram *Gyp.* decis. 142. lib. 1. coram *Pegna* decis. 215. lib. 1. manuscrip. & coram *Orano* decis. 280. lib. 2. Vbi firmatur præsumi vsu receptam cum sit publicata, & redacta in corpore iuris, & sic faciat ius commune; ideò contrarium dicens, tenetur probare. *Put.* lib. 2. decis. 182. in fin. *Nau.* cap. 17. nu. 150. ait esse vbique vsu receptã, quoad nullitatem actus, non quo ad censuras Rot. coram *Robust.* 1 p. diuers. decis. 528. num. 3. & licet Sac. Penitentia det absolutiones, hoc facit quia lex habet præsumptionem pro se, & ad pacandas conscientias, *Bonac.* de alien. p.5. num.5. ad fin. Videndum est ergo, an in totum, vel in partem sit in vsu, de hac, vide *Rub* in obseru. ex Rot. Rom. u. *Alienatio* nu.34. § adde, vbi de hac materia facit locupletissimũ compendium.

DE 2. Plura requiruntur ad incurrendas pænas contra alienãtes bona Ecclesiæ, & specialiter impositas in extrauag. *Ambitiosæ* de reb. eccle. non alienan.

1. vt fiat Alienatio, quia pæna imposita est facienti, ideo nõ sufficit cogitatio, attentatio, tractatus, promissio alienandi, immò neque mandatum, & constitutio Procuratorum ad alienandum, nisi postea alienatio fiat. *Ita dd.* omnes. Quinnimò prædicta omnia nulla sunt nisi debitæ solemnitates adhibeantur, alias fraus legi fieret, *Ric.* 1.p. resol.78.

Declaro 1. Nomine Alienationis intelligi omnem actum per quẽ transfertur dominium directum vel vtile, vel vsusfructus, vel q̃cunq; ius e.g. donationem, venditionem, locationem ad longũ tempus, emphiteusim in casibus d. extrauag. non exceptis, censum, hippotecam transactionem, cessionem litis, & iurium, impositionem seruitutis, arborum incisionem, &c. *Bonac.* l.c. p.2. in prin. *Quaranta.* u. Alienatio.

Declaro 2. Incisionem arborũ tã frugiferatum, quam infrugiferatum,

rum, quę radices egerunt, sub alienatione, & pœnis d. Paulinæ contineri, quia sunt inter immobilia, ideo requiritur iusta causa, & licentia Papæ, vel Episcopi, si sit res modica, modo infra dicẽdo. Permittitur tantum sine licentia in tribus casibus.

1. Quando tali ligno ægeret Ecclesia ad reparationem, hic .n. casus censetur per æpiche iam except⁹

2. In silua & arboribus cæduis, secus in consitis ad amænitatem.

3. Ad meliorandum bona e. g. incedendo veteres, & opacas, vt ager fiat, fructuosior, & nouæ planetẽtur, *Ric.* 1. p. resol. 50. In hoc tamẽ vltimo casu dissentit, *Bonac.* l. c. nu. 8. ait. n. non solum causam iustam, sed etiam licentiam requiri conciliantur, Prima vera est in siccis, & inutilibus, quia hæc potius sunt in fructu, quam in proprietate, secunda in alijs saltem ad obuiãdum fraudibus.

Declaro 3. *Naldum* u. Beneficium nu. 33. firmare ex Sac. Cong. decisione beneficiarium incidentẽ, arboresq; in proprios vsus conuertentem ligari excommunicatione contra vsurpantes per *Trid.* sess. 22. cap. 11. de ref. *Sed Barbos.* ad d. cap. 11. nu. 10. ait Sac. Cõg. declarasse nõ comprehendi Rectores, quia arbores incisę sunt in numero fructuum, qui spectãt ad Rectorem, bene ligantur excommunicatione Paulinæ, quia incisio est species alienationis, vt dictum est.

Declaro 4. *Bonac.* l. c. p. 6. 7. & 8. in vltimis tribus excommunicationib⁹ relatis supra in 1. p. huius cap. S. sustinere probabiliorem esse sententiam dictas censuras incurri etiam si non fiat alienatio, quia verba illarum Constitutionum, quę sunt, facere decretũ, cõcedere facultatem alienandi, procurare alienationem, & consulere, ac suadere, verificantur ẽt si non fiat alienatio. Mihi tamen magis placet contraria, quia illæ actiones censuris subijciuntur cũ hac additione *in damnum Ecclesiæ* sed sine alienatione non sequitur damnum.

2. *Requiritur*, vt alienatio sit actualis est perfecta, & talis est.

1. Per realem, & corporalem possessionem.

2. Per possessionẽ datam per clausulã constituti, q̃a licet talis modus sit fictus tamen traditur vera possessio *l.* quod meo, vbi *Bartol.* ff. de aquir. poss. *Ric.* 1. par. resol. 56. Ideo non sufficit consensus, & instrumentum sine dicta clausula, nam si reuocetur, censura non incurritur; quia non est perfecta alienatio, *Nau.* cons. 18. de reb. eccl. non alien. *Bonac.* tamen incurri affirmat per solum instrumentum p. 5. num. 2. quia videtur datum ius ad rem; sed vel Bonac. loquitur vbi adesset clausula cõstituti, vel nimis arctẽ; nam pœnæ sunt restringendæ,

Ric. 2. p. resol. 60. ait si titulus pcedit, & dominium transfertur est alienatio, & censuras inducit, secus si titulus non p ecedit, & retinetur vtile dominium.

Declaro quod alienatio si est nulla distinguendum est. Si nulla est, quia tantum à dicta Paulina annullatur, inducit censuras, & pœnas; quia est sufficienter completa: si verò est aliunde nulla; non quia non censetur completa, & non entium nullæ sunt qualitates *l.* eius qui ff. si certum pet. *Rip.* decis. 341. *Ric.* 1. p. resol. 56. ad fin.

3. *Vt Alienatio* fiat sine causa. nam causa est adeo necessaria, vt licet licentia Papæ operetur, vt aliæ solemnitates non requirantur cũ Papa sit Dominus, & dispensator bonorum Ecclesię, vt not. *Menoch* in add. lib. 2. de arb. casu 171. num. 33. & ego in comp. *Iur.* can. 2. p. diuis. vlt. non tamẽ supplet deffectum causæ, *Rot.* diuers. p. 2. decis. 175. num. 2. *Seraph.* decis. 508. & duo copulatiuè requiri in rerum Ecclesiæ alienatione.

1. *Iustam* causam.
2. Solemnitatem .s. Assensum Apost. resoluit. *Rot.* 4 p nouiss. decis. 596. & post *Conc.* de censibus decis. 8.

Declaro 1. Quattuor esse causas iustas .s. necessitatem, vtilitatem pietatem, & incommoditatem.

Necessitas, vt si vrget es alienum, vel similis, cap. ad nostram de reb. eccl. *Tiasce.* p. 2. cap. 5. num. 32. & sufficit tunc quod alienatio sit vtiliter cepta, quia sic statur illi qualemcunq; exitum habeat, *Ric.* 1. p. resol. 14. *Coccin.* decis. 415. & emptor tenetur probare prætium versum esse iu vtilitatẽ Ecclesiæ, secus si fiat ex causa vtilitatis, *Rot.* post *Cenc.* decis. 8.

Vtilitas s. vt res melior, maior, vel vtilior habeatur, cap. hoc ius 10. q. 2. nec sufficit negotium esse cęptum vtiliter, sed vtilitas debet esse in principio, & fine *Coccin.* l. c. *Rot.* 2. p. diuers. decis 65. nam Ecclesia debet fieri locupletior *l.* si pupilli in fin. ff. de neg gest. *Ric.* l. c. qua ratione censum, vel petium terræ in domum rusticam pro alijs Ecclesiæ terris conuertere consului iustam præbere vtilitatis causam, cum domus proprietas efficiat per habitationem colonorum, vt maiores sint Ecclesiæ redditus, & reliquarũ terrarum melior conditio. Duo igitur in vtilitate requiruntur.

1. Vt vtilitas adsit .s. lucrum, nam non sufficit Ecclesiam non fuisse damnificatam. cap. fine except. 12. q. 2. *Rot.* coram Coccin. Bononien. deuolutionis 16. Nouembris 1621.
2. Quod sit euidens .i. clara indubitata, & probata, non enim sufficit assertio alienantis, *Feder.* de sent. cons. 143. *Rot.* diuers. 1. p. decis. 181. & 475.

Additur 3. De tempore vltimæ alienatio-

nationis, & non ante quæ *Cæsar de Graß.* decis.1. de 26. Eccl. alien. Vtilitas tunc probata dicetur, quando nulla dubietas poterit considerari d. cap. fine exceptione. *Cherub.* schol.2. const.2. Pauli 2. *Ideo* non constare de euidenti vtilitate. si census imponatur pro extinctione alteri⁹ similis resoluit, *Rot.* coram Pamph. Rom. inualiditatis Cēsus 24. Maij 1591. Vtilitas putatiua non sufficit, sed si ab initio non ad fuit, contract⁹ est nullus si adfuit ab initio, datur Ecclesiæ restitutio, *R.c.* 1.p. resol. 15. Quod procedit si fiat ex causa vtilitatis, vide plura apud *Vrsell.* u. alienatio concl. 85. num. 208.

Pietas, vt pro redemptione captiuorum, aut alimenta pauperum, procedit si aliter nequeat prouideri *l.* Sancimus *C.* de sacrosan. Eccl. cap. & sacrorum, & seq. cap. aurum 12. q. 2. *Barb.* cap. 30. lib. 3. nu. 18. de iur. Eccl. vniuers.

Incomoditas, vt si res sit magis Ecclesiæ damnosa, quam vtilis d. cap. sine exceptione, *Barb.* l. c. nu. 19.

Declaro 2. In alienatione dandas esse res Ecclesiæ plus offerenti cū distinctione tamen.

1. Si quis plus offerat post perfectā alienationem non datur plus offerenti; quia nequit rescindi, qđ legittime factum est.

2. Si plus quis offerat ante alienationem subdistinguo.

1. Si plus offerat vltra iustum prætium de iure non datur plus offerenti; quia Ecclesia est cultrix Iustitię, cap. per tuas de donat. inter vir. & vxor. *Gloss.* cap. 2. ibi hoc ius porrectum 10. q. 2 sed in praxi plus offerenti datur vt not. *R.c.* 1. p. resol. 57. nu. 7.

2. Si offerat plus intra limites iusti prætij si plus offerat omni alio, tunc tali plus offerenti datur validè, & licitè; si vero offerat plus .i. maiorem vtilitatem, quam ecclesia habebat antea, sed nō plus omni alio, tunc alienatio valida est; quia iusta subest causa, sed nō licita, quia peccat, ita alienans cum damnificet, non recipiendo maiorem oblationem omni alia *Quaranta.* Alienatio nu. 12.

Declaro 3. Alienationem rei Ecclesiæ fieri à Papa, vel motu ꝓprio, & ex certa scientia. vel ad instantiam partis.

Primo casu iusta causa præsumitur etiam si fieret titulo donationis in consanguineos, quia causa iusta subesse potest ergo subesse præsumendum est, *Rodoan.* de spol. q. 3. §. 1. nu. 10.

Secundo casu non semper ex iusta causa præsumitur, quia decipi potuit ab impetrante *Sopran* apud Filiuc. tract. 44, cap. 3. q. 21.

Declaro 4. Si agatur de alienatione ex causa necessitatis, satis est de ea constare, si de alienatione vtili, iudex inquirere debet an magis vnam, quam aliam rē alienare expediat; si de ꝑmutatione

V 2 debet

debet se diligenter gerere in cōparatione bonorum vt constet quenam sit vtilitas, *Feder* de fin. cōs.149. *Rot.* diu.p.2.decis.178.

4. *Requiritur vt alienatio* fiat fine solemnitate .i. fine assensu Apostolico, qui ex dispositione *d.* extrauag. Ambitiosæ requiritur. Quod procedit etiam si alienatio esset Ecclesiæ vtilis, quia hæc solēnitas est de forma ideo fine ea contractus est nullus *Franch.* decis.35. & alij apud *Rodoan.* q. 46.*Quaranta* nu.37.Multò tamē apud *Dian.* 1.p. tract.8.resol.77. si pertinent fine dicto assensu in foro conscientiæ alienationē vtilem esse validam, nec cēsuris inducere; quia facit conditionem Ecclesiæ meliorem.

Declaro 1. Ordinarij auctoritatem sufficere duobus copulatiue concurrentibus.

1. Vt res sit modica cap. Terulas 12.q.2.& ibi DD. cui non derogare Paulinam neq; Trid.declarauit Sac. Cong. apud *Quarantā* u. Alienatio nu.41. Ratio est, quia in generali prohibitione nō veniunt modica *Abb.* cap. vt sup de reb.eccl. alien. *Guid. Papa* decis.156. Res modica dicitur valoris 20. solidorum *Alciat* cons. 23. nū 6. vel decem ducatorum *Traz Neap.* cap.50.nu.3. Melius dicendum est arbitrio Iudicis relinqui attenta consuetudine loci Ecclesiæ paupertate, temporum, & locorum qualitate, *Ric.*1.p. resol.36. *Ideo hic Brittonorij* fit de ducatis 25.auri, ex antiqua consuetudine, quæ sæpius mihi constitit, dum pluribus annis Vicarij Generalis officio functus sum.

2. Requiritur iusta causa modo supra exposito. Idem seruatur *Cæsenæ*, & sępius in praxi positum fuit ab Illustriss. Petro Bonauētura eiusdem Ciuitatis Episcopo de Ducatis Cameræ 25. Addit *Ric.*2.p.res 383. in modicis neq; *Episcopi* auctoritatem requiri; quia attenditur ius commune, vt fine vllo assensu alienentur, maxime vbi ea est consuetudo Regulares multi ex particularibus priuilegijs poterant alienare, vt refert *Fr. em.* collect. priuil. p. 459. Sed hodie iussu SS. D.N. Vrbani VIII. Sac. Congr. Trid.7.Septembris 1624.prohibuit quibuscūq; regularibus sub pæna perpetuæ priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & inhabilitatis ad illam alienationem bonorum Monasterij fine licētia Sac. Cōg. Trid. *Barb.* de pot.Ep.alleg.95. post nu. 60.

Declaro 2. In alienatione Ecclesię Colleggiatæ præter assensum Apost. requiri etiam Episcopi cōsensum,& quando Episcopus est pricipalis auctor alienationis pter assensum Apostolicum requiri tractatum, & capituli consensum,cap.1.de reb. eccl.nō alien. *Bonac.* p.4.nu.9.& seqq.

Declaro 3. Quod si Ecclesię Rector aliena-

alienaret per Procuratorē, tunc ſi mandatum eſt generale ad alienandum ſer. ſeruan. etiam ſi Procurator alienet ſine ſolemnitate, non incidit Rector in cenſuras; quia non habet Procurator ſufficiens mandatum ad faciendum Dominum incurrere in cēſuras, *Ric.* 1.p. reſol.54. bene ſi mandatum eſſet ſpeciale ad alienandum abſq; ſolemnitatibus, quia tunc faciens per alium per ſe facere videtur.

Declaro 4. Quid ſi fiat alienatio *Reſeruato* beneplacito *Apoſtolico* diſtinguendum eſt ſi alienatio ſit perfecta per traditionem poſſeſſionis ante aſſenſum *Apoſt.* alie-R nans incidit in cenſuras, nam illa proteſtatio eſt contraria facto, ità *Bonac.* de alien.p.4 num. 5. Si vero alienatio fiat ſaluo aſſenſu Apoſt. cum illa clauſula, nec aliter, nec alio modo, non ligatur cenſuris; quia talis alienatio eſt pura conditio, quæ nulla eſt, niſi Apoſtolicus accedat aſſenſus, & de præſenti dat ius vtilis dominij, quod ipſe habet, vt pluribus probat, *Ric.* 3.p. reſol. 512. & ex vi clauſulæ nec aliter nihil cenſetur actum *Put.* lib. 1, deciſ. 197. & 4.p.nouiſs. deciſ. 824. & illa clauſula ſaluat à pena, *Abb.* cap. 1. de feud. clar. §. emphiteuſis qu. 13. *Ric.* 2.p.reſol. 372. num. 1. Immò etiam ſi data ſit poſſeſſio, & facta ſit Eccleſiæ conditio meliori tenere contractum, & cenſuras locum non habere; quia non eſt fraus, tenet *Diana* cum pluribus 1.p.tract.8 reſol. 77.

Declaro 5. Quando in alienatione rei Eccleſiæ res ſeruatum eſt beneplacitum *Apoſtolicum*, an pœnitentiæ ſit locus diſtinguendū eſſe, nam ſi nouus conſenſus neceſſarius eſt, vt quia primum beneplacitum fuit nullum, tunc pœnitentiæ locus eſt *Afflict.* deciſ. 253. *Sanchez* de matr. diſp. 5. per tot. Si verò nouus conſenſus non requiritur, ſubdiſtinguo. Si nondum beneplacitum eſt obtētum eſt locus pœnitentiæ, *Rot.* diuerſ. 1.p. deciſ. 343. & 4.p. deciſ. 206. & 1.p.recent. deciſ. 624. reſpectu Eccleſiæ, non perſonæ cum ea contrahentis, quia ſolum fauore eccleſiæ contractus claudicare poteſt. *Mantic.* deciſ. 201. *Urſell.* u. Alienatio rer, eccl. concl. 805. num. 244. Si verò beneplacitum obtentum eſt etiam quod non ſit executum, neq; Eccleſiæ licet pœnitere, *Coccin.* deciſ. 374. *Rot.* 2.p. nouiſs. deciſ. 205. & 206. *Vrſell.* l.c.nu. 247. vbi plures auctoritates allegat.

Declaro 6. Quod ſi in alienatione rei Eccleſiæ reſeruatum eſt beneplacitum *Apoſtolicum*, vel R reſeruatum eſt ad cautellam tantum, & tunc non eſt attendendū, niſi illud opus eſſe probetur, *Rot.* coram Pena *Montis Regalis* Iuriſdictionis 16. Decēbris 1615. Vel reſeruatum eſt ſimpliciter, & tunc

& tunc si illud non accedit contractus corruit; nam contractus à partium conuentione legem accipiunt. Greg. XV. Camarinen. transactionis 19. Decemb. 1604. eo magis quando non solum adest clausula, reseruato beneplacito Apostolico, *sed etiam alia*, nec aliter, nec alias, &c. quia tūc beneplacitum est necessarium, etiā quod alias in dicto casu opus nō esset, *Rot.* coram Blanchetto Romana domus 13. Ian. 1580. & Rom. locationis 21. Maij 1593. secus si non adest clausula, nec alias, nec aliter &c. tunc. n. sufficit obtinere quatenus opus sit, *Seraph.* decis. 1027. nu. 7.

Declaro 7. Quod in alienatione rei Ecclesię ex cursu 30. vel 40. annorum præsumi confirmatio Apost. Rot corā Lod. Interamnen bonorum 14. Nouembris 1605. &

6 coram Costa decis. 263. quia ex cursu longi temporis omnia necessaria interuenisse pręsumuntur *Rot.* diuers. 1. p. decis. 179. & 237. Maxime si ī instrumento fuit expresse reseruatum *Apost.* beneplacitum, Rot. ad *Costam* l. c. & fortius sit cum clausula, nec aliter, nec alio modo, quia præsumitur animus impetrandi, *Ric.* 3. p. resol. 562. vbi idem dixit de capituli consensu, & alijs solemnitatibus & subdit, nisi aliqua præsumptio sit incontrarium, aut ex inspectione instrumēti aliter appareat, *Barb.* de pot. Episcopi alleg. 95. nu. 72. & 73. Addit *Quaranta* u. *Alienatio* non numerādum esse tempus Rectoris viuentis, sed hoc procedit in præscriptione, non in præsumptione, de qua nos loquimur, *Rot.* ad Costā l. c. & ibi Rub.

Declaro 8. Quod vtilitas Ecclesiæ, & solemnitas iuris requisita præsumatur ex obseruatione cōtractus esse communem opinionē; sed discordāt Doctores de tempore superioris declarationis sētiunt sufficere obseruationē triginta annorū *Mantic.* decis. 373. *Seraph.* decis. 742. 1125. & 1307. *Burat.* decis. 45. Tamen multi alij requiri putant 70. annos, vt aduertit *Vrsel* u. alienatio rer. eccl. nu. 153. Ego vero omnes præfatas doctrinas considerans, ita distinguerem.

1. Si extaret scriptura, vnde clare appareret solemnitates non fuisse adhibitas non esset locum præsumptionibus, quod tunc maxime esset si in ipso actu solemnitates interuenire debent; quia præsumptio cessat quando veritas est in contrarium.

2. Si vero scriptura deficiat, in qua solemnitates essent adhibendæ, vel si adhesset scriptura non bene constaret de solemnitatibus, quæ possent adhiberi, etiam ante, vel post, tunc esset locus dictæ præsūptioni. Opiniones diuersæ quo ad tempus concilientur per *Vrsel.* l. c. vt sufficiant triginta anni, si solem-

ſolemnitates fuerint enunciatæ, alias ſeptuaginta anni requirantur in obſeruantia contractus ad inducendam prædictam præſumptionem. Eandem diſtinctionem facit. *Felin.* cap. *Albericus* de teſti. *Ric.* collect. 4. p. deciſ. 1008. alia iura, vide apud *Vrſel.* l. c.

5. *Requiritur, vt alienatio* fiat ſcienter, & dolosè, nam in extrauag. *Ambitioſæ* dicitur *præſumpſerit*, ideo excuſat bona fides, & ignorantia non ſolum probabilis, ſed etiam craſſa, quæ non ſit cum temeritate, quia tunc æquiparatur ſcientiæ, & ſi non excuſaret, *Nau.* conſ. 19. de 28. ecl. non alien.

Declaro 1. Quod ſi aliquid relictũ ſit eccleſiæ ea conditione, vt poſſit alienari ſcienter alienans ſine ſolemnitatibus ligatur. cenſuris; quia cum ſit ius eccleſiæ aquiſitũ eſt de numero bonorũ eccleſiaſticarum, & illa conditio vti Eccleſiæ damnoſa habetur pro non poſita, *Bonac.* p. 4. nu. 11.

Quid ſit relictum ſit ea lege, vt nequeat alienari? Diſtinguo, vel eſt ſine caducitate, vel cum caducitate, ad hæredes, vel aliã eccleſiã.

Primo caſu ea non obſtante, fieri poſſe alienationem ſubſiſtére iuſta cauſa, & cum ſolemnitatibus firmat, *Barb.* iur. eccl. lib. 3. cap. 30. num. 14 Quia mens diſponẽtis intelligitur ſine cauſa, & indebitè, alij tamen negant etiam neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa, quia mens diſponentis debet pro lege ſeruari, *Gloſ.* vl. cap. verum de cond. appoſ. Mihi placet *Bonac.* opinio l. c. nu. 12. quæ eſt media & vtramq; conciliat. ſ. poſſe alienari ſi expreſſus accedat *Papæ* conſenſus, cui ſit prius mens diſponentis notificata, alias non.

Secundo caſu ſi iuſta cauſa conſenſus Papæ illiuſquè diſpoſitionis derogatio accedat alienari poterit, alias non; quia cum quilibet ſit rei ſuæ Dominus *l.* in remandata ſ. mandati, potuit donator rem tali onere grauare, nec debet fraudari *Sil.* Alienatio q. 18. *Bonac.* l. c. nu. 13.

6. Requiritur, vt alienatio fiat de bonis Eccleſiæ, vel Monaſterij, vel hoſpitalis, vel cuiuſcunq; loci pij. Requiritur tamen quod talis pius locus, vel eccleſia, vel hoſpitale ſit Epiſcopi auctoritate fundatum, qua deficiente diceretur oratorium priuatum, & hoſpitale laicum, & ità illius bona poterunt ſine ſolemnitatibus alienari, *Bonac.* tom. 3. d. 1. qu. 8. p. 2.

Declaro 1. Alienantem Patrimonium ad cuius titulum eſt ordinatus non incurrere hanc excõmunicationem; quia bona patrimonialia non ſunt bona Eccleſiæ, ſed in ſuſpenſionem, cap. ſanctorum d. 70. quam inouat, *Trid.* ſeſſ. 21. cap. 2. de ref.

Duo requiruntur, vt in dictam ſuſpenſionem incidat.

1. Vt alienet ſine licentia Epiſcopi.

2. Vt

de huiusmodi superfluis, *Ric.* 10. p. resol. 622. Ego tamen id admitterem si e. g. ex lampada argentea, calix conficeretur, & ex eadem materia aliud pro eadē Ecclesia fieret, nā tunc militet rō *Ric.* sed si venderetur pro fabrica censeo solemnitatem esse necessariam; quia etiam in permutatione dominium in alium trāsferetur, vt patet; & in permutatione bonorum Ecclesiæ necessariam esse superioris licentiam, omnes concedunt.

2. Locatio infra triennium hæc.n, ex d. extrauag. *Ambitiosæ* permittitur.

Declaro 1. Quod si alienans constituit ius in re tradendo alteri ius illorum fructuum, sic non potest fieri vltra triennium si vero obligaret se actione personali ad dādam commoditatem percipiendi fructus, tūc potest fieri ad plures annos ad beneplacitum, vel in uita concedentis; quia non est alienatio, sed personalis obligatio, & commoditas. *Rebuff.* cons. de reb. eccl. nu. 26. *Ric.* 1. p. resol. 54. ad fin.

Aliqui dicunt validè, & licitè ad plures annos locari fructus, quia prohibetur solum locatio bonorū, *Molin.* disp. 368. *Vasquez* de redd. cap. 1. §. 2. nu. 34. *Rodoan.* q. 6. §. vlt. nu. 4. & alij. Ego cum *Bonac.* p. 2. nu. 25. id fieri non posse censeo, quia frustra locatio bonorum ꝓhiberetur, si de fructibus esset permissa cum solū fiat propter fructus.

Declaro 2. *Annos* non computari ex solo temporis decursu, sed ex decursu cum prouentu fructuū ideo terræ Ecclesię, quę fructificant tantum secundo quoq; anno ad sex annos currentes licitè locantur, & quæ tertio quoq; anno ad nouem. *Sa.* Conductio num. 14.

Sed an possit fieri pactum de locando ad aliud triennium primo finito. *Aliqui* negant, quia fieret fraus legi, & illa obligatio est species alienationis, *Azor* 2. p. lib. 7. cap. 10. q. 6. Alij affirmant, qa promissio non est alienatio, *Bonac.* l. c. nu. 24. & hoc iudico verius, quia illud pactum est potius obligatio personalis.

Declaro 3. Quod si locatio fructuū fiat vltra triennium sine solemnitatibus e. g. ad nouem annos, si ità fiat vnico contextu nulla est etiam pro primo triennio, quia irritatur per extrauag. *Ambitiosa*, nec valet regula quod vtile non vitiatur per inutile, quia hęc procedit nisi aliud ius disponat *Sa* Conductio nu. 13. *Azor.* 3. p. lib. 8. cap. 3. q. 3. *Bonac.* l. c. nu. 24. contra *Quarantam* u. *Alienatio*, & alios putantes valere pro 1. triennio; si vero locatio ista fiat distincto contextu e. g. loco tibi ad tres annos, quibus elapsis ex nunc prout ex tunc ad tres alios, tunc valida est pro primo trien-

X uio,

nio, cũ fint diſtinctè locationes, non pro alijs; quia fit fraus legi. *Bonac.* l.c. verſ. neq. obſtat.

3. Res immobilis modica de licẽtia ordinarij cum requiſitis traditis ſupra *O.* Nequit tamen res immobilis vendi, & in Cenſibus inueſtiri ſine ſpeciali facultate Sac. Cong. quia Cenſus de facili periclitantur.

Declaro quod in Alienatione rerũ etiam immobilium Eccleſiæ tenuium, & modicarum ſufficit ordinarij auctoritas. Sed prius per cauſæ cognitionem conſtito de euidenti Eccleſię vtilitate. *Ric.* 1. p. reſol. 36. & 2. p. reſol. 383. Praxis, & ita Sac. Cong. reſoluiſse teſtatur *Quaranta* u. *Alienatio*, num. 41.

4. Emphiteuſis habẽs quattuor cõditiones licita eſt ſine ſolemnitate, ita ꝙ ſolus Eccleſiæ Rector eã facere poteſt.

A

A

1. Vt ſit ſolita dari in emphiteuſim, ad quod vnica locatio ſufficit, *Clar.* §. feudum q. 13. num. 4. *Quaranta* nu. 39. & 40.

2. Eccleſiæ vtilitas, quæ requiritur non ſolum tempore primæ conceſſionis, ſed etiã renouationis, attendendo illud verbum Bullæ S. Pauli 2. *Et tunc* quod extremitatem deſiderat *l.* 4. §. 1. ff. de cond. & demonſt. *Hond.* conſ. 52. lib. 1. num. 61. vbi ait id pluries Rotam ſic reſoluiſse.

3. Vt non ſit *Eccleſiæ* incorporata: nam tũc noua ſolemnitas requiritur. *Incorporatio* fit, quãdo declaratur applicata menſæ, vel vſibus Eccleſiæ, non autem per ſolam apprehẽſionem poſſeſſionis nomine Eccleſię, niſi fiat applicatio, quod eſt valde notãdũ.

4. Vt non excedatur primus conceſſionis modus, vt ſi data eſt ꝓ conſanguineis, non concedatur extraneis, *Molin.* diſp. 369.

Declaro 1. Notandam eſse diſtinctionem, quãdo emphiteuſis cõceditur ad tertiam, vel quartam generationem. Si dicitur ad tertiam generationem abſolute, tũc comprehenditur, & numeratur pro prima generatione perſona illa, cui immediate datur; quia tunc dominus directus conſiderat generationes in abſtracto, & non reſpectiue ad aliquam perſonam ſi vero dicitur ad tertiam generationem *eius*, vel *ipſius*, tũc non numeratur perſona, cui datur, ſed tres perſonæ deſcendentes: ſ. filius, nepos, & pronepos; qa tunc dominus conſiderat generationes in concreto, & reſpectiuè vti deſcendẽtes à perſona recipiente emphiteuſim. Hæc eſt diſtinctio, *Bart.* relat. per *Bald.* in Aut. ſi quas ruinas *C.* de ſacroſ. eccl. *Menoch.* conſ. 115. & 883. *Hond.* conſ. 54. lib. 1. *Veral.* p. 2. deciſ. 18. *Rot.* 1. p. recent. deciſ. 305. & coram *Merlino Aſſien.* emphyt. 27. *Iunij* 1627.

Declaro 2. Etiam in prima cõceſſione emphiteuſis ſufficere licẽtiam

tiam

tiam ordinarij, vel legati ſi ſit res modica. ſ. de rebus, quæ ſingulis annis reddere non ſolent quinq; vel decem aureos, *Barboſ.* lib. 3. cap. 30. nu. 22. ad fin. omnes autem contractus de re magna, vt oppignoratio, fideiuſſio, venditio, permutatio &c. prohibentur ſine auctoritate Apoſt. & fructus Cãcellariæ Epiſcopalis nullo mõ locari poſſe, ſed per proprios Epiſcopi miniſtros exerceri debere cenſuit Sac. Cong. Ep. 26. Aug. 1591. *Barboſ.* ad Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de ref. nu. 8.

5. Remiſſio caducitatis emphiteutæ remitti poteſt abſq; vlla ſolẽnitate per ſolum Dominum directum, nõ ſolum expreſse; ſed etiã tacitè recipiendo penſiones præteritas poſt incurſam caducitatẽ *Quaranta* Alienatio nu. 44. limit. 13. *Mantic.* de tacit. lib. 22. tit. 33 nu. 13. *Ric.* 1. p. reſol. 118.

Declaro augendum eſſe canonem ſtante mora alicuius, qui p biennium continuum ceſſauit à ſolutione. *Rot.* p. 4. diuer. deciſ. 808. ſed quando pars maior ſoluitur caducitati non eſt locus, *Rot.* d. p. 4. deciſ. 740.

6. Permutatio inter Eccleſias licita eſt cum ſola Epiſcopi licentia. Probatur auctoritate, & poſſeſ- B ſione. Auctoritas eſt textus, cap. B hoc ius porrectum 10. q. 2. cap. 1. de reb. eccl. non alien. cap. ad q̃ſtionem de rer. permut. *Aut.* itẽ tibi, vbi *Gloſ.* C. de ſacroſ. eccl. Ratio eſt quia alienario prohibetur, ne bona Eccleſiꝫ prophanis vſibus applicentur, vt patet ex d. extrauag. *Ambitioſæ* in verbis illis profanis vſibus in prohemio, quod cauſam finalem diſpenſationis iudicat *l. fin.* & ibi *Bart.* ff. de hęred. inſt. ſed in permutatione cum Eccleſia, ceſſat cauſa prohibitionis; ergo ceſſat ipſa prohibitio, cap. cum ceſſante de appell. hoc nouit, *Ric.* 1. p. reſol. 60. Sed contrarium tenet, qa dicit vſum eſſe in contrarium, & reſol. 622. ait vidiſſe breuia expedire; ego vero perſiſto in affirmatiua, Tum quia iura prædicta non ſunt abrogata, Tum quia conceſſio facta Epiſcopis non aufert poteſtatem Papæ, nec ſequitur Papa dat breuia, ergo Epiſcopi nequeunt; quia permutatio beneficiorum pura poteſt fieri coram ordinarijs, & tamen ẽt coram Papa fit. Tum quia conſuetudo, & praxis debet in iudicio cõtradictorio parte opponẽte obtinere per alleg. à *Nald.* u. conſuetudo nu. 2. Sed nulla permutatio inter Eccleſias corã ordinarijs fuit vnquam reuocata, vel annullata propter hoc exciperem inter Regulares; quia de illis Sac. Cong. fecit ſpetialẽ prohibitionem, vt ſupra O.

Conciliantur hæ duæ opiniones ſic ſolemnitates non ſunt neceſſariꝫ inter Eccleſiam, & Eccleſiam, quando in alienatione aliquod

X 2 onus

onus perpetuum non imponeretur, velut annui Census, vel simile. Sed necessariæ erunt quando secus, vt colligitur ex *Triuisan.* decis. 56 p. 2. & *Ric.* col ect. 511. vt not *Visell.* u. Alienatio rer. Eccl. nu. 308 Vbi etiam obiter noto. Non posse prætium terrarũ Ecclesiæ conuerti in Census sine licentia Sac. Cong. propter periculum, quod subest in Censibus ratione variationis, cum sæpè ad plures manus transeant.

7. Summa necessitas, & adeò iminens, vt nequeat Papa adiri, vt pro alendis pauperibus pro captiuis redimendis, cap. gloria Episcopi 12. q. 2. *Rodoan.* q. 13. n. 13. & seqq. *Barb* de pot. Episcopi alleg. 95. nu 58.

8. Bona relicta Ecclesiæ in capaci, vt sunt Capuccini, possunt sine solemnitate alienari, & prætium debet conuerti in Ecclesiæ necessitatem *Socci.* reg. 110. nu. 3. *Dec.* cap. præsentia de prob.

9. Pro remuneratione meritorum. *Gloss.* cap. consensus de reb. eccl. u. familia. Procedit in rebus mobilibus, & moderatè, *Barbos.* de pot. *Ep.* alleg. 95. nu. 62.

10. Resti u io rei alteri debitę, ideo in retro uenditione rei, quam Ecclesia aquisiuit cum pacto retrouendendi, potest retrouẽdi absq. solemnitate; quia est potius rescissio contractus, & fit de necessitate iuridica. *Rodoan.* q. 66. nu. 9. contra *Menoch.* cons. 13. lib. 1.

11. Res omnino inutilis, quæ plus damni, & impensæ Ecclesiæ tribuat quam commodi, & vtilitatis. *Barb.* de pot. *Ep.* alleg. 95. nu. 25. & iur. eccl. lib. 3. cap. 30. num. 19. per cap. sine exceptione 12. q. 2. & nu. 20. Exemplificat in ruinis, quas ecclesia restaurare nequit, & in siluis extirpatis; ratio est quia prohibetur alienatio ne damnum sentiat Ecclesia; sed sic cessat ratio.

12. Bona iniustè ab Ecclesia possessa alienantur sine solemnitate; quia non sunt bona Ecclesiæ, *Bonac.* de alien. p. 2. nu. 10.

13. Repudiatio hæreditatis, vel legati, &c. Tum quia repudiando legatum non dum acceptatum, non dicitur Ecclesiæ rem alienare *l.* q. auct. ff. quæ in fraud. cred. Tum quia Prælatus potest præiudicare in aquirendis non in aquisitis. *Rot.* 3. p. diuers. decis. 233. & 284. peccaret tamen cum obligatione restitutionis; sed nõ incidit in censuras, *Abb.* cap. tua de his quæ fiunt à Præl. *Sanchez* de matr. lib. 6. disp. 4. Alij dicunt requiri solemnitatẽ, quia statim facto legato, vel hæreditate relicta, est aquisitum ius Ecclesiæ, *Quaranta* u. Alienatio num. 23. *Barb.* de pot. Ep. alleg. 95. nu. 54. ego distinguo, si ad fauorem alicuius cæduntur iura Ecclesiæ, tũc solemnitas requiritur; quia est vera alienatio, & locum habet Paulina *Rot. Caputaq.* decis. 359.

Pui.

Put. lib.2.decif.519. fecus fi abfolutè.

14. Tranfactio in duobus cafibus.

1. Si non erat in poffeffione, alias fecus *Quaranta* l.c.num.43 limit. 12.& ita fine folemnitate alienatur bona Ecclefiæ difficilis recuperationis, vel fit tranfactio ea lege,vt,emptor fuis recuperet expenfis cap.2.de feud.vbi *Abb.*& DD.

2. Super decimis,& fructibus præteritis; quia fpectant ad Rectorē non fuper futuris *Bonac.*p.2.n.9.

Vlt. Patrimonium ad cuius titulū clericus eft facris initiatus; non D .n. incidit in cenfuras Paulinæ, D etiam fi non haberet vnde aliunde viueret, quia non eft res Ecclefiæ.

Sed an alienans Patrimonium fine licentia ordinarij poft adeptum beneficium, vel aliunde aliunde alimenta, incidat in fufpenfionem cap. fanctorum d.70.

Aliqui affirmant, quia Trid. videtur duo requirere .f. licentiam Epifcopi, & vnde aliunde viuat, *Barbof.* l.c.nu.90. Alij negant dummodo fit aquifitum notorie fufficiens ad fuftentationem, *Vgol.* ca.26.§.13. quod iudico verum, quia cum ceffet caufa prohibitionis, ne mendicare cogatur, ceffat prohibitio.

Quid autem de eo, qui alienat bo- E na Ecclefiæ verè, & certè in eui- E dentem vtilitatem illius fine folemnitate, & referuatione beneplaciti Apoftolici? an pecet mortaliter,nec ne, & incurrat cenfuras? licet Doctores in hoc diffētiant,tamen mihi magis libet illa opinio tenens, alienantem,ita non peccare, nec pœnis fubijcit, cum *Abbate, Syluefiro, Quaranta, Reginaldo*, & alijs quam pluribus apud *Dianam*, tract.8.p.1. refol. 77.& dixi fup. Satis.

De Priuatione.
CAP. XI.

VIA mala malo concluditur fine, Rectè igitur facri Canones ob minus canonicam beneficij confecutionem, & ob varia crimina priuationem induxerūt, de qua tria videbimus.

1. Quid fit, & quotuplex priuatio.
2. Quot modis priuatio fiat, quoad titulum.
3. Quot modis priuatio accidat quoad fructus.

DE 1. Priuatio eft amotio à beneficio quoad titulum, vel fruct° à iure, vel leggittimo fuperiore A inflicta.

Priuatio duplex eft.f. per fententiam hominis, & ipfo facto.

Prima eft,quæ à legittimo Superiore fertur,vel ob contumaciam, vel delictum, quod de iure non inducit priuationem ipfo facto; fed in fententia formaliter priuatur per ea verba.fcilicet beneficio,

ficio, vel beneficijs priuamus.

Secunda est quæ ob delictum à iure inducitur ipso facto, & tūc nō fertur sententia priuationis formaliter, dicendo priuamus, sed tantum priuatum declaramus, quæ fertur citatione prævia; nam potuisset habere dispensationem & iustum impedimentum, *Gloss.* cap. commissa de elect. in 6.

Declaro 1. Quando priuatio formaliter fieri debet, si sententia priuationis non fertur, non censeri priuatum ideo *Rot.* coram Aquen. in Fauentina relata per *Paris* lib. 3. q. 16. nu. 31. resoluit quod condemnatus de homicidio, ex quo in sententia non erat apposita sententia priuationis, non erit priuatus: & propterea poterat agere spolio contra possessorem, *Put.* decis. 233. lib. 2.

Declaro 2. Quod ibi vacat beneficium, vbi sententia priuationis

B fertur verbaliter per sententiam hominis, & non vbi est reus priuatus, etiam si esset Romæ, *Rot.* decis. 36. de præb. in antiq. *Caputaq.* lib. 1. decis. 91.

Declaro 3. Quod Collatio facta de beneficio per priuationē ex quacunq; causa, nulla est, si fiat antequam sententia in iudicatū transierit, neq; conualescit per non appellationem, *Mohed.* decis. 11. de præb. vide p. 1. cap. 8. §. de impetratione. Ideo si fiat pendēte appellatione, nulla est, vt late *Ric.* 3. p. resol. 125.

Sed si priuatus absoluatur restituitur ne ad suum beneficium? Af-

C firmat *Rub.* in suis sing. ad Achill. decis. 132. alias 2. de dolo, & cōtum. & allegat. decis. 354. *Seraph.* negat *Massob* req. 1. dub. 4. in fin. & allegat eandem *Seraph.* decisionem ego distinguo, si lata fuit ob delictum non restituitur, dūmodo delictum fuerit concludēter probatum, vt quia fuit cōuictus, vel cōfessus, non .n. sufficiūt testes pro informatione Curiæ, si probatio non fuit concludens, & clara; nam dicetur in contumaciam. Si verò lata fuit in contumaciam, restituitur, & ita colligitur ex d. *Seraph.* decis.

DE 2. priuatio beneficij quoad titulum fit duobus modis.

Primo ipso facto, & sic in omnibus casibus, in quibus beneficia ipso iure vacare tàm ex delicto, quàm sine delicto docuimus supra 2. p. sect. 1. cap. 1. cond. 3.

Secundo per sententiam, & sic in pluribus casibus potest quis beneficio priuari.

1. Ob non residentiam, qui residere de iure, vel consuetudine tenetur, cap. inter cap. ex tuæ, cap. conquerente, cap. ex parte de cler. non resid.

Sed dicet quis *Trid.* sess. 23. cap. 1. de ref. innouat contra residentes omnes pœnas sacrorum canonū sed in cap. extirpandæ §. qui vero de præb. non residens ipso iure priuatur; dicitur. n. quod habens

Paro-

Parochialem, non potest seruire per Vicarium, sed tenetur per se; sed qui habet dignitatē, vel Canonicatum cum Parochiali pōt per Vicarium, alias sciat se auctoritate hujus canonis priuatū, vt alteri conferratur qui seruire possit. Resp. ꝙ additio ad Gloss. ibi dicit loqui de illis, qui habēt præbendam, & Parochialem simul, sed non vnitam, quia merito vna sunt ipso iure priuati, nisi à Papa dispensentur *Abb.* ibi distinguit, si notorium est, Curatū sine legittima facultate non residere, tunc sine citatione, & monitione potest beneficium illud alteri conferri ob euidentiam facti, sicut quando haberet pro derelicto. Quando vero dubitatur, & non constat, an Curatus sit legittime impeditus, tunc requiritur citatio; Nisi adesset Episcopi statutum, vt sine monitione esset priuatus, quia fieri posset deberet tamen plene probari scientia de tali statuto; nam præsumpta non sufficit, *Ric.* 3. p. resol. 303. Procedit ad incurrendam pænā, nam ad declarationem postea requiritur citatio, cap. cū secundum de hæret. in 6. *Bott.* de Synod. p. 3. art. 1.

Declaro 1. Modum procedēdi ad priuationem contra residentem per distinctionē assignari ex decis. 1 346. *Seraph.* & 67. *Mantic.*

1. Si absens fuit personaliter citatus, tunc vnica citatio sufficit pro tribus, nec est necesse expectare sex menses, nec permittere pœnas censurarum, & subtractionis fructuum. *Rot.* d. decis. 67 corā *Māt.* ita. n. declarauit Sac. Cong. vt refert *Massob* req. 1. dub. 3. nu. 25. & hoc obseruatur tàm in eo, qui est absens cum licentia, quam sine *Seraph.* l. c. & *Rot.* coram Nauar. Oriolen. Decanatus 14. Martij 1621.

2. Si non potuit personaliter citari, tria sunt necessaria.

Primum trina citatio successiuè per edictum publicum in loco beneficij, neque vna sufficit *Abb.* lib. 1. cons. 67.

Secundum vt post vltimam citationem sex menses expectentur, ca. ex tuæ vbi Io. And. & Anchar. de cler. non resid.

Tertiū vt seruetur iuris ordo à Trid. præscriptū sess. 23. cap. 1. de ref. & sess. 24. cap. 12. de ref vers. Preterea ibi aliqua iuris remedia etiam vsq; ad priuationem. s. vt prius Episcopus compellat per censuras residere, subtractionem fructuum, & pænis pecuniari js quibus non iuuantibus deueniatur ad priuationem. Et Canonicis primò subtrahi debet dimidia pars fructuum illius anni, secunda vice omnes fructus illius anni. Tādem crescente contumacia, fiat priuatio, *Ric.* 1. p. resol. 310. ex *Trid.* d. sess. 24. Idemq; habetur ex Bulla Pii V. *Cupientes* in ordine 64. vbi id conceditur Episco-

pus

pus etiam tanquam Apost. Sedes delegatis, & dictarum pœnarum gradum necessarium esse resoluit, *Piasce* p.2.cap.3.nu.9. *Barb.* alleg.53. nu. 148.

Quid si Canonicus non habeat prębendam, nec fructus. Resp. seruari debere, cap.ex tuæ de cler. non resid.i.si ignoratur vbi sit, citatus per ædictum cum requisitis dictis de Parocho, si scitur debet illi præfigi terminus ad redeundum, & ante priuationē debet excommunicari, vel suspēdi, quia cū sit hic casus à Trid. omissus seruatur ius commune, *Ric.* resol.624.p.1.

Declaro 2. Quod vbi in aliquo monitorio fit comminatio excommunicationi si non detur personaliter, sed tantum domi nō potest procedi ad declaratione seu

F sententiam excommunicationis, *Rot.* decis.2. nu.52. de rescrip. & decis.1. de fer. & decis.11. de dol. & contum. *Thes.* for.eccl.cap.17. nu.27. Fallit si non daretur tutus accessus arbitrio Iudicis, *Menoch* de reb. casu 13.nu.5. Tunc sufficit citatio per ædictum, duo tamen probari debent.

1. Quod fuerit appositum ædictū in partibus vicinis.
2. Quod veresimiliter peruenire potuerit ad notitiam aduersarijs *Bellam.* decis. 183. Non sufficit tamen adesse milites, & viarum grassatores. *Marches.* de comiss. p.2.cap.4.nu.28. tamen hæresis, si in processu plenè constaret de hæresi sufficeret citatio per ædicta ad condemnandum, tamen voce præconis ædicta deberent diuulgari vltra affixionem ad fores Ecclesiæ maioris, vt tradit *Ric.* 3.p.resol.218.

Addo quod Commissarius tenetur mittere tenorē litterarum alias non tenetur obedire ad simplex verbum *l.* 1.*C.* de mand.princip. Greg.XV.decis.69. quia nō pręsumitur pro iurisdictione delegata, vide *Ric.* 2 p. resol.62.

Declaro 3. Adhoc vt absens lucretur duo requiri.

1. Iustam causam, vt studiorum.
2. Licentiam Superioris, vt Rota

G coram Plato relata per *Seraphi* decis. 1131. Hodie Rectoribus Parochialiū Ordinarij nequeunt dare licentiam absentiæ causa studiorum, ita declarauit Sacra Cong. relata per *Ric.* 1. p. resol. 310. de iure antiquo tamen beneficiati poterant sine licētia ire ad studium, *Ric.* 2.p.resol.233. Immò hodie Papa non dat prædictam licentiam; quia Parochi fuerunt per concursum magis idonei iudicati, ita decisum, ait *Garz.* p.3.cap.2.nu.84.

Declaro 4. Quinq; potissimum esse effectus priuationis ipso iure.

1. Beneficium vacat ipso puncto, quo matrimonium contrahitur, vel delictum patratur inducens

H priuationem ipso iure *Rot.* diuers. 3.p. decis. 707.

2. Si

2. Si post incursam dictam priuationem moriatur priuatus, non vacat per obitum, sed per matrimonij delictum, &c. cap. susceptum de rescrip. in 6.

3. Post incursam priuationem, nõ facit fructus suos, sed restituere tenetur, quia sic amittit dominium. & possessionem, Paris l. 3. q. 1. nu. 81.

4. Potest impetrari, vti vacuum, secus quando per sentẽtiam venit priuãdus, Garz. p. 11. cap. 10. num. 13.

5. Non potest resignari in fauorẽ; quia qui beneficium non habet, nõ potest illud renuntiare, cap. qui perfectionem 7. q. 1. vide sup. 1. p. cap. 6. req. 2. H.

Declaro 5. Posse priuari Canonicos, & cæteros beneficiatios non

I suscipientes ordinem requisitum & Sac. Cong. declarauit decretũ Trid. sess. 22. cap. 4. de ref. compræhendere nõ solum beneficia in Cathedrali, vt clem. vt 11. de ętate, sed omnia quæ ordinẽ requirunt, Ric. 1. p. resol. 486, n. 13.

Declaro 6. Quod à sententia priuationis ob non residentiam nõ datur appellatio, saltem quoad effectum suspẽsiuum dummodo tamen sit iusta, & rite probata, alias secus. Seraph. decis. 1346. Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. ea retelatum, & cap. conquerente de cler. non resid. Item à mandato de residendo in visitatione ædito non datur appellatione ad effectum suspensiuum: sed deuolutiuum tantum, Barbos. ad Trid. sess. 13. cap. 1. de ref.

Declaro 7. Non posse Episcopum certam pænam à Concilio statu-

K tam contra non residentes ampliare; quia per indirectum abrogaret Concilio, quod est de reseruatis Summo Pontifici. Probatur si concilium pænã statuit dimedietatis fructuum, & Constitutio Episcopi omniũ fructuũ, tunc seruatur lex Episcopi non Concilij, Ric. 1 p. resol. 478. Hoc tamen non est absolutè intelligẽdum, sed tantum, quando aliquo modo Concilij abrogatio sequeretur, ideò posset, & alias pęnas addere, vt ità cogat ad maiorẽ Concilij obseruantiam, & statutas augere coadiuuando ius cõmune, vt probat, Monet de destrib. p. 2. q. 13. nu. 20.

Item indubitati iuris est Episcopũ posse in suis Statutis priuationis pænam ipso iure imponere e. g. contra non exhibẽtes titulos suorum beneficiorum infra certum tempus, vel non registrantes in Cancellaria Franch cap. mora de reg. iur. in 6. Immò etiam pænã inhabilitatis perpetuæ ad beneficia Gloss. clẽ. 2. de vit. & honest. u. inhabilis.

2. Priuari possunt beneficijs clerici concubinarij; Immò iure antiquo erant ipso iure priuati, vt

L not. Abb. & Felin. cap. at si clerici de iud. Diaz ca. 79. Clar. § fornica-

nicatio Sumistæ u. Concubinarij at hodie ex *Trid.* sess. 25. cap. 14. de ref. sunt priuandi hoc ordine.

1. Si primo moniti nõ abstinuerint, sunt ipso iure priuati tertia parte fructuum, & pensionum.

2. Si secundæ monitioni non paruerint, tùm omnibus fructibus, tùm beneficiorũ administratione priuentur ab Episcopo tãquã Sedis Apost. delegato ad arbitrium.

3. Si ita suspensis perseuerauerint priuabũtur perpetuò beneficijs, & pensionibus; Nam clericus cõcubinarius etiam publicus nõ est ipso iure beneficijs priuatus. *Ità Rota* coram Pæma Tullen. Monasterij S. Mãsacti 27. Ian. 1597. quæ est inter concilia *Farin.* cõs. 80. lib. 1.

4. Si cum eisdem, vel alijs fæminis scandalosis iterũ se imiscuerint vltra prædictas pænas excõmunicentur.

5. Inhabilis reddatur officijs, beneficijs, dignitatibus, & honorib. donec, &c.

6. Non beneficiati, pro qualitate delicti, carcere, suspensione ab ordine, inhabilitate prædicta, & excommunicatione plectantur.

Declaro 1. Quod quattuor requiruntur.

1. *Monitio spiritualis* facta in ipsam personam, *Gloss.* & *DD.* Clem. 2. de vit. & honest. Ideò non sufficit generalis facta in Synodo, vel ædictis, etiam si vim trinæ monitionis obtineat iuxta terminos, quos congerant DD. cap. 1. ne cler. vel monac. *Clar.* §. fin. q. 36. & ità declarasse Sac. Cong. refert *Ric.* 1. p. resol. 307. Procedit etiã in concubinario notorio, qui potest sine monitione alijs pænis puniri, non priuatione cap. tuanos vbi *Abb.* de cohabit. cler.

2. *Monitio trina*, tam de iure communi, cap. sicut, cap. si autem de cohab. cler. vbi *DD.* quàm ex *Trid.* l. c. *Mandos.* tit. de priuat. u. cõncubinatius *Selua* de benef. p. 3. q. 3. nu. 7. Tempus quod inter vnam, & alteram monitionẽ debet intercedere est Episcopo arbitratium, *Barbos.* ad *Trid.* sess. 25. cap. 14. de ref. nu. 11.

3. Qualitas concubinatus, ità n. declarauit Sac. Cong. decretum Trid. de cõcubinatu, & aliis impudicitiæ sordibus, ideò non sufficit simplex incontinentia contra *Nau.* cons. 1. de cohab. cler. Ille autem dicitur Concubinarius ad hunc effectum, qui domi mulierem retinet, ac si esset vxor *Dyn.* l. Concubinam ff. de concub. & qui eam retinet etiã alibi sub aliquo colore, dummodo assiduã habeat cõsuetudinem, tum quia *Trid.* l. c. dicit domi vel extra. Tũ quia scandalum attenditur *Thes.* for. eccl. p. 3 cap. 4 sub num. 27. Ideo testes deponere debent de perseuerantia post monitionem, *Ric.* 3. p. resol. 304. Neque sufficit habere liberos, quia etiam ex aliqui-

aliquibus tantum actibus potest procreari, *Ric* 3.p.resol.304.

4. Quod plene probetur concubinatus, vt si sit diffamatus in sua, vel fœminæ vicinia. Non tamen sufficit præterita incontinentia, *Ric*. l. c. vbi probat non sufficere testes de publica voce, & fama, sed alijs concurrentibus deponere debent a quibus audierunt, & quod fama a viris probis originē habuerit, nam orta a maleuolis, & inimicis non probat *Achill.* decis. 321. Vide de omnibus *Barbos.* ad d.cap.14. *Trid.* Procedunt de priuatione; nā sine monitione hodie; sicut olim Clerici concubinarij sunt ipso iure suspēsi cap. præsbiter d. 32. cap. Sacerdotes d.50. *Azor.* 3.p.lib.3.cap.6.& ita decisum refert *Belett.* p.1. tit. de discip. §.5.num.45. *Barbos* l.c. num.18.

Declaro 2. Laicos concubinarios puniri posse per Episcopum hoc ordine.

1. Ter moneantur distinctis temporibus *Auendan.* de exeut.mād. p.1.cap.22.nu.14.

2. Si sint viri excommunicētur fœminæ vero extra locum, vel diœcesi eijciantur.

3. Si perseuerauerint seuere puniantur, *Trid.* sess.24.cap.8. Quod non solum pœnis pecuniarijs poterit *Bereg.* de iure fisci lib.1. ca. 2. sed etiam corporalibus ꝓ qualitate delicti, ita Sac. Cong. pluries decl. referente, *Ric.* 1.p.resol.319. Bene vetum est quod nō debet fieri excessus, quia non lucrum, sed correctio attendi debet. Neque Episcopus semper potest compositionem pecuniariam recipere, sed tantum in delictis leuibus, & vbi pœna debetur arbitiaria, Vide late *Ric.* l.c. & contra concubinarios procedi iuxta decreta, *Trid.* per ordinarios statuit Pius V. Const. V. Trina monitio est necessaria, quando Episcopus velit excommunicare, nō ad alias pœnas. & in prima monitione posse Episcopum pecuniaria pœna punire, iudicatum fuisse, refert *Barbos.* ad *Trid.* sess.24.cap.8. nu.4.& 5. contra *Ric.* l.c.

5. Priuari potest clericus periurus *Gloss.* cap. querelam de Iur. iur. non tamen omnis, sed qui in cōtractibus, negotijs, & Iudicijs peierat Vicarius, autem Episcopi absolutionem a iuramento post periurium concedere nequit, & de nullitate absolutionis Iudex secularis posset cognoscere, vt ꝓbat *Sbroz* lib.2.q.187.nu.12. vbi ait; ita fuisse decisum.

Declaro duo requiri.

1. Vt ad sit periurium non.n.sufficit fidem violare.

2. Vt sit iudiciale, *Azor.* 1.p.lib. 7.cap.18.q.4. vbi testatur Ignaturam non dare priuationem, M nisi pro iudiciali periuro.

4. Priuari potest clericus Blasfemus cap. si quis per capillos 22.

q. 1. & ex Bulla 5. Pij V. Clericus blasfemans expresse Deum, & D. N. Iesum Christũ, vel B. V. pro prima vice priuatur fructib⁹ vnius anni, secunda vice beneficijs priuetur, tertio omnibus dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur; Clericus nõ habens beneficium prima vice pecuniaria pœna puniatur.

N

2. Carcere.

3. Verbali degradatione, & triremibus. Blasfemans sanctos arbitrio Iudicis puniatur pro qualitate blasfemiæ, & personæ.

Declaro 1. Eadem pœna puniri nõ reuelantẽ blasfematorẽ d. cap. sijquis. *Leo X.* Const. 11. & *Pius V.* l.c. Excusatur, qui calore iracundię blasfemaret; sed quibus circonstantijs debeat calor irracundiæ esse vallatus docet, *Alex.* cons. 15. vol. 3. ante fin. *Cla.* §. fin. q. 60. nu. 6.

Declaro 2. Illa verba pro 1. vel 2. vice hic, & in omni Statuto interpretari pro prima vice punitionis, non blasfemiæ, vt pluribus docet, *Ric.* 1. p. resol. 316. nu. 2.

5. Priuari potest clericus homicida, nec est ipso iure priuatus, ca. Clericis, ne cler. vel monac. *Abb.* cap. vlt. de excess. præb. *Felin.* ca. inquisitionis de accusat. & in *Trid.* sess. 14. cap. 7. de ref. statuitur quod voluntarius homicida careat omni beneficio, & ordine etiã minori, ita vt neq; in susceptis possit ministrare decilum referet, *Barb.* ibi num. 6.

O

Declaro 1. Homicidium non inducere priuationem ipso iure, etiã grauissimũ, vt si occideret Piẽm, Pi pem, vel clericum *Diaz.* cap. 9. ad fin. *Azor.* l. c. q. 2. vbi de communi contra *Rebuf.* p. 3. de modo amittend. benef.

Declaro 2. Quod Episcopus dispẽsare potest, vt homicida vnũ simplex beneficium retineat, quia licet irregularis sit incapax, tamen multa impediũt acquirere, non retinere, *Azor.* l. c. vers. quæres postremo.

Declaro 3. Quod Homicida, & quicunq; alius delinquens, & irregularis, qui priuandus est beneficio posset pendente accusatione, renũtiare ad fauorem alicuius priusquam damnetur; quia habet iustam possessionem.

Si tamen quis à Papa impetrasset beneficium homicidę, vt sibi cõferratur, si homicida priuetur, potest adhuc renuntiare ad fauorem alterius antequam damnetur; quia vritur iure suo, & priuatio est sub conditione; Secus si impetratio diceret quod renuntiatio lite pendente cædat in vtilitatem impetrãtis, sed hoc non solet apponi, *Sanchez* lib. 2. cons. cap. 2. dub. 14. vbi plures allegat.

Declaro 4. Priuandum esse beneficio, *Trid.* sess. 14 cap. 7 de ref. nõ pensione, tũ quia in odiosis stricta interpratatio, & Pensio non est

est beneficium. Tum quia ità declarauit Sac Cong. vt refert. *Bonac.* de cens. d.7.q.1.p.4.nu.11. & vt beneficijs priuetur absquè spe dispensationis requiritur, vt homicidium sit secutum per industriam, & ex proposito, quia mandans verberari, & expresse ne occidatur, si procutientes occidant mandans non incidat in dictam pænam ex decreto *Trid.* sess. 14 cap.7. de ref. vt ibi *Barbos.* refert decisum, & verb. illa perpetuò est non importare omnimodam impossibilitatem: sed difficultatem præmaximam notat ibi nu.9. ex Campanis rub. 11. cap.23. nu. 128.

6. Priuari potest Clericus sollicitans ad turpia in confessione, ita decreuit Greg. XV. in bulla contra sollicitantes, vbi mandat Episcopis, & Inquisitoribus, vt puniant suspensione, priuatione, inhabilitate, triremibus, & perpetuo carcere pro qualitate criminis.

Declaro 1. Procedere etiam si effectu sceleris potiri non possit, cap. sollicitatores, & cap. 1. depē. d. 1. & iussu Sac. Cong. S. Officij clericum tortum, & nō confessū suspensum fuisse à Cura per annum in Curia Neap. refert, *Ric.* 1. p, resol 312.

Declaro 2. Hoc crimē probari plenè per testes singulares, & per fœminas ob attrocitatem criminis, & difficultatem probationis non sufficit tamen duarum fœminarū testimonium ad plenè probandū cum sint instabiles; sed id iudicio Inquisitorum relinquitur, cōsideratis circonstantijs, & qualitate denuntiantis, & denuntiati ex d. Bulla Greg. XV. super qua vid. *Bonac.* de obligat. denūtiādi p.3. à nu.22. vsq; ad fin.

7. Priuari potest Parochus carnaliter cognoscens filiam suam spiritualem, quia deponēdus est ab omni officio, cap. si quis Sacerdos 30. q 1. *Abb.* cap. vlt. de purg. can. *Felin.* cap. at si clerici de iudic. Vbi filiam spiritualem dicit esse tantum ex sua Parochia. *Azor.* autem etiam si tantū cōfessionem audiuit, 2. p. lib 1. cap. 7. q. 13. nam omnes quos in Prouincia suscipimus, ita sunt filij spirituales, sicut qui fuerūt baptizati à nobis, vel suscepti cap. oēs 30. q. 1, & cap. fin. eo. Procedit non propriè; sed per quandā similitudinem *Sà* u. Luxuria nu. 2. *Bonac.* de matr. q.4. pun.16.

Declaro requiri, vt Sacramentaliter eam absoluerit, nam non diceretur filia spiritualis, quā nunquā absoluit. *Henriq.* de sacram. lib.1. cap.14. §.8. attendendo sūt tamen qualitates, & circūstantię.

8. Priuari potest Sacerdos plures missas cellebrans eodem die extra diem Natiuitatis, & alijs casus de iure perm issos, nam plurīū missarum celebratio eodem die vetatur, cap. sufficit de cons. d. 1.

& cap.

& cap.consuluisti de celeb. miss. & iudex pro qualitate facti pŏr pœnam, quam malit infligere, vt *Diaz* cap. 35. *Macol.* de ing lib. 3. cap. 15. nu 6. *Menoch* de arb. in add. ad 2. lib casu 407. Itē quis suscepit ordinem tacitum ante ætatē, & illum exercuit. vide *Ric.* 2. p. resol. 105.

Declaro in Curia Neap.; Sacerdotē ob hoc fuisse à celebratione suspensum, & ad triremes damnatum per triennium referente, *Ric.* 1. p. resol. 301. posse .n. clericos ad triremes damnari, & si pperuo egere actuali degradatione: probat *Idem Ric.* 2. p. resol. 104.

9. Priuari potest clericus testium subornator cap. satis peruersum d. 56. dummodo talis subornatio sit circa delictum graue. Subornator autem de iure debet plecti eisdem pœnis, quibus puniretur ille, contra quem fit subornatio, si delictum esset verum, & si pluries hoc fecerit saltem perpetuis triremibus debet mancipari, vt ex banniméris generalibus n. 14.

Declaro 1. Subornationem esse plenè probandam, & per alios testes quam per ipsos corruptos & subornatos cap. sunt nobis vbi DD. de testibus, & late *Ric.* 3. p. resol. 301. Alij tamen dicunt solā assertiuam subornati probare. *Mars.* sing. 172. *Mascard.* de probat. concl. 1341. Conciliarem, vt prima vera fit ad effectum priuationis: secunda vero ad alias pœnas tribus seruatis.

1. Vt prius constet de corruptione, deinde inducatur per eum cōtra quē fuit subornatus, *Ric.* l. c. nu. 4.

2. Vt sint plures contestes, & alia ad sint adminicula, *Rot.* Peden. Thes. decis. 16.

3. Vt tortura inferatur, si sint viles *Ric.* 1. p. resol. 397.

Declaro 2. Ad priuandum clericū beneficio duo copulatiuè requi.

1. Auctoritatem, & iurisdictionē competētem, qualis est apud oēs ordinarios Ecclesiasticos, & Superiores; Iudex .n. secularis, nec pro crimine læsæ maestatis pōt clericos punire inconsulto Rom. Pontifice, vt probat *Ric.* 1. p. resol. 311. Immò neq; Vicarius Episcopi sine speciali facultate priuare potest, cap. licet, vbi DD. de officio Vic. in 6. *Sbroz* lib. 2. qu. 111. nu. 7.

2. Delicti grauitatem, vt si quis sine aqua, & igne, vel in panę fermentato, vel in vase ligneo consecraret, cap fin. de celeb. miss. De quibus vide Diaz, Ideò Episcopū non potuisse beneficio priuare eum, qui in calice argenteo sacrificauit, & litanias diuersas ab illis, q̄ decantantur in ædæ Lauretana publicè bona fide recitauit, quauis hos arbitrio ordinarij posse puniri statuit Clem. 8. vt apud *Quarant.* u. litaniæ resoluit, *Homob.* de exam. p. 3. tract. 15. q. 23. resol. 29.

DE

D E Tertio pluribus de causis quis fructibus beneficij priuatur.

1. Per maiorem excommunicationem, & si excommunicatio præcessit beneficij collationem, est priuatus ipso iure, nō solum fructibus, sed etiam beneficio; quia collatio facta excommunicato ēt tollerato est nulla, cap. Pastoralis de cler. excō. minist. Si verò excommunicatio superueniat post beneficium obtentum, Aliqui dicunt ipso iure fructibus priuari ex d. cap. *Pastoralis* §. verum, & quia non potest officium suū exequi. *Vgol* tab. 1. & cap. 12. *Sayr.* lib. 2. cap. 5. nu. 14. *Alij* dicunt priuari posse per sententiam, qa in d. § *Verum* dicitur, quod fructus subtrahatur, quod iuris sententiam requirit. Hæc opinio, vti mitior in pœnalibus videtur amplectenda, *Sanchez* lib 3. disp. 51. nu. 12. *Vasq.* de benef. cap. 4. §. 3. dub 4. nu. 29. *Bonac.* de cens. d. 2. q. 2. p. 4 §. 2. vide sup. p. 2. sect. 1. cap. 2. cond. 3.

Y

Declaro procedere si iuste sit excōmunicatus, quia si iniuste lucratur fructus, & distributiones, nā pœna non debetur, vbi non est culpa. *Henriq.* lib. 13. cap. 13. n. 4. *Bonac.* l. c. nu. 5. vid. sup. cap. 4. in hac 3. p. Y.

2. Per suspensionem à beneficio, quia hic est effectus huius suspētionis.

3. Si non habuit animum suscipiēdi ordinem, quem requirit beneficium; quia nō facit fructus suos vt sup. p. 2 sect. 1 cap. 2. cond. 10.

4. Si post sex mēses à die habiti beneficij non recitet horas Canonicas; quia pro rata omissionis tenetur restituere fructus, etiā ante sententiam, Tum ex Cōc. Later. Tum ex Bulla Pij V. apud *Nau.* cap. 25. nu. 122. *Bonac.* de hor. d. 1. q. 5. p. 2.

5. Si habens onus residendi non residenat cum hac distinctione; vt Curati animarum non residētes ipso iure sint priuati fructibus p rata absentiæ sine iusta causa, & legittima facultate, *Trid.* sess. 23. cap. 1. de res. Canonici vero sūt officio ordinarij priuandi, si absint vltra tres menses modo, quē tradit *Trid.* sess. 24 cap. 12. & supra diximus in hoc cap. *E.*

6. Si prouisus de Parochiali, vel Canonicatu non faciat fidei professionem intra duos mēses coram Episcopo, vel eius Vicario Generali. *Trid.* d. cap. 12. non tamen amittit distributiones; quia Trid. imponit pœnam ammissionis fructuum, qui distinguūtur à distributionibus potissimum in pœnalibus. *Bald.* u. professio nu. 6. vide p. 2. sect. 3. cond.

Sed an prouisus à Papa possit ab Episcopo priuari. Resp. affir. quia nō eximitur à iurisdictione cap. per tuas de maior. de ordinato à Papa an possit ab Episcopo deponi. Aliqui negant propter dignitatem conferentis. Alij affir-

X

mant, quia crimen priuat priuilegio vid. *Ric.* 1.p. resol. 352. ex cap priuilegium 11.q.3.

7. Clerici tonsuram non habentes, vel virgatam vestem gestantes s. coloratam diuerso colore priuati sunt ipso iure fructibus p sex menses si vero sint Sacerdotes. p annum clau 2. de vit. & honest.

Declaro 1. Duo requiri.

1. Gestet publicè proprio habitu dimisso.

2. Sine rationabile causa, qualis esset Papæ dispensatio, Necessitas, vt causa inimicorum, Paupertas, Paruitas, & huiusmodi, de quibus in *Horto nostro deliciarum Clericalium* u. hab tus dicem

Declaro 2. Quod non residens in pluribus casibus fructus pcipit.

1. Si sit infirmus, vel alia necess. impeditus cap. 1. de cler. nō resid.

2. Ob vtilitatem, & defensionem suæ Ecclesiæ, cap. ex parte eo. *Seraph.* decis 652.

3. Si absit de licentia Vicarij Vrbis *Seraph.* decis. 910.

4. Si Canonicus absit tantum tribus mensibus, *Trid.* sess. 24. cap. 12. vers. vltra tres.

5. Si duo habeat beneficia cū residentia, tunc potest vnum eligere, & interim vtriusq; fructus p cipit, *Trid.* sess. 21. cap. 3. vers. q si alicui. Vtt duo Canonici Episcopo inseruientes, cap. de cætero de cler. non resid. *vide* sup. cap. 4. d. distributionibus. *BB.*

Quid si Episcopus faceret præceptum in visitatione alicui de residendo. An à tali Decreto, & generaliter à Decretis Visitationis detur Appellatio. Z

Ad 1. Partem Resp. nō dari appellationem ad effectum suspēsiuū.

1. Ita vt impediat Decreti executionem; sed diuolutiuum tantū .i. cognitionem iustitiæ prędicti Decreti transfert ad iudicem ad quem. Ita decisum refert *Armēd.* in add. recep. legum *Nauar.* lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. n. 2. *Barbos ad Trid.* sess. 13. cap. 1. de res. nu, 6.

Ad 2. Partem Distinguo. Si quis haberet causam excusabilem, vt q̃a non cōstaret de tali onere in suo beneficio, vel Episcopus procederet in exemptos, siuè priuilegiatos, datur appellatio *Marches.* p 1 de commis. appell. cap. 6. n. 78. & vbi apparuerit de exemptione, vel priuilegio, decreta illa irritantur *Lancell.* de attent. p. 2. cap. 12. limit. 18. Regulariter non datur appellatio per textum cap. 1. sess. 13. de res. *In Trid.* & ca. 10. sess. 24 de ref. potissimū à morum correctione. Ità vt etiamsi ad Papam interponatur, & detur inhibitio, non impedit exécutionem, ne cultus diuinus minuatur *Trid.* d cap. 10.

Procedit 1. De decretis in visitatione actuali, & quæ ex ipsa procedunt Sac. Cong referente, *Ric.* 2. p. resol 7 *Barb.* l.c. nu. 5. Datur tamen semper recursus ad S. Sedem, vel ad Sac. Cong.

Ad

Ad quando datur appellatio ad effectum deuolutiuum.

Distinguo. In causis, quæ sub Episcopi Iurisdictione comprehenduntur, sed procedit, vti deleg. Apost. titum, sed Papam tantũ. In alijs etiam ad Metropolitanũ prout decisum referunt Piasec. cap. 3. nu 61. Ric. 2. p. resol. 449. Barbos. ad d. ca. 10. Trid. nu. 7. & 8.

Procedit 2. quando Episcopus procedit per modum simplicis visitationis; quia si formato processu, & seruatis seruandis procedat ad effectum suspensiuum. Barbos. ad d. cap. 10. nu. 31. iuxta iura.

Apdo alia duo in hac materia.

1. Non admitti appellationem ad effectum suspensiuum a visitatione Cathedralis, & personarũ ipsius ex Sac. Cong. Oriolen. 27. Martij 1631. ad 6.

2. Post diffinitiuam sententiam in causis correctionis, & visitationis appellari posse, ita tamen, vt appellatio non suspendat executionem, nisi grauamen reparari nõ possit, vel ab ipsa diffinitiua appellari, vt refert decisum Armẽdar l. c. nu. 63.

Additur 3. Episcopum in visitatũq; non posse suspectum recusari nisi in ea processum compleuerit. vel modum excesserit. Barbos. de pot. Ep. alleg. 73. nu. 38.

Superest, vt enodemus modum procedendi per Episcopum, vel eius Vicarium contra personam Ecclesiasticam delinquentem, contra quam nemo audet se examinare, & multo minus eam querelare.

Resp. Episcopum, vel Vicariũ debere se diligenter informare extraiudicialiter à viris fide dignis de delicto, vel delictis à dicto Clerico patratis, & de eis sibi sic cõstito, & de prędicta probationũ difficultate.

Primo Episcopus, vel Vicarius mãdet eum in Camera vocari, & statim suspendat à celebratione, si sit Sacerdos, alias ab ordinum susceptorum executione, & aliorũ susceptione ex causis sibi extraiudicialiter notis, sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrenda præsenti hac vna pro trina Canonica monitione præmissæ.

2. Si nolit huic suspensioni oretenus factæ parere, tunc per Notariũ coram testibus fiat illi præceptũ continens prædictam suspensionem, & redigatur in scriptis.

3. Si illud contempserit, & in sua incorrigibilitate permãserit, poterit idem præceptum iudicialiter fieri, & personaliter intimari, vel domi, quod si id fieri non poterit ad fores Cathedralis, vt infra De mandato, &c. Instante Procuratore Fiscali. Præsente Edicto ad fores Cathedralis affingendo notificetur, & intimetur R. D. N. Rectori, & qualiter Illustriss. D. Episcopus, vel Reuerẽdiss. Vicarius habita diligẽ-

 ti,

ti,& fideli informatione extraiudicialiter de nonnullis delictis p d. R.D.N. commissis, tenore p̄sentiū vigore facultatis sibi traditæ per Sac. Cong. Trid. sess. 14. sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt non audeat, nec præsumat in futurū Missam celebrare sub pœna etiam Irregularitatis in casu contrauentionis ipso iure incurrendæ, vel ordinē exercere, minusq; ad alios, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem ascendere,& ne ignorantiam,&c. huiusmodi ædicto affigi iussit, atque decreuit &c.omni &c.

4. Si dictus N cōpareat, & appellet reijcitur; quia Sac. Cong. vt apud *Ric.* 1.p. resol.486 num.7. *Barbos.* ad Trid.sess.14.cap.1.de ref.

4. Si ad Metropol. tamen accesserit pro obtinenda inhibitione,vel alia prouisione Episcopus ei rescribit se nullum fecisse processum: sed solum se extraiudicialiter iformasse, & processisse ex facultate *Trid.* l.c. & illi trasmittet copiam declarationis Sac.Cong. quæ est ista *Extraiudicialiter*, sed potest ne Episcopus,aut contra Cōcilium committit, cum ex causa,vel delicto occulto extraiudicialiter,ne Missam celebret interdicit,monitorium facere,& in illo pœnam excommunicationis inserere, quę omninò scripturam requirere videtur? *Et quidem posse dicit* Sac.Cong. neq; tamē ad faciendo contra Sac. Conc. cōmittere. Et quia apud Metropolitanum aliquis sic suspensus conqreretur, cum non sit in actis suspensionis causa, quæ soli animo Episcopi inesse debet, Episcopo, vt illum liberet, seu absoluat, p̄cipi minimè posse. Recursum tamen ad Sedem Apost. cū agatur de interpretatione, & obseruatione Sac. Conc. Trid. nequaquam prohiberi.

Quando .n. Episcopus procedit ex delicto occulto extraiudicialiter ex dicto cap.1.de ref. Trid.sess.4. habet facultatem prohibendi, & suspendendi ad beneplacitū suū, vt decisum fuisse à Sac. Congr. in Nullius 3. Feb.1593. testatur Aldan. Compend.can. resol.lib. 3.tit.4.nu.10.

5. Metropolitanus visa dicta declaratione Sac.Cong. nullam facere poterit prouisionem, quam ad Sac Cong. illum remittere, à qua Clericus suspensus obtinebit solum litteras pro informatione Episcopo directas quibus Episcopus respondendo,informabit de mala vita d. N & de difficultate probationum ob timorem, & sic post multos labores, resciscet.

6. Si vero post prædictam intimationem prauio contemptu ausus fuerit celebrare, seu Sacros ordines exercere, Tunc constito de huiusmodi transgressione p duos aut tres testes citatur idem N.ad dicen-

dicendum, & allegandum causã, quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem, & irregularitatem ex causis præ-dictis in Ædicto, seù notificatione alias contra eum legittimè executa contentis. Necnon ad videndum declarari ipsum incurrisse in censuras, & pœnas prædictas. Qua citatione legittime executa, & in actis reproducta, pcedente instantia D. Procuratoris Fiscalis à Iudice declaratur excommunicatus, & Irregularis, ac litteræ declaratoriæ, seù Cedulones decernentur, & relaxantur, atq; in locis publicis affigi mandantur. At restat, vt de Ecclesijs ad Confraternitates, & loca pia transeamus.

De Confraternitatibus, & Locis pijs. CAP. Vltimo.

CVM hactenus explicauerimus quę pertinerit ad legittimam aquisitionem, debitam cõseruationem, & rectam administrationẽ propriç Ecclesiæ ipsius beneficiati, ne quid desit restat modo agere de Confraternitatibus, & locis pijs, quæ in Parochiali, vel intra Parochiam solent reperiri, & vt ordinate procedamus videbimus.

1. Quid sit Confraternitas.
2. Priuilegia.
3. Erectio, & visitatio.
4. Auctoritas Parochi in illis.
5. De illarum administratoribus.

DE primo Confraternitas, vel spectatur quoad quid nominis, vel quo ad quid rei.

Primo modo *Confraternitas* dicitur quasi *simul fraternitas* i. societas ad vnum cultum *Reb.* tom. 2. ad leges Galliæ tit. de confratrijs n. 10. Hæc tria Collegium, Corp^{9}, & Confraternitas esse synonima idem significantia dicit *Nau.* cõs. 3. de for. compet. sed re vera differunt, vt genus, & species; nam *Corpora* dicuntur omnes societates, vniuersitates, patrimonia, & hæreditates. *Collegium* dicitur solum hominum Vniuersitas, Confraternitas, dicitur societas hominum ratione deuotionis, & religionis tantum.

Secundo modo Confraternitas est plurium personarum Congregatio intuitu deuotionis, & religionis facta, Ecclesiastici Superioris auctoritate erecta. *Barbos.* Iur. eccl. cap. 11. nu. 67. lib. 3. nam si Superioris desit auctoritas dicũtur conuenticulæ, & æpulones, cap. multis dist. 16.

Locus Pius est vbi exercentur opera charitatis, & magis generalis est, quàm Confraternitas; quia pius locus dicitur etiam si non sit erectus Superioris auctoritate *Alex.* cons. 209. vol. 2 & ità oĩs Confraternitas est locus pius, nõ

è contra, vide *Ric.* 3. p. resol. 342.

Declaro Confraternitates & loca pia alia instituta esse ad opera misericordiæ, & pietatis alia ad vitam contemplatiuam, alia ad opera charitatis, vt not. *Cherub.* schol. 1. c. inst. 72. Pij II.

DE secundo multa sunt Cõfraternitatum priuilegia.

1. *Sunt Ecclesiasticæ*, & Ecclesiarum gaudent priuilegijs. Procedit si sint Ecclesiastici Superioris auctoritate fundatæ, alias non, quia B priuati nequeunt hanc qualitatẽ tribuere, cap. ad hæc. vbi DD. de reg. domi. Possunt bene dici piæ si in eis pietatis opera exerceantur, vt de hospitalibus sine Episcopi facultate fundatis resoluit *Paul. de Castr.* cõs. 167. ad fin. vol. 2. *Tusch.* littera *H.* concl. 158. & litt. P concl. 338. Ideo relictum ad pias causas illis poterit dari contra *Gab.* tit. de pia cau. concl. 1. in fin.

2. *Ad forum Ecclesiasticũ* pertinẽt, dummodo sint Episcopi auctoritate fundatę, quia Ecclesiastici Superioris auctoritas facit eas de foro Ecclesiæ. *Barbos.* d. cap. 11. nu. 81.

Procedit 1. quod res, & bona.

2. Quoad personas si causæ corpus ipsum Confraternitatis respiciat, immo ad Iudicem spectant Ecclesiasticũ priuatiuè, quoad oẽs Iudices seculares e. g. de recipiẽdis Confratribus, de præcedentia, &c. quia causa est merè spiritualis, & de præcedentia non solum inter Ecclesiasticas personas cognoscit Episcopus per *Trid.* sess. 25. cap. 13. de reg. sed etiam inter laicos confratres per Cõst. Greg. 13. Quoad loca distinguo si loca habent hospitale, vel Ecclesiam cum Campanili, & Altaribus, vel alijs signis de quibus, *Barbos.* iur. eccl. lib. 2. cap. 11. num. 15. & nos supra p. 1. cap. 3. G. gaudent ecclesiarum immunitate, alias nõ; quia habent rõnem fictæ psonæ. *Barb.* lib. 3. cap. 11. nu. 80. In dubio laicalia præsumuntur, clem. 2. de relig. domib.; de ptęb. n. ecclesias.

3. Confraternitatũ bona nequeũt alienari sine solemnitatibus extrauag. *Ambitiosæ* de reb. eccl. non alien. Procedit si sint Epi auctoritate fundatæ; quia sunt Ecclesiasticæ. *Ric.* 1. p. resol. 45. vbi pluribus id comprobat, secus si sine d. auctoritate sint erectę, & ità loquitur, *Bald.* in *Auth.* hoc ius porrectum. nu. 3. C. de sacrosf. eccl. *Gab* l. c. concl. 1. nu. 11.

4. *Exemptio* Gabellarum, & Collectarum. Declarat. Menoch. hoc priuilegium per distinctionẽ quã *Ric.* sequi videtur in priuilegio for. 3. p. resol. 145. vt s. gaudeãt C Cõfraternitates hisce priuilegijs si sint annexæ alicui Ecclesiæ, vel hospitali, *Menoch.* de recuper. remedio 15, à num. 25. Sed hęc distinctio non placet, nam Confraternitas est ens p se subsistens & potest per se habere bona seclu-

so

so hospitali. *Ideo* melius distinguo.

1. Si Confraternitates, & pia loca sunt Episcopi auctoritate erecta gaudent, ita omnes.

2. Si fine dicta auctoritate, sed sūt bona ad pios vsus destinata, vel ipsæ Confraternitates saltē sunt pia loca gaudent, ne ob collectarum solutionem opera pietatis diminuantur, *Auth. Item* nulla Communitas *C.* de Ep. & Cler. ibi Ecclesijs, vel alijs pijs locis, cap. non minor de imm. eccl. *ibi* de bonis ecclesiarum, clericorū, & pauperum. *Barb.* l.c.nu.89.

3. *Si Confraternitates* sunt merè sæculares, tunc gaudent quando ità disponit consuetudo, alias nō *Ric.* 3.p. resol.127.

5. *Restitutio* in integrum, tam si sint; Episcopi auctoritate fundatæ, quia omnes Ecclesiastica loca priuilegio in integrū restitutionis gaudent, cap. 1. de rest. in integrum in 6. clem. 1. eod. Quam etiam si sine dicta auctoritate, quia omnia loca, & illi omnes, qui sūt sub aliena Cura dicto beneficio gaudent, vt in Ciuitate, Villa, & quacunq; Communitate probat *l.* resp. *C.* ex quibus causis maiores *l. Remp. C.* de iure Resp. *Alphon.* collect. 650.

6. *Ex relictis Confraternitatibus*, & locis pijs, tam *Episcopi* auctoritate, quam sine fundatis, nō detrahetur falcidia, quia non deducitur ex legatis ad pias causas, & ità in scolis, & Palatijs seruari testatur *Pereg.* de fi deicom. art. 3. à nu. 61. & cessat etiam Trebellianica *Paul. de Castr.* cons. 167. quia censentur relicta pro Dei *Corn.* cons. 308. lib. 3. & ad pias causas dicitur relictum paupere, *Gloss.* cap. 1. de sepul.

7. Ad præscriptionem rerum *Confraternitatum*, & piorum locorū 40. anni requiruntur, cap. ad aures, cap. illud de præscrip. *Aut.* de eccl. tit. §. pro temporalibus collat. 9. *Procedit* siue sint Episcopi auctoritate fundatæ, siuè non; quia *Episcopi* auctoritatis deffectus, impedit quo minus sint Ecclesiastica, non tamen, quia sint pia, *Barbos.* iur. eccl. lib. 3. cap. 11. num. 97.

8. Processio, nam Confratres precedunt ante Regulares, deinde sequūtur Regulares, vltimo Clerus secularis sac. Congr. 10 *Ian.* 1604. Inter se præcedunt ratione antiquitatis in loco, quę. s. pri° vsa est sacris *Grat.* decis. *Match.* 232. nō volens præcedere debet gestare habitum conuenientem, cap. 1. de aut. & vsu pall. *Grat.* ca. 298. nu. 65. *Et si* sit aliqua consuetudo, ea est seruanda, *Barbos.* ad Trid. sess. 25. cap. 13. de ref. nu. 14. Confraternitas tamen Sanctiss. Sacramenti habet locū digniorem, etiam antiquioribus in processione Sanct. Sacramenti, Sac. Congr. 30. Septemb. 1628. Quod ex generali consuetudine

in-

in alijs quoq; processionibus seruatur. In Festo autem Corporis Christi præcedit alijs in omnib⁹ actibus, vt in deferendo Baldachinum, &c. dummodo ad alias processiones accedat Sac. Cong. 12. Iulij 1628.

Declaro 1. Confratres cogi nō posse sub censuris, aut alijs pœnis, vt ad processiones accedant. Sac. Cong. apud *Quaranta* u. Præcedentia, & *Ric.* 3. p. resol. 146. Idē de alijs laicis Sac. Cong. resoluit 21. Feb. 1604. Ad processiones tamen Sancti. Sacramenti Confratres cogi possunt: sed prius monēdi Sac. Congr. 18. Feb. 1618 & ad alias præcipuè stante possessione illos vocandi Sac. Cong. 8. Maij 1627. & in dicta possessione Episcopum manutenendū esse firmat Sac. Cong. 1623.

Declaro 2. Regulares cogi posse ab ordinario ad publicas processiones etiam exēptos, *Trid.* sess. 25. cap. 13. de regul. *Cap. Thol.* decis. 484. & expresse Monacos ait *Barbos.* ad Trid. l. c. num. 18. vbi plures allegat, ideò reprobatur Calder. opinio dicētis exemptos cogi non posse. Multò autem magis cogi poterunt clerici seculares etiam exempti ex ipsa fūdatione. Sac. Cong. apud *Barbos.* l. c. nu. 40. Item Canonici, & alij aliquod officium, vel beneficiū habentes etiam exteri ibi pro Capellanis inseruientes Sac. Cong. referente *Ric.* 1. p. resol. 308. n. 3. Tandem Monacus etiam Curā habens animarum Sac. Cong. 5. Aprilis 1631.

Limitatur in Regularibus.

1. Distantibus vltra vnum milliare, ita Sac. Cong.
2. Viuentibus in strictiori clausura. *Grat.* decis. 232 March.
3. Habētibus spirituale priuilegiū à Papa, vt Soc. Iesu, & scolarum piarum teste *Barbos.* l. c. nu. 35. & 36. Neq; præiudicant semel eūdo *Vgol.* de pot. Ep. 1. p. cap. 20. §. 2 sub nu. 5. Fallit etiam in alijs Sacerdotibus secularibus nullū officium, vel beneficium habentibus in Ciuitate, vel Diœcesi Sac. Cong. 16. Feb. 1632. Beneficiati solum ad illas tenentur, ad quas reliqui omnes Sac. Cong. 8. Aug. 1621.

Sed quibus pœnis Regulares cogi poterunt? *Grat.* l. c. ait carcere, vel similibus. An sub censuris? Negat *Cald.* cons. 8. de reg. & *Felin.* cap. dilectus de off. ord. Verius affirmat. *Ric.* l. c. nu. 7. Tum quia per Trid. subduntur ordinarijs. Tum sæpè omnis alius modus est inutilis. *Genuen.* cap. 57 sub n. 9. *Grat.* d. decis. 232. *Barbos.* ad Trid. d. cap. 13. nu. 20. Ita declarauit Sac. Cong. etiam quod sint exempti Ferrarien. 27. Iulij 1609. *Chilen.* in Indijs 25. Maij 1610. & Toletana 4. Iulij 1615. referente *Barbos.* collect. Bullar. u. Regulares 4.

Declaro 3. Episcopum, & Vicariū Gene-

Generale priuatiuè ad alios indicere posse publicas processiones, & dirigere ad quæ loca debeat peruenire Sac Cong. apud *Barbos.* iur.eccl lib.1.cap.43.nu.158. Cum consilio Capituli, non tamen cum consensu, non obstãte quacunq; consuetudine contraria etiam immemorabili Sac. Cong.teste *Barb.*d.cap.13.à n.43. Illæ autem dicũtur publicæ Processiones, quæ fiunt in Rogationibus Festo SS. Sacramenti, vel pro bono publico, vt ratione pestis, alteriusq; flagelli, in aduentu noui Episcopi, & alias Ordinarij arbitrio *Genuen.* cap.63. *V-gol.* l.c. Priuatæ sunt,quę à Capitularibus, & clericis Cathedraliũ tantum fiunt, ob aliquas causas *Ric.* 1. p. resol. 308. *Barbos.* d. c. 13.*Trid.*nu.42.

9. Facultas absoluendi à reseruatis etiam Sum. Pontefici iuxta formam priuilegiorum, tria tamen requiruntur.

1. Quod d.priuilegia sint in vsu in hoc.
2. Quod Confessarius sit ab ordinario approbatus, & sic si regulares velint facti extra suam religionem,sui etiam religionem, sui etiam superioris approbatio, & licentia requiritur ex Bulla 115. clem.8,
3. Vt nequeant absoluere.
   1. A casibus Bullæ Cænæ.
   2. Violatione imm. ecclesiæ. intra terminos Cõst. Greg. XIII.
   3. A Simonia reali in beneficio neq; confidentiali.
   4. A violatione clausuræ monialiũ ad malum finem.
   5. A violenta manuum iniectioni in clericos.
   6. A duello.

   Vlt. A casibus ordinarijs locorum reseruatis ex decreto clem.8.de anno 1602. Idem de censuris ordinarijs reseruatis statuit. Paul. V.vt habetur apud *Nald.*n.casus ad fin. Vide *in Horto nostro delitiarum Clericalium* u. absolutio à consur.

10. Indulgentiæ iuxta formã priuilegiorum,vt in Bulla Clem 8.

Declaro 1. Aliqua requiri ex parte Confraternitatis, & aliqua ex parte Confratrum. Requiritur ex parte Confraternitatis.

1. Vt sit erecta canonicè ab habẽte auctoritatem, & iuxta formam Const.115. clem.8.
2. Quod sint litteræ expeditæ,vel à Papa, vel ab ordinibus Religionum, vel ab Archicõfraternitatibus, quibus sunt aggregatæ infra annum in Europæ, & infra biennium extra, alias gratiarum priuilegiorum, & indulgentiarũ communicationes, atq; ipsæ aggregationes nullæ sunt eo ipso,vt in dicta Bulla clem. habetur.

Requiritur ex parte Confratrũ.

1. Vt ingrediatur actu Confraternitatem faciendo se describi in libris: ita .n. præcipitur in initio cuiuscunq; confraternitatis.

2. Vt

2. Vt opera faciat iniuncta ad indulgentias consequendas, tā generalia d. Cōfraternitatis e.g. deferre cordam benedictā, vel scapularium B. V. de Mōte Carmello, & huiusmodi, quā particularia pro particulari indulgentia cōsequenda, vt est ceīo, visitatio Ecclesiæ, & similia, quæ in actu indulgentiæ requiruntur, *Cherub.* scol. 2. const. 13. Sixti V.

3. Vt personaliter illa opera prestet; quia si quis e.g. per aliū Rosarium recitaret non consequeretur indulgentias *Nau.* miscell. 23. nu. 33. Pro ingressu tamē nō est necesse personaliter adire, qā id nulla lege Diuina, vel nāli, aut positiua pcipitur, *Nau.* de orat. in miscell. sub nu. 23. dub. 2. *Cherub.* ad Bull. 98. clem. 8. scol. 1.

4. Vt omnia iniuncta impleantur; nam si quis maiorem partem tm̄ exequeretur non aquireret Indulgentiam de rigore, *Nau* com. de rub. not. 19 & cons. 9. de privileg. *Cherub.* scol. 2. ad const. 53. Sixti V.

Declaro 2. Formam d. Bullæ cōst. 115 clem. 8. seruandam esse etiā ab omnibus Capitulis ēt Ecclesię Lateranensis in aggregatione, & coīcatione Indulgentiarum, ita declarauit Pauli V. const. 68. vbi obiter noto, in Ecclesia Lateranensi esse indulgentias innumerabiles, ita vt solus Deus numerare possit, vt refert. *Cherub.* scol. 1. d. Bullæ.

Declaro 3. Confraternitatem, quę potest carceratum liberare, non posse eum liberum facere, qui semel liberat⁹ est, ne specie, & facilitate veniæ delictis assuescat arg. l. 3. C. de ep. aud. vbi hoc in specie firmat *Bart. & Paul. de Castr.*

DE 3. Erectio Confraternitatum olim, & de iure Ciuili aūte priuata permittebatur ex *l.* 1. ff. de colleg. illic. §. sed religionis, & aūtas Papę requirebatur ad maius robur, & ad eam indulgentijs locupletandam, sicut in Vrbe à *Iulio* Cardinali Vicecācellario fuit erecta societas charitatis, vide *Cherub.* ad const. 37. *Leon.* X. Hodie verò seruāda est forma Cōst. 115. *Clem. VIII.* vbi colligitur à quattuor posse erigi Cōfratern.

1. A Papa, qui potest qualcunquè Cōfraternitates erigere Indulgētias ēt amplissimas coīcare, & plures ēt in eodē loco instituere.

2. Ab Officialibus ordinum Regularium, qui possunt vnam tantū Confraternitatem suo ordini annexam singulis in locis instituere cum communicatione priuilegiorum dando litteras etiam erectionis, vel aggregationis, cū consensu tamen Ordinarij.

3. Ab Archiconfraternitatibus modo dicto de Officialibus ordinū.

4. Ab Epo, qui ordinaria aūte oēs erigere potest Confraternitates, & pia loca; sed nequit Indulgentias extra suam facultatem cōicare. Quare Praxis est, vt Populus

lus cum Rectore conueniat coram ordinario, vel pars nomine totius populi, & instet pro erectione Confraternitatis, tunc ordinarius facit erectionem, quæ postea Romam mittitur,& litteræ expediuntur, vel immediatè à Papa in Dataria, vel Superioribus Religionum, vel ab Archiconfraternitatibus à quibus Indulgentiæ ex priuilegio communicantur, sed illis vti nequeunt, nisi ab ordinario sint recognitæ & similiter statuta Confraternitatum ab ordinario sunt approbanda Clem.8.d.Bulla.

Sed an valeat Statutum vt intrantes societatem aliquid soluant.

1 Resp. vtiq; si in pios vsus erogaretur alias secus, vt Not. Nau. Miscell. de orat. sub nu.23. vers. dubitaui 3. & conuenit dispositioni. Trid. sess. 24. cap.14. de ref. quia Leo X. vetat exigi, sed si spôte daretur posset accipi, Gloss. in cap.2. de præb. in 6. u. exigere.

Visitatio Confraternitatum sicut Hospitalium, Montium pietatis,& omnium locorum piorum etiam exemptorum,& laicorum priuata auctoritate institutorum ad pauperes alendos, vel alia pietatis officia, ad Ordinarium spectat Trid. sess. 22. cap. 18. de ref. vbi reformare potest in casibus à iure permissis .s. ob negligentiam, vel dilapidationem Marth. de iurisd. p.2. cap. 18. num.5. Ric. 3. p. resol. 147.

Declaro 1. Quod Episcopus visitat Confraternitates laicorum etiã in Ecclesijs regularium quacũq; consuetodine non obstante Sac. Cong. Ep. Vercell. 17. Iun. 1615. Quod procedit etiam si Regulares essent exempti, quia Confraternitates illæ subsũt Episcopo quoad actiones spirituales, vt missas, sepulturam habitum, modum in processionibus, & etiam quo ad computa, & huiusmodi, Nau. cons.3. de for. comp. Sed an Capellas, & Altaria Confraternitatum in Ecclesijs Regularium. Negat Sac. Cong. 22. Ian. 1616. Galct. u. Ep. Affirmat Sac. Cong. 2. Octob. 1626. Sell. in select. cap.22. nu.10. Conciliantur vt Episcopus possit. In illis tantũ quæ Confratrum administrationem respiciunt non regularium Sac. Cong. 11. Iun. 1622. Barb. Iur. eccl. lib.1. cap.14. num.30. & ad Trid. sess.22. cap.8. de ref. nu.24.

Fallit in Confraternitatibus,& locis pijs, quæ sunt sub immediata protectione Regum Trid. l.c. ratio deducitur ex altitudine dignitatis, quam præceteris côuenit ante peni cap. vlt. de offi. deleg in 6. Non tamen omnia Hospitalia,& Confraternitates existentes in Prouincijs Regum dicuntur sub immediata Regum protectione, vt respondit Sac. Cong. referente Marth. l.c. nu. 4. Ideo nisi de immediata protectione constet, Episcopus visitare potest, & exceptio,

ptio quod sint sub immediata protectione Regum cognosci debet per Episcopum non Iudicem secularem Sac. Cong. apud *Marth.* l.c.num.5 & per d.cap.Trid. nõ amisit Episcopus iurisdictionem quam ante habebat Sacra Cong. teste *Barbos.* ibi nu.30.

Declaro 2. Quod Hospitalia, & alia pia loca, vel sunt Episcopi aûte fundata, vel non 1. casu visitari possunt ab ordinario etiã viuente fundatore, quia quando loca sũt ecclesia semper subsunt Episcopi Iurisd. ca. de Xenodochijs, cap. ad hæc de relig. domibus.

L Ideo fundator non potest id prohibere; secundo casu, potest Episcopus regulariter visitare non quo ad iura Episcopalia, sed vt voluntas fundatoris obseruetur, *Barbos.* iur.eccl.lib.2.cap.11. nu. 49. contra *Paris.* cons.34. lib.1.

Fallit in duobus casibus.

1. Quando viueret fundator, & nollet, tunc ordinarius contra eius voluntatem, nequit *Barbos.* l.c, nu. 50.

2. Si in fundatione id esset prohibitum, *Rot.* 2 p.recent.decis 33. Quę prohibitio excludit ordinarium etiam in Capellanijs Collatiuis, & ita declarasse Paul. V. ait *Garz.* p.1.cap.2.nu.98. in dubio Episcop⁹ visitat *Barb. ad Trid.* d.cap.8.nu.4.

Declaro 3. Quod Decretum Trid. cap. 8. præd. quatenus concedit facultatem visitandi hospitalia, & pia loca Episcopis etiam sine illorum auctoritate fundata, nõ

M prohibere quin, & Iudices seculares, ac alij eadem visitare possint si hoc eis legittime competat e.g. ex fundatione *Armendar* in add. ad recopil. legũ Nauarrę lib. 1. tit. 6. de visit.nu.68. Sed si sint Episcopi auctoritate fundata Episcopi priuatiuè quo ad omnes laicos visitant, nam laici spiritualia tractare nequeũt cap. *Ecclesiæ S. Mariæ* de const. cum simil. Ideo cuidam Doctorato nõ Doctori in Diæcesi Brittonorij Iudici laico iniunxi præceptũ sub pœna excom. latæ sẽtentiæ, ne in consilio coram se vti Iudici extraheret Priores Confraternitatũ, & de locationi bonorum Hospitalis Ecclesiastici auctoritatẽ interponeret, aliosq; actus in turbationem Episcopalis iurisdictionis patraret a quo tentauit appellare, sed prosequi non fuit ausus eſt.n.turbatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, & procedi posset ad cẽsuras iuxta Trid. per *Ric.* 3. p. resol.231.

N DE 4. Ad Parochos in Ecclesijs Confraternitarum, & piorum locorum intra Parochiam existentium spectant functiones omnes, quæ populi, & animarum curam quoquomodo concernunt, vt Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis baptismalis benedictiones, Sanctiss. Sacramenti. oblationes, celebrationes missa in

Feriæ

Beriæ V. in Cæna Domini, Aspersiones domorum in Sabato Sancto, & in Ecclesia Dominicis diebus, & quæ pertinent ad cultum Sanctiss. Sacramenti in oratione 40. horarum, & similes priuatiue, quoad Capellanos Cófraternitatum Sac. Rit. Cong. 18. Maij 1602. apud *Piasce* p. 2. cap. 3. num. 33.

Declaro Rectores etiam simpliciũ beneficiorum non posse se intromittere, in concernentibns Ecclesiam Parochialẽ e. g. nequeũt celebrare diebus festis, antequã in Parochia celebretur, ne concursus ad Parochiam impediatur *Piasce* l. c. neq; in alijs iurib' Parochialibus de quibus p. 1. ca. 1. Q. ad 5. *Immò* compelli possũt ad publicas processiones Parochialis, vel maioris Ecclesię, *Trid.* sess. 25. cap. 13. de regul. Non prohibetur tamen Regularibus celebrare ante missam Parochialẽ Sac. Cong. 15. Septẽb. 1625. apud *Barb. ad Trid.* sess. 22. cap. 8. Et qđ Rectores simplicium Beneficiorum non debeant celebrare in eorũ Oratorijs ante missam Parochialẽ iuri, & rationi congruit. Nam *Trid.* sess. 22. Decreto de obseru. in celeb. Miss. ait Moneat Parochus Populum, vt diebus festis missam audiat in Parochiali, quia ibi ieiunia, festa, & alia nunciantur, sed q. Trid. vtitur verbo, moneăt, populus cogi nequit, ita Sac. Cong. de Rot. Ep. p. 2. alleg. 24. nu. 17, Neq. Episcopus potest hoc preciper sub pæna excõmunicationis, alias nulla esset, *Nau.* cap. 21. nn. 5. *Suarez* in 3. p. tom. 3. disp. 18. sect. 2. § sed in primis, & alibi audiendo satis fit etiam in Ecclesijs Regulariũ, *Barbos.* de off. Paroch. p. 1. ca. 11. nu. 15. ita enim declarauit Leo X. & Clem. 8. in Breui ad Nunciũ inferioris Germaniæ 2. Septembris 1592. Etiam si id faceret in contemptum Parochi, quia præceptum impleret, *Tol.* lib. 6. cap. 7. Contemnens tamen expresse peccaret mor. cap. 2. de Paroch. hoc est cum indignatione, & conuitijs in Parochem, vt exponit. *Azor.* p. 1. lib. 4. cap. 6. qu. 4.

Et nouissime quod non possit prohiberi cellebratio Missæ in Oratorio iuri ædificato ante celebrationem in Parochiali censuit Sac. Cõg. Trid. Caietana 18. Septembris 1627. & Sac. Cong. Rit. Capuana 31. Martij 1629. Dũ resoluit ad relationem Em. Pij Curatum non posse prohibere Alicornio natali quod nõ faciat celebrare Missam diebus festis in Ecclesia per dictum Alicornium edificata ante Missam Parochialem.

2. Nequeunt Confraternitates facere solemniter celebrare in eorum Ecclesijs, nec confessiones audire, aut alia Sacramenta ministrare, neq; mortuos sepelire,

& huiusmodi fine Parochi, vel Episcopi licentia, quia prædicta ad Parochum spectāt Sac. Cōg. Rit. Neap. 18. Maij 1602. & Cæsar Aug. 14 Ian. 1612.

Declaro non posse per Episcopum concedi, vt in simplicibus Ecclesijs, vel Oratorijs Confraternitatum, vel in alijs non Parochialibus asseruetur Sāctiss. Sacramētum pro adoratione, sed licentia Sedis Apost. est necessaria Sacra Cong. de Anno 1609. referente Piasc. l.c. vbi addit quod si de facto talem Episcopus licentiam concederet, adeo nulla esset, vt non egeret riuocatione. Addo quod Sac. Cong. de Anno 1637. in Diœcesi Ariminē in Parochia scorticatæ ob magnam distantiā à Parochiali, & viæ incommoditatem rescripsit Episcopo Arimini, vt permitteret Sanctiss. Sacramētum asseruari in simplici Ecclesia existente in dicto Castro, vbi ex immemorabili Consuetudine semper fuerat asseruatum, sed pro adoratione tantum, & sine præiudicio iuriū Parochialis Ecclesiæ.

3. Parochus super intendit negotijs, & rectæ gubernationi Confraternitatum, & piorum locorū suæ Parochiæ, ità vt coram Parocho, loco, & Vic. Episcopi, vbi Episcopus non est, fiant congregationes, administratorum, extractiones, vel electiones, Reuisorum, deputationes, & alia quæ administratiorum illarum respiciūt, & quæ per se exequi nequunt in coactione solutionis summæ debitæ ab administrationibus, Episcopo deferunt. Tum quia sicut Episcopi in sua Diœcesi dicuntur Vicarij Papæ, Gonz. de montibus §. 1. proem. nu. 6. Ità Parochi dicuntur Vicarij Episcopi in sua Parochia; nam sicut totus mundus dicitur Parochia Papæ, Gonz. l.c. nu. 8. Ità Diœcesis est Parochia Episcopi. Tum quia Parochi sunt coadiutores Episcoporum, & operarij principalis Pastoris, vt ait D. Tho. quel. 3. q. 2. art. 12. Tum quia de iure vbi administratio gesta est, ibi ratio reddi debet. l. præter §. lis etiam ff. de æden. l. hæredes §. 1. ff. de iud. Cum autem prædicta sint, & spectent ad iurisdictionem ecclesiasticam; merito pertinebunt ad Rectorem, vel Parochū loci. Tum quia idest ex vsi vsu, & Episcoporum consensu tacito, & expresso.

Declaro id procedere de iure cōmuni, secus vbi vigeret alia particularis consuetudo, vel Constitutio, dummodo coram persona Ecclesiastica de iure, vel Consuetudine Episcopi vices tenente p̄dicta fiant, vt alicubi vidi coram Capellano Confraternitatum, vel coram Superiore Conuentus Regularium, vbi ille Confraternitates ad sunt, nam laici solum per se prædicta nulliter agerent, quia

quia rõne administrationis rerũ Ecclesiasticarum laici subsũt iurisdictioni Episcopi cap. Indicatum d. 89. vbi *Gloss.* u. inter eos ad med cap. ei q appellat §. nulli quoque officialium 2. q. 6. Socc. de for. comp in prof.

DE 5. Quinã possint administratores eligi; quandiu eadem ratione reddenda dicemus .i. oẽs eligi possunt locorũ piorum administratores siue laici, siue clerici, seculares tamen, non regulares, nisi in sua Cura animarum habeant, vel illa loca Monasterio subsint, *Barb.* iur. eccl. lib. 2. cap. 11. nu. 38.

Declaro, filios familias non esse admittendos ad piorum locorum administrationes, sed qui suæ familiæ benè præsint, & qui debitores existere dictorum locorũ non debeant, vt ex Sinod. Prou. Rauen. de locorum piorum administr. cap. 1. Vbi viget consuetudo, vt cautionem prestent, seruetur, vel saltem iuramen. vinculo ligentur de fideliter administrando in manibus Episcopi, vel Vicarij Generalis in Ciuitate in Diœcesi verò in manibus Parochorum.

2. Vltra triennium nõ possunt administratores constitui, *Trid.* sess. 25. cap. 8. de ref. *Zerol.* u. hospitale nu. 8. vnde etiam Greg. 13. in Bulla *Exposcit debitum*. sancinit, vt nulla monialium præfecta possit in vllo officio persistere nisi per triennium, nec vnquam confirmari valeat, nisi ad tantũdem Episcopis vacauerit, nam iniustum videtur, vt idem semper ad Gubernationem sedeat, vid. *Homob.* 2. p. exam. tract. 12. cap. 3. q. 18.

Declaro, quod confirmari non debent vltra triennium prohibitione duobus casibus exceptis.

1. Quando aliter esset in fundatione cautum Trid. l. c.

2. Quando rei necessitas aliud exigeret Sinod. Prou. Rau. l. c. e. g. quando alij apti non requirentur, vel alias arbitrio Superioris. Prohibitio tamen Trid. loquitur de administratorib⁹ Hospitaliũ, non aliorum piorum locorum, Sac. Cong. teste *Garz.* p. 1. cap. 3. num. 6. *Ric.* 1. p. resol. 81.

3. Omnes locorum piorum administratores reddere debent rõnẽ siue loca illa sint publica, siue priuata, siue Ecclesiastica, siue laicalia, & etiam exempta *Trid.* sess. 22. cap. 9. de ref. *Marth.* de iurisd. p. 2. cap. 18. nu. 6. & 10.

Sed cui reddenda sit ratio, & quoties disquiritur. Ad primum. Distinguo. Si consuetudine, Cõstitutione, vel priuilegio ratio est reddenda aliquibus, tunc redditur Episcopo simul cum illis, & tunc Episcopus habet vnicũ votum in condemnatione, vel absolutione, ità Sac. Cong. referente, *Barbos.* l. c. num. 43. dummodo de hoc constiterit, alias tũ verò Ordi-

Ordinario, vel deputatis ab eo. *Barb.* l.c. nu. 42. Si vero nulla adsit consuetudo, vel priuilegium, tunc ratio reddēda est corā Epo, et si non solerent rōnē reddere. *Trid.* l.c. vbi oīs Consuetudo contraria tollitur, & loco Epi in diecesi coram Parochus redditur p̄ p̄dicta id aūt, vel immediate, vel mediantibus reuisoribus ab illis deputatis; & in condemnando, vel absoluendo administratores semper Epus habet votū, ita, vt cum alijs numeretur, *Barbos.* ad Trid. sess. 22. c. 13. de ref. nu. 14. & dictum Trid. l.c. procedit etiā extra Visitationem, in casibus à iure non expressis, & generaliter, absq; vlla distinctione, vt refert decisum *Marth.* de iurisd. p. 2. ca. 18. nu. 6. *Barbos.* ad d. cap. 9. sess. 22. de ref. nu. 28.

Ampliatur ēt ad Epum spectet cōpellere administratores debitores ad soluendum. Tū quia rōnē reddere duo continet. s. cōputū dare, & reliqua restituere *L.* quāuis ff. de cond. & demonst. *L.* cum seruus ff. eod. *l.* si ita fuerit. §. si ita quæro ff. de manu test. *l.* pure in fin. ff. de fideicom. Tū quia nō cēsentur redditæ rationes, nisi soluantur debita, *Menoch.* de reb. casu 209. nu. 21. Tum quia parū prodesset reddere rōnē, nisi Eps cogeret an executionē *Archid.* c. r. §. sane de cēs. in 6. *Ric.* 2. p. re. 23.

Ampliatur 2. in administratoribus piorū locorū ēt exemptorū *Barbos.* ad Trid. l.c. num. 13. & posse Epum excommunicare Fr. Religionis Hierosol. qui ministrauit, & illatus ad rōnem reddendam cōparere noluit Sac. Congr. Vultur. 7. Septemb. 1630. An administrator loci pij, qui fuit negligens in rebus dicti loci teneatur de proprio, & quando. Resp. affirmatiuè; quia est ad instar Tutoris ratione tutelæ. Tenetur de proprio ob negligentiā inconueniendis debitoribus Confraternitatis quando. s. non adhibuit illā diligentiā in illa administratione, quā in suis proprijs negotijs adhibere debet; quia sic latā culpā cōmittit, & venit condemnandus. *Gloss.* *L.* si tutor ff. de administ. tut. u. minus idonei. Per ea, quæ rescribit *Decian.* resp. 85. num. 27. & 28. *Manriqu.* p. 1. qq. Vicarial. q. 35.

Ampliatur 3. etiā in ijs, quæ sunt sub de immediata Regū protectione, quæ non eximit ab hoc, sicut à Visitatione Sac. Cōg. 11. Aug. 1618. *Barbos.* l.c. num. 15.

Fallit quando in institutione, & fūdatione aliter esset cautum. Itā Sac. Cong. referente, *Sel.* u. Xenodochiū nu. 5. Donec tū doctum fuerit de institutione Epus cogere poterit ad rōnes reddēdas. Itā decisum refert. Armend. relat. à Barbos. ad d. ca. 9. Trid. n. 6.

Additur, administrante bona admoniales ēt Regularibus subiectas pertinētia teneri rōnē reddere

re Epō loci adhibitis et superioribus Regularib' singulis annis. Potestq. Epus ... onere dictos Superiores Regulares, vt remoueāt dictos administratores ex causa rōnabili, & ijs negligentibus poterit Epus remouere, qñ, & quoties opus esse iudicauerit Greg. 15. de exemptorū priuilegijs sub datum Romę 9. Feb. 1622. Nec teneri Epum dictā causā rōnabilem Superioribus Regularib' significare; sed arbitrio, prudētię, & conscientiæ Epi relinqui cēsuit Sac. Cong. Trid. de anno 1623. quam vidisse testatur *Barbos.* ad Trid. sess. 4. cap. 15. num. 8.

Vltimo hic notare oportet decretū *Trid.* sess. 22. cap. 9. de ref. tres partes continere.

1. Vt administratores piorū locorū singulis annis rōnē reddāt Ord.
2. Hoc prohibet fieri, quando aliud in fundatione cautum est.
3. Quando ex cōsuetudine, vel priuilegio alteri essent reddendæ.

Hoc tamē nunquā excludit Ordinariū; quia id esset contra ius, & priuata dispositio non pōt immutare Canones cap. requisisti de testi. Contra *Guttier.* in l. nemo ff. de leg 1. nu. 453. Sed intelligitur, vt prima iubeat *Soli* Ordinario rationes reddi debere. Secūda verò, & Tertia, vt reddātur alijs iuxta formā fundationis Consuetudinis, & priuilegij non excludēdo Ordinariū; sed simul cum eo, vt doctissimè *Sāchez* cōs. lib. 2. cap. 2. dub. 32. nu. 7.

Ad 2. dr̄ singulis ānis rōnē esse reddēdā *Trid.* l. c. *Imò* pluries in āno cogi poterint p ... Epum potissimū ... quādo suspicio extaret de aliqua fraude. *Barb.* l. c. num. 45. & de pot. Ep. p. 3. alleg. 5. num. 63.

At dum scribendi modū fecissē, occurrit dubitatio huic loco valdè consona .s. Quisnā teneatur manutenere lampadē accensā, & luminaria ante Sanctiss. Eucharestię Sacramentū .s. an Rector Ecclesiæ, an societas Sanct. Sacram.

Pro intelligentia suppono .1. nullū de iure scripto extare præceptū tenendi luminaria accensa ante Sanctiss. Sacramentū dū in Ecclesia asseruatur. Sed solū cū foras defertur, cap. sane de celeb. miss. Conc. Brach. 3. c. 5. *Nauar.* de orat. & hor. can. cap. 18. n. 67. *Sa* verbo Eucharistia nu. 34. *Possen* cap. 8. in add. Victorelli. Benè ex Vniversali Ecclesia Cōsuetudine debet semper lāpas ardens, vel aliud lumen adesse ante Sanctiss. Sacramentū die, ac nocte, & ex scripturis colligitur exod. 27. *Audeat lucerna in Tabernaculo meo* Quod multò magis fieri debet hodie ante Tabernaculum, vbi Christus præsentialiter residet.

Suppono 2. Id Deo gratissimū esse, vt multa miracula testantur, Nā Vrbanus II. fidem facit indubitata in Templo à Constantino in honorē Passionis, & Resurrectionis Iesu Christi fabricato in Hiero-

rusa-

Hierusalem pluries per Angelorũ manus fuisse accẽsa lumina, q̃ ab hominibus fuerunt extincta *Baron.* sub ann. 326, Idẽ accidisse Romæ in Ecclesia S. Agathæ lib. 3. Dialog. c. 51. D. Greg. testatur. Materia horũ luminum est Cera vel oleum, vt ex can. 72. *Apostolorum*, de hoc vid. Tob. *Coronã* de Sac. templis p. 1. cap. 62.

His suppositis Distinguo. Vel de iure loquimur; vel de consuetudine. *De iure, Ad* Rectorem spectat. Tum quia in *Aut.* vt nullus fabricet Oratorij domos S. Sanctimus habetur, requiri, vt dos tãta Ecclesiæ assignetur, quæ sufficiet ad luminaria, ministrorum alimenta, & sacrum ministeriũ. Idem in cap. nemo Ecclesiam de cons. d. 1. vt qui habet commodum sentiat, & onus. Tum quia Reparationis nomine veniũt luminaria, paramenta, & cætera necessaria, vt probatũ est supra hic eadem p. 3. cap. 7. N. vers. declaro 3. & ita idem dicendum est, quod dat reparatione diximus ibidem; dũmodo supersint fructus ad congruam sustentationẽ, ita *Ric.* 3. p. praxis resol. 477.

De Consuetudine, attenditur loci, & & illius Ecclesiæ consuetudo, nã alicubi etiam de consuetudine Rectores tenentur in totum, vel in partem; sed vt plurimum Societas Sanctissimi Sacramenti sustinet onus manutenendi luminaria, tàm dum asseruatur, quã dum foras in processionibus, vel ad infirmos defertur, ex eo; quia ad id præfata societas videtur instituta; Ideò ex actis Sancti Caroli cõstati Societatem ad id teneri. Seruetur igitur propria cuiusq; Ecclesiæ cõsuetudo, ad quã laici ab Ordinario cogi debere Iudicis officio, non iure actionis ordinariæ firmat *Homob.* par. 2. exam. tract. 8. q. 26. Eodem modo distinguendum censeo de impensis faciendis in facibus pro illuminatione Sanctissimi Sacramenti, dũ ad infirmos defertur: nam in Parochiali quantumcũq; pauperi osseruari debet sacrũ Viaticum Sac. Cong. Vrbinaten. 22. Martij 1594. vt docet *Selli* select. canon. cap. 11. num. 12. & ad infirmos deferri debet lumine præcedẽte cum superpeliceo, stola, pluuiali, vel saltem velo, & cum omni reuerentia recitando psalmos, vt ex Rit. Rom. patet, & docet *Fusch.* de visit. lib. 1. cap. 15 num. 10. & alij. Onus autem illud ad infirmos deferendi esse de pertinentibus ad Curam animarum *Rot.* resol. p. 2. recent. decis. 340. Verum onus luminariũ trãslatum videtur in ipsam Cõfraternitatem. Tum ex fine hui⁹ societatis, qui est ad curandam omnem venerationem Sanctissimi Sacramenti ex Bulla 5. Pauli 3. Sequeretur autem diminutio huius venerationis si aliter esset; nam à tot facibus nequiret per

Paro-

Parochum illuminari, cum alijs, & grauibus prematur oneribus. Tum quia in præcitata Bulla Pauli 3. quæ est erectionis dictæ societatis in Vrbe in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam statutū est, vt Confratres debeāt associare sacram Eucharistiā facibus accensis, dum ad infirmos defertur. Tum quia Eminentiss. Paleottus in suo Archiepiscopali Bononien. fol. mihi 53. inter Capitula Societatis 2. p. nu. 16. habet hæc verba.

Per la Communione delli infermi si tēghino continuamente nella Parochia in vna Cassa, & in mano del Massaro quel numero di Torze ch'à ciascheduna Compagnia si conuerà, hauendo riguardo alla qualità della Chiesa, & de Parochiani, e possibilità della Compagnia. Et per i casi che non patiscono dimora d'andare à Cōmunicare qualche infermo stijno sempre in mano del Curato quattro Torze della Compagnia, acciò subito vada à communicar l'infermo accadendo.

Non enim præfatus Pontifex doctrina, & integritate insignis id statuisset, nisi onus prædictum in ipsam societatem translatū agnouisset, quod idem in pluribus diœcesibus statutum vidi. Quod si accedat consuetudo decem annorum spatio præscripta id erit indubitatum per iura supra allegata, & alia vulgatissima.

Atq; ex his ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, ac Maculatæ semper Virginis Mariæ explicit hæc mea Clericalis Palæstra ad honorem Dei, & proximi vtilitatem ordinata subijciens me semper in omnibus Censuræ Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Finis Tertiæ, & Vltimæ Partis.

INDEX ALPHABETICVS RERVM MEMORABILIVM.

Appro-

& huiusmodi sine Parochi, vel Episcopi licentia, quia prædicta ad Parochum spectat Sac. Cóg. Rit. Neap. 18 Maij 1602. & Cæsar Aug. 14 Ian. 1612.

Declaro non posse per Episcopum concedi, vt in simplicibus Ecclesijs, vel Oratorijs Confraternitatum, vel in alijs non Parochialibus asseruetur Sāctis. Sacramētum pro adoratione, sed licentia Sedis Apost. est necessaria Sacra Cong. de Anno 1609. referente Piasc. l.c. vbi addit quod si de facto talem Episcopus licentiam concederet, adeo nulla esset, vt non egeret riuocatione. Addo quod Sac. Cong. de Anno 1637. in Diœcesi Ariminī in Parochia scorticatæ ob magnam distantiā à Parochiali, & viæ incommoditatem rescripsit Episcopo Arimini, vt permitteret Sanctis. Sacramētum asseruari in simplici Ecclesia existente in dicto Castro, vbi ex immemorabili Consuetudine semper fuerat asseruatum, sed pro adoratione tantum, & sine præiuditio iuriū Parochialis Ecclesiæ.

3. Parochus super intendit negotijs, & rectæ gubernationi Confraternitatum, & piorum locorū suæ Parochiæ, ità vt coram Parocho, loco, & Vic. Episcopi, vbi Episcopus non est, fiant congregationes, administratorum, extractiones, vel electiones, Reussorum, deputationes, & alia quæ administratiorum illarum respiciūt, & quæ per se exequi nequunt in coactione solutionis summæ debitæ ab administrationibus, Episcopo deferunt. Tum quia sicut Episcopi in sua Diœcesi dicuntur Vicarij Papæ, Gonz. de montibus §. 1. proem. nu. 6. Ità Parochi dicuntur Vicarij Episcopi in sua Parochia; nam sicut totus mundus dicitur Parochia Papæ, Gonz. l.c. nu. 8. Ità Diœcesis est Parochia Episcopi. Tum quia Parochi sunt coadiutores Episcoporum, & operarij principalis Pastoris, vt ait D. Tho. quol. 3. q. 2. art. 12. Tum quia de iure vbi administratio gesta est, ibi ratio reddi debet. l. præter §. lit etiam ff. de æden. l. hæredes §. 1. ff. de iud. Cum autem prædicta sint, & spectent ad iurisdictionem ecclesiasticam, merito pertinebunt ad Rectorem, vel Parochū loci. Tum quia idest ex vsu vsu, & Episcoporum consensu tacito, & expresso.

Declaro id procedere de iure cōmuni, secus vbi vigeret alia particularis consuetudo, vel Constitutio, dummodo coram persona Ecclesiastica de iure, vel Consuetudine Episcopi vices tenente prædicta fiant, vt alicubi vidi coram Capellano Confraternitatum, vel coram Superiore Conuentus Regularium, vbi illæ Confraternitates ad sunt, nam laici solum per se prædicta nulliter agerent

quia

quia rône administrationis rerũ Ecclesiasticarum laici subsũt iurisdictioni Episcopi cap. Iudicatum d. 89. vbi *Gloss.* u. inter eos ad med cap. ei q appellat §. nulli quoque officialium 2. q. 6. Socc. de for. comp in prof.

D E 5. Quinã possint administratores eligi; quandiũ eadem ratione reddenda dicemus .i. oẽs eligi possunt locorũ piorum administratores siue laici, siue clerici, seculares tamen, non regulares, nisi in sua Cura animarum habeant, vel illa loca Monasterio subsint, *Barb.* iur. eccl. lib. 2. cap. 11. nu. 38.

Declaro, filios familias non esse admittendos ad piorum locorum administrationes, sed qui suæ familiæ benè præsint, & qui debitores existere dictorum locorũ non debeant, vt ex Sinod. Prou. Rauen. de locorum piorum administr. cap. 1. Vbi viget consuetudo, vt cautionem præstent, seruetur, vel saltem iuramen. vinculo ligentur de fideliter administrando in manibus *Episcopi*, vel Vicarij Generalis in Ciuitate in Diœcesi verò in manibus Parochorum.

2. Vltra triennium nõ possunt administratores constitui, *Trid.* sess. 25. cap. 8. de ref. *Zerol.* u. hospitale nu. 8. vnde etiam Greg. 13. in Bulla *Exposcit debitum*, sancinit, vt nulla monialium præfecta possit in vllo officio persistere nisi per triennium, nec vnquam confirmari valeat, nisi ad tantũdem Episcopis vacauerit, nam iniustum videtur, vt idem semper ad Gubernationem sedeat, vid. *Homob.* 2. p. exam. tract. 12. cap. 3. q. 18.

Declaro, quod confirmari non debent vltra triennium prohibitione duobus casibus exceptis.

1. Quando aliter esset in fundatione cautum Trid. l. c.

2. Quando rei necessitas aliud exigeret Sinod. Prou. Rau. l. c. e. g. quando alij apti non requiren tur, vel alias arbitrio Superioris. Prohibitio tamen Trid. loquitur de administratorib' Hospitalũ, non aliorum piorum locorum, Sac. Cong. teste *Garz.* p. 1. cap. 3. num. 9. Ria 1. p. resol. 82.

3. Omnes locorum piorum administratores reddere debent rõnẽ siue loca illa sint publica, siue priuata, siue Ecclesiastica, siue laicalia, & etiam exempta *Trid.* sess. 22. cap. 9. de ref. *Marth.* de iurisd. p. 2. cap. 18. nu. 6. & 10.

Sed cui reddenda sit ratio, & quoties disquiritur. Ad primum. Distinguo. Si consuetudine, Cõstitutione, vel priuilegio ratio est reddenda aliquibus, tunc redditur Episcopo simul cum illis, & tunc Episcopus habet vnicũ votum in condemnatione, vel absolutione, ità Sac. Cong. referente, *Barbos.* l. c. num. 43. dummodo de hoc constiterit, alias tũ cõrã

Ordi-

ire Epō loci adhibitis et superioribus Regularib⁹ singulis annis. Poteftq. Epus moneredictos Superiores Regulares, vt remoueāt dictos administratores ex causa rōnabili, & ijs negligentibus poterit Epus remouere, qñ, & quoties opus esse iudicauerit Greg. 15. de exemptorū priuilegijs sub datum Romę 9. Feb. 1622. Nec teneri Epum dictā causā rōnabilem Superioribus Regularib⁹ significare; sed arbitrio, prudētię, & conscientiæ Epi relinqui cēsuit Sac. Cong. Trid. de anno 1623. quam vidisse testatur *Barbos.* ad Trid. sess. 4. cap. 15. num. 8.

Vltimo hic notare oportet decretū *Trid.* sess. 22. cap. 9. de ref. tres partes continere.

1. Vt administratores piorū locorū singulis annis rōnē reddāt Ord.
2. Hoc prohibet fieri, quando aliud in fundatione cautum est.
3. Quando ex cōsuetudine, vel priuilegio alteri essent reddendæ.

Hoc tamē nunquā excludit Ordinariū; quia id esset contra ius, & priuata dispositio non pōt immutare Canones cap. requisisti de testi. Contra *Guttier.* in l. nemo ff. de leg 1. nu. 453. Sed intelligitur, vt prima iubeat *Soli* Ordinario rationes reddi debere. Secūda verò, & Tertia, vt reddātur alijs iuxta formā fundationis Consuetudinis, & priuilegij non excludēdo Ordinariū; sed simul cum eo, vt doctissimè *Sāchez* cōs. lib. 2. cap. 2. dub. 32. nu. 7.

Ad 1. dr̄ singulis ānis rōnē esse reddēdā *Trid.* l. c. Imò pluries in āno cogi poterint p Epum potissimū quādo suspicio extaret de aliqua fraude. *Barb.* l. c. num. 45. & de pot. Ep. p. 3. alleg. 5. num. 63.

Ad dum scribendi modū fecissē, occurrit dubitatio huic loco valdè consona .s. Quisnā teneatur manutenere lampadē accensā, & luminaria ante Sanctiss. Eucharestię Sacramentū .s. an Rector Ecclesiæ, an societas Sanct. Sacram.

Pro intelligentia suppono .1. nullū de iure scripto extare præceptū tenendi luminaria accensa ante Sanctiss. Sacramentū dū in Ecclesia asseruatur, Sed solū cū foras defertur, cap. sane de celeb. miss. Conc. Brach. 3. c. 5. *Nauar.* de orat. & hor. can. cap. 18. n. 67. *Sa* verbo Eucharistia nu. 34. *Possen* cap. 8. in add. Victorelli. Benè ex Vniuersali Ecclesia Cōsuetudine debet semper lāpas ardens, vel aliud lumen adesse ante Sanctiss. Sacramentū die, ac nocte, & ex scripturis colligitur exod. 27. *Ardeat lucerna in Tabernaculo meo* Quod multò magis fieri debet hodie ante Tabernaculum, vbi Christus præsentialiter residet.

Suppono 2. Id Deo gratissimū esse, vt multa miracula testantur, Nā Vrbanus II. fidem facit indubitata in Templo à Constantino in honorē Passionis, & Resurrectionis Iesu Christi fabricato in Hierusa-

Hierusalem pluries per Angelorũ manus fuisse accẽsa lumina, q̃ ab hominibus fuerunt extincta *Baron.* sub ann. 326, Idẽ accidisse Romæ in Ecclesia S. Agathæ lib. 3. Dialog. c. 51. D. Greg. testatur. Materia horũ luminum est Cera vel oleum, vt ex can. 72. *Apostolorum*, de hoc vid. Tob. *Coronã* de Sac. templis p. 1. cap. 62.

His suppositis Distinguo. Vel de iure loquimur; vel de consuetudine. *De iure*, *Ad* Rectorem spectat. Tum quia in *Aut.* vt nullus fabricet Oratorij domos S. Sanctimus habetur, requiri, vt dos tãta Ecclesiæ assignetur, quæ sufficiet ad luminaria, ministrorum alimenta, & sacrum ministeriũ. Idem in cap. nemo Ecclesiam de cons. d. 1. vt qui habet commodum sentiat, & onus. Tum quia Reparationis nomine veniũt luminaria, paramenta, & cætera necessaria, vt probatũ est supra hic eadem p. 3. cap. 7. N. vers. declaro 3. & ità idem dicendum est, quod dat reparatione diximus ibidem; dũmodo supersint fructus ad congruam sustentationẽ, ita *Ric.* 3. p. praxis resol. 477.

De Consuetudine, attenditur loci, & illius Ecclesiæ consuetudo, nã alicubi etiam de consuetudine Rectores tenentur in totum, vel in partem; sed vt plurimum Societas Sanctissimi Sacramenti sustinet onus manutenendi luminaria, tàm dum asseruatur, quã dum foras in processionibus, vel ad infirmos defertur, ex eo; quia ad id præfata societas videtur instituta; *Ideò* ex actis Sancti Caroli cõstati Societatem ad id teneri. Seruetur igitur propria cuiusq; Ecclesiæ cõsuetudo, ad quã laici ab Ordinario cogi debere Iudicis officio, non iure actionis ordinariæ firmat *Homob.* par. 2. exam. tract. 8. q. 26. Eodem modo distinguendum censeo de impensis faciendis in facibus pro illuminatione *Sanctissimi Sacramenti*, dũ ad infirmos defertur: nam in *Parochiali* quantumcũq; pauperi osseruari debet sacrũ Viaticum Sac. *Cong.* Vrbinaten. 22. Martij 1594. vt docet *Selli* select. canon. cap. 11. num. 12. & ad infirmos deferri debet lumine præcedẽte cum superpeliceo, stola, pluuiali, vel saltem velo, & cum omni reuerentia recitando psalmos, vt ex Rit. Rom. patet, & docet *Fusch.* de visit. lib. 1. cap. 15 num. 10. & alij. Onus autem illud ad infirmos deferendi esse de pertinentibus ad Curam animarnm *Rot.* resol. p. 2. recent. decis. 340. Verum onus luminariũ trãslatum videtur in ipsam Cõfraternitatem. Tum ex fine huius societatis, qui est ad curandam omnem venerationem Sanctissimi Sacramenti ex Bulla 5. *Pauli* 3. Sequeretur autem diminutio huius venerationis si aliter esset; nam à tot facibus nequiret per

Paro-

Parochum illuminari, cum alijs, & grauibus præmatur oneribus. Tum quia in præcitata Bulla Pauli 3. quæ est erectionis dictæ societatis in Vrbe in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam statutũ est, vt Confratres debeãt associare sacram Eucharistiã facibus accensis, dum ad infirmos defertur. Tum quia Eminentiss. Paleottus in suo Archiepiscopali Bononien. fol. mihi 53. inter Capitula Societatis 2. p. nu. 16. habet hæc verba.

Per la Communione delli infermi si tẽghino continuamente nella Parochia in vna Cassa, & in mano del Maßaro quel numero di Torze ch'à ciascheduna Compagnia si conuerà, hauendo riguardo alla qualità della Chiesa, & de Parochiani, e possibilità della Compagnia. Et per i casi che non patiscono dimora d'andare à Cõmunicare qualche infermo stijno sempre in mano del Curato quattro Torze della Compagnia, acciò subito vada à communicar l'infermo accadendo.

Non enim præfatus Pontifex doctrina, & integritate insignis id statuisset, nisi onus prædictum in ipsam societatem translatũ agnouisset, quod idem in pluribus diœcesibus statutum vidi. Quod si accedat consuetudo decem annorum spatio præscripta id erit indubitatum per iura supra allegata, & alia vulgatissima.

Atq; ex his ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, & Maculatæ semper Virginis Mariæ explicit hæc mea Clericalis Palæstra ad honorem Dei, & proximi vtilitatem ordinata subijciens me semper in omnibus Censuræ Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Finis Tertiæ, & Vltimæ Partis.

INDEX ALPHABETICVS RERVM MEMORABILIVM.

Appro-

Bene-

Neo

Pen-

Cc Con-

Quare

Exa-

Iuspa-

L

Legitimus.

Qui

Ee Quid

Renun-

Quid

Testari

Vicarius

Visitatio.

Vnio.

Vsurpatio.

Vsus.

Vxor.

FINIS INDICIS.